ANTIMORNAEUS ID EST CONFUTATIO MYSTERII INIQUITATIS, ...

Leonard Coqueau, Josè Maria Fonseca de Evora

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTIDOTA
FIDEI ORTHODOXÆ
CONTRA PROGRESSVS
ET OPPOSITIONES MYSTERII

Iniquitatis, ſeu Hiſtoriæ Papatus Phillippi Mornæi

Auctore

F. Leonardo Cocqueo, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Sacræ Theologiæ Doctore.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum quadrageſ. ſecundum.

Pag. 261 *GRegorius, ſi nonnullis Authoribus credimus, nec Baronius ipſe diffitetur, proſpexerat* (vti vidimus) *ne inſtitutum ſuum ſecum extingueretur, deſignarat quippe Cardinalibus qnos Pontificatu maximo idoneos maxime exiſtimabat, & Deſiderius Caſſinenſis Abbas, &c.*

HÆc certe valde ſunt contraria his, quæ in oppoſitione ſuperiori, ex Sigeberto citabat Mornæus eum pœnituiſſe in fine vitæ, qnòd Imperatorem excommunicaſſet. Authores verò grauiſſimi referunt, ac in primis Leo Hoſtienſis lib. 3. Cronici Caſſinenſis cap. 64. *Quod cum Gregorius Papa Septimus Salerni, magna vi morbi premeretur, ante tertium ſui obitus diem, rogatus ab Epiſcopis, & Cardinalibus, qui forte tunc aderant vna cum Deſiderio, quid de Romanæ Sedis poſt obitum ſuum, ordinatione iuberet, hortatus eſt, vt, ſi quo pacto poſſent, ipſum Deſiderium Pontificem facerent. Is enim præter id quod Romanæ tunc Eccleſiæ Presbyter Cardinalis eſſet, prudentia ſumma, & Religione præcipua, & ſingulari Principum beneuolentia, amicitiaque pollebat: Quod ſi hunc flectere nullatenus poſſent, aut Lugdunenſem Archiepiſcopum Hugonem, aut Othonem Hoſtienſem, aut Lucenſem Epiſcopum eligere quanto citius, ſe defuncto, ſtuderent.* Eadem ſcribit Sigonius lib. 9. de Regno Italiæ anno 1085. Scribit Malbesburienſis lib. 3. quod *cùm rogatus eſſet à Cardinalibus, vt Papam conſtituerent, Beati Petri exemplum referentibus, qui laſcentis Eccleſiæ rudimentis, viuens Clementem præfecerat, negauit ille, ſe idem exemplum ſecuturum, quòd, ab antiquò, Concilijs eſſet vetitum, conſilium vero ſe daturum, ſi vellent hominem in ſeculo potentem, eligerent Deſiderium Abbatem Caſſinenſem, qui ſalu-* *De ſucceſſore eligendo ſuis cõſulit Gregorius iã moriturus*

briter, & in tempore numero militari violentiam Guiberti infringeret: ſin Eccleſiaſticum, & eloquentem, acciperent Epiſcopum Hoſtienſem Odonem, &c. Inſtitutum verò Gregorij non aliud erat, quàm vt Pontifex eligeretur, eo mortuo, tanto faſtigio dignus, qui fidem Catholicam, & libertatem Eccleſiaſticam, contra Antipapam Imperatorem, & alios Schiſmaticos, intrepidè defenderet. Deſiderius verò ſubrogatus in eius locum, quantum electioni de ſe factæ reſtiterit, vt non niſi inuitus, & multis precibus tandem exoratus, acquieuerit, teſtantur, quæ ſcribit Leo Hoſtienſis, lib. 3. cap. 65. 66. & 67. fieri quidem poterat, vt tantum onus formidaret, ſiquidem magna dignitas, magnum pondus, non vero quod impenſius rogari vellet, vt interpretatur Mornæus, bis, teruè recuſauit. Pergit autem.

Succedit Deſiderius à Cardinalibus electus & Victor appellatur.

Pag. 261 *Auentinus apertius: Mathilda, & Normanni, eum creant, nempe in odiũ Clementis, qui tamen Romæ ſede potiebatur, & Victor tertius vocatus fuit.*

IAm tum temporis Romani, Guitbertum, Antipapam, dictum Clementem Tertium, Roma deiecerant, atque ad Marſos recedere compulerant, & Deſiderium electum eſſe Romæ Pontificem, non a Mathilda, & Normannis, ſed à Cardinalibus, conſtat ex ijs quæ ſcribit Leo Hoſtienſis lib. 3. cap. 65. & Sigonius lib. 9. anno 1085.

Pag. 261 *Vt autem Hugo Epiſcopus Lugdunenſis ex tribus vnus, quos Gregorius commendauerat, Deſiderium ſerio accepiſſe Papatum putat, in eum protinus inſurgit, ideoque in Synodo Beneuentana anathemate feritur, vnaque eiuſdem facinoris conſors Richardus Maſſilienſis Abbas.*

IN ea Synodo primum anathemate percuſſus Guitbertus, Apoſtolicæ Sedis inuaſor. Ita Pontifex enarratis eius criminibus. *Idcirco* (inquit) *authoritate Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, omniumque Sanctorum, omni illum Sacerdotali officio, & honore priuamus, & à liminibus Eccleſiæ ſeparantes, anathematis vinculo innodamus.* De illis vero ſubiungit. *Noſtis præterea, & & bene noſtis, quos dolos machinati ſint, quantaſque mihi preſſuras intulerint, Hugo Lugdunenſis Archiepiſcopus, & Maſſilienſis Abbas, qui pro faſtu, & ambitione Sedis Apoſtolicæ, ad quam dudum clam inhiabant, vbi votis ſuis potiti non ſunt, ſchiſmata in Sancta Eccleſia fecerunt, & Richardus quidem Romæ, noſtram electionem cum Cardinalibus & Epiſcopis egerat: Hugo autem ad nos poſt paululum veniens, affuſus veſtigijs, dum obſequium nobis Summo Pontifici debitum, inuitis, ac retractantibus exhiberet legationem a nobis in partibus Galliarum poſtulauerat, & acceperat. Itaque donec paruitatem noſtram, electioni facta, atque a ſe approbata, repugnare conſpexerant, ipſi modis omnibus inſiſtebant, ne munus, pro vtilitate Eccleſiæ nobis impoſitum abijceremus: vbi verò nos tandem cedere prouiderunt, conceptam diu flammam clibanus exaturatus euomuit. Quapropter cernentes ſibi fratrum omnium vnanimitatem conſtanter obluctari, ab eorum, & noſtra ſunt continuo communione ſeiuncti; Vnde vobis Apoſtolica authoritate præcipimus, vt ab eis abſtinere curetis, neque illis omnino communicetis, quia Eccleſiæ Romanæ communione, ſua ſe ſponte priuarunt, Nam vt Beatus ſcribit Ambroſius. Qui ſe a Romana Eccleſia ſegregat, vere eſt habendus hæreticus.* En ratio cur a communione piorum ſint amoti. De Hugone illo Lugdunenſi ita Baronius ad annum Chriſti 1094. *Iſtum apud Gregorium ſeptimum magnæ fuiſſe exiſtimationis meminimus, legationis munere ab eo inſignitum, & Summo Pontificatu dignum iudicatum, ſub Victore Papa autem aliquantulum reſiliiſſe ab Apoſtolica vnione, non tamen vt deficeret ad Schiſmaticos, ſed liber abſque publica functione manens ſeſe Vrbano Papæ communicatione, ab exordio eius Pontificatus coniunxit.*

Antipontifex Hugo, & Richardus excommunicati, & quarè.

Conſtat ſaltem paucis menſibus annum ſuperuixiſſe, & ſi Gulielmus Malmesburienſis auditur, veneno ſublatum dùm primam Miſſam caneret, in Calice propinato. Pag. 261

ID tamen non affirmat Malmesburienſis, ſic enim ſcribit *Succeſſit Hilebrando Deſiderius, Victor appellatus, ſed ad primam Miſſam, incertum quo diſcrimine, cecidit exanimatus, Calice (ſi dignum eſt credere) veneno infecto.* Scribunt aliqui fraude Henrici, veneno in Calicem miſſo, dum ſacrificat, necatum. Vincentius ſcribit, eum dyſenteria periiſſe. *Et illud ſecurius* (inquit Nauclerus generat. 37. anno 1086) *tenendum, etſi a ſuſpicione dati veneni nequaquam alienum ſit, hominem dyſenteria laborare, cum veneno petiti corruptis, & labefactis inteſtinis dyſenteriam patiantur: quanquam ex ſola ſuſpicione Principem veneficij reum iudicare temerarium ſit; immo ſcribunt aliqui eum precibus obtinuiſſe, vt ex hac vita tolleretur. Vixit in Pontificatu ab electione annum vnum menſes 3. dies 24.* Quod alij ei tribuunt duntaxat menſes quatuor: id intelligendum ab eo tempore, quo tandem exoratus conſenſit electioni, & Pontificatus officium cœpit exercere.

De morte Victoris.

Et Gregorij traditioni morem gerens, Othonem Epiſcopum Cluniaci educatum, in ſucceſſionis ſpem cõmendarat. Pag. 261

NVnc de electione Vrbani ſecundi in locum Victoris tertij ſubrogati. Leo Hoſtienſis lib. 3. cap. 72. de obitu Victoris Papæ agens, *Conuocatis* (inquit) *ad ſe Epiſcopis, & Cardinalibus, monuit, ac iuſſit, vt iuxta Gregorij Papæ ſtatutum, Othonem, Hoſtienſem Epiſcopum, quamprimum eligerent, Pontificemque conſtituerent. Quem, quia præſens aderat, manu apprehenſum, cæteris Epiſcopis tradidit*

De electione Vrbani ſecundi.

didit dicens. *Accipite eum, & in Romana Sede locate, meamque vicem in omnibus (quouſque id facere poſſitis) habetote.* Vbi Baronius ad annum Chriſti 1087. *porrò iſta non imperando, ſed ſicut prædeceſſor Gregorius fecerat, admonendo, & exhortando fecit, quod id temporum iniquitas poſtularet, ſic & interdum ab aliquibus alijs Pontificibus factum inuenitur, vt quem ſucceſſorem cuperent, nominarent &c.* Sed poſtea conſuetis comitijs habitis, rogata ſententia ſingulorum, eſt electio ritu ſolemni, ex conſuetudine, celebrata.

Anno 1083. Terracinæ eſt electus, vbi ex Vrbe Romana Ioannes Portuenſis Epiſcopus omnium Clericorum, Benedictus Præfectus Vrbis omnium laicorum, ſententiam, per litteras, attulerunt: ea verò erat, quem omnes vno conſenſu legitime delegiſſent, eum ſe pro vero Pontifice habituros. Vt inde intelligatur Romanos non adhæſiſſe Antipapæ Guitberto, ſed eum, per vim ſedem occupaſſe.

De Synodo Amalfitana.

Quoad Synodum Amalfitanam, ita de ea Sigonius lib. 9. anno 1089. *poſtero anno Vrbanus, cum ſe Romæ manentem, exiguum Eccleſiæ afferre poſſe ſubſidium videret, cauſæ haud quaquam indormiendum ratus, Vrbe exijt, atque in Apuliam ad conuentus agendos cum Cardinalibus adijt, ac primum Melphi Concilium conuocauit. Ibi Clementem primùm, atque Henricum, cæteroſque fautores eius, confirmatis Gregorij, Victoriſque decretis, eſt deteſtatus. Deinde Rogerium ad ſe profectum, ac fidelem ſe fore Eccleſiæ profitentem, Ducem Apuliæ, & Calabriæ confirmauit. Extat epiſtola ad Gebehardum Conſtantienſem Epiſcopum ſcripta, in qua ait, ſe primum Rauennatem Antiſtitem Sedis Apoſtolicæ inuaſorem diris deuouiſſe; deinde eos, qui armis, pecunia, conſilio, aut obedientia Eccleſiaſticos ordines, aut honores ab eis accipiendo, ſocios ſe ſceleris adiunxerunt, tum eos, qui eorum congreſſu vtantur, ſine pœnitentia in ſocietatem non recipiendos cenſuiſſe.* De ea Synodo Baronius ad annum Chriſti 1090. vbi & exſcribit ſexdecim Canones eiuſdem ex Codice Antonij Auguſtini, & Vaticano. Nunc de defectione Conradi à Patre Henrico.

Pag. 262.

Ad rebellionem (inquit) *in Henricum Patrem concitant; eique quo arctius deuinciatur, Rogerij Regis Siciliæ filiam deſpondendam curat.*

Conradus deficit à patre ſuo Henrico, & quarè.

ITaque hanc defectionem in Vrbanum tanquam authorem refert; longè aliter grauiſſimi Authores. Sigonius lib. 9. anno 1093. *eius defectionis* (inquit) *cauſam Rodechinus atque Helmoldus ſcriptores ijs temporibus proximi, & quidem natione Germani, hanc prodiderunt. Henricus cùm acerbum in Adeleidem Coniugem odium concepiſſet, in carcerem conditam, omni contumeliarum genere afficiendam, ac propè lacerandam, iuſſerat. Itaque ad cætera illata probra, cùm, Nicolaitarum more, multis eam ſtuprandam proſtrauiſſet, idem Conrado etiam filio, vt faceret, imperauit. Addidit inde flagitio contumeliam, Conradum ſe tanto ſcelere obſtringere recuſantem, ira, odioque accenſus filium ſuum eſſe negauit.* Mornæus.

Pag. 262.

Sed Auentinus certè nihil tale habet &c. Nec Sigonius ipſe crediſſe videtur, cum Conradi rebellionem non tàm piã, quã neceſſariã rebus vtique Pontificijs firmandis appellat.

ATqui certum eſt, Auentinum fauere Henrico Schiſmatico contra Pontifices, ſuffragari item proteſtantibus, qui Henricum tanti faciunt, & calumnias in Papam Gregorium intentatas pro Euangelio habent. Si Auentinus nihil tale habet, habent eo antiquiores, & quidem Germani Scriptores, Dodechinus, atque Helmoldus, quos cum producit Sigonius tamquam ijs temporibus proximos, & natione Germanos, certe illis ſe habere fidem ſignificat, & Krantzius in Metropoli lib. 5. cap. 21. anno 1085. eandem cauſam adfert defectionis Conradi a Patre: *filium ſuum Conradum optimum adoleſcentem, & qui meliori parente dignus videretur, ad vxoris fertur inuitaſſe complexum. Quumque horreret infandum crimen bonus iuuenis, vt eum ad ſcelus animaret, fertur illi in aurem dixiſſe, ſe patrem illius non eſſe, natum adulterio, & ideo thorum ſuum non eſſe illi tantopere refugiendum, magis magiſque auctio in prudente iuuene horrore meditatur patris cedere furori, idque fecit concedens in Italiam.* Eodem reſpexit Vrſpergenſis in Chronico, cum laudata Conradi caſtitate, ait illum reueritum eſſe illud legale præceptum. *Turpitudinem patris tui non reuelabis.* Rurſum iniquus Mathildi Mornæus.

Pag. 262.

Nec diſſimulat ad Mathildem confugiſſe, qua Rogerij Siciliæ Ducis filiam, et matrimonio iunxit, forte & ipſa eius amore capta, &c.

An Mathildis amore Conradi capta.

SIc mala mens, malus animus, omnia interpretari ſolet in deteriorem partem. Quis enim refert Mathildem Conradi amore fuiſſe captam? Ita de Adeleide vxore Henrici, & nouerca Conradi, ac de Conrado ipſo ſcribit Sigonius. *His de rebus Adelois cùm forte pauens è carcere euaſiſſet, ad Mathildem in Italiam ſe recepit, ac ſupplex miſeria ſua ſubſidium implorauit. Mathildis benignè exceptam, Vrbano commendauit Pontifici. Vrbanus mulierẽ verbis conſolatus, atque vt in Monaſterium iniret, hortatus, remiſit domum, atque eo etiam nomine Henricum e numero amouit piorum. Eadem ratione Conradus, patre relicto, ad Mathildem, Vrbanumque ſe contulit, & noxa paterna ſolutus ex ipſius Vrbani authoritate, Regnum aduerſus Patrem, in Lombardia ſuſcepit, idque ſumma cum omnium gratia, per nouem deinde annos adminiſtrauit, ac Rogerij Siciliæ Ducis filiam ſibi matrimonio iunxit. Ad animi virtutes ingentes, decora etiam corporis forma acceſſerat, quæ ipſum impenſius quoque popu-*

Digitized by Google

lis commendauit: ita vero aduerſus Patrem regnauit, vt tamen eum ſemper regem ac Dominum vocarit. Hæc Sigonius lib. 9. anno 1093. Eadem ſcribit, & Krantzius lib. 5. Metropolis cap. 21. vbi addit, Reginam Adeleidem vſam Pontificis Conſilio (qui eam fortaſſe thoro Henrici abſoluit) reuerſam in patriam Monaſticam vitam ingreſſam fuiſſe, & profeciſſe in matrem multarum Chriſti puellarum. De Conrado omnes teſtantur, eum in omni bonitate, & probitate conſpicuum, fuiſſe humilem, ac modeſtum, Dodechinus, Bertoldus, Krantzius, & Abbas Vrſpergẽſis anno 1101. *Conradus* (inquit) *in rebus per Italiam diſponendis, tam Mathildis quam Domini Apoſtolici cæterarumque Deum timentium perſonarum ſemper vſus conſilio, immaturo præuentus occaſu, plena fide & bona confeſſione a Regno tranſitorio, ad regnum æternum creditur migraſſe.* Itaque Mathildem illius amore captam fuiſſe, coniectura eſt, ſeu potius impoſtura Mornæi ſcilicet infenſi religioſiſſimæ fœminæ, ac Sedi Apoſtolicæ, contra Henricum, Antipapam Guitbertum, & omnes Schiſmaticos, addictiſſimæ. Ita Bertoldus anno 1097. *Domina Mathildis egregia dux, & Marchioniſſa deuotiſſima S. Petri filia, magnum ſibi nomen vbique eo tempore acquiſiuit: nam ipſa pene ſola cum ſuis, contra Henricum, & hæreſiarcham Guitbertum, compliceſque eorum iam ſeptemnio prudentiſſime pugnauit, tandemque Henricum de Longobardia ſatis viriliter fugauit, & ipſa, recuperatis ſuis bonis, Deo, & S. Petro gratias agere non deſtitit.* Ex his etiam conſtat, quod ſubiungit Mornæus, Henricum in conuentu Colonienſi dixiſſe: *filius meus illecebris fæminarum captus, non ſolum dignitate, ſed & vita me priuare conatur*, calumniam fuiſſe ab Henrico excogitatam, vt Conradum filium ſuum exoſum, & inuiſum redderet, qui nunquam patri inſidiatus legatur, nec minimum quid in illius vitam tentaſſe. Verum quidem eſt, quod ſcribit Bertoldus anno 1095. Conradum Regem, Papæ Vrbano Cremonam venienti obuiam progreſſum eſſe, eique ſtratoris officium exhibuiſſe, deinde feciſſe ei fidelitatem iuramento de vita, de membris, & de Papatu Romano; Dominus autem Papa in filium S. R. E. recepit illum, eique conſilium, & adiutorium ad obtinendum Regnum, & ad coronam Imperij acquirendam coram populo firmiſſime promiſit, ſalua quidem iuſtitia illius Eccleſiæ, & ſtatutis Apoſtolicis, maxime de inueſtituris in ſpiritualibus officijs à laico non vſurpandis. An ideo eum induxit, vt vitæ patris inſidiaretur? Si ille omnia agebat conſilio Vrbani Pontificis, & Mathildis: ſic vero aduerſus patrem regnauit, vt tamen eum ſemper Regem, ac Dominum vocaret (prout ſcribit Sigonius) longè certe ab eo alieni illi fuerunt, vt ei quidquam conſuluerint, quod cum reuerentia, & obſeruantia patri, iure naturali debita pugnaret. Si eum Pontifex ſoluit patria poteſtate, iuſte id fecit, cum filium Henricus ad flagitia compelleret: Siquidem legibus cautum eſt, vt qui exponunt filios, qui eorum vitam, & mores contemnunt, priuentur patria poteſtate, cum patres naturam fecerit, non vt libidinem explerent, ſed vt adminiſtri naturæ, & Reipublicæ eſſent, alendo, & probis moribus eos inſtituendo.

Conradus varijs virtutibus cõmendatus.

Mathildis pietas, & zelus.

Conradi animus in Patrem.

Creauerat Henricus Arnulphum Archiepiſcopum Mediolanenſem, & pro more per annulum, & baculum inueſtierat, &c. Pag. 262

SIgonius lib. 9. anno 1092. *Anſelmo Archiepiſcopo Mediolanenſi, vita functo, populus Arnulphum ſubſtituit ex porta Orientali capitaneum, quem Henricus, vt conſueuerat, per annulum, & virgam inſtituit. Is deinde cum ab vno tantum Catholico Epiſcopo eſſet conſecratus, cæteris, quod abſenti eſſent, aſſentientibus, verùm manum non imponentibus, eo nomine a Legato Apoſtolicæ ſedis eſt abdicatus. itaque mutato habitu, in cœnobium ſe incluſit, ibique honeſtiſſimam vitam inſtituit.* Deinde anno 1095. prout ſcribit Bertoldus, ex conceſſione Papæ Vrbani, Mediolani conſecratus eſt. Mornęus.

Sed ea lege, nec enim gratis quidquam, vt Eccleſiam Mediolanenſem Romanæ ſubijciat, quæ hactenus eius Imperium detrectarat. Pag. 263

VErum conſtat, gratis factam conſecrationẽ Arnulphi; ſiquidem iure ſuo exigebat Pontifex, vt Eccleſia Mediolanenſis Romanæ, tanquam Matri omnium Eccleſiarum, ſubijceretur: at in eo, quod debitum eſt, & quod iure exigitur, nec pretium, nec compenſatio locum habet. Sigonius lib 9. anno 1095. Mediolanum progreſſus Arnulphum Archiepiſcopum, e cęnobio euocauit ac pręſidere Eccleſiæ iuſſum, inſuper etiam Pallio decorauit, atque ita Eccleſiam Mediolanenſem Romanæ, poſt tot annos, reſtituit.

Arnulphus gratis Conſecratus.

De recuperanda etiam palæſtina tum agebatur. Pag. 263

AImoinus lib. 5. cap. 49. *Anno Incarnationis Dominicæ 1095. Fœlicis memoriæ Papa Vrbanus vir Deo deuotus, vita, & moribus egregius, ad partes Gallicanas deſcendit, & in Aruernia, apud Clarummontem, Concilium coadunari fecit: in quo aſſiſtentibus 310. tam Epiſcopis, quam Abbatibus ipſe (ſicut erat vir magnæ eloquentiæ) quomodo ſe deberent habere, & ſubditos regere, eos plene inſtruens, & de pace per Prouincias eorum reformanda, & tenenda admonẽs, deſolationem terræ Dei, Orientalis ſcilicet plagæ, in qua Saluator noſter natus eſt, & paſſus, ſicut a multis vera relatione cognouerat, lachrimabiliter manifeſtauit, & vt Chriſtianitati, quam Turci gens ſcilicet Perſica, deuaſtabãt, ſuccurreretur, ſuſpirando prædicauit; quod verbum audientiũ cordibus diuinitus intimatum plurimum inualuit &c.* De eodem Concilio, & decreta expeditione cruciatæ, pro recuperatione terræ Sanctæ, & iuuandis ibi Chriſtianis, Authore Vrbano Pontifice, Otho Phriſingenſis lib. 7. cap. 2. Petrus Diaconus lib. 4.

Expeditio Chriſtianorum pro recuperanda terra Sancta.

Chronici

Chronici Caſſinenſis, cap. 11. Gulielmus Archiepiſcopus Tyri lib. 1. Paulus Aemilius hiſt. francorum in Philippo 1. Sigonius lib. 9. anno 1095. Lectæ fuerant prius in Concilio Placentino literæ Alexij Imperatoris Conſtantinopolitani, quibus ille implorabat auxilium Occidentalium, aduerſus Saracenos, Petrus Eremita literas attulerat à Simeone Patriarcha Hieroſolymorum commiſeratione dignas, quibus ille Chriſti incunabula, atque ſepulchrum, cœteraque loca ſancta ipſius memoriæ conſecrata, ab infidelibus profanata, omnique genere contumeliarum affecta deplorabat. Et ipſe quidem Petrus natione Gallus, patria Ambianenſis etiam à Chriſto Domino per viſum dum oraret ad Sacroſanctum templum reſurrectionis, tanti muneris legationem acceperat, prout teſtatur Archiepiſcopus Tyri lib. 1. cap. 12: & *afflatus diuino ſpiritu claſſicum potenter intonuit, cuius clangore, ab vniuerſo pene orbe Occidentali ad arma concurſum eſt*. At primarius Dux verbi, ac tantæ expeditionis promotor Vrbanus Papa extitit, qui ea de re in Claromontano Concilio plures Conciones habuit, qui & Prçlatis, qui aderant, prçcepit, vt ad propria reuerſi, cum omni inſtantia, & debita ſollicitudine, plebes ſuas ad eam expeditionem hortarentur. Erat pro ſtipendio indulgentia peccatorum propoſita, & pro teſſera militari ſignum Sanctiſſimæ Crucis ſuper ſcapulam dextram veſtibus impreſſum. Quis dubitet ad bellum illud ſacrum perſuadendum, & tot nationes in vnum cogendas, diuinitus impulſum, & adiutum fuiſſe Sanctiſſimum illum Pontificem? Otho Phriſingenſis lib. 7. cap. 2. *Hæc fama commouit diuerſos populos, & ignotos, ſcilicet ex Aquitania, atque Normania, Anglia, Scotia, Hibernia, Britannia, Galitia, Gaſcbonia, Gallia, Flandria, Lotharingia, Burgundia, cæteroſque populos non ſolum terras, ſed & inſulas Maris, ac vltimum Oceanum inhabitantes. E quibus tàm ignotæ, & lingua, & moribus, & opribus viſæ ſunt gentes, vt alij tantum pane, & a qua, alij pro omnibus vtenſilibus argento vti dicerentur. Hi omnes è diuerſis nationibus, & linguis in vnum corpus adunati, crucem in veſtibus portantes, crucis Chriſti diſcipulos verbo, & opere ſe fore prædicabant, ac crucis virtute confiſi contra inimicos crucis in Domino dimicaturi, iter, Gotfrido Duce, in Orientem aggrediuntur*. Quorſum verò ea ſpectabant arma niſi ad ſubleuandos è tot miſerijs, & calamitatibus, quibus opprimebantur, Chriſtianos plagæ Orientalis, & vindicandam à Saracenis Chriſtiani nominis infeſtiſſimis hoſtibus, gloriam ipſius Chriſti? Et tamen tantus Pontifex tanto Dei zelo accenſus non potuit impoſturis iſtius calumnias euadere.

Pag. 263 *Verum zeli huius obtentu* (inquit) *res ipſe ſuas nihilo ſegnius promouet. Qui enim arduum hoc conſilium promoturus inteſtina iurgia ſedare debuerat, ad extremum vſque ſpiritum inimicitias in Henricum exercet.*

REm quidem ſuam promouet, ſcilicet dignitatem Sedis Apoſtolicę, ſeu Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, cui præerat; ſed Antipapam, & Schiſmaticos, atque inprimis Henricum Imperatorem Schiſmatis, in pernitiem tot animarum, authorem, & defenſorem diris deuouere, & cenſuris Eccleſię perſequi, quo reſipiſcerent a laqueis diaboli, a quo captiui tenebantur, non certè actus erat odij, ſeu inimicitiæ, ſed magis iuſtitiæ, vel etiam charitati tribui debebat; & quod paulo poſt ſubiungit.

Et ſanè in Claromontana Synodo Vrbanus ſatis oſtendit, ſe de recuperandis Hieroſolymis parum cogitare. Pag. 263

COnſtat eſſe calumniã manifeſtam, ſiquidem, etſi alia tractata ſint in Concilio Claromontano, præcipuum tamen illud fuit, cuius cauſa erat coactum, vt in eo indiceretur expeditio in terram Sanctam: neque certè tot gentes conueniſſent in vnum ad ſacrum illud bellum, neque tam longinquum, arduum, & periculoſum iter aggreſſi fuiſſent, niſi ad id vnius Pontificis Chriſtianæ Reipublicæ ſupremi moderatoris authoritas eos induxiſſet, cuius cogitatio in eo tota defixa erat, vt Hieroſolyma a Chriſtianis recuperaretur. Subiungit.

Toto hoc tempore Clemens Tertius Romæ ſedem obtinebat, & quam variè agitarentur conſcientiæ, conijcere liceat, cum Synodos mutuo ſeſe collidentes viderent &c. Interim dum Synodum habebat vterque, Claramonte Vrbanus, Romæ Clemens, ſeſeque mutuo excommunicabant, execrabantur, exauctorabant. Pag. 263

REſpondetur, conſcientiam quidem erroneã ligare, ſed tamen tùm facile fuiſſe cuiuis conſcientiam erroneam deponere, cum cuilibet procliue eſſet intelligere, quis iuſtis, & legitimis Comitijs ab ijs, quorũ intererat, electus eſſet, qui pro vero, & indubitato Pontifice habendus; & quidem Vrbani excommunicationes tum reformidandæ erant, cùm alioqui excommunicationes, & execrationes Antipapæ ab Henrico, nullo iure, conſtituti in benedictiones verterentur: & ab Vrbano legitimæ Synodi; à Guitberto intruſo, & inuaſore Sedis Apoſtolicæ, non niſi Pſeudoſynodi cogebantur: & Vrbanum quidem ſemper Eccleſia habuit pro vero Chriſti Vicario, & Petri ſucceſſore, eumque tum non modo Occidentales, ſed & Orientales talem agnouere cùm eius authoritate, expeditio Hieroſolymitana, ſuſcepta; ſed Guitbertum illum non magis pro legitimo Põtifice, quàm Nouatum, & alios pſeudo pontifices, qui eam ſedem aliquando conati ſunt inuadere; & Catholici habiti ſunt, qui communicarunt cum Vrbano, ſchiſmatici verò, qui adhæſe-

Digitized by Google

adhæſerunt Guitberto dicto Clemente Tertio, cuius morte ſchiſma ſedatum eſt, neque aliquis in locum eius ſubrogatus. Subiungit.

Pag. 263 *Conſecrationes, ordinationes alter alterius irritas pronunciabant, proinde baptiſmum Chriſti, Chriſma, Sacramenta in aduerſa parte adminiſtrata eiurabant.*

NOn licet quidem ab hæreticis, aut ſchiſmaticis ſacramenta ſuſcipere, & ſi quis eorum conſentiat errori, certum eſt eum ponere obicem effectui Sacramenti; neque tamen ab Eccleſia eiurantur baptiſmus, aut alia Sacramenta ab illis collata, quæ rata habet, neque in hæreticis, aut ſchiſmaticis ad Eccleſiæ gremium reuertententibus, vnquam reiteratur; de quo videndi ſunt ſcholaſtici in 4. diſt. 6. & D. Tho. cum ſuis interpretibus 3. p. q. 64. artic. 9.

Pag. 264 *Henricum Imperatorem, & Philippum Francorum Regem, & quicumque eos Reges appellarent, in hæreticorum numero cenſebat.*

Philippus Franciæ Rex Pontificia cenſura iuſſus alienam vxorem dimittere paret.

ITa quidem ſcribit Malmesburienſis lib. 4. de rebus Anglicis. Cauſa vero excommunicationis iuſtiſſima fuit ex parte Philippi Regis, quam refert, Aimoinus, lib. 5. de geſtis Francorum cap. 49. *Quòd ſuggeſtione diabolica, Bertha Regina repudiata, libidini deſeruiens, Fulconij Rechin Andegauenſium Comiti ſuam abſtulit vxorem, nomine, Bertrardam, cum qua, pluribus annis, adulterium commiſit. Cum igitur hoc nefandiſſimo more vitam ſuam duceret, & nullius admonitione, ab eo deſiſtere vellet, Dominus Papa eius ſaluti prouidens, & timens, ne animam eiuſdem Saluator exigeret, ipſum, & totam terram ipſius anathematis vinculo obligauit. Quam ſententiam, Rex motus diuina gratia, timens, & ad terminum vitæ ſuæ propinquans reſipinit, veniamquè poſtulans, eam dimiſit.* De cauſa excommunicationis latæ in regem, eadem tradunt Sigebertus & Bertoldus, qui & tradit Philippum Regem humiliter ad Pontificem, pro ſatisfactione commiſſi adulterij, venientem, reiecta pellice, in gratiam receptum eſſe, ſeque in ſeruitium Papæ promptum exhibuiſſe. Verum cum mortuo Vrbano ad vomitum rediiſſet, a Paſchali eius ſucceſſore anathemate perculſus, tandem reſipiscens a legato Pontificis illuc miſſo, Richardo Albanenſi Epiſcopo Cardinali, Pariſijs ſolemniter eſt abſolutus. De hac re, aliquot extant epiſtolæ Iuonis Carnotenſis ad ipſum Regem, & ad aliquot Antiſtites ſcriptæ. Itaque Rex agnouit Pontificis in ſe authoritatem, & eum habuiſſe iuſtam cauſam excommunicationis ferendæ, profeſſus eſt, cum beneficium abſolutionis, vt ſibi impertiretur, peccati pœnitens procurauit: nec ideo vnquam ab obedientia Sedis Apoſtolicæ defecit, nec propter hæreſim, aut apoſtaſiam à fide, in eum lata fuit excommunicatio.

Differt excommunicatus Princeps, pro hæreſi, ab excommunicato alia de cauſa.

Hoc vero diſcrimen eſt, ex ſententia grauiſſimorum Theologorum, inter excommunicatos ob hereſim, ſeu apoſtaſiam a fide, & alios excommunicatos, quod illi abſolute amittunt authoritatem in ſubditos, ideoque, ſi reſipiſcant, indigent nouo conſenſu Eccleſię expreſſo, vel tacito, vt eam authoritatem reciperent: Alij autem excommunicati non amittunt authoritatem, niſi quandiu non reſipiſcunt, iuxta tenorem duorum Canonum. Nos Sanctorum Gregorij 7. & Iuratos Vrbani 2. 15. q. 6. in quibus excommunicati exauchorantur, quoad reſipiſcant.

Pag. 264 *Addunt nonnulli, (inquit) fidem hæreticis datam non obſtringere.*

An data fides Hæretico ſeruanda ſit.

AN fides hæretico data ſeruanda ſit, videndus Royas ſingulari 63. Iacobus Simancas cath. inſtitut. cap. 46. num. 52. & Iacobus Septimacenſis cap. 45. num. 14. vbi diſtingunt inter fidem datam a priuato, vel à Republica, ſeu Principe, vel a Iudice, hæreticis. Nam fides a priuato data ſeruanda non eſt, multo minus quam alij, nempe proditori, hoſti, aut perduelli, quibus non eſſe ſeruandam, recepta (inquiunt) *doctorum ſententia iam diu obtinuit:* vnde hæreticus reuelandus eſt Iudicibus, non obſtante fide, aut iuramento, quibus denunciatorem aſtrinxerit, nam priuatorum pactionibus iuri publico derogari non debet, nec poteſt. *L. Iuſpublicum: de pactis.* Et colligitur ex D. Tho. 2. ſecundæ q. 70. artic. 1. Si tamen fides hæreticis data eſſet a Principe, vel publica poteſtate, exactè ſeruanda eſſet, ſi modo, quod addixit, non ſit de illo genere rerum, quas lex, aut inſpirata, aut naturalis vetat præſtare; non enim videtur eſſe vetitum, eorum, quæ ad naturæ, aut gentium ius attinent, habere cum hæretico commercium, præſertim quod incolumi Religione haberi poſſit; qua poſſibile eſſet, vt, per pia monita, etiam pertinaciſſimus ad ſaniorem mentem rediret. Et Menochius conſil. 100. num. 226. probat Concilium Conſtantienſe nihil feciſſe contra ſaluum conductum datum hæreticis, qui ſeruandus omnino eſt, cùm a Principe, vel a publica poteſtate fuerit illis conceſſus.

Vrbanus Pontifex merito nolebat Sacerdotes laicis ſubſeruire; ſiquidem Sacerdotalis dignitas inſtituta ad Sacramenta fidelibus adminiſtranda, ſed potiſſimum ad conſecrationem ſacræ Eucha riſtiæ, longè ſuperior eſt quauis dignitate laicali. Verum de hoc iam alibi. Ad id vero, quod ſcribit Mornæus.

Pag. 264 *Et ſic reuerentiæ Sacramento debitæ prætextu, miſerum populum deludebant: quia tranſubſtantiatio eo tempore vulgari cœpta.*

AD id refellendum non eſt, quod nunc plura adferamus; ſiquidem doctrina de veritate Corporis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ, & dignitate tanti Sacramenti, & tranſubſtantiatione

ne

ne non tùnc primùm vulgari cœpta, ſed ab initio ipſius Eccleſiæ credita, vt iam alibi dictum eſt. Proſequitur.

Pag.264 *Ex facto in Francia, & in Anglia ex ea occaſione authoritatis ſuæ ſpecimen illum edidiſſe legimus. In Francia dum Gaufridum Epiſcopum Carnotenſem, non ſolum ob vitia, & crimina deſtituit, ſed & Iuonem S. Quintini Abbatem in eius locum, quaſi pro ſuo iure, inſtituit, quem quidem magni tunc nominis virum ideo elegit, vt eius commendatione ſuæ vſurpationi patrocinium quærat, &c.*

De Gaufrido Epiſcopatu ſeſe abdicante, & Iuone per Pontificem inſtituto.

Equidem cum Vrbanus conſecrauit Iuonem Epiſcopum, & eum Carnotenſi præfecit Eccleſiæ, planè lucernam ardentem, perſpicuam vniuerſo Occidentali Orbi ſuper Candelabrum collocauit. In locum Gaufridi ſuffectus eſt, qui ſub Gregorio ſeptimo diu Romæ detentus, reus Simoniacæ prauitatis, & deficientibus probationibus liber dimiſſus, tandem ſub Vrbano planè innoteſcentibus eius criminibus ab eodem Pontefice depoſitus eſt: immò ſe indignum agnoſcens, Epiſcopatu ſe abdicauit, prout conſtat ex literis Vrbani ad Clerum, & populum Carnotenſem: *Porro de Gaufrido, qui ſine conditione omni, noſtris manibus Epiſcopatum reddidit, indignum ſe patenter agnoſcens, præcepimus, & præcipimus, ne quis ei vllo modo ad Epiſcopatum reinuadendum vel infeſtandum, aſſenſum accommodare præſumat*, &c. Immo Iuonem ipſum prius electum fuiſſe a Clero, & populo Carnotenſi conſtat ex edicto Vrbani ad ipſum, cum eum conſecrauit. *Quoniam (vt credimus) diuino te nutu vocante, Clerus, & populus Ciuitatis illius vnanimiter elegerunt rectorem, & ad nos vſque perducentes petierunt conſecrari Epiſcopum, & ideo Deo annuente per manus noſtræ impoſitionem Epiſcopus conſecratus es, &c.* Vt Pontifex eum conſecrando, annuerit votis Cleri, & populi.

Quod vero ſcribit Mornæus Pontificem, quaſi pro ſuo iure tantum virum elegiſſe, vt vſurpationi ſuæ patronum quæreret, certe non ita iudicat Iuo, qui cum pateretur aduerſarium Richerium Archiepiſcopum Senonenſem, qui fauebat Gaufrido, ſed & ab eo literas contumelioſas accepiſſet, eum liberrime redarguit, quod Apoſtolicæ ſedis authoritatem contemptui haberet. *Dicitis in literis illis me ſedem inuaſiſſe Gaufridi Coepiſcopi veſtri, in quo manifeſte contra ſedem Apoſtolicam caput erigitis, dum quod illa ædificat, vos, quantum in vobis eſt, deſtruitis, & quod illa deſtruxit, vos ædificare contenditis: Cuius iudicijs, & conſtitutionibus obuiare plane eſt hæreticæ prauitatis notam incurrere, cum Scriptura dicat, hæreticum eſſe conſtat, qui Romanæ Eccleſiæ non concordat &c.* Nec verò tantus vir paſſus fuiſſet, ſe conſecrari à non habente authoritatem.

In Anglia dum Anſelmo Italo Lanfranci diſcipulo, ex Regis Gulielmi ſecundi conſenſu, Cantuerienſi Archiepiſcopo perſuadet, vt cõfirmationẽ ab ipſo petat, quæ ſemel a Primate Angliæ admiſſa cæterorum deinceps Epiſcoporum confirmationem inducebat. Pag.264

Pontificis eſt Epiſcopos conſecrare, & confirmare

Non aliunde certè Epiſcopi in Eccleſia Catholica habent conſecrationem, & confirmationem ſuam, quàm a Sede Apoſtolica, ſeu Eccleſia Romana, & vt videre eſt apud Bedam paſſim, & alios: Epiſcopi, non aliter in Anglia, quam authoritate Romanorum Pontificum ſunt conſecrati, & confirmati: & de Anſelmo quidem idem credendum, de quo legimus, quod multis precibus Papam Vrbanum flectere conatus ſit, quatenus ab onere Pontificali eum abſolueret, & quieti liberum vacare concederet, in quo tamen fruſtra laborauit. De eodem legimus, quod cum contentiones eſſent inter eum, & Regem, & vellet Rex eum iurare, ſe pro quauis cauſa Romam non appellaturum reſpondit quod *Chriſtianus Princeps ab Archiepiſcopo ſuo tale ſacramentum exigit iniuſte. Si enim* (inquit) *Sanctum Petrum iureiurando abiurarem, negarem Chriſtum, &c.* Idem ſcripſit librum de Incarnatioue Verbi, quem ad Vrbanũ miſit, cum hac inſcriptione: *Domino, & Patri vniuerſæ Eccleſiæ in terra peregrinantis Summo Pontifici Vrbano*, & ſubiungit. *Diuina prouidentia veſtram elegit Sanctitatem, cui vitam, & fidem Chriſtianam cuſtodiendam, & Eccleſiam ſuam regendam committeret. Ad nullum alium rectius refertur, ſi quid contra Catholicam fidem oritur in Eccleſia, vt eius authoritate corrigatur, nec vlli alij tutius, ſi quid contra errorem reſpondetur, oſtenditur, vt eius prudentia examinetur.* Vt inde conſtet quam fuerit diuerſum iudicium ſanctiſſimorum, & doctiſſimorum, tùm temporis præſulum in Eccleſia Dei de authoritate Romani Pontificis, a iudicio iſtius aduerſarij rudis planè, & imperiti, & omnium Nouatorum noſtri huius ſæculi.

ANTI-

Digitized by Google

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quadrageſ. ſecundam.

Pag. 264. NVnc aliquot huius Oppoſitionis clauſulæ ſigillatim nobis examinandæ.

Verum tempus iam videre, Chriſtiani orbis quis interim habitus, quis ſenſus, ſub hoc præſertim ſchiſmate, quo ſexdecim annorũ ſpatio &c. Aduerſi ſibi inuicẽ Pontifices, Cardinales, &c.

VErum facile cuiuis conſtabat, quis eſſet verus, & indubitatus Pontifex: qui adhęſerunt Guiberto, ab Henrico nullo iure intruſo, habiti Schiſmatici; legitimos verò Pontifices agnouit Eccleſia, Gregorium ſeptimum, Victorem Tertium, & Vrbanum ſecundum: quibus ſequentes Romani Pontifices ſucceſſerunt, cùm nemo ſubrogatus ſit in locum Guiberti illius, dicti Clementis Tertij, inuaſoris Sedis Apoſtolicæ: nec magis in parte Guiberti erat Chriſtus, aut Eccleſia, quam, tempore Cypriani, in parte Nouatiani, quem ille adulterum, & contrarium caput epiſt. 42. ad Cornelium extra Eccleſiam vocat.

Pag. 264 *Gnari quippe iam tum Patres noſtri abſque Pontificibus conſiſtere poſſe Eccleſiam, ijs vicarijs Chriſto opus non eſſe, qui Eccleſiam ipſe alia ratione regere noſſet.*

Non conſiſtit Eccleſia ſine Pōtificibus.

IMmo eò Patres noſtri, ſe firmiter credere docuerunt, non poſſe Eccleſiam conſiſtere ſine Pontificibus, quòd illis ſemper firmiter adhæſerunt: & qui defecerunt ab obedientia Romanorum Pontificum, videmus eos omnes a vera fide defeciſſe, & deſiuiſſe eſſe Eccleſiam Chriſti, Nam vt ſcribebat Cyprianus lib. 1. epiſt. 3. *Non aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quam inde, quòd Sacerdoti Dei nõ obtemperatur, nec vnus in Eccleſia, ad tempus. Sacerdos, & ad tempus Iudex, vice Chriſti, cogitatur.* Idem alibi libro quarto, epiſtola 10. alias epiſtola 69. Eccleſiam definit, quod ſit *plebs Sacerdoti adunata, & paſtori ſuo Grex adhærens*; Et ſi verò caput Eccleſiæ ſit Chriſtus, quia tamen ſecundum viſibilem præſentiam abeſt ab ipſa Eccleſia militante, requiritur neceſſariò aliquis vnus Chriſti loco, qui viſibilem hanc Eccleſiam gubernet, & in vnitate contineat. Optatus lib. 2. Petrum appellat caput, & Eccleſiæ vnitatem in eo ponit, vt omnes cohæreant cum ipſo capite. Et fatemur quidem Chriſto opus non eſſe Vicarijs, ſed Eccleſiæ ipſi. Et D. Paulus 1. corint. 13. conferens corpus Eccleſiæ Myſticum cum corpore naturali quod varijs mẽbris conſtat: *non poteſt* (inquit) *oculus dicere manui: Opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus non eſtis mihi neceſſarij.* Quod certe de Capite Chriſto minime intellexit, cum certum ſit illum, aut Eccleſia ſua, aut illius membris nullo modo indigere; intellexit igitur corpus illud myſticum conſtare debere præterea aliquo alio capite viſibili, quod & alijs membris indigeat. Gerſon librum ſcripſit de auferibilitate Papæ ab Eccleſia, vbi conſiderat. 20. & vlt. Concludit: *Auferibilis non eſt vſque ad conſummationem ſæculi Vicarius Sponſus Eccleſiæ, quin aliquis certus, & vnicus præficiatur, & hoc, lege ſtante, & præſuppoſita mundi duratione longiſſima. Detur oppoſitum, tunc Eccleſia maneret imperfecta, vſque ad conſummationem ſæculi, nec ſuorum gauderet integritate membrorum, & præſertim membri principalis.* Neç vero dubitamus Chriſtum Eccleſiam alia ratione regere noſſe, & potuiſſe aliud regimen inſtituere in Eccleſia; ſed quis dicat ei, qui Petro dixit *Paſce oues meas; paſce agnos meos*, Cur ita facis? An aliæ rationes defuerunt Deo liberandi homines a peccato, præter paſſionem, & mortem Chriſti? D. Auguſt. lib. 3. de Trinit. cap. 10. *Oſtendamus* (inquit) *non alium modum poſſibilem Deo defuiſſe, cuius poteſtati cuncta æqualiter ſubiacent, ſed ſanandæ noſtræ miſeriæ conuenientiorem alium modum non fuiſſe, neque eſſe potuiſſe.* Ita non deerant alij modi regiminis, quos noſſet Chriſtus, & poſſet inſtituere in Eccleſia ſua. Monarchiam tamen regimen cœteris præelegit, & corpori illi viſibili, vnum viſibile caput præeſſe, ouili ſuo ſupremum paſtorem vnum præfici voluit. Hanc fuiſſe Chriſti inſtitutionem Scripturæ ſacræ Concilia, Patres, & Theologi docent, & hactenus omnes Catholici crediderunt.

Anno 1088. ineunte Pontificatum Vrbano conueninut Garſtungam ex vtraque parte Epiſcopi, & Principes, vt aliquam pacis racionem Vrbano proponendam inueſtigent &c. Ibi Conradus Epiſcopus Vltraiectinus exponit.

De Concilio Garſtūgenſi ab Hēricianis coacto.

HÆc & quæ ſequuntur citat Mornæus ex ſuo Auentino hæreticorum, & Schiſmaticorum, aduerſus veros Pontifices, patrono, homine nullius apud nos authoritatis; qui, cùm cœteros deſpiciat authores, Chronicarios, ſummularios, ſpecularios, ſupplementarios, & faſciculari0s appellet irriſorie, præterea homunciones per ditiſſimos, & indoctorum arrogantiſſimos, beſtia tabe hæreſeos infecta, homo non doctus, nec diſertus, ſed doctrina æque, ac pietate deſertus a doctiſſimo Baronio merito appellatur, qui non alia ratione cæteris ſcriptoribus detrahere conatur authoritatem, quàm quod illi vera ſcripſerunt

Digitized by Google

runt, & legitimorum Pontificum cauſam contra Schiſmaticos ſuis ſcriptis tutati ſunt cùm ille non niſi calumnias in eoſdem meditaretur, & cauſam ſchiſmaticorum defendendam ſuſcipiendo multa mendacia obtrudere moliretur.

Ex eo igitur citat Mornæus, quòd Conuentus Epiſcopum Garſtungi factus ſit, eoque conuenerint vtriuſque partis Epiſcopi, Conradus Traiectenſis Epiſcopus orationem habuerit, vbi multa in laudem Henrici, & vituperium Gregorij ſeptimi adduxerit, vt nonnulli ſectam Hildebrandi velut impiam ſceleratamque abiurarint, hoc enim titulo Mornæus poſt Auentinum libenter notat Catholicos, Gregorio ſeptimo contra Henricum, & ſuum Antipapam, adhærentes, & quo magis pœnitentiam prioris ſectæ approbarunt, ad Romanum Pontificem Imperatoremque ſe tranſtulerint, vt Romanus Pontifex illi ſit Guibertus ille ab Henrico intruſus, & Sedis Apoſtolicæ inuaſor, quem vocat Pontificē Maximum, Archimyſtam. Refert ex eodem quomodo Moguntiæ Epiſcopi illi fautores Henrici conuenerint & communi omnium conſenſu Hildebrandi ſecta pietati Chriſtianæ repugnans exploſa, exibilata ſit. Ottonem, qui & Vrbanus, ijdem Patres, ſacrilegij, irreligioſitatis accuſant, conuincunt, in numeroque impiorum computant: quatuordecim Epiſcopos ſectæ Hildebrandi albo Pontificum eradunt, ſenatu Sacerdotum mouent, crimine perduellionis periurij, perfidiæ, homicidij, parricidij eoſdem condēnant. Hæc Auentinus. qui & Gregoriū ſeptimū ac Victorē Tertiū, deceſſores Vrbani pernicioſæ diſſenſionis capita nominat, eo nomine Moruço ſcriptor ſacer. Sed quid mirum ſi à temerarijs, & audaciſſimis illis ſchiſmaticis Pſeudoepiſcopis Concilia in veros Pontifices coacta, illi ab ijſdem condemnati? cùm & Pontifices, & Phariſei Concilium collegerint aduerſus Ieſum, vt eum dolo tenerent, & occiderent; cum & Arriani Epiſcopi toties coegerint Concilia aduerſus, Athanaſium, & alios Epiſcopos, in quibus & proſcripta fides Orthodoxa; cum aduerſus Leonem Pontificem Dioſcorus hæreſiarcha Pſeudoſynodum Epheſinam coegerit vbi ab eodem inaudita temeritate, & audacia condemnatus S. Leo Pontifex. Eodem certe loco habemus hunc Conuentum Epiſcoporum Henricianorum, cui adeo Auentinus, & Mornæus patrocinantur. Sed longe aliter rem geſtam narrat Bertol. ſcriptor Catholicus, quam Auentinus, & poſt eū Mornęus; ſiquidē ita ille ſcribit anno 1089. *Sed iam aliquantulū diuturna regni diſcordia inter Catholicos, & Schiſmaticos tepeſcere cœpit, vt non iam bellum ad inuicem, ſed pacem componere ſanius iudicarent. Quapropter Duces, & Comites fideles Sancti Petri cum Henrico colloquiū habuerunt, eique ſuum conſilium, & auxilium ad obtinendum Regnum firmiſſimè promiſerunt, ſi Guibertum Hæreſiarcham vellet dimittere, & ad Eccleſiaſticam communionem, per Catholicum Paſtorem, remeare. Quam quidem conditionem nec ipſe multum reſpuit, ſi tamen in hoc ei Principes ſui aſſentiri vellent, videlicet Epiſcopi, qui ſe, cùm Guiberto, deponendos eſſe non dubitauerunt, eò quod in eius parte ordinationem, immo execrationem perceperunt. Hi ergo penitus hac vice diſſuaſerunt, ne Sancta Eccleſia reconciliaretur.* Iſti interim Auentino, & Mornæo ſunt, qui pacis rationes proponebant, cum qui erant ſectæ Hildebrandi (vt ijdem loquuntur) pacem Eccleſiæ, & Reipublicæ perturbarent; cùm tamen illi nihil minus, quam iuſtitiæ, pacis, & Religionis, ſed proprij commodi dumtaxat, rationē haberent, ideoque ab obedientia vero Pontifici pręſtanda, Henricū deterrerent. Conradus ille Vltraiectenſis Epiſcopus, feria 4. Paſchæ, poſt Miſſam a ſe celebratā, à quodā ſuorū in domo ſua perimitur. Sigebertus in Chronico. Id certe Deo permittente in vltionem tantæ ſuæ temeritatis, & audaciæ.]

Incidit vero in hoc tempus Vualtrami Magdeburgenſis ad Comitem Ludouicum, quem glorioſiſſimum Principem nuncupat, epiſtola, in qua ex Scripturis ſacris obedientiam Regibus, & Principibus legitimis debitam exponit, vt eum aduerſus eius ætatis impoſtores muniat, qui apud vulgus, & mulierculas contraria concionabantur, ipſique diuina iudicia contra Rodulphum, Hildebrandum, Marchionem Hecbertum, & innumeros alios Principes, qui Pontificibus, contra Imperatorem, militabant, ob oculos reponit &c. Pag. 266

HÆc citat Mornæus ex epiſtola Vualtrami Magdeburgenſis Eccleſiæ Antiſtitis, fautoris Henrici ad Comitem Ludouicum, quam refert Dodechinus anno 1090. Sed videamus quæ huic Vualtrami epiſtolæ ſubiungat Dodechinus. *Has ſanè literas,* (inquit) *prædictus Comes ſuſcipiens, vocato ad ſe venerabili Stephano, qui & Herrandus Halberſtadenſi Epiſcopo eas tradidit legendas, rogauitque eum, quatenus his diligenti examinatione perſpectis, iuxta rationem veritatis congrua obuiaret reſponſione, & linguam blaſphemantis, os quoque iniqua proferentis contra iuſtitiam, authoritate Sancti Spiritus, & teſtimonio ſcripturarum abſtineret, ne amplius contra Eccleſiam Dei latratus proferret inſanos, & fureret: Venerabilis autem Epiſcopus, ſecundum petitionem Comitis, ſuſceptis literis, ac diligenti examinatione perſpectis, vocato notario epiſtolam dictauit, in qua primùm præſcriptum Vualtramum Epiſcopum hæreticum, Simoniacum redarguit, Regem etiam, Henricum hæreticum, & excommunicatum, ideoque nec Regem dicendum comprobauit: Epiſcopatus pro pecunia, pro gladio, pro adulterio, pro Sodomitica immunditia vendentem declarauit.*

Deinde ſubiungitur epiſtola, qua Vualtramo reſpondetur, vnde feruor, & zelus in Sacrā

Religionem tum Epiſcopi, tum Comitis agnoſcitur: Quare facit perinde Mornæus, ac ſi quis argumenta Atheorum, contra diuinam prouidentiam, Gentilium, contra Religionem Chriſtianam, Arrianorum, aut aliorum iam pridem ab Eccleſia proſcriptorum hæreticorum, contra fidem Orthodoxam proponeret, ſuppreſſis, quæ ad ea Patres, aut Theologi ſcholaſtici veritatis aſſertores, ac vindices reſponderunt.

Quoad ea, quæ citat ex Sigiberto, & Auentino, vtroque non magnæ apud nos authoritatis: nemo certe Chriſtianus Catholicus negabit, deberi fidelitatem Regibus Chriſtianis, modo iuſta præcipiant, non ad hæreſim, aut ſchiſma, aut alia flagitia impellant: tum enim non debemus eos timere, qui occidunt corpus, nec habent amplius, quid faciant, ſed debemus eum timere, qui animam, & corpus poteſt mittere in gehennam, & oportet Deo obedire magis, quam hominibus, vbi Reges contraria legi diuinæ præcipiunt. Hac de re legi poſſunt Canones 11. q. 3. *C. Iulianus Imperator. C. Qui reſiſtit poteſtati. C. Imperatores*, vt inde conſtet, quouſque protendatur vis, & obligatio iuramenti fidelitatis, quid enim ſi Princeps ad renunciandum fidei, vel obſeruantiæ erga Sedem Apoſtolicam ſubditos velit compellere? an illis obijcere poterit iuramentum fidelitatis? an non exceptione legitima ſe tueri poterunt? Et hæc quidem vt ijs reſpondeatur, quæ ex Sigeberto adfert hoc loco, Mornæus. Hanc nouitatem tum emerſiſſe, vt Sacerdotes docerent populum.

Pag. 266 *Quàm malis Regibus nullam debeant ſubiectionem; & licet ei Sacramentum fidelitatis fecerint, nullā tamen debeant fidelitatem, nec periuri dicantur, qui contra Regem ſenſerint.*

VBi eos inſimulat, qui legitimè inſtitutis Pontificibus, & vocatis a Deo tamquam Aaron, contra Henricum Schiſmaticum Regem adhærebant: ſed reſponſio ſatis patet ex his quæ ſupra adduximus de cauſis, ob quas iuſte Gregorius ſeptimus, & alij Pontifices Henricum excommunicarunt, & iuramento fidelitatis ſubditos ſoluerunt.

Pag. 267 *Ac precipuè cum filium in ſtatum vitamque Patris conſpirantem viderunt, Conradum in Henricum parentem à quo in Imperij ſpem educatus, idque ſuadente impellente, cōmittēte, Vrbano Pontifice, inſtigante, an faſcinante præſtigijs ſuis Mathilde.*

DE cauſa defectionis Conradi, a Patre volente eum ad flagitia, vt ad inceſtum cum Nouerca committendum, cogere, iam ſupra dictum eſt, vt non Vrbanus, nec Mathildis incentores illi fuerint ad diſceſſionem a patre, licet iuſtis de cauſis, Regiam illius in Italia dignitatem, contra patrem Schiſmaticum, & tot flagitijs infamem, tutati ſint: nec vero in vitam patris conſpiraſſe vnquam optimus adoleſcens, meliore patre dignus legitur. Si, in ſolemnibus aliquando conuentibus, in lachrimas Henricus effunditur, non id ita, ob flagitia, propter quæ filium a ſe alienauerat, quam quòd in Italia omnes a ſe defeciſſe, & filio Regnum detuliſſe videret; vt longe amplius eum contriſtaret pœna, ſcilicet amiſſio Regni, quam pęniteret ſceleris in Deum, in Vxorem, & in filium commiſſi.

Quoad expeditionem Hieroſolymitanam illius temporis adeo celebratam, eius ſuſcipiendæ author fuit Vrbanus ſecundus Pontifex, hoc nomine ſæculis omnibus celebrandus, cùm nihil aliud ſibi proponeret, quàm rem Chriſtianam iuuare, Chriſti gloriam longe lateque diffundere, terram illam Sanctam, in qua peracta ſunt omnia noſtræ redemptionis Myſteria, è manibus infidelium armis Chriſtianorum extorquere, & Chriſtianos illic degentes a Barbarorum oppreſſionibus eripere; Sed longe aliter iſte mentem, & factum Pontificis interpretatur: cùm enim multa Vrbano Pontifici impoſuiſſet, vt in primis quòd Conrado ſuaſerit, eumque impulerit, vt conſpiraret in ſtatum, & vitam Patris &c. Subiungit. *Iterùm de expeditione contrà Turcas.*

Quæ interim omnia ſacra illa expeditione velabantur, cuius arcanum nobis ſupra Malbesburienſis aperuit, ea ratione Roma Vrbanum authoritatem recuperare voluiſſe, an potius animos hominum in remotioribus cogitationibus occupatos a propinquioribus, & verioribus, ſpecioſo hoc obiecto, diuertere, qui dum infideles foris bello perſequi ſibi videntur, Antichriſtum domi omnia impunè in Eccleſiam vaſtantem negligerent. Pag. 267

SEd iſte ſuum arcanum ſatis nobis aperit, nimirum ſatius tùm fuiſſe Chriſtianos armarí in Pontificem Romanum ad conculcandam illius dignitatem, & e medio prorſus tollendam, quàm de recuperandis Hieroſolymis. & Chriſtianis Orientalibus ab immani barbarorum oppreſſione liberandis cogitare: ſic iſte erga rem Chriſtianam tàm bene affectum ſe ſe oſtendit. Videamus verò, quid Malmesburienſis de ea expeditione, & Vrbani Conſilio ſentiat, vt iſtius fraus, & impoſtura innoteſcat. Sic ille lib. 4. de Geſtis Anglorum cap. 2. *Anno ab Incarnatione 1095. Papa Vrbanus ſecundus qui præſidebat Apoſtolico culmini, euaſis Alpibus, venit in Gallias: aduentus cauſa ferebatur perſpicua, quòd violentia Guiberti Roma extruſus, Citramontanas ad ſui reuerentiam ſollicitaret Eccleſias. Illud repoſitius propoſitum non ita vulgabatur, quòd Roamundi*

mundi

Digitized by Google

mundi Conſilio, penè totam Europam in Aſiaticam expeditionem moueret, vt in tanto tumultu omnium Prouinciarum facile obæratis auxiliaribus, & Vrbanus Romam, & Roamundus Illyricum, & Macedoniam peruaderent, &c. Hoc igitur eſt myſterium quod ex Malbesburienſi notatum voluit Mornæus. Sed non prętereundum ſilentio quod Author ille ſubiungit: *Veruntamen quæcunque tranſeundi fuerit occaſio, magno, & illuſtri aduentus eius fuit Chriſtianis emolumento.* Quod certe oſtendit in ſequentibus, quæ dolo malo, ſuppreſſit Mornæus. Proſequitur.

Pag. 267 *Nec verò quibus ad hoc bellum imperitos polliceret luculenta eſca deerat ſæculo caliginoſiſſimo ſimul & impuriſſimo, peccatorum omnium, ſine vlla pœnitentia, abſolutiſſima abſolutio, hominibus Regionem inuadentibus, in qua omnia militis libidini expoſita, quanta ad omne vitium, ad omne ſcelus incentiua.*

CONcilio Claromontano 310. adfuere Epiſcopi, & Abbates, omnes (ſi Mornæo credere fas eſt) caligine ignorantiæ obducti. Quam læta, & beata illa ſæcula, ſi Mornęum, & Nouatores iſtius ſæculi gnoſticos (inquam) iſtos tuliſſent, qui vt iam olim de illis Tertullianus lib. de præſcript. cap. 41. *omnes tument, omnes ſcientiam pollicentur*: caliginem illam diſcuſſiſſent, & ex hoc myſterio Iniquitatis, ſeu hiſtoria Papatus Mornæi, magnum lumen doctrinæ acceſſiſſet: nondum enim Chriſtianis innotuerant multa, quæ hoc tam inſigni opere continentur: Papam eſſe Antichriſtum; Babylonem eſſe Eccleſiam Romanam. Barbaris Chriſtianorum ceruicibus in Oriente imminentibus, & deriſo nomine Chriſti, ſectam Mahometanam longè, lateque propagantibus, non eſſe occurrendum, ſed magis arma eſſe conuertenda in Pontificem Vrbanum illius expeditionis authorem, ne dùm infideles foris perſequi viderentur, Antichriſtum domi omnia in Eccleſia impune vaſtantem negligerent: Hæc doctrina noui iſtius Apoſtoli, hæc lux, qua illuſtraſſet ſeculum illud caliginoſum. Miror vero qui ſcribat, peccatorum omnium: *ſine vlla pœnitentia abſolutiſſimam abſolutionem*, tùm propoſitam fuiſſe: ſiquidem in Eccleſia Romana non niſi pœnitentiæ ſacramento, aut in re, aut in voto firmiſſime creditur peccata remitti: & pœnitentia dicitur a Patribus Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 14. & ſeſſ. 14. can. 2. *ſecunda poſt naufragium tabula*; & ſacramentum illud conſiſtit in actibus pœnitentis, contritione, confeſſione, & ſatisfactione tanquam materia, & abſolutione Sacerdotis tanquam forma. Quod ſi intelligit tùm indulgentiam peccatorum, quoad pœnas illis debitas, à Pontifice Chriſtianis pergentibus ad terram Sanctam conceſſam fuiſſe ex applicatione theſauri Eccleſiæ, qui conſtat ex meritis Chriſti, & Sanctorum; ne ſic quidem vera loquitur: nunquàm enim credidit Eccleſia Romana, eam concedi poſſe niſi illis, qui prius per pœnitentiam expiauerint peccata, & in gratiam cum Deo redierint; ſiquidem remiſſio pœnæ, per indulgentiam, præſupponit remiſſionem peccati a Deo per pęnitentiam prius impetratam. Immo Nouatores cum Mornæo, Sacramentum pœnitentiæ explodunt, nec ad peccatorum expiationem vllam pœnitentiam requirunt.

Pęnitentię definitio.

Neque verò, quod iſte nugatur, militum Chriſtianorum in Orientem pergentium libidini omnia exponebantur, & cum illis quotidie periculum immineret aduerſum Barbaros decertaturis, non certe tot incentiua habebant ad omne vitium, ad omne ſcelus: & ſi hæc ratio alicuius eſſet momenti, nunquàm liceret Chriſtianis Barbaros armis aggredi, aut de Prouincijs ab illis iniuſte occupatis bello recuperandis cogitare. An non verò in armis bellicis milites Deo placere poſſunt? 23. q. 1. referuntur verba D. Auguſtini ex epiſt. 207. ad Bonifacium. *Noli exiſtimare neminem Deo placere poſſe, qui in armis bellicis militat. In his erant S. Dauid, cui dominus tàm magnum perhibuit teſtimonium; in his etiam plurimi illius temporis iuſti: In his erat & ille Centurio qui Domino dixit: Non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum*: & ex lib. 22. contra Fauſtum cap. 74. *Quid culpatur in bello? noſcendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi*, & *ſi quæ ſimilia ſunt, hæc ſunt, quæ in bellis iure culpantur*: & ex Ser. 19. de verbis Domini. *Militare non eſt delictum, ſed propter prædam militare, peccatum eſt; nec rempublicam gerere criminoſum eſt; ſed ideo gerere Rempublicam, vt rem familiarem potius augeas, videtur eſſe damnabile, propterea enim prouidentia quadam ſtipendia militibus ſunt conſtituta, ne dùm ſumptus quæritur prædo graſſetur*: Et infra. *Interrogauerũt Ioannem & milites. Quid faciemus & nos? Ait illis Ioannes: neminem concutiatis, ſed contenti eſtote ſtipendijs veſtris.* Quæro igitur ex Mornæo iuſtane fuerit illa expeditio ſuſcepta a Chriſtianis, authore Pontifice Vrbano, & bellum quod in Oriẽte Barbaris intulerunt. Ex D. Auguſt. iuſta bella definiri ſolent, quæ vlciſcuntur iniurias, ſi quæ gens, vel Ciuitas quæ bello petenda eſt, vel vindicare neglexerit, quod à ſuis improbè factũ eſt, vel reddere quod per iniurias ablatum eſt. Multa certe crudeliter, nedum improbè, in Chriſtianos barbari commiſerant, omnibus ablatis facultatibus, partim trucidarant, partim in captiuitatem eos redegerant. An verò dicet, licuiſſe Barbaris illis ad diripiendas, & occupandas Prouincias Chriſtianorum, bellum illis inferre, Chriſtianos verò ad eaſdem recuperandas, & ex eorum manibus extorquendas, non niſi bellum iniuſtum inferre potuiſſe? An verò opus erat, milites Chriſtianos, quibus tùm bellum aduerſus Barbaros, ad omne vitium, ad omne ſcelus, etſi incentiua eſſent, præcipites ferri, & non magis ſibi ante oculos ponere, quemadmodum olim Machabæi illi, quòd gererent bella Domini, maxime cùm ſub Ducibus milita-

rent, vt ex hiſtorijs conſtat, non prædæ cupiditate tot emenſis itinera, ſed accenſis zelo vindicandi iniurias Chriſtiano nomini, & Sacræ Religioni noſtræ illatas? Nec verò docent hiſtoriæ, qui inde reuerſi ſunt, eos omnibus Chananæorum abominationibus, fuiſſe contaminatos: Nec certe de Chriſtianis gente Sancta, populo acquiſitionis ſentiendum, quòd, ex bello illo vere ſacro aduerſus Barbaros geſto, deteriores redierint, cum neque legamus Romanos, aut Græcos ex longinquis Prouincijs, quibus bella intulerūt, peiores in patriam rediiſſe, cùm apud eos diſciplina militaris vigeret, quam eandem ab vnius, & veri Dei cultoribus contemptam fuiſſe nullo modo veroſimile. Proſequitur.

Pag. 267 *Ex altera parte, imperitos quoſque belli huius ſtudio feruentes in Judæos inceſſebant, in quos ſibi quidque licere volunt, qui proinde, ni illico ad Chriſtum conuertantur, diripiuntur, excarnificātur, magno Chriſtianæ Religionis ſcandalo, quaſi non alia ratione ad fidem Chriſti adduci poſſint.*

ID quidem teſtatur Bertoldus anno 1096. *Hoc anno in quibuſdam Ciuitatibus Iudæi magna clade trucidati ſunt, ab his, qui Hieroſolymam petierunt, ita dico, Vt apud Spiram fugientes in palatium Regis, & Epiſcopi etiam repugnando vix ſe defenderent, eodem Epiſcopo Ioanne illis auxiliante, qui etiam poſtea ob hoc ira commotus, & pecunia Iudæorum conductus quoſdam fecit obtruncari Chriſtianos. Item apud Vuormatiam Iudæi perſequentes fugiendo Chriſtianos ad Epiſcopum properabant, qui cum non aliter illis ſalutem, niſi baptizarentur, promitteret, inducias colloquij rogauerunt; Et eadem hora Epiſcopi cubiculum intrantes, noſtris foris expectantibus, quid reſponſuri eſſent Diabolo, & propria duritia perſuadente, ſeipſos interfecerunt.* Eadem referunt Sigebertus, & Vrſpergenſis in Chronicis. Nemo certe non fatebitur, eam non eſſe rationem Iudæos ad fidem adducendi, neque Chriſtianis licuiſſe in eos tam crudeliter graſſari: & ſi id ex Zelo fecerunt, at non ſecundum ſcientiam. An verò id factum eſt ex decreto, vel authoritate Pontificis? an ideo expeditio illa ſuſcepta in Barbaros reprehendenda erit? Si milites aliquādo magis inhient prædæ, quàm ſtudeant inſeruire Reipublicæ, nùm ideo militare peccatum eſt, aut bella ſunt in vniuerſum damnanda? Si graſſati ſunt tum Chriſtiani in Iudæos, magno (vt inquit Mornæus) Chriſtianæ Religionis ſcandalo, at Mornæi gregales, noui (inquam) Circoncelliones ad propagandum nouum Euangelium, & ſuam Eccleſiam puriorem, & reformatam, nullum non in Catholicos crudelitatis genus exercuere, ſacras ædes diripuerunt, euerterunt, altaria deſtruxerunt, Sacerdotes Domini trucidarunt; & quæ ſacrilegia non perpetrarunt? hæccine ex Scripturis, ex verbo Domini ratio propagandi

Nimius armorum feruor à Chriſtianis in Iudæos, Pōtifice non iubente.

Euangelij, aut fidei mentibus hominum inſerendæ? an id fieri poteſt citra magnum Chriſtianæ Religionis ſcandalum? Quid verò refert, quòd Godefridus Bullonius, qui primus in vrbem Hieroſolymitanam impetum fecit, indeque, communi Principum conſenſu, primus Rex Hieroſolymorum creatus eſt, fuerit ipſe, qui primus Romanam Vrbem, Imperatori Henrico militans, ſcalis admotis inuaſerit? quid inde concluderit Mornæus? Si primo quidem Regi Henrico militauit, deinde pœnitens facti, ne ſchiſmaticus eſſet, aut Antipapæ, in perniciem ſuæ animæ, adhæreret, Vrbani legitimi Pontificis communioni ſeſe adiunxit, ac fuit vnus ex primis illis Principibus, qui illius authoritatem ſecutus, ſacræ militiæ nomen dedit? Si imitatus eſt alterum Godefredum Lotharingiæ item, & Tuſciæ Ducem, qui cùm Cadulo Antipapę excommunicato faueret, à Petro Damiani grauiter increpatus, pœnitens facti, contra eundem Concilium Mantua curauit congregari, vbi ille exauthoratus, & ab omnibus receptus verus Pontifex Alexander ſecundus.

Godefridus Bullonius, deſertis Henrici partibus vnitur Eccleſiæ.

Feruebat perpetuò de inueſtituris controuerſia, quas Pontifices, in Regum, & Imperatorum fraudem, ſibi aſſerebant, quanquam non ſine difficultate, & repugnantia, in Germania præſertim. Vultramus igitur Epiſcopus Naumburgenſis in Pontificem ſtilum hac occaſione ſtringit &c. Pag. 268

NOn eſt, quòd fuſius immoremur in argumentis Vualtrami refellendis, quæ hic Mornæo viſum adducere; id dumtaxat reſpondemus, quod ſcribit Sanderus lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſ. anno Domini 1099. De inueſtitura Epiſcoporum per Imperatores facienda, extat Vualtrami Epiſcopi Naumburgenſis libellus, quem ab eo reuocatum eſſe conſtat, quia Anſelmus in libro de diuerſitate Sacramentorum teſtatur, eundem Vualtramum ſententiam mutaſſe, & in amicitiam Paſchalis Papæ receptum eſſe. *Gaudeo, & gratias ago Deo* (inquit) *quia, ſicut ſcribitis, glorificat eum in vobis Catholica Eccleſia, quoniam in veſtra mutatione diuinæ voluntatis apparet gratia; & Domini Papæ Paſchalis amicitiam habetis, & familiaritatem, vt iam mihi liceat veſtram amicabiliter ſalutare Sanctitatem.* Ac aliud ſanè eſt poſſe tales inueſtituras de licentia Pontificum quandoque fieri, longeque aliud, inuito Pontifice ſummo, ius faciendi eas ſibi vindicare.

De inueſtitura Epiſcoporum an ab Imperatoribus facienda.

In Gallia vt Vrbanus Iuonem Sancti Quintini Abbatem, depoſito Gaufrido, Epiſcopum Carnotenſem ordinauit, Richerioque Archiepiſcopo Senonenſi, &c. Pag. 269

Quoad

Digitized by Google

QVoad Iuonem Carnotenſem Epiſcopum, ab Vrbano ſecundo conſecratum, in locum Gaufridi: obijcit Mornæus, eius ordinationi ſeſe oppoſuiſſe Richerium Archiepiſcopum Senonenſem, ad quem cum ſcripſiſſet Vrbanus, commendans ei à ſe conſecratum Iuonem, ei minime morem geſſerit, immò contumelioſas ad Iuonem literas ſcripſerit. Verum in his literis Iuo vir doctrina, & pietate inſignis (licet illo ſæculo, quod *caliginoſum* vocat Mornæus) ad eundem reſcribens grauiter conqueritur, Sedis Apoſtolicæ dignitatem non leuiter læſam fuiſſe; cuius iudicijs, & conſtitutionibus obuiare planè ſit hæreticæ prauitatis notam incurrere, cum Scriptura dicat: *hæreticum eſſe conſtat, qui Romanæ Eccleſiæ non concordat.* Mornæus.

Pag.269 *Conſcientiam eius teſtor, num ex aliquo Scripturæ loco elicere id poſſit.*

Canones ſacra ſcriptura dicti.

SCripturam Iuo intelligit ſacros Canones, qui eliciuntur ex Scriptura ſacra. Ita legimus diſt. 11. c. Nolite. *Satis indignum eſt quemquam vel Pontificum, vel ordinum ſubſequentium hanc regulam refutare, quam Beati Petri ſedem & ſequi videat, & docere. Multum enim conuenit, vt totum corpus Eccleſiæ in hac ſibimet obſeruatione concordet, quæ inde authoritatem habet, vbi Dominus totius Eccleſiæ poſuit Principatū.* diſt. 22. c. Omnes. *Non dubium quin quiſquis cuilibet Eccleſiæ ius ſuū detrahit, iniuſtitiam facit, qui autem Romanæ Eccleſiæ priuilegium ab ipſo ſummo Eccleſiarum Capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in hæreſim labitur, & cum ille vocetur iniuſtus, hic proculdubio dicendus hæreticus; fidem quippe violat; qui aduerſus illam agit, quæ eſt mater fidei.* Habemus vero Scripturam ſacram diſt. 21. C. Quamuis; *Sancta Romana Catholica, & Apoſtolica Eccleſia nullis Synodicis conſtitutis cæteris Eccleſijs prælata eſt, ſed Euangelica voce domini, & Saluatoris noſtri, primatum obtinuit: Tu es Petrus* (inquiens) *& ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam, Et tibi dabo Claues Regni Cælorum &c.* In eadem epiſtola, Iuo, doctrina, & Sanctitate Mornæo, & omnibus Nouatoribus infinitis partibus ſuperior. *Os veſtrum* (inquit) *poſuiſtis in Cælum, & lingua veſtra tranſiuit, cum benedictionem, per manus impoſitionem Papæ datam, & Cardinalium Romana Eccleſia non ſimpliciter benedictionem, ſed qualemcumque hoſtili irriſione appellaſtis: cum ad ipſum principaliter, & generaliſſime pertineat tā Metropolitanorum, quam cæterorum Epiſcoporum conſecrationem confirmare, vel infirmare, conſtitutiones veſtras, & iudicia retractare, ſuas vero inconcuſſas detinere, & nullius inferioris iudicio retractandas, vel corrigendas concedere.* Si Richerius refractarius fuit literis, & mandatis Pontificis, vt primo non conſenſerit ordinationi Iuonis, immo eum Stampis, adhibito Pariſienſi Epiſcopo, Meldenſi, & Tricaſſino, accuſauerit dicens, eum in Maieſtatem Regiam offendiſſe, quia a Sede Apoſtolica conſecrationem præſumpſiſſet accipere, prout conſtat ex epiſt. eiuſdem Iuonis 12. Reſpondemus factum, non ius, & quod Iuo appellarit Sedem Apoſtolicam, prout ex eadem epiſtola conſtat, iure feciſſe, & iuxta Sacros Canones, ac decreta Sacrorum Conciliorum: & quod Philippus primus Rex conſenſit in ordinationem Iuonis, id fecit, quia ſciebat, quæ, & quanta eſſet authoritas Romani Pontificis in conſecrandis, & ordinandis, toto Chriſtiano orbe, Epiſcopis, non quod in id eſſet intentus, vt Vrbano diſpenſante, Bertrandam (quemadmodum fingit Mornæus) Concubinam vxorem accipere poſſet: quia alioqui non diſpenſauit cum eo, immo eum excommunicauit, quòd abdicata legitima coniuge Berta Bertrandam ſuper induxiſſet, vnde potius voluiſſet deprimere Romani Pontificis authoritatem, ſi eam iudicaſſet vſurpatam, & non potius credidiſſet diuinitus inſtitutam. Deinde, cur non ab Epiſcopis Galliarum eam diſpenſationem procurabat, maxime, cum aliqui fauerent huiuſmodi nefandis nuptijs: niſi quia ſciebat ſupremum Paſtorem totius Eccleſiæ eſſe Romanum Pontificem, & ad eum pertinere ius diſpenſandi, illius eſſe ius diuinum interpretari, & quicquid reliqui perperàm feciſſent Epiſcopi, eum retractare, & prorſus irrita reddere poſſe? Obijcit aduerſarius in Epiſtolis Iuonis non perpetuo illi cum Vrbani doctrina cōuenire, hoc argumēto.

Cum enim inueſtituras à laicis factas, ex eius mente, multi Epiſcopi hæreſeos damnarent, quia hac ratione magni Antiſtites fundatorum, & patronorum, laicorum iura, & prærogatiuas ad ſe contrahebant, Iuo tamen Epiſcopatum ſemel nactus, & extra aleam conſtitutus, contra Hugonem Lugdunenſem primatem Pontificis legatum, & alios, contrariam ſententiam tuetur, hæreſim illam non eſſe, cum non hic agatur de fide, quæ cum ordinibus nihil commune habet. Pag.269

VVlt indicare locum epiſtolæ 65. ad Hugonem Archiepiſcopum Lugdunenſem. *Quod ſcripſiſti prædictum electum inueſtituram Epiſcopatus de manu Regis accepiſſe, nec relatum nobis ab aliquo, qui vidit, nec cognitum. Quod tamen ſi factum eſſet, cùm hoc nullam vim Sacramenti gerat in conſtituendo Epiſcopo, vel admiſſum, vel omiſſum, quid fidei, quid ſacræ Religioni officiat, ignoramus; cum poſt Canonicam electionem Reges ipſos Apoſtolica authoritate à conceſſione Epiſcopatuum prohibitos minime videamus: legimus enim Sanctæ recordationis ſummos Pontifices aliquando apud Reges pro electis Eccleſiarum, vt eis ab ipſis Regibus concederentur Epiſcopatus, ad quos electi erant, interceſſiſſe, aliquorum, quia conceſſiones Regum*

An Iuo diſſenſerit ab Vrbani doctrina.

Digitized by Google

gum nondum conſecuti fuerant, conſecrationes diſtuliſſe. Baronius ad hunc locum anno 1099. *Scabroſiora* (inquit) *plane eſſe noſcuntur, cum de inueſtituris vetitis nimis abiectè loquatur, immo deſpectè multa ingerat, quæ niſi corrigerentur, ab alijs eiuſdem Authoris epiſtolis, famam ſuam, & nomen glorioſum, quod ex defenſione Apoſtolicæ Sedis, & Catholicæ veritatis ſibi digniſſime comparauerat, in diſcrimen maximum adduxiſſet*. Vbi Mornæus.

Pag. 270. *Qui hactenus probabatur Baronio iam obiurgatur, quod de inueſtituris minus commodè locutus videatur.*

VErum in hoc non diſſidet a ſe Baronius, ſiquidem a pietate, & doctrina, & obſeruantia erga Sedem Apoſtolicam, & zelo fidei laudandus erat Iuo; ſed verè reprehenſibilis, quod de inueſtituris ita ſit locutus. Sed videamus quæ ſubiungit: *Non iſta dico tanquam velim aduerſus Sedem Apoſtolicam caput erigere, vel eis ſalutaribus diſpoſitionibus obuiare, vel meliorum ſententijs præiudicium facere, ſi viuis nitantur rationibus & euidentioribus veterum Patrum authoritatibus &c.* Vt quicquid ſentiat, ſe ab Apoſtolicæ Sedis iuſſionibus non receſſurum aliquando conſulto profiteatur. Idem epiſt. 235. ad Henricum Abbatem. *De inueſtituris Eccleſiarum, quas laici faciunt, ſententiam præcedentium Gregorij, & Vrbani, quantum in me eſt, laudo, atque confirmo; Quocunque autem nomine talis peruaſio proprie vocetur, eorum ſententiam, qui inueſtituras laicorum defendere volunt, Schiſmaticam iudico. Nec iſta contra Dominum Papam dico, quia quibuſdam literis mihi ſcripſit, ſe coactum feciſſe, quod fecit, & adhuc ſe prohibere, quod prohibuit, quamuis quadam nefanda quibuſdam nefandis ſcripta permiſerit. Et quia verenda patris debemus potius velare, quam nudare, familiaribus, & charitatem redolentibus litteris admonendus mihi videtur, vt ſe iudicet, aut factum ſuum retractet*. Vbi maxime improbat, quod inueſtituræ fiant per laicos; & excuſat Paſchalem Pontificem, quod non niſi coactus priuilegium Henrico conceſſerat de inueſtituris Epiſcopatuum, & Abbatiarum, tam per annulum, quam per virgam; poſtea vero in Concilio Lateranenſi agens publicam pœnitentiam, quia captus ab Henrico quarto approbauerat priuilegia Epiſcoporum de inueſtituris Eccleſiarum, quatuor edidit capita, quibus vetuit inueſtituras Eccleſiarum de manu laici accipi. Extant apud Gratianum C. 16. q. 7. eiuſque rei author eſt Abbas Vrſpergenſis in Chronico, ſed de hoc alibi erit opportunior ſcribendi locus; & epiſt. 238. contendit, inueſtituram non eſſe hæreſim, cum hæreſis non ſit niſi error in fide. *Sicut enim fides cordis eſt ad iuſtitiam, oris autem confeſſio ad ſalutem, ita hæreſis error eſt ad impietatem, profeſſio vero eiuſdem erroris eſt ad perniciem, & fides, & error ex corde procedunt. Inueſtitura* vero illa eſt, *de qua tantus eſt motus, in ſolis eſt manibus dantis & accipeintis, quæ bona, & mala agere poſſunt, credere, vel errare in fide non poſſunt: Ad hæc ſi inueſtitura hæc hæreſis eſſet; ei renuntians ſinè vulnere ad eam redire non poſſet; Videmus autem in partibus Germanorum & Galliarum multas honeſtas perſonas purgatas iſto neuo per quamlibet ſatisfactionem paſtorales virgas reddidiſſe, & per manum Apoſtolicam refutatas inueſtituras recepiſſe. Quod ſummi Pontifices minime feciſſent, ſi in tali inueſtitura hæreſim, & peccatum in Spiritum Sanctum latere cognouiſſent*. Ruſus poſtea. *Si quis vero laicus ad hanc prorumpit inſaniam, vt in datione, & acceptione virgæ putet, ſe tribuere poſſe Sacramentum, vel rem Sacramenti Eccleſiaſtici illum prorſus iudicamus hæreticum, non propter manualem inueſtituram, ſed propter præſcriptionem diabolicam. Si vero congrua volumus rebus nomina dare, poſſumus dicere, quòd manualis illa inueſtitura, per laicos facta, alieni iuris eſt peruaſio, ſacrilega præſumptio, quæ pro libertate Eccleſiæ & honeſtate, ſaluo pacis vinculo, ſi fieri poteſt, funditus abſcindenda eſt*. Etſi igitur inueſtituram, per laicos, factam non iudicet hæreſim, eam tamen penitus improbat; ſed videamus quid illi reſpondeat Ioannes Archiepiſcopus Lugdunenſis epiſt. 239. apud Iuonem. *Quod eos arguis, qui inueſtituras Eccleſiaſticarum dignitatum, per laicos factas inter hæreſes computant non ſatis efficaciter facere videris. Quamuis enim ſicut Catholica fides in corde, ita & hæreſis error in corde maneat, tamen ſicut ex Catholicis operibus Catholicum ſentimus: ita ex hæreticis operibus hæreticum cognoſcimus. A fructibus enim eorum* (inquit Dominus) *cognoſcetis eos, & vnaquaque arbor ex fructu ſuo cognoſcitur. Et licet exteriores inueſtituras per laicos factas, non ſatis proprie hæreſis nomine cenſeamus, ſentire tamen, ac defendere, fieri debere, indubitata hæreſis eſt*. Vbi Baronius ad annum Chriſti 1111. *In hic reſoluitur omnis quæſtio quando in hoc peccaſſe hæreſis ſit: cùm videlicet inueſtituras à laicis iure dari, vt dogma defenditur: In quo ſenſu reperiuntur eſſe locuti Sancti Pontifices, & alij, qui eam opinionem hæreſim eſſe dixerunt, & hæreticos dici debere, qui eam ſecuti eſſent ſententiam*. Neque certe hoc ſenſu negaſſet Iuo inueſtituram eſſe hæreſim: vnde nec ab Vrbani doctrina diceſſiſſe putandus eſt.

Per laicos facta inueſtitura nō eſt hæreſis, eſt tamen improbanda, & probare eā à laicis eſſe dandam, eſt hæreſis.

Nunc de Anſelmo Cantuarienſi Archiepiſcopo, qui cùm vellet ire Romam, ab Vrbano Pallium accepturus, Rex Gulielmus ſecundus ei ſeſe opponit.

Accuſatur læſæ maieſtatis, aſſentientibus huic accuſationi omnibus Epiſcopis, vno excepto Roffenſi Gondulpho &c. Pag. 270

OCcaſio odij, & perſecutionis Regis in Anſelmum concitatæ, fuit quòd Anſelmus ipſe legitimum Pontificem haberet Vrbanum, eundemque coleret, vt Chriſti Vicarium, & Petri Principis Apoſtolorum ſucceſſorem; Rex verò faueret potius Guiberto Antipapæ: fomes, & incentiuum inter eum, & Anſelmum, fuerant diſcordiæ, quod ille vir Deo dilectus Vrbanum Apoſtolicum, alterum Apoſtatam pronunciauit, hincque factum, vt, cùm Romam pergere inſti-

Anſelmus Cātuarienſ. Archiep. volentem ire Roman. Rex Guilhelmus impedit.

inſtituiſſet Pallium ab Vrbano petiturus, Rex prohibuerit: ita enim ſcribit Edinerus, qui tum aderat: Regem de Transmarinis locis ingreſſum Anſelmus adijt, & vt ſibi Romam ad Papam Vrbanum pro Stola ſui Archiepiſcopatus, eundi licentiam daret, humiliter petijt. At ille, ad nomen Vrbani turbatus, dixit ſe illum pro Papa non tenere, nec ſuę conſuetudinis eſſe, vt, abſque ſua electione, alicui liceret in ſuo Regno Papam nominare. Et hæc 1094. Verum legato ab Vrbano miſſo in Angliam Vualtero Albanenſi Epiſcopo, promulgatum edictum per prouinciam, Vrbanum debere Apoſtolicum dici, & credi, nec tamen a legato potuit Rex impetrare, vt expelleretur Anſelmus, illo reſpondente factu impoſſibile, vt vir celebratiſſimæ Sanctitatis, & ſcientiæ, & in Præſulatum introductus legitime, deturbaretur, nulli obnoxius culpæ, ac tandem Rex ei publice poteſtatem fecit, vt, per totum Regnum, primatus ſui ius libere exerceret. Et Pallium ei à legato Roma miſſo traditum fuit. Ceſſit igitur tandem, non Anſelmus Regi, ſed Anſelmo Rex ipſe, qui & Pontificem agnouit Vrbanum, & vt ab eodem Anſelmus pallium acciperet, conſenſit: Et cum iterum confligeret cum Rege, velletque eum Rex iurare, ſe pro quauis cauſa Romam vlterius non appellaturum; reſpondit quod Chriſtianus Princeps ab Archiepiſcopo ſuo tale ſacramentum exigit iniuſte. *Si enim Sanctum Petrum iureiurando abiurarẽ negarem Chriſtum*, ſed vter doctrina, & Sanctitate præeminebat, Rex Gulielmus; aut Archiepiſcopus Anſelmus? vter rerum Eccleſiaſticarum, & ſacrorum Canonum peritior erat? Sedem Apoſtolicam appellat Anſelmus, ab Vrbano Pallium petiturus, Romam proficiſci inſtituit, Rex obſtitit, factum vtique, non ius.

Pag. 270 *Manet* (inquit Mornæus) *Anſelmus Lugduni exul, dũ Gulielmus vixit.*

Anſelmi exilium.

VErum quæ cauſa illius exilij? certe Gulielmus Neubrigenſis lib. 1. Rerum Anglicarum cap. 2. Rex (inquit) *Gulielmus prolongans iniquitatem ſibi, & in exitium proprium contra ſtimulum calcitrans, Venerabilem Anſelmum, cum modeſtia eum corripientem, & enormia, quæ ab eo vel ſub eo gerebantur, corrigere volentem non pertulit, ſed ſpoliatum rebus fere omnibus, tanquam Regno contrarium, ab Anglia expulit.* Sed Regem, & Archiepiſcopum conferamus adinuicem: Anſelmus Sedis Apoſtolicæ, & authoritatis Pontificiæ vindex accerrimus, Sanctitate, & doctrina præſtans, vt omnes teſtantur. Qualis vero, & quibus moribus fuerit Gulielmus ille Secundus cognominatus Rufus, ex Malmeſburienſi lib. 4. de geſtis Regum Anglorum, & alijs hiſtoricis Angliæ diſcere licet. Certe Gulielmus Neubergenſis, loco citato, eum ita deſcribit: *Homo vecors, & inconſtans in omnibus vijs ſuis, Deo indeuotus, Eccleſiæ grauis, nuptiarum ſpernens, & paſſim laſciuiens, opes Regni, vaniſſima effuſione, exhauriens, & eiſdem deficientibus ſubditorum fortunas in hoc ipſum corradens. Homo turgidus typo immaniſſimæ ſuperbiæ, & vſque ad nauſeam vel etiam deriſionem doctrinæ Euangelicæ temporalis gloriæ fœdiſſima voluptate abſortus.* poſteà: *Rex, propellentibus eum ad interitum malis ſuis, condignum effrenatæ ſuperbiæ finem incurrit; Quippe in venatione ſagitta proprij militis homo ferociſſimus, pro fera, confoſſus interijt, completumque in eo eſt illud: Vidi impium ſuper exaltatum, & eleuatum ſicut cedros libani, tranſiui, & ecce non erat, quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius.* Itaque Sanctiſſimos viros, qui defendendæ, & promouendæ authoritati Pontificiæ ſuam operam nauarint, nos producimus; non niſi vero ſceleſtiſſimos, quos pios nominat, a quibus contra interceſſum, nobis citat aduerſarius.

Rex Gulielmus qualis.

Omittendum minime hoc, iſto tempore, Vrbanum Papã Rogerio Comiti Calabriæ, & Siciliæ diploma illud conceſſiſſe, de quo tãtopere Baronius cõtẽdit, cõtra Regẽ Hiſpaniæ, qui vtriuſque Siciliæ Regnum hodie poſſidet. Pag. 270

DE hoc diplomate, an vnquam ab Vrbano fuerit conceſſum, & de Monarchia Siciliæ ſatis multa Baronius anno 1097. qui volendo ſalua eſſe iura Eccleſiæ, aut Diploma illud, vnde principium habeat detegendo, vel illud interpretando, nihil putauit, ſe irrogare iniuriæ Regi Catholico de Eccleſia Dei, & de Republica Chriſtiana cum maioribus ſuis ſemper quam optimè merito.

ANTIDOTVM

Contra progreſſum quadrageſ. tertium.

Pag. 271 *Habet, quod ingredimur ſæculum, ſuos progreſſus, ſeu improbitatem in Pontificibus, ſeu authoritatem ſpectes, ſibi mutuo viam ſternebant.*

HOc cruciat aduerſarium, quod tandem diuturno ſchiſmati finis ſit impoſitus & Pontifices Romani de Antipapis inuaſoribus Sedis Apoſtolicæ, & de Schiſmaticis triumpharint. Krantzius lib. 9. Metropolis cap. 1. nu. 168. *Paſchalis ſecundus diu luctatus cum Antipapis, & cum hoſtibus Eccleſiæ triumphauit, cum etiam ſuæ contumaciæ, & perfidiæ pœnas dedit Henricus Imperator, toties a Pontificibus diris deuotus quam Principes ipſi Imperium cedere filio coegerunt:*

Vrbano

Digitized by Google

Vrbano ſecundo mortuo anno 1099. Rainerius Hetruſcus ſuccedit, qui Paſchalis ſecundus Hildebrandi diſcipulus, eo præſertim nomine ab Vrbano commendatus, quod veſtigijs ſuis gnauiter inhæſurum putaret. Pag.271

VRſpergenſis in Chronico. *Antequam Vrbanus Papa ex hac vita migraſſet, ſpiritu inſtructus diuino Reginerum Cardinalem de S. Clemente Sanctæ conuerſationis, & boni teſtimonij Abbatem nobilem Romanum, deſignauit in regimen Apoſtolicum eligendam, quem, etiam reuelationibus alijs inſuper denotatum, vniuerſa Romana Eccleſia paſtorem ſibi conſecrat licet inuitum, Paſchalem appellans eum.* Hanc ob virtutem, & doctrinam, ac vitæ ſanctimoniam adhuc iuuenem à Gregorio ſeptimo Abbatem Monaſterij SS. Stephani, & Laurentij extra muros Vrbis Romæ, & in titulo S. Clementis Presbyterum Cardinalem eſſe creatum ſcribunt Platina, & Onuphrius, *in quo quidem loco Clerus ipſe, poſt Vrbani mortem eundem, vita priuata contentum (quippè qui antea Monachus fuerat) nolentem, ac latitantem Pontificem creat, quòd diceret, humeros ſuos nequaquam tanto oneri ſuffecturos: ſed, expetente populo, eligente Clero, collaudante Cardinalium Senatu, Pontificium munus ſuſcepit: maxime verò cùm ter acclamatum eſſet; S. Petrus Rainerium virum optimum Pontificē elegit.* Hęc ita interpretatur Mornęus.

De electione Paſchalis Pontificis.

Rainerius non prius Papatum accipere vult, quam populus tertio acclamarit, Sanctus Petrus, Rainerium virum optimum Pontificem elegit. Pag.271

INtellexit certe, ſe a Deo vocatum ad Pontificatum, tamquam Aaronem, & vocem populi eſſe vocē Dei, ideoque aſſumpſit ſibi honorem, non tamen aut Pontificatum ambiuit, aut populi acclamationes immoderata quadam lætitia excepit, immò æque inuitus poſt acclamationes populi, ac prius, tantum ſibi onus ęgre paſſus eſt imponi. *Indutus deinde coccineam clamydem, Tiaraquè capiti eius impoſita, comitante populo, ac Clero, æquo albo ad Lateranum perducitur, maxime verò ad eam porticum, quæ ad Auſtrū verſa in Baſilicam Saluatoris ducit, quam Conſtantinianam vocant: vbi, cum in ſede ad eam rem, de more parata aliquandiu quieuiſſet, atrium Lateranenſe conſcendens balteo ſuccingitur, vnde ſeptem claues, ſeptemque ſigilla pendebant, ut intelligeret, ſe ſecundum ſeptiſariam Sancti Spiritus gratiā, Sanctarum Eccleſiarum, quibus Deo authore, præerat, claudendi, ſigillandi, aperiendi, recludendiquerationem habere.* Hæc Platina, qui deinde ſubiungit de conſecratione eiuſdem ab Epiſcopis, quorum id erat munus. Quæ omnia citauit hoc loco Mornæus, quid myſterij ſub his lateat, haud aſſecutus, ideoque ea ſugillans. Si in conſecratione legalis ſummi Sacerdotis nihil perperam, aut fruſtra adhibebatur, ſed omnia myſterijs erant plena, multo certè magis in conſecratione Summi Pontificis nouæ legis nihil caſu fieri, ſed myſterij aliquid latere cogitandum.

Perſtabat interim Clemens tertius in propoſito, in quem primo impetus à Paſchali factus, adeo, vt Roma diſcedere cogeretur, quod vt facilius conſequatur. Imperatorem pacis ſpe lactatum Lateranum ad Synodum generalem inuitabat, &c. Pag.271

EQuidem cum Antipapa Guibertus, & Henricus iam pluribus annis turbaſſent Eccleſiam, Paſchalis vt eam pacaret, primum Clementem, deinde Henricum ſibi aggrediendum conſtituit: & Antipapa quidem, cum Albæ Marſorum tunc degeret, audita aduentantis exercitus Pontificis, quem Rogerius Siciliæ Comes, milite, & pecunia iuuerat, fama, haud ſatis copijs ſuis a Richardo Campano Comite acceptis fiſus, relicta Alba in Furconenſium montes ſe proripuit: *ibi haud ita multo poſt anno 1100. repente moriens ſcelerum pœnas dedit, Vir* (vt inquit Tritemius) *ingenio, facundia nobilitate, maieſtate oris in primis clarus, nec Roma tunc, nec Rauenna bene vſus*: ſunt qui in annum ſequentem menſe Septembri eius mortem reijciunt, quibuſcum non pugno, ait Hieronymus Rubeus hiſt. Rauennat. lib. 5. anno 1100. qui paulo poſt ſubiungit. *Cum autem Vuiberto ex humanis rebus exempto, tres alij occupare Pontificatum Max. conarentur, inter cæteros id Maginulphus Ciuis Romanus Rauennæ auſus eſt, publiceque ibidem, anno 1102. Pontificatus Inſulam in æde Vrſiana aſſumpſit. Verum hunc & Romani exilio mulctarunt, & Rauennates omni ſpe deſtitutum ex vrbe ſua exterminarunt.* Non dubium certe Henricum ſchiſma fouere voluiſſe, & poſt Guibertum eius opera ſubrogatos illos pſeudopontifices, licet virga Moſis deuorauerit virgas Magorum, veritas de mendacio, & verus Pontifex Paſchalis de ſchiſmaticis pſeudopontificibus triumpharit. Abbas Vrſpergenſis anno 1102. *Nec hoc latet, quod alterum Papam ipſi Domino Paſchali ſuperimponere, ſi fieri poſſet, conatus ſit, nec profecerit.* Quia fuerunt illæ pſeudopontifices tanquam qui non ſint, vt impudenter inuaſerant eam dignitatem, ita ex ea ignominioſe deiecti. faſciculus temporum. *Schiſma 17. fuit inter Paſchalem ſecundum, & tres Prælatos, ſcilicet Albertum, Arnulphum, & Theodericum, qui fauore Imperatoris erexerunt ſe, ſed mala morte perierunt, & Paſchalis obtinuit, quia iuſte electus fuit, & Deus fuit pro eo.* Interim hoſtis iſte Sedis Apoſtolicæ, & S. R. Eccleſiæ iuratus omnia Henrici facta probat, Pontificum vero ſiniſtrè interpretatur.

Mors Guiberti Antipapa.

Henricus alium rurſus Paſchali ſtudet opponere.

Anathema in Henricum in Synodo renouat, nonas in Germania ſeditiones cudit, ex eo quod in palæſtinam non traijcit, odiū ei creare conatur, &c.

Merito

MErito certe de Henrico conqueſtus eſt Pontifex ad cœtera probra, vel hac noua infamia laborante, quòd prope ſolus ex Chriſtianis Principibus, neque ipſe ad ſacram expeditionem perrexiſſet, neque vllum auxilium ſummiſiſſet, is, qui, quòd Imperatorem ſe appellaret, author itineris, duxque belli totius eſſe deberet. Valde vero ſubtilis gloſſa Mornæi.

Pag. 272. *Nihil aliud in animo habens, quam, vt in vacuã quaſi orbis poſſeſſionem miſſus, omnia pro libidine, gerere poſſet.*

SCilicet iudicio Mornæi hæc erat mens Pontificum, cum Imperatorem, & alios Principes Occidentis in Orientem impuliſſent, bellum aduerſum Barbaros geſturos, ſibi interim Prouincias Imperij Germaniæ, immo totum Occidentem, armis vindicare, non ſecus, atque Ageſilao in Aſiam profecto, & Sparta viribus exhauſta, Epaminundas Thebanus in eam irrumpere, eaque potiri inſtituerat. Reconditum certe myſterium, in quod vnus ad noſtra hæc tempora Mornæus penetrare potuit. Verum, cum aliquando poſtea eò profecti ſunt Imperatores Chriſtiani ex Occidente, iuuandæ Chriſtianæ Religionis zelo accenſi, numquam videmus Pontifices hanc occaſionem captaſſe; & ſua quidem, aduerſum tyrannos, defendiſſe, nunquam tamen in aliena inuolaſſe, legimus. Verùm, quis pacis componendæ, aut ſeditionis fouendæ deſiderio teneretur, Paſchalis ne Pontifex, an Henricus Imperator, inde conſtat; ſiquidem anno 1101. cum Pontifex generale Concilium in ſequentis anni Quadrageſimam in Lateranum indixiſſet, Henricus, Conſilio cum Principibus ſuis communicato, ad Concilium ſe Kalendis Februarijs affuturum, ac cauſa, quæ Eccleſiam diſtraxiſſet, cognita, optatam populis concordiam redditurum oſtendit. Vbi Quadrageſima aduenit, Epiſcopi frequentes Romam ex tota Italia conuenerunt, ac Tranſalpini ferme omnes nuncios ſuos miſerunt, vnus Henricus, neque ad conſtitutam diem acceſſit, neque legatos, qui partes ſuas implerent, vllos miſit. Vrſpergenſis Germanus Author anno 1102. *Conſtat, nec ipſum, iuxta placitum, veniſſe, nec nuncia dignitati Apoſtolicæ ſubiectionem profitentia miſiſſe, nec hoc latet, quod alterum Papam ipſi Domino Paſchali ſuperimponere, ſi fieri poſſet, conatus ſit.* An non hoc erat ſchiſma in Eccleſia, & ſeditionem in Republica velle fouere? Subiungit Vrſpergenſis ibidem. *Synodus magna Romæ eſt habita, vbi, præter antiqua Patrum inſtituta, more ſolito, reuerenter confirmata; etiam ſæpe dictum noſtri temporis ſchiſma inter præcipuas hæreſes computatur, ac perpetuo cum ſuis Authoribus, atque ſequacibus anathemate, huiuſmodi ſubſcripta profeſſione, condemnatur. Anathematizo omnem hæreſim, & præcipue eam, quæ ſtatum præſentis Eccleſiæ perturbat, quæ docet, & aſtruit anathema contemnendum, & Eccleſiæ ligamenta ſpernenda eſſe, promitto autem obedientiam Apoſtolicæ Sedis Pontifici Domino Paſchali, eiuſque ſucceſſoribus, ſub teſtimonio Chriſti, & Eccleſiæ, affirmans, quod affirmat, & damnans, quod damnat Sancta, & Vniuerſalis Eccleſia.* Dimiſſo inde Concilio Pontifex, in cœna Domini, edictum in Henricum his verbis ſanciuit. *Quia tunicam Chriſti ſcindere, ideſt, Eccleſiam rapinis, & incendijs lacerare, luxurijs, periurijs, atque homicidijs commaculare Henricus non deſtitit, ob eam rem primùm à Beatæ memoriæ Gregorio Papa, deinde a ſanctiſſimo viro Vrbano prædeceſſore noſtro, poſtremo a nobis in proximo conuentu noſtro, iudicio totius Eccleſiæ perpetuo anathemate obligatus eſt. Quam ob rem id notum eſſe omnibus volumus, & maximè Tranſalpinis, vt ab iſtius ſe iniquitate abſtineant.* Atque ita triumphatũ eſt de Antipapis, Henrico ſchiſmatico Imperatore, & illius ſequacibus. Alia impoſtura Mornæi. Denique.

Prædeceſſoris veſtigia premens Henricum filium in patrem concitat. Pag. 272.

IVſto certe Dei iudicio factum eſt, vt Henricus, qui tot Pontifices exagitauerat, ſchiſma in Eccleſia tot annis aluerat, & tam pernicioſi diſſidij author fuerat, vnde tot clades ſecutæ, ab ipſomet filio, cum ſummo dedecore, imperialia inſignia deponere cogeretur: nec vero Paſchalis filium in patrem concitauit, quod vel ex Auentino qui vnus Author inſtar multorum eſt Mornæo, &, contra Pontifices, Henrico fauet perpetuo diſcere licet, cum hæc ſcribit lib. 5. Annal. Boiorum. *Paſchalis cum cerneret bonis Imperatorem cordi eſſe, eiuſque res repentina hoſtium morte ſtabiliri, nihil nouarum rerum molitus eſt, Quæcumque fiebant, diſſimulauit, nec legatos cum mandatis in Germaniam miſit, donec filius Henricus aduerſus patrem rebellionem fecit. Illum primo partibus parentis fauiſſe, quædam diplomata oſtendunt, & ſunt, qui tradunt*, Igitur luce clarius patet, non à Pontifice Paſchali concitatum filium in patrem. Idem paulò poſt, de defectione filij a patre ita ſcribit. *Is interim conſilio Diethboldi Chamabenſis limitis Vogburgenſiſque præfecti, Berengarij a Sultzpachi, Ottonis Ducis, Vuelphonis, & Henrici octaui regulorum Boiariæ, Henrici lotharingi ſuaſu, Alberti Magiſtri epiſtolarum, eo ſacrificuli inſtinctu a patre deficit* &c. Non igitur ad defectionem eum hortatus eſt, aut impulit ipſe Pontifex. Sigonius lib. 9. de Regno Italiæ anno 1104. *Iam eò res adducta erat, vt grauem Henrici aduerſus Eccleſiam contumaciam nemo vltrà æquo perferre animo poſſet, Itaque dum ille, ineunte hoc anno, Moguntiæ natalitia celebrat, Principes Germaniæ quidam filium eius Henricum in Germania morantem aggrediuntur, ac, nefandis patris flagitijs commemoratis, quibus ſeipſum & filium vna, in perpetuum; perdidit, atque inſignem generi Regnoque infamiam, ac notam inuſſit, vt a patre ad Põtificem deficiat perſuadere conantur. Quibus rationibus impulſus Henricus paterna hæreſi repudiata Pontificiam obedientiam ſuſcipit* &c. Non igitur Pontifex, ſed Principes Germaniæ, & iuſtiſſimis quidem de cauſis, Henricum filium ad defectionem a patre concitarunt. De Conuentu Moguntiam indicto, opera, & fauore filij, omnium

Henricus in Patrem Imperatorem à Pontifice non eſt concitatus, ſed à Principibus Germaniæ.

Digitized by Google

Epiſcoporum, Principumque concurſu frequentiſſimo; Antiſtitibus, Moguntino, Colonienſi, & Vuormatienſi à conuentu ad Henricum patrem miſſis, qui nomine omnium, Imperatoria inſignia ſibi reddere imperarunt, quibus filium eius induerent, nempe coronam, annulum, & purpuram, vique illi illata; legi poſſunt Krantzius in Saxonia lib. 3. cap. 20. & Sigonius lib. 9. de Regno Italiæ anno 1106.

Principes Germaniæ Imperium Hērici traducunt ad filium.

In eodem Conuentu Henriciana, aut Clementina hæreſis, conſenſu omnium ordinum, condemnata, ſtatutumquè, vt hæretici Epiſcopi viuentes de ſede deturbarentur, mortui ſepulcris extraherentur, & qui ab ijs inſtituti fuerant, vſque ad generalem conuentum à munere amouerentur. Quo Decreto Clementis cadauer, qui fuerat huius hæreſeos author, Rauennati ſepultura euulſum à vulgo fœdè eſt laceratum. Verum quod conſtitutum in eo Concilio, id Mornæus Paſchali tribuit.

Sententia cōtra Henricianos, & Clementinos lata, & quàm iuſtè.

Eo (inquit) *immanitatis prouehitur Paſchalis, vt omnes, qui ab Henrico inueſtiti fuerant, ſexto, poſt obitum anno, è ſepulcris effodiat.*

Pag. 273

CErtè ſcriptores illius temporis non id immanitati Paſchalis, ſed zelo diuinæ legis tribuunt, Abbas Vrſpergenſis anno 1106. de Catholica fide reſtituta, & condemnata hæreſi Vuigbertina, vel Henriciana prius locutus hæc ſubijcit: *Denique in tantum diuinæ legis zelus efferbuit, vt etiam ipſa cadauera Pſeudoepiſcoporum ab Eccleſijs eliminarentur, quotquot autem ab ipſis erant ordinati, vſque ad generalem audientiam ab officijs ſuſpenderentur. Iam enim exaltatis ſibi diuinitus Eccleſia Romana cornibus, ad incutiendum timorem cunctis vſquequaque ſchiſmatum membris, etiam Capitis ipſius oſſa Vuigberti ſcilicet dicti Papæ, de ſepulcro ſuo, quod, per quinque iam annos, in Eccleſia Rauennenſi poſſederat, projici fecerat, vniuerſaque eius inſtituta vt verè non Apoſtolici Sacerdotis, ſed Apoſtatici inuaſoris annullari decreuerat*. Si id immanitati tribuendum, tribuatur igitur immanitati, quod Ioſias Rex Sanctiſſimus tulit oſſa Sacerdotum Idolorum de ſepulcris, & ea combuſſit, ſuper altare, quod comminuit in Bethel ab Hieroboamo extructum iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat vir Dei, prout habetur 3. Reg. 13. *Ecce filius naſcetur Domui Dauid, Ioſias nomine, & immolabit ſuper te Sacerdotes excelſorum, qui nunc in te thura ſuccendunt, & oſſa hominum ſuper te incendet*. Si pie, & religioſe id a Ioſia commiſſum in Sacerdotes excelſorum conſtitutos ab Hieroboamo Schiſmatico, & idololatra poſt eorum mortem; iuſtè certè, & Religiosè idem à Pontifice, & Catholicis ſancitum in Antipapam, & Schiſmaticos ab Henrico Imperatore ſchiſmatico conſtitutos.

Deinceps de literis Henrici patris ad Chriſtianos Principes, in primis ad Philippum primum franciæ Regem, quibus miſeriam illi ſuam lugubriter exponit, Romani Pontificis in ſe duritiem, & iniquitatem commemorat, & ad recuperandum, Imperium opem poſcit. Extant & ad Archiepiſcopos, & Principes filio adhærentes eodem argumento conſcriptæ, quæ recitantur ab Vrſpergenſi & a Baronio exſcribuntur, anno 1106. qui iſta ſubiungit. *Inter hæc autem Henricus pater, donec plene ex confluentibus ad eum auxiliaribus copijs augeretur exercitus, illud in primis agebat, vt ſub velamento pacis ſuaderet filio, eiuſque Principibus exercitum dimittere, & quæ ſunt pacis, in Comitijs pacifice pertractare. Quod tantum abeſt vt impetraret ab illis, qui probe nouerant animum eius, vt Henricus filius ſoluens obſidionem Coloniæ mitteret legatos ad patrem, qui ſignificarent, vel propediem armis decertandum, vel, ſi hoc recuſet, veniens ū, intra dies octo, Aquiſgranum, vbi res componerentur. Miſſi legati conijciuntur in carcerem, quos, poſt aliquot dies, dimiſit*, Poſtremas literas dedit ad Principes aduerſarios quærimoniæ plenas, quibus eos rogat, & obnixè precatur dignentur apud filium efficere, vt dimiſſo exercitu, ceſſet eum perſequi. *Quod ſi nullatenus* (inquit) *efficere voluerit, proclamationem inde fecimus, & ſemper facimus Deo, & ſanctæ Mariæ, & Beato Petro patrono noſtro, & omnibus ſanctis &c.* Certe Mornæus, qui ſemper adeò ſtudioſus fuit partium Henrici, non id in eo probaret, quod ſanctos inuocet in ſuum patrocinium. vbi Baronius. *Niſi quæ præceſſerunt, Henricum ipſum vaferrimum hominem dolosè nimis agere cuncta conſueuiſſe ſignificaſſent, demonſtraſſentque hominem nullius fidei ad fallendum aptiſſimum ſemper inuentum, poſſent iſta, quæ literis prodidit, multis argumentis hominis maxime pij animum inſinuare: ſed quòd ſic comparatus eſſet, vt cum deprimeretur, tunc ſubdole ad fallendum ſibi laruam pietatis induceret, quam mox deponeret, cum, quod eſſet conatus, effecerat, iure, meritoque eos, quos appellauit patronos ſanctos, eſt expertus vltores. Ex inſperato ſiquidem eſt morte, repentina mulctatus. De qua hæc Vrſpergenſis anno 1106. Inopinata & quæ nihil acceptabilius caſtris illis inferri poſſet fama mortis ipſius Henrici Imperatoris ſubſequitur. Miſerabile tamen dictu eſt, tanti nominis, tantæ dignitatis, tantique animi virum, ſub profeſſione Chriſtiana, mundum tanto tempore lucratum nec ad inſtar cuiuſlibet pauperis defuncti pium, vel compaſſiuum luctum à quauis, inter tot Chriſtianos, perſona promeruiſſe, ſed potius vniuerſorum tam ibidem, quam vbiuis vere Chriſtianorum corda ſimul, & ora infinito nimis tripudio ſui oblitos rumore repleſſe. Non altius concinebat Iſrael Domino, Pharaone demerſo, nec auguſtiori ipſi Octauiano, ſine vllo vnquam Auguſtorum applaudebat Roma triumpho, frenum quippe, quod erat in maxillis populorum, verſum, eſt illis in Canticum, ſicut vox ſanctificatæ ſolemnitatis. Igitur quia, ceſſante tandem exactore, quieuit & tributum, mox omnes, qui quæſtus dumtaxat gratia eidem Principi eatenus adhærendo, ſuas animas venalitati propoſuerant, deditioni Regis, ſimul & cōmunioni Catholicæ ſubijciuntur. Ita triumphatū non improbitate, ſed iuſtitia de hoſte infeſtiſſimo ab Eccleſia Catholica Apoſtolica, Romana, iuxta illud Iſaiæ vaticinium.* cap. 14. *Et erit in die illa, cùm requiem dederit tibi Deus a labore tuo, & a concuſſione*

Henricus pater Frācorum Regis auxiliū implorat.

Eius pietas Vulpina.

Mors eiuſdem, & ab ea populi plauſus, & pax Eccleſiæ.

Digitized by Google

ſione tua, & a ſeruitute dura, qua antè ſeruiſti, ſumes parabolam iſtam contra Regem Babylonis, & dices. Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributum? Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium cædentem populos in indignatione plaga inſanabili, ſubijcientem, in furore gentes perſequentem crudeliter. Conquieuit & ſiluit omnis terra, gauiſa eſt, & exultauit. Abietes quoque lætatæ ſunt ſuper te, & Cedri Libani: Ex quo dormiſti, non aſcendit, qui ſuccidat nos &c. Vrſpergenſis ibidem. *Deo autem gratias, qui licet tarde, tamen permagnifice victoriam conceſſit Eccleſiæ ſuæ, cui etiã eũſdem Nabuchodonozor quinquageſimum exactionis annum, id eſt Galilæus, qui Iulianum quondam vicerat, vertit in Iubilæum.* Vbi etiam obſeruat ſeptimo Idus Auguſti eum obiiſſe quo ſcilicet die primo matrem ſuam Eccleſiam, apud Vuiſtut, inuadens innumeras animas ad inferos præmiſit. Mornæus Henrico filio vehementer ſuccenſens.

Pag. 273. *Ingratiam* (inquit) *Pontificis patrẽ inſepultum quinque annos integros in vna deſerta ædis cella relinquit.*

HÆc ſubiungit loco citato Vrſpergẽſis; *Leodienſis autem Epiſcopus, cæterique Cæpiſcopantes, inter cætera recipiuntur in communionem pœnitentiæ hac conditione, quò cadauer ipſius excommunicati per ſe pridie in monaſterio tumulatum effoderent, & abſque vlla ſepultura, vel exequiarum communione, in loco non conſecrato deponerent, comprobantibus his qui aderant, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, quia quibus viuis Eccleſia non communicat, illis etiam nec mortuis communicare poſſit. Quo facto paulo poſt corpus ipſum Spirienſi Ciuitati eſt in Saccophago lapideo Regis conſenſu delatum, ſicque extra Eccleſiam ibidem, per quinquennium, manſit inhumatum. Hic finis, hic interitus, hæcque ſors vltima Henrici illo ſub vocabulo quarti Romanorum Imperatoris a ſuis appellati, a Catholicis vero, id eſt, cunctis Beato Petro, ſuiſque ſucceſſoribus fidem, & obedientiam lege Chriſtiana conſeruantibus archipirata, ſimul & hæreſiarcha, nec non & apoſtata, perſecutorque plus animarum, quàm corporum, competenter dicebatur.* &c.

Poſtremo Mornæus reprehendit clauſulam illam, quæ habetur in epiſtola Paſchalis ſcripta ad Polonorum Archiepiſcopum anno 1102. quę a Gregorio Papa 9. recenſetur data ad Archiepiſcopum Panormitanum, ext. de electione cap. 4. vbi ſcribit Romanæ Eccleſiæ legem, nulla Concilia præfigere, cum omnia Concilia per Eccleſiæ Romanæ authoritatem & facta ſint, & robur acceperint, & in eorum ſtatutis Romana patenter authoritas excipiatur.

De hoc (inquit) *vel vnicam ſyllabam vbi oſtenſurus.* Pag. 274.

ATqui ibidem Concilium Chalcedonenſe citat Pontifex, act. 16. vbi ſtatutum eſt. *Ante omnia quidem primatus honorem præcipuum, ſecundum Canones, antiquæ Romæ Reuerendiſſimo Archiepiſcopo conſeruari.* Verum ſuis locis ſatis ſuperque demonſtratum Concilia omnia non niſi approbata & confirmata a Romano Pontifice, vim & authoritatem habuiſſe. Nunc ad oppoſitionem.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quadrageſ. tertiam.

ANno 1104. Paſchalis Florentiam petijt, ibique, Conuentu acto, Epiſcopum Florentinum Antichriſtum natum eſſe temere prædicantem, ex Patrum authoritate, perſpecta vaticinij vanitate compeſcuit. Platina. *Concilio habito reipſa admodum diſcuſſa, cùm leuitate quadam, vt alicuius magnæ rei author videretur, motum Epiſcopum cerneret, hominem verbis caſtigatum dimittit.* Mornæus animalis homo, & prorſus inſipidus ad id, motum Epiſcopum ſcribit, quod, etſi multa tum notarentur prodigia.

Nullum plus ipſomet Paſchali mundum cõmouerat, qui baltheo ſuccinctum pendentibus ſeptem clauibus, et ſeptẽ ſigillis ſoliũ inuadentẽ viderat.

Quod interpretatur valde ingenioſe.

Antichriſtum vtique habitu, ſeu, quod ad vnum Chriſtum pertinet, ſibi tribuendum eſſe ſignificaret, ſeu Abbadonem in apocalypſi deſcriptum tanquam in theatro exhibere vellet. Pag. 274.

SEd vnde hanc interpretationem Mornæus elicuit, ſit baltheo ſuccinctus Pontifex, vnde ſeptem claues, ſeptemque ſigilla pendebant, an ideo ſibi tribuendum, quod vnius eſt Chriſti, ſignificat? Exod. 29. præcepit Dominus Moſi. *Cinges balteo Aaron, & liberos eius, & impones eis Mitras, eruntque Sacerdotes mihi Religione perpetua.* Si balteo accingitur Pontifex legalis, nulla certe iniuria fit Chriſto, ſi balteo accingitur Pontifex nouæ legis, qui, dignitate legali præſtat, immo eo amplius honoratur Chriſtus in eo, qui

Digitized by Google

vices illius gerit in terris: clâues ſeptem, & ſigilla illa ſeptem eo referri interpretamur, vt intelligat Pontifex ſe, ſecundum ſeptifariam Sancti Spiritus gratiam, ſanctarum Eccleſiarum, quibus, Deo authore præeſt, claudendi, ſigillandi, aperiendi, recludendique rationem habere: in quo certè non ſibi tribuit quod ad vnum Chriſtum pertinet, cum omnem authoritatem illi acceptam referat. Sed quomodo Antichriſtum, habitu refert? cùm certe nuſquam legamus Antichriſtum balteo accingendum, vnde ſeptem claues, & ſeptem ſigilla pendeant: aut quomodo Angelum illum abyſſi, cui nomen hebraice Abaddon, Græce, Apollyon, & Latine habens nomen exterminans, de quo Apocal. 9. in Theatro exhibeat? quid enim affine habet Abaddon cum balteo, vnde pendent claues ſeptem, & ſigilla ſeptem? ſunt itaque iſtæ nugæ non ab alio, quam a Rabino iſto adeò ingenioſe, & ſubtiliter excogitatæ, in quibus refutandis ſuperflua eſſet opera noſtra.

Pag.274

Henricus Imperator Leodinum ſe receperat, quod Paſchalis impatienter ferebat. Igitur ſpecie Roberto Comiti Flandriæ congratulandi &c.

Leodienſiũ rebellio contra Eccleſiam Romanam quam tamen ſuperiorem & Eccleſiarum matrẽ appellant.

ANno 1102. cùm Robertus Flandriæ Comes, iam ante biennium reuerſus ab expeditione Hieroſolymitana, arma conuertiſſet aduerſus Schiſmaticos Henrico Imperatori adhærentes, & Cameracenſes (vt affirmat Sigebertus) exagitaſſet, vt æque aduerſus Leodienſes, eadem inſania laborantes, vires conuerteret, eum hortatus eſt Pontifex Paſchalis, Quod vbi Leodienſes ſchiſmatici intellexere, contra Paſchalis litteras ſcripſere declamationem acerrimam, qua, more ceterorum Schiſmaticorum, affectãtes nomen Catholicum, ſic eam inſcripſerunt. *Omnibus bonæ voluntatis hominibus, Leodienſis Eccleſia veritatem fidei, & Catholicam vnanimitatem inconcuſſe tenens.* Eſt ſatis prolixa, & habetur tom. 2. Concil. edit. Colon. Excuſa etiam fuit cum alijs tractatibus Argentorati anno 1609. Eam Magdeburgenſes exſcripſerunt integram, Cent. 12. cap. 8. pag. 1110. & ſequentibus, Religio fuiſſet Mornæo eam ſubticere: itaque huic ſuæ oppoſitioni illam inſerendam putauit. Sed quid inde obtinet, ſi Leodienſes ſuccenſent Pontifici, quòd eos excommunicatos pſeudoclericos ſuis literis appellaſſet, in eoſque concitaſſet Robertum Flandriæ Comitem, & literas contra eum acerrimas ſcripſerunt: An non illi reſipuerunt, ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ reuerſi, & in Eccleſiæ communionem a Paſchali Pontifice admiſſi? Teſtatur Vrſpergenſis anno 1106. *Leodienſis Epiſcopus, cæterique Coepiſcopantes inter cætera recipiuntur in communionem pænitentiæ, hac conditione, quod cadauer ipſius excommunicati per ſe pridie in Monaſterio tumulatũ effoderent, & abſque vlla ſepultura, vel exequiarum communione in loco non conſecrato deponerent* &c. Id vero cum Sandero obſeruandum lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſiæ num. 790. quod etſi Leodienſes longè acerbiorem, quàm par erat, declamationem illam ſcripſerunt, in ea tamen ſæpiſſimè agnoſcunt Romanæ Eccleſiæ primatum *Romanus* (inquiunt) *præſul pater omnium Eccleſiarum*: & Romanam Eccleſiam *Matrem*, reliquas Eccleſias *filias* appellant, non ſemel & Romanum Pontificem *Angelum Domini*, Apoſtolicum ad viuificandum vnctum, item *Epiſcoporum Epiſcopum* appellant: poſtremo *Chriſtum Domini*, ad quem pertinet ſollicitudo omnium Eccleſiarum, eum eſſe diſerte aſſerunt. Sed etſi aliter ſenſiſſent Leodienſes, vt Pontifici Romano tum temporis parum æqui, & Henrici partibus ſtudentes, poſſemus certe illis opponere omnes Chriſtiani orbis Eccleſias conſpirantes tùm, & communicantes cum Paſchali Romano Pontifice, eique, contra paucos ſchiſmaticos, vnanimi conſenſu adhærentes.

Tituli quibus inſigniuntur Pontifex à Schiſmaticis Leodienſibus.

Eiuſdem ætatis eſt Iuonis Carnotenſis epiſtola ad Richardum Albanũ Epiſcopum, Pontificis legatum, &c. Pag.280

Epiſtola quædam Iuonis Carnotenſis à Mornæo controuerſa parùm verſè.

CVm Richardus Albanenſis Epiſcopus Sedis Apoſtolicæ legatus in Gallia moraretur, contigit ab eo ſuſcipi accuſationem aduerſus Clerum Carnotenſem, labis ſimoniacæ impetitum, ad quorum defenſionem ad eundem Iuo reſcripſit, eſtque apud eundem epiſt. 94. Vbi inter cœtera hæc, ſcribit à Mornæo citata.

Si qua adhuc ſunt, quæ pro conſuetudine antiqua, publicè exigant Decanus, & Cantor, & alij miniſtri ab his qui Canonici fiunt, me contradicente, & perſequente, Romanæ Eccleſiæ conſuetudine ſe defendunt, in qua dicunt cubicularios, & Miniſtros ſacri Palatij exigere à conſecratis Epiſcopis, vel Abbatibus, quæ oblationis, vel benedictionis nomine pallientur, cum nec calamus, nec charta vt aiunt gratis habeatur, & hoc quaſi lapide conterunt frontem meã &c. Pag.280

HÆc quidem vtrinque ratione conſuetudinis poterant ſaluari, & excuſari à labe Simoniæ, vt non reciperentur iſta, ratione conſecrationis, vel benedictionis, aut rei ſpiritualis, neque exigerẽtur tanquã pretiũ, ſed vltro offerrentur. Ad hoc Baronius. Anno 1104. *Optaret* (inquit) *quiſque bonus his caruiſſe ſemper Romanã Eccleſiã, quæ, quantumlibet honeſtis titulis decorentur tamen quia, ſecundum Apoſtolum.* 1. Corinth. 10. *omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant*, atque illud ibid. 8. *Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum Expediret in omnibus (quantum poſſibile eſſet) conſulere ſcandalo puſillorum, atque libera fronte dicere Epiſcopum illud Apoſtoli:* ibid. 9. *Bonum eſt mihi magis mori, quã*

vt

vt gloriam meam quis euacuet. Quæ ſæpe Miniſtrorum auiditate penes occaſionem quærentes periclitatur: fitque vt domus illa, quæ eſt repleta boni odoris vnguento ex diuerſorum Sancti Spiritus chariſmatum donis, ob huiuſmodi muſcas morientes, quæ perdunt odorem vnguenti, male malis oleat in ipſarum perditionem Iuo eadem epiſt. docet clarè iſta quocunque titulo excuſari ſolita non probaſſe Eccleſiam Romanam, ſed ex hominum cupiditate proceſſiſſe his verbis. *Si hanc peſtem radicitus euellere non valeo, non tantum inualitudini meæ hoc imputandum eſt, quia ad hoc, ab origine naſcentis Eccleſiæ, Romana Eccleſia laborauit, nec à gremio etiam ſuo tales ſua quærentes penitus præualuit eliminare. Nec in diebus malis regnare deſinet cupiditas, donec, finito mundi termino, pacatum Regnum accipiat caritas.* & ad finem epiſtolæ. *Debitor ſum honeſtati Romanæ Eccleſiæ, quantum ad paruitatem meam pertinet, prouidere; cuius ſi non honoro miſſum, non videor honorare mittentem.* Quid igitur habet iſte quod opponat ex Iuone Carnotenſi nobis contra Progreſſum Pontificatus?

ANTIDOTVM

Contra progreſſum quadrageſ. quartum.

Pag. 280. *Nec Auentinus hanc hiſtoriam exequens ratiunculas nos celatos voluit. &c.*

Calumnię, quibus Pōtificem inuiſum facere, Principibus ſtudet Aduerſarius.

QVæ initio citat ex Auentino, ſunt meræ calumniæ: verum ſiquidem eſt Chriſtum authoritatem omnem dediſſe Petro regendi Eccleſiam, & paſcendi oues ſuas, & eam in ſucceſſores eiuſdem Romanos Pontifices transfuſam eſſe, quibus pro tempore ſedentibus in Cathedra Petri Chriſtiani, omnes, ne Imperatore quidem, Regibus, aut Principibus exceptis, tanquam ſupremis Eccleſiæ paſtoribus obſequi neceſſe habeant. Eſt enim de neceſſitate ſalutis ſubeſſe Romano Pontifici, non ſecus, ac in gremio Eccleſiæ contineri, vel Catholicum eſſe, cum Catholicus non aliter quis iudicetur, quàm communione Romani Pontificis. Non tamen id docemus, perpetuum, & abſolutum eſſe illud obſequium, vt nullis limitibus coarctetur, cum iuriſdictionem ciuilem, Pontificia, vel Eccleſiaſtica minimè exhauriri aut penitus tolli, Theologi, ſeu Canoniſtæ, quorum eſt hac de re iudicium, nunquam aſſeruerint, nec vero Pontifices ipſi; ſiquidem monemur in Euangelio reddere Cеſari, quæ Cæſaris ſunt, & quæ Dei, Deo: neque id docent, Chriſtianis Principibus ad tempus tantum, & ſub conditione, & quatenus, ipſis Epiſcopis Romanis videretur ſubditos obſtringi: neque id tradunt Pontificem poſſe Imperatorem, aut Reges, pro animi arbitrio, dignitate priuare. Hæc à Nouatoribus ſcribuntur, vt inuiſam, vel ſuſpectam reddant Principibus Pōtificis authoritatem, & quando illi potiſſimum nituntur exemplo Gregorij ſeptimi, qui ab Eccleſiæ communione excluſit, ac deinde dignitate priùauit Henricum Tertium Imperatorem: an non ille, præter alia flagitia, legitimos Pontifices deturbauit e ſua Sede, Antipapas illis oppoſuit, ſchiſma in Eccleſia aluit? Ita ſi Princeps aliquis Chriſtianus (quod abſit) Eccleſiam Dei, & Pontificem armis, perſequatur; dilapidet bona Eccleſiæ, ſymoniacè imponat Eccleſijs Epiſcopos, aut alia crimina committat, in perniciē ſalutis ſubditorum, & perſecutor ſit animarum magis, quàm corporum, ad hæreticam prauitatem ſubditos compellat, ſacram Religionem Catholicam, ad cuius profeſſionem omnes iure diuino tenentur, e ſuis prouincijs eliminet, quid tum Conſilij capiet ſummus Pontifex? crimen huiuſmodi, quod eſt læſæ Maieſtatis Diuinæ, nullane authoritate ſuperiori coerceri poterit? De iuſta hæreticorum pœna, quæ eſt priuatio cuiuſlibet dominij ſuper quoſcunque ſubditos, legi poteſt D. Tho. cum ſuis interpretibus 2. 2. q. 12. artic. 2. Alphonſus a Caſtro lib. 2. de iuſta hæreticorum punitione cap. 7. Non id aſſerimus, quod iſte cum ſuo Auentino comminiſcitur, Imperatorem tantùm precario regnare, Imperiumque ſuum tanquam feudum Pontifici acceptum ferre debere, ideoque ab illo, quando videbitur, exauthorari poſſe. Nonnullis certe aliquando abrogatum eſt Imperium, & in cap. venerabilem de elect. & cap. Ad Apoſtolicæ de ſent. & re iudicata in 6. iure Canonico aliqua crimina exprimuntur, propter quæ Imperator Imperio ſpoliari poteſt: ſi periurus ſit, hoc eſt, ſi fœdus cum ſede Apoſtolica initum temere violet: ſi pacem Eccleſiæ promiſſam, & iuratam non ſeruet, Si ſacrilegus ſit, hoc eſt, ſi Cardinales, vel Epiſcopos vel Religioſos viros, aut Clericos, vel etiam ſæculares ad generale Conciliū venientes capiat, in carcerem detrudat, vulneribus afficiat, vel occidat, ſi claues Eccleſiæ contemnat: ſi Eccleſiarum bona deripiat: ſi Eccleſiaſtica iura ſibi vſurpet, & ſi Eccleſiæ feudalia bona diſſipet, atque dilapidet: ſi ſit perſecutor Eccleſiæ: ſi communem populi Chriſtiani pacē ſalutem, & bonum conturbet: Deinde ſi ſit hæreticus, vel ſchiſmaticus, vel fautor, vel receptator, vel defenſor hæreticorum, vel ſchiſmaticorum: Nemo Catholicus non iudicabit, has omnes cauſas legitimas eſſe abrogandi Imperij; qui vero aliter ſentiet, aut eas affirmabit non ſatis in ſe æquitatis continere cum Mornæo hoſtem fidei Orthodoxe, & hæreticum ſeſe declarabit.

Mentitur vero Auentinus a Mornæo citatus, cùm ſcribit Gregorium ſeptimum non ſolum

Pontificatum maximum occupaſſe, verum Imperium etiam Roma ſibi, ac ſucceſſoribus aſſerere cœpiſſe. Certe ſi de temporali dominio loquatur, longe ante Gregorium ſeptimum, Pontifices eo potiebantur.

Quod citat de Leodienſibus, eos ad veniam, ſcilicet ad Eccleſiæ communionem admiſſos, hac conditione, vt ex ſepulcro effoderent cadauer Henrici mortui: & ex Petro Diacono, lib. 4. cap. 38. Chronici Caſſin. cum Henricus quartus, qui alijs, 5. poſtularet a Pontifice Paſchali, vt patris ſui corpus in Eccleſia ſepeliri permitteret, quid illi ſit reſponſum. *Sanctarum id ſcripturarum obſiſtit authoritas, diuinorumque miraculorum reuerentia perhibet, ipſos eius Dei Martyres iam in Cœleſtibus poſitos id terribiliter iuſſiſſe, ſcilicet, vt ſceleratorum cadauera de ſuis baſilicis eijcerentur, neque, quibus viuentibus non communicauimus, mortuis iam communicemus.* Hoc certe ſacris Canonibus definitum videmus: ext. de ſepulturis cap. 12. Sacris eſt Canonibus inſtitutum, vt quibus non communicauimus viuis, non communicemus defunctis, & vt careant Eccleſiaſtica ſepultura, qui prius erant ab Eccleſiæ vnitate præciſi, niſi in articulo mortis Eccleſiæ reconciliati fuerint vnde, ſi contingat interdū, quod excommunicatorum corpora, per violentiam aliquorum, vel aliquo caſu in cœmiterio Eccleſiaſtico tumulenter, ſi ab aliorum corporibus diſcerni poterunt, exhumari debent, & procul ab Eccleſiaſtica ſepultura iactari. Ideo igitur cadauer Henrici excommunicati mortui iuſſum e ſepulchro poſt mortem effodi. Et Clement. De ſepulturis. Qui excommunicatos publice, aut nominatim interdictos, ſcientes ſepelire præſumunt, ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubiacēt, & cap. Quicunque de hæreticis. In Sexto ſpeciale de hæreticis extat decretum, vbi iubentur eorum corpora extumulari, cuiuſmodi tùm reputabatur ab Eccleſia Henricus: & hæreſis Henriciana, ſeu Vuigbertina a Paſchali, in ſynodo Romæ coacta, fuerat condemnata. Proſequitur.

Pag. 281 *Quin & ad Paſchalem vſque Eccleſiaſticos aſſerit in Germania Epiſcopos, Sacerdotes, Abbates, Monachos &c. rebus diuinis, ſtudioque literarum intentos, prædiorū, fundorumque & rei familiaris cura pollui ſe credentes, in Laicos eā ſollicitudinem delegaſſe.*

HÆc Mornæus ex Auentino lib. 6. Annal. Boiorum: Si ita in Germania obſeruatum, certe contra decreta Patrum, & ſacros Canones id factum conſtat. Siquidem, vt recte obſeruauit Renatus Choppinus lib. 2. de ſacra politia. tit. 2. §. 7. ab ipſa Chriſtianæ Reipublicæ inſtitutione, præfuerunt Antiſtites ſacrarum, ſeu Eccleſiaſticarum opum curationi, vt narrat Socrates lib. 7. hiſt. Eccleſ. cap. 25. quorum bonorum diſpenſatio, miniſteriumque ſolis Presbyteris committebatur, authore Sozomeno libro octauo, cap. Ita certe. vt Eccleſiaſticarum rerum Oeconomi conſtituerentur ſolemnibus Cleri ſuffragijs: Idque ex politico Antiochenæ Eccleſiæ vſu ſeruaturum ſe recepit Ibas, in Concilio Chalcedonenſi, vbi cauetur, ne Epiſcopus ſine diſpenſatore, & Oeconomo, rem Eccleſiæ adminiſtret. neque vt laicus ſit, ſed ex proprio Clero conſtituatur. Vnde ſumptus Canon. Quia in quibuſdam Eccleſijs. diſt. 89. & can. ſequenti. Indicatum eſt nobis. Scribit S. Gregorius Ianuario Caritano Epiſcopo lib. 7. epiſtola 67. *De cætero vero cauendum à fraternitate veſtra eſt ne ſecularibus viris, atque non ſub regula noſtra degentibus, res Eccleſiaſticæ committantur, ſed probatis, de veſtro officio, Clericis*: & 16. q. 7. can. Quoniam in quibuſdam Eccleſijs: decernitur, vt ſinguli Epiſcopi ſuos habeant Oeconomos, ſed ex Clero proprio, & ſumptus eſt ex Concilio Chalcedonenſi, & Can. in noua actione ex Concil. Hiſpalenſi 2. cui interfuit Iſidorus c. 9. *Didicimus, quoſdam, ex noſtro collegio, contra mores Eccleſiaſticos, laicos habere in rebus diuinis conſtitutos Oeconomos: Proinde pariter tractantes eligimus, vt vnuſquiſque noſtrum, ſecundum Chalcedonenſium Patrum decreta, ex proprio Clero Oeconomum ſibi conſtituat.* Ac poſtea: *Oportet nos & diuinis libris, & ſanctorum Patrum obedire præceptis, conſtituentes vt hi, qui, in adminiſtrationibus Eccleſiæ, Pontificibus ſociantur diſcrepare non debeant, nec profeſſione, nec habitu: nam cohærere, & coniungi non poſſunt, quibus & ſtudia, & vota diuerſa ſunt. Si quis autem Epiſcopus poſt hac, Eccleſiaſticam rem, aut per laicalem procurationem adminiſtrandam elegerit, aut ſine teſtimonio Oeconomi, gubernandam crediderit, vere vt contemptor Canonum, & fraudator Eccleſiaſticarum rerum, non ſolum Chriſto de rebus pauperum iudicabitur reus, ſed etiam Concilio manebit obnoxius.* Igitur erat contra ſacros Canones, quod Epiſcopi, Sacerdotes, Abbates, Monachi in Germania prædiorum, & fundorum Eccleſiaſticorum ſollicitudinem in laicos delegarent: & quod Cæſar patronos, curatoreſque rerum Eccleſiaſticarum laicos daret, qui Sacerdotibus victum, & veſtitum, pauperibus inde alimenta tribuerent: & id quidem ſcribit Auentinus author nullius apud nos fidei, cum nullus veterum ſcriptorum, quos ſaltem legere mihi contigit, id referat. Duplex ocaſio vnde creuerit in Italia Pontificis poteſtas, producitur à Mornæo. *Duæ occaſiones, quibus creuit Pōtificum poteſtas, ſecundum Mornæū.*

Altera quidem ex obitu Comitiſſæ Mathildis anno 1115. quæ inde ab Hildebrando Longobardiam, & Tuſciam donauerat, vnde noua litis inter Pontificem, & Henricum materia, qui ſe hæredē Mathildis gerebat. Pag. 281

ANno Chriſti 1102. & Paſchalis 3. cùm Mathildis donationem ab ea Romanę Eccleſiæ factam, ſub Gregorio Papa 7. publicis conſignatam monimentis audiſſet ſublatam, atque deperditam, renouandam curauit, per nouum

ab

Digitized by Google

De donatione Mathildis.

ab ea iuſſum ſcribi diploma; quod ex Vaticano Codice fideliter, vt omnia reddidit Baronius ad hunc eundem annum; verum cum illa obijſſet anno Chriſti 1115. quid actum ſit de bonis eiuſdem Eccleſiæ Romanæ relictis, ignoratur (ait idem Baronius) an poſſeſſionem eorum Paſchalis Papa adeptus ſit, Nam Vrſporgenſis Abbas hoc eodem anno agens de ipſius Mathildis obitu hæc ſcribit. *Interea directi ab Italia nuncij obitum illius inclytæ Mathildis nunciant, eiuſque prædiorum terras ampliſſimas hæreditario iure poſſidendas, Cæſarem inuitant; Quæ nimirum fœmina ſicut nemo, noſtris in temporibus, ditior, ac famoſior, ita nemo virtutibus, & religione ſub laica profeſſione reperitur inſignior.* Sed tamen ante donationem, & obitum Mathildis, conſtat Pontifices in Italia fuiſſe potentes, & multas ditiones obtinuiſſe ex donatione Pipini, Caroli Magni, Ludouici Pij, & ſucceſſorum, vel etiam aliorum Principum. Immo Hieronymus Rubeus, diligentiſſimus antiquitatis indagator, ſcribit Mathildem feciſſe hæredem Eccleſiam Romanam eorum omnium bonorum, quæ ſuperiores Principes ab Romanis Pontificibus vi extorſerant. Quod verò ſcribit Auentinus citatus à Mornæo, ſe à grauiſſimis accepiſſe Theologis, tùm vocem cœlitus auditam, fœminam venenum melle litum propinaſſe Chriſtianis, certè ſomnia ſua Auentinus voluit Theologis grauiſſimis, vt eis conciliaret authoritatem, aſcribere, aut grauiſſimi Theologi illi ſunt proteſtantes iurati hoſtes Eccleſiæ.

Pag. 281 *Altera ex Eccleſiæ Rauennenſis imminutione quam hactenus, in Romanã cornua extuliſſe historici teſtantur; quæ vt hebetaret, Paſchalis Guardiſtallæ Synodum habet, in qua Ciuitates Æmiliæ Archiepiſcopi Rauennatis iuriſdictioni, Placentiam, Parmam, Mutinam, Regium, Bononiam exemit.*

Coarctati limites Eccleſiæ Rauennatis; quàm iuſta de cauſa.

ET id quidem iure, & iuſta de cauſa, ad conſeruandam ſcilicet pacẽ Eccleſiæ fecit Pontifex; qui ex authoritate poterat, & vnire Epiſcopatus, & diuidere, & Rauennatis iuriſdictionis limites coarctare. Hieronymus Rubeus lib. 5. hiſt. Rauenn. *Cum Paſchalis Pont. Max. in omnem pacandæ Eccleſiæ curam intentus, tumultus vbique componere diligenter ſtuderet, & Maginulphus Rauennatis Eccleſiæ amplitudinem in qua fuiſſet Pſeudopontifex factus obijcere atque opponere Paſchali eſt viſus, recenſque aderat Vuiberti inſolens, pertinaxque temeritas, ne poſterioribus ſeculis Rauennatis Archiepiſcopatus amplitudo Romanis Pontificibus grauis eſſet, & negotium faceret, ad Guardaſtallum, in Ciſalpina Gallia, conuentum multorum Principum virorum, & Epiſcoporum, anno milleſimo centeſimo ſexto, menſe Octobri habito ſtatuit Aemiliæ vrbes, Placentiam, Parmam, Regium Lepidi, Mutinam, Bononiam, Rauennati Eccleſiæ deinceps ſubiectas non eſſe.* Iuſtam igitur habuit cauſam coarctandi iuriſdictionem Archiepiſcopi Rauennatis Subiungit. *A quo tamen decreto diſceſſum eſſe tempora ipſa, quæ inſecuta ſunt, & multa bibliothecæ Vrſianæ monumenta teſtantur.*

Addamus & tertiam; Arnulphus enim Patriarcha Hieroſolymitanus, ſuo Clero accuſante, in Synodo Syriæ, præſidente, vicesque Pontificis gerente Araſicano Epiſcopo, deponitur, Romam tamen accedens larga muni tus profuſione (ait Gulielmus Tirius) emollito Paſchali abſoluitur, ſedique reſtituitur. Pag. 281

Arnulphus Patriarcha Hieroſolymitanus ſede à Pontificis Legato deponitur.

HÆc ſcribit Gulielmus Tyrius, lib. 11. cap. 26. *Eodem tempore Dominus Papa, audiſis enormitatibus Arnulphi Patriarchæ, & de eius immunda conuerſatione plenius edoctus, legatum dirigit ad partes Syriæ quendam virum venerabilem, & multæ Religione conſpicuum Auraſicenſem Epiſcopum, qui ad partes noſtras perueniens, conuocato vniuerſi Regni Epiſcoporum Concilio, prædictum Arnulphum coram ſe ſtare præcepit, tandemque meritis exigentibus, authoritate Sedis Apoſtolicæ, ab officio Pontificali depoſuit. Ille verò adhuc fiauciam habens in ſuis præſtigijs, quibus penè vniuerſorum ſubuertebat animos, transfretare coactus, ad Romanam perrexit Eccleſiam, vbi Domini Papæ, & totius Eccleſiæ blandis verbis, & larga munerum profuſione Religionem circumueniens, tum gratia Sedis Apoſtolicæ remeauit ad propria, ſedem obtinens Hieroſolymitanam eadem viuendi licentia, qua priùs meruerat depoſitionem.*

Idem Romã venit: Põtifici imponit: ſedẽ recuperat

Verum an non potuit Arnulphus fallere Paſchalem Pontificem, quemadmodum de Baſilide Epiſcopo ab Hiſpaniæ Epiſcopis, ob ſua crimina, exauctorato ſcribit Cyprianus, epiſt. 68. ex edit. pammelij quod *Romam pergens Stephanum Pontificem Romanum longè poſitum, & geſtæ rei, ac tacitæ veritatis ignarum fefellit, vt exambiret reponi ſe iniuſte in Epiſcopatum, de quo fuerat iuſte depoſitus?* Ita certe geſſit ſe Arnulphus, qui fallaciæ, & circumuentionis crimen commiſit, vbi non tam culpandus ille, cui negligenter obreptum eſt, quam hic execrandus, qui fraudulenter obrepſit. Sed hinc argumentum nobis validiſſimum ſuppeditatur contra Mornæum, Siquidem accuſatus fuit Arnulphus Patriarcha Hieroſolymitanus a ſuo Clero apud Pontificem Romanum, & eius authoritate & quidem a legato eius deponitur, ad eundem appellat, & ſuæ ſedi reſtituitur. Sed Mornæus.

Nouum hoc & hactenus inauditũ antiquorum Patriarcharum quenquam ab Epiſcopo Romano iudicatum. Pag. 281

QVod tamen facile redarguitur, vt ignorantiam ſuam manifeſte prodat aduerſarius ſiqui-

Digitized by Google

Octo Patriarchæ Conſtantinopolitani à Pontificibus quondam depoſiti: & alibi plures alij.

ſiquidem Nicolaus 1. in epiſtola ad Michaelem, enumerat octo Patriarchas Conſtantinopolitanos, quos depoſuerunt Romani Pontifices, quorum vnus fuit Anthimus; quem Agapetus Papa depoſuit, non obſtantibus minis Auguſti, & Auguſtæ, & loco eius ipſe ſuis manibus Conſtantinopoli Menam ordinauit, vt liberatus in Breuiario ſcribit cap. 21. & Zonaras in vita Iuſtiniani, & Gelaſius in epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ; Dioſcorum ſecundæ Sedis præſulem ſua authoritate Sedes Apoſtolica damnauit; flauianum Patriarcham Antiochenum depoſuit Damaſus, vt ſcribit Theodoretus lib. 3. hiſt. cap. 23. Et licet Imperator Theodoſius niteretur eum in Epiſcopatu ſtabilire, iuſſit tamen eum Romam pergere ad cauſam dicendam. Et Theophilus Alexandrinos, per legatos, apud Romanum Pontificem pro flauiano interceſſit, vt refert Socrates lib. 5. hiſt. cap. 15. nec potuit eum Epiſcopatum flauianus prius tenere, quam Romanus Pontifex placatus conſenſit, & legatos eius ſe admiſſurum promiſit, qui mox ad Pontificem Epiſcopos aliquot, & præcipuos Antiochenæ Eccleſiæ Presbiteros miſit, vt teſtatur loco citato Theodoretus. Epiſcopum etiam Hieroſolymitanum Polychronium Sixtus tertius, depoſuit, miſſo ad hoc in Hieruſalem S. Leone Archidiacono, qui poſtea fuit Papa, vt habetur in Actis Sixti tertij, tom. 1. Concil. Miror igitur, qui ſcribat Mornæus, nouum hoc, & hactenus inauditum, quenquam Patriarcharum antiquorum ab Epiſcopo Romano iudicatum. Et illi quidem iudicati ſunt ab Epiſcopo Romano, priuſquam in Palæſtina Occidentales imperio potirentur, qui rebus ſuis tuendis Pontificis gratia opus haberent (quã cauſam finxit Mornæus). Verum ſi Pontifex Romanus vnus e multis, & non magis Princeps Epiſcoporum, & totius Reipublicæ Chriſtianæ anteſignanus: quorſum eius gratia pro rebus ſuis tuendis opus habebant Occidentales in Oriente? Proſequitur.

Pag. 282 *Etenim Dabertus ex Piſano Epiſcopo Patriarcha Hieroſolymitanus (vt nobis author Gulielmus Tyrius) creatur, in quodam Principum conuentu, communi conſenſu populi, moxque in ſolio conſtituitur, Romam idcirco miſſum non legimus. Tantum vim inferente Rege, cuius libidinibus obſtabat, eo confugere coactum, ne Ebremarus in eius locũ intruderetur.*

Daimbertus Patriarcha Hieroſolymitan⁹ eligitur.

DE electione Daimberti in Patriarcham Hieroſolymitanum agit Gulielmus Tyrius lib. 9. cap. 15. qui etſi non ſcribat miſſum eſſe Romam ad Pontificem, certe argumentum ab authoritate negatiua nullius eſt roboris, nec dubium, eius electionem Pontifici fuiſſe probatam, & ab eodem confirmatam, Præterea non minus eſt reſtituere ſuæ Sedi, vel deponere, quam conſtituere, vel confirmare Patriarcham. Verum cum Balduinus Rex Hieroſolymorum prætermiſſo Dei timore, expulſo Domino Patriarcha Daberto, Ebremarum in ſedem intruſiſſet, Patriarchalem, prout refert idem Tyrius lib. 10. cap. 26. vna cum Boamundo Principe Antiocheno, in Italiam nauigans ad Paſchalem Pontificem contendit, apud quem detalit, quæcunque, dolo Arnulphi, ſuſtinuiſſet a Balduino, iura Eccleſiæ Hieroſolymitanæ imminuta deplorans: In eundem Regem eam etiam ingeſſit accuſationem, quod diuortiũ ſponte ſua, abſque cauſæ cognitione, iudicioque Eccleſiæ, cum legitima vxore feciſſet. Quibus auditis Paſchalis Papa diu detinuit Patriarcham, Hieroſolymam ſcribens, indeque venire mandans, ſi quis aduerſus eum aliquam haberet accuſationem, ac tandem iudicio Sedis Apoſtolicæ Patriarcha innocens comprobatus in ſedem propriam reſtituitur, vt refert idem Tyrius lib. 11. cap. 4. Etſi, in itinere, in Sicilia, ad Meſſanam, dum tranſitum expectat, graui correptus ægritudine obierit. Vbi ſubiungit idem author. *Ebremarus verò eiuſdem ſedis incubator, audiens, quòd prædictus Dominus Daimbertus, cum plenitudine gratiæ, reuertebatur ſedem ſuam recepturus, antequam de obitu eius inſtruerentur, ad eandem Romanam transfretare decreuit Eccleſiam, allegaturus de ſua innocentia, quomodo inuitum, & renitentem in eandem ſedem eum locauerant. Quo perueniens nihil impetrare potuit, quã, vt cũ eo dirigeretur legatus, qui de cauſa eius, Hieroſolymis conſtitutus, plenius poſſet cognoſcere. Deſignatus eſt autem ad id munus proſequendum Dominus Gulielmus vir ſenior, & grandæuus, qui de mandato Domini Papæ Hieroſolymam profectus, conuocato Epiſcoporum Regni Concilio, de cauſa Domini Ebremari cognouit plenius, cùmque ei conſtitiſſet, per teſtes idoneos ſufficientes, & maiores omni exceptione, quod Dominus Dagbertus, abſque cauſa legitima Arnulphi factionibus, & Regia violentia fuerat expulſus, & quod Ebremarus adhuc viuentis Pontificis, & Eccleſiæ Romanæ habentis communionem, Sedem occupauerat, authoritate, qua præeminebat, cum a Patriarchatu depoſuit. Sed conſiderans multam viri Religionem & meram ſimplicitatem, Cæſarienſem, quæ tunc vacabat, Eccleſiam ei conceſſit habendam.* Igitur Paſchalis Pontifex & reſtituit Dagbertum, & Ebremaro abrogauit Patriarchatum: atque huic Pontificis authoritati ceſſit ipſe Rex, & in legati ſententiam omnes iuerunt Epiſcopi: Immo Rex ipſe Balduinus, prout refert idem Archiepiſcopus Tyri lib. 11. cap. 28. miſſis nuncijs ad Romanam Eccleſiam, petijt, vt quaſcunque vrbes, quamcunque Prouinciam ſudoribus bellicis, & Regia ſollicitudine; auctore Domino, ſibi poſſet vendicare, & de poteſtate hoſtium violenter eripere, omnes ditioni, & Regimini Hieroſolymitanæ Eccleſiæ ſubiacerent. Super quo reſcriptum a Sede Apoſtolica impetrauit, cuius tenorem illic inſerit idem author: vnde Bernardius Patriarcha Antiochenus, quoniam in læſionem Eccleſiæ ſuæ videbatur redundare, indignatus eſt plurimum: ita vt miſſis nuncijs

Daimbertus, per Pontificem ſedi reſtituitur.

Ebremarus, per eundem ſede depellitur.

ad

ad Romanam Eccleſiam ſuper eo facto plurimum conquereretur, cuius indignationem Dominus Papa mitigare cupiens, ad eum reſcripſit, & eius prælationem integram conſeruari voluit, & literæ ab eodem authore ſubijciuntur.

Pag. 282 *Redeamus verò ad præcipuam illam de inueſtituris quæſtionem id enim iam ſæculi thema.*

Inueſtitura manu Laica neququam facienda.

EXtant plures Canones 16. q. 7. quibus prohibetur, ne inueſtituræ Eccleſiarum fiant per laicos, & cum Imperatores eas ſibi, per vim, arrogarent, contra ſacros Canones, tandem Pontificum authoritati cedere coacti ſunt. Otho Phriſingenſis lib. 7. cap. 16. *Imperator* (Henricus quartus,) *deficere à ſe Regnum videns, inueſtituras Epiſcoporum legato Apoſtolicæ Sedis Lamperto reſignauit, per eumque anathematis vinculo abſolutus eſt.* Henricus Huntingtonienſis ſcribit, Henricum primum Angliæ Regem anno 1107. ſtatuiſſe, vt nunquam, per donationem baculi paſtoralis, vel annuli, quiſpiam de Epiſcopatu, vel Abbatia, per Regem, vel quamlibet laicam manum, in Anglia inueſtiretur. Bernardus Abbas Bonæuallis in vita S. Bernardi lib. 2. c. 1. Cum Innocentius Papa ſecundus Leodij Lothario Romanorum Regi occurriſſet, Lotharius Rex inſtitit, importunè, vt Epiſcoporum inueſtituræ ſibi reſtituerentur, quas ab eius prædeceſſore Imperatore Henrico, per maximos labores, & multa pericula Romana Eccleſia vindicarat. Tunc Bernardus Abbas Clareuallis audacter reſiſtens Regi, verbum malignum mira libertate redarguit, mira authoritate compeſcuit. Martinus Polonus anno 1110. ſcribit, Teutonicorum, & Hungariæ Reges renunciaſſe inueſtituris Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum. Sanderus lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſiæ his citatis ſubiungit. *Non humana hæc vis, ſed plane diuina virtus fuit, quæ tot Regibus per vniuerſum orbem Chriſtianum diffuſis perſuaſit, vt priuilegio maioribus ipſorum conceſſo, ac diu retento ſponte renunciarent, quod vtique, niſi in Chriſti gratiam, & ob Vicarij eius monita, non feciſſent.* Tam firma fuit omnium de Romanæ Eccleſiæ primatu fides, & indubitata perſuaſio.

Pallium argumentum honoris, & ſubiectionis in ſedē Apoſtol.

Quod vltimo addit de Pallio, ſiue præſentibus detur Archiepiſcopis, ſiue abſentibus mittatur non modo eſt honoris, vt contendit Mornæus, ſed & ſubiectionis argumentum. Nam præterquam quod id colligitur ex ſacris Canonibus, id habet conſuetudo in Eccleſia perpetuo obſeruata, vt quoties Patriarcha, vel Archiepiſcopus aliquis pallium recipit à Sede Apoſtolica, iuret, ſe fidelem, & obedientem fore beato Petro, ſanctæque Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, ac Domino Papæ, eiuſque ſucceſſoribus canonicè intrantibus. Nunc ad oppoſitionem.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quadrageſ. quartam.

Pag. 283 *At Paſchalis anno 1107. Trecis Concilium celebrat, eodemque tempore Henricus eius conatus inhibiturus Moguntiam accedit.*

Paſchalis Pontifex Trecis in Gallia, Concilium ſtatuit, ibiq; de coercenda Laicorū præſumptione in Eccleſiaſtitas dignitates conſtituit.

CVr cum inſtituiſſet Paſchalis pergere in Germaniam, vbi eius aduentum Henricus Rex præſtolabatur, mutauerit poſtea conſilium, & in Gallias perrexerit, vbi Trecenſe Concilium celebrauit, docet Vrſpergenſis in Chronico anno 1107. vbi quanto honore exceptus ſit refert. *Ab vniuerſis finium illarum Eccleſijs, vt verè Chriſti diſcipulus, & Apoſtolorum Vicarius ingenti honore ſuſcipitur, digna reuerentia tractatur, non aliter, quam legifer de Cœlo miſſus auditur; Sic itaque per menſes aliquot, vt fidelis diſpenſator, & prudens, quotidianam ſollicitudinem omnium Eccleſiarum gerens, tandem, circa aſcenſionem Domini Concilium non modicum apud Trecas habuit, vbi inter multa, quæ pro tempore, & neceſſitate corrigenda erant, correxit ſententiam de libera paſtorum electione, & de coercenda laicorum in Eccleſiaſticas dignitates præſumptione, iuxta prædeceſſorum ſuorum decreta, promulgauit.* Sed Mornæus.

Paſchalis quidem decretum illud ſuum confirmat, Henrico per Legatos intercedente. Pag. 283

Omnium Epiſcoporū decreto ſe ſe opponit Henricus: & omnes illi.

VErum hoc quæritur, an pius in hoc fuerit Henricus, & an iuſtè intercefſerit, legibus enim, non exemplis iudicandum eſt, & ſana ratio exemplis anteponenda eſt, cui quidem & exempla concordant. diſt. 9. Decreti ex D. Auguſtino. Sed pij Principes tandem, vt docuimus in ſuperiori progreſſu, inueſtituris dignitatem Eccleſiaſticarū renūciarunt. Nobis interceſſionem Henrici contra Decretum Paſchalis in Trecenſi Cōcilio obijcit Mornæus, & nos illi iudicium omnium Epiſcoporum, ſeu Eccleſiarum Galliæ illius ſæculi opponimus, à quibus tanto honore cultus, & exceptus Paſchalis, & decretum illius ab omnibus receptum, & approbatum. De hoc Concilio hæc habet Krantzius lib. 5. Metropolis cap. 33. *Paſchalis Pontifex tùm in Gallijs apud Trecas habuit generale Concilium. In quo, inter alia decretum eſt, quod nemo inueſtituram alicuius*

Digitized by Google

beneficij aut Eccleſiaſticæ dignitatis à manu laica excipiat, quoaduſque hæc quæſtio inter Papam, & Regem ſynodaliter terminaretur, & reſtituit Papa omnibus Eccleſijs libertatem ſuam, vt ſecundum præcepta Canonum, Prælatos ſibi eligerent quos idoneos iudicarent. Quo tempore ex ijſdem cauſis Patriarcha Aquileienſis, Leodienſis, & Cameracenſis Epiſcopi anathematizãtur, Mindenſis quoque, & Halberſtadenſis priuantur, Colonienſis, & ſui ſuffraganei ab officio ſuſpenduntur, quia aberant Concilio generali: Archiepiſcopus Moguntinus & Epiſcopus Conſtantienſis ſuſpenduntur, quia aliquos contra Canonum ſtatuta electos inſtituerant. En videmus Pontificem ius, & authoritatem exercere in Epiſcopos ipſos Germaniæ, & decreta cõdere, aſſentientibus Galliarum Eccleſijs, quæ vbique vim obtineant contra Principes laicos, qui ſibi inueſtituras dignitatum Eccleſiaſticarum arrogabant; velle itaque contra hanc authoritatem modo diſputare non niſi inſolentiſſimæ erit inſaniæ. Quoad edictum Henrici contra Synodum Trecenſem, quam aduerſarius citat ex Auentino non licere Gallis, *curioſis*, hanc enim vocem habet Auentinus, quam Mornæus, ne videretur, cum Germano ſcriptore, genti ſuæ calumniam inferre, in vocem, *Epiſcopis*, vertit *aliena*, quæ nihil ad eos attinent curare, cuilibet facile eſſe de alieno largiri. Reſpondetur nullum quidem ius fuiſſe Epiſcopis Galliæ in Henricum, vel Germaniæ Epiſcopos, ſed Pontifici Romano, qui quacunque ſeſe diffundit Eccleſia, poteſt cogere Concilium, & quos ſibi videbitur Epiſcopos aſciſcere, atque de rebus ad totam Eccleſiam pertinentibus ſtatuere. Ex hoc edicto præterea illud ſuppreſſit Mornæus: *Nullo pacto fas, iuſque eſſe faſtuoſo Pontifici, leuiſſimis Gallis magis ſuperſtitioſis, quam Religioſis tot diuos, tot pientiſſimos Pontifices maximos &c. impietatis condemnare* &c. Vbi Miror, Mornæum Nobilem Gallum adeo ſtudere Regi, & ſcriptori externo, qui ita contumelioſe gentem ſuam exagitent. Sed quis eſſet eius, ſcriptoris animus in Pontificem conſtat ex his, quæ de indicta Synodo Trecenſi ſcribit. *Poſtea Auguſto bonæ in Trecaſſiorum, & Galliæ Lugdunenſis vrbe, conciliato ſibi Galliæ Epiſcoporum fauore, ad captandam, plebis auram leges turbulentiſſimas rogat, atque perfert.* Vt certo non plus fidei apud nos mereatur, quam Mornæus ipſe. Quæ vero leges illæ turbulentiſſimæ? *Sacerdotiorum adminiſtrationem ad Pont. Max. armorum ad Cæſarem pertinere.* Hæccinè lex turbulentiſſima? Turbulentiſſimus igitur Chriſtus, qui non Regibus, & Imperatoribus, ſed Petro, & Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus Eccleſiæ adminiſtrationem conceſſit. Turbulentiſſimus Ambroſius, cum aliquando Valenti reſpondit, *Palatia ſunt Regum, templa ſunt Sacerdotum.* Turbulentus Azarias Sacerdos, & cum eo Sacerdotes Domini octoginta viri fortiſſimi, cum Regi Ozię reſtiterunt, atque dixerunt. *Non eſt tui officij Oſia, vt adoleas incenſum Domino, ſed Sacerdotum hoc eſt filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad huiuſmodi miniſterium &c.* Quod verò ſcribit idem Author Paſchalem Pontificalibus comitijs excluſo Henrico ea ad plebem tranſtuliſſe, hac ratione, quòd communem omnium Paſtorem communiter omnium ſuffragio capiendum eſſe: hac uere tamen ea certe calumnia eſt, & impudens non dacium. Neque enim vnquam à Pontificibus ad plebem tranſlata Comitia Pontificalia, neque hæc ratio alicuius eſt momenti vt ſi omnium paſtor eſt, in eius electionem omnium ſuffragia, etiam plebis concurrere debeant.

Suppreſſa a Mornæo.

2. Paralip. 26.

Anno igitur 1110. *transfert ſe in Italiam cum potenti exercitu Henricus, & cum Paſchali conuenturus, & ab eo coronam Imperij ſuſcepturus &c.* Pag. 284

NObis vindicandus hoc loco à calũnijs Mornæi Paſchalis Pontifex, ac inprimis, quòd cum accuſet fidei Henrico violatæ, cum reuocauit priuilegium de inueſtituris Epiſcoporum, & Abbatum ab eodem per vim extortum. Res ita ſe habet: Henricus quartus Rex Germaniæ cum magno exercitu veniſſet in Tuſciã, vt Romæ coronam Imperij mereretur, & Paſchalis Secundus Pont. Max. de refutando iure inueſtiturarum Henricum conueniſſet, Henricus Pontificem, totamque curiam vi armata in carcerem, & vincula coniecit. Tandem Imperatore coronato Paſchalis coactus Henrico conceſſit priuilegium de inueſtitura Epiſcopatuum, & Abbatiarum, tàm per annulum, quam per virgam: poſtea verò Paſchalis in Concilio Lateranenſi agens publicam pœnitentiam, quia captus ab Henrico quarto, approbauerat priuilegia Imperatorum de inueſtituris Eccleſiarum, quatuor poſtea edidit capita, quibus vetuit inueſtituras Eccleſiarum de manu laici accipi: & extant apud Gratianum 16. q. 7. Hiſtoriam hanc totam referunt: Otho Phriſingenſis lib. 7. cap. 4. Abbas Vrſpergenſis, & Dodechinus in Chronico anno 1110. Godefridus Viterbienſis Chron. p. 17. Petrus Diaconus in Chronico Caſſin. lib. 4. cap. 39. 40. 41. 42. Nauclerus generat. 38. Sigonius lib. 10. de Regno Italiæ eodem anno, fraudem vero, ac dolum fuiſſe in Henrico inde conſtat, quod cum perueniſſet ad vrbem *Romanis inſiſtentibus, vt honorem, ac libertatem vrbis Sacramento firmaret, callidè illos fallere cupiens teutonica lingua quod volebat ipſe, iurauit. Quo pleriſque ex Romanis agnito, fraudemque in negotio eſſe proclamantes ſeſe in vrbem receperunt. Pontifex Imperatorem vbi adeſſe cognouit, miſſis nuncijs, ſecuritatem ab eo obſides quaſi expedebat, Cæſar obſidibus datis, viciſſimque receptis, iureiurando firmauit de Apoſtolici ipſius vita, de honore, de membris, de mala captione, de regalibus etiam patrimonijs Beati Petri, & nominatim de Apulia, Calabria, Sicilia, Capuanoque Principatu factis Sacramentis, & quod omne ius Eccleſiarum, omneſque illarum res quietas omnino dimitteret.* Et hoc quàm bona fide ſeruauerit, deinceps videndum. Nam *Pontificem, conſilio quorundam ſceleratorum,* (vt ſcribit Otho Phriſingenſis) *cum magna tamen reuerentia, captiuauit, ac Vlrico Aquileienſi Patriar-*

An Paſchalis fidẽ Imperatori datam ſoluerit.

cha

Digitized by Google

cha cuſtodiendum commiſit &c. inde crudelis pugna inter Romanos, & Germanos, vt clam fugere coactus ſit Imperator, captiuum tamen ſecum abducens Pontificem. Scribit idem Author: *huius maximi ſceleris authorem fuiſſe Henrico Albertum natione Lotharingum, qui poſtmodum factus eſt Moguntiæ Archiepiſcopus, tunc verò Regis Cancellarius, & primus inter proximos, eius præcordialis Conſiliarius. Quem tamen poſt reditum Rex captiuatum, & in carcere poſitum diuerſis tormentis, & incredibili famis inedia afflixit, ipſumque de amiciſſimo inimiciſſimum, ac Regni ſui peſtiferum hoſtem diuino iudicio vſque ad vitæ terminum ſenſit*. Nec certe referunt hiſtorici, omnes Epiſcopos Germaniæ, præter vnum Conradum Salisburgenſem, id factum ſummo plauſu excepiſſe. De captione Paſchalis Papæ, & perfidia Imperatoris extat epiſtola Ioannis Epiſcopi Tuſculani Richardo Albano Epiſcopo miſſa: *Ioannes Dei gratia Tuſculanus Epiſcopus, agens vices Domini Paſchalis Papæ vincti Ieſu Chriſti, venerabili fratri Richardo Albano Epiſcopo in Domino ſalutem. Quoniam, ſicut ait Apoſtolus, vnum corpus ſumus in Chriſto, & ſi patitur vnum membrum, cætera membra compatiuntur, quæ de capite noſtro, & de tota fere Eccleſia geſta ſunt, fraternitati tuæ ſignificamus. Cũ igitur Henricus Theutonicorum Rex Sutrium perueniſſet, legatos quoſdã Romam direxit, qui iureiurando firmauerunt Domini Papæ legatos ſecurè ducere, ac reducere, & Regem ipſum Sacramento firmare, omnem Eccleſiarum inueſtituram penitus abdicare, obſides etiam dare, ne ad hoc flagitium iterum rediret, & res Eccleſiaſticas, & regalia, ac B. Petri patrimonia, libera, & quieta omnino dimittere, obſides etiam dare, pro ſecuritate, cum ad coronandum eum ad Beati Petri Baſilicam exiret. Poſtea ex parte Eccleſiæ a laicis viris firmatum eſt, ſi iſta, quæ promiſſa ſunt, iam dictus Rex obſeruaret, quod Dominus noſter eum benigne ſuſciperet, & ei Diadema Regni imponeret, & coronatus, ſi vellet, vrbem intraret. Pro tranſitu etiam pontis, obſides accepit, pro quibus Sacramentum exhibuit, quod in ipſo die Dominico, ſi pontem tranſiret, eos in liberam noſtrorum reſtitueret poteſtatem. De his igitur omnibus Sacramentis, ex vtraque parte perfectis, & obſidibus datis, cum ad coronandum eum ad Eccleſiam B. Petri Papa exiret, poſtpoſitis Sacramentis, & dimiſſis obſidibus eum in ipſa Eccleſia cum Epiſcopis, & Cardinalibus, & multis Romanis violenter cæpit, & in captione arctiſſima detinet; Romani verò, poſt alterum diem, collecti in hoſtes Eccleſiæ impetum facientes, de porticu fugere compulerunt, interfectis multis de ſuis, & perditis equis, tentorijs, pecunijs, & infinita ſuppellectili. Poſt hæc omnes vnanimes contra eum iurarunt vno animo, vna voluntate pugnare*. An non igitur periurus, perfidus, & fœdifragus fuit Henricus? Magdeburgenſes id præterea ex Blondo, & libro Pandulphi Lateranenſis Eccleſiæ Oſtiarij, qui interfuit, referunt, Pontifice capto, temperatum eſſe à Cardinalium, Epiſcoporumque opprobrio; *Sed Archipresbyteri, præsbiterique, & cætera Cleri turba ad vnum omnes ſpoliati, adeo ut nec interior manica, nec fœmoralia ſint relicta &c.* & tamen ita concludunt: *Non igitur vere iſta Pontificis caſtigatio, poteſt dici perſecutio; Sed Clerus, alijque ſacrificuli plebem ad arma, contra Imperatorem, ſeu Magiſtratum, ſumenda extimulantes, reuera perſecutores immanes, & crudeles fuere, digni pœnis politicis, tanquam ſeditioſi*. At contra, primò exceptus fuit Henricus honorificè à Pontifice, & Romanis, nec aliud ab eo Pontifex exegit, quam vt promiſſa ſolueret, nec certe in eius milites Romani prius irruerũt, quam Eccleſiæ atrocem iniuriam intuliſſet, Pontificem, Cardinales, & Epiſcopos in vincula conijciendo; non itaque crudele illud prælium ex iniuria illata Henrico a Romanis, ſed ab eodẽ accepta habuit initium: & mirum eſt, quòd tam iniqui ſint iudices Magdeburgenſes, qui referant Archipræsbyteros, præsbyteros, & cæteram Cleri turbam ad vnum omnes ſpoliatos, vt ne fœmoralia quidem ſint relicta, tamen eos accuſent quod ad arma, contra Imperatorem, plebem extimularint, perſecutores immanes, & crudeles appellent: Sed in hoc, vt in cæteris, egregij illi impoſtores.

Magdeburgenſium calumnia redarguũtur

Rex Henricus fidem ſoluit Pontifici, eumque violenter captiuum facit.

Cent. 12. cap. 3. pag. 39.

Imperator Paſchalem veſtibus Pontificalibus exutum, cum alijs captiuis vinctum abducens apud Caſtrum quoddam in Sabinis, arctiſſima cuſtodia, ſexaginta, & vnum dies, detinuit, nullis valens minis, aut malis eius flectere conſtantiam, qua vitam ipſam conſecrationi iurium Eccleſiæ poſtponebat, donec propoſitis eidem Pontifici a ſuis reliquorum captiuorum calamitatibus, atque vrbis periculo, quæ ab Henrico continuis incurſionibus infeſtabatur, nec non grauiſſimo ſchiſmatis ſcandalo, quod Eccleſiæ imminebat, victus tandem ſuorum lachrimis, iuramento promiſit, nunquam ſe Henricum de inueſtituris Eccleſiarum inquietaturum, aut eum excommunicatione perculſurum, idemque cæteri Epiſcopi, & Cardinales, qui, cum eo, captiui detinebantur, compulſi ſunt iurare. Denique priuilegio ſcripto ab eo extorto, eidem Henrico conceſſit Epiſcopos, & Abbates Regni ſui (canonice tamen, & abſque vi, atque ſymonia electos) per annulum, & virgam inueſtire, & vt electi, licet canonicè a Clero, & populo, non aliter, quàm præuia inueſtitura Regia, conſecrarentur. poſtque ad Baſilicam S. Petri deductus illic Henricum coronauit in Imperatorem eius nominis 4. Et cum in Miſſa ad hoſtiæ conſecrationem veniſſet, partem ipſe ſumens, alteramque Imperatori tradens, obſeruationem ſuperioris conceſſionis promiſit. Hæc fusè Petrus Diaconus, & alij ſupra citati Authores. Sed reuocatum tandem illud priuilegium, quod, per vim, a Pontifice extortum, omnes ſtatim improbarunt. Otho Phriſingenſis priuilegium hoc prauilegium nuncupat. *Hoc* (inquit) *priuilegium, quod a Romano Pontifice minis extorſit, poſtmodùm ſynodo congregata, Epiſcoporum authoritas tanquam prauilegium reprobauit*. Vrſpergenſis anno 1112. *Romana Eccleſia Domino Apoſtolico obiecit, quod contra inſtituta totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ Regem Henricum tyrannicum, Eccleſiarum deſtructorem, priuilegio ſacrilego condonaſſet.*

Henricus per vim extorquet à Pontifice Priuilegiũ de inueſtituris Epiſcoporum.

Lib. 4. Chron Caſin. cap. 44.

Digitized by Google

S. Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus ad eundem Paſchalem ſcripſit, reprehendens eum, quod Eccleſiarum inueſtituras laicis conceſſiſſet. Iuo Carnotenſis grauiter, & inique fert, huiuſmodi priuilegium a Paſchali cõceſſum, eumque reprehenſione dignum, licet à nemine iudicandum, docet epiſt. 235. *De inueſtituris Eccleſiarum, quas laici faciunt ſententiam præcedentium Gregorij, & Urbani quantum in me eſt, laudo, atque confirmo. Quocunque autem nomine talis peruaſio proprie vocetur, eorum ſententiam, qui inueſtituras laicorum defendere volunt, ſchiſmaticam iudico.* Subiungit. *Nec iſta contra Dominum Papam dico* (ne videatur in eum ferre cenſuram, qui contra inſtituta deceſſorum laicis inueſtituras conceſſerat Eccleſiarum), *quia quibusdam literis mihi ſcripſit, ſe coactum feciſſe, quod fecit, & adhuc ſe prohibere, quod prohibuit, quamuis quædam nefanda quibusdam nefandis ſcripta permiſerit. Et quia verenda patris potius debemus velare, quam nudare, familiaribus, & charitatem redolentibus literis admonendus mihi videtur, vt ſe iudicet, aut factum ſuũ retractet. Quod ſi fecerit, referamus Deo gratias, & gaudeat nobiſcum omnis Eccleſia, quæ grauiter languet, dum caput eius laborat tanta debilitatum moleſtia. Si autem in hoc languore inſanabilis ægrotauerit, non eſt noſtrum iudicare de ſummo Pontifice.* Et epiſt. 238. ſcribens ad Ioannem Archiepiſcopum Lugdunenſem, Galliarum primatem, recuſat ire ad Synodum, ad quam ab illo inuitabatur, vbi de inueſtituris Laicorum agendum erat. *Quia in hoc Concilio de inueſtituris Laicorũ, quas quidam inter hæreſes computant, tractare diſponitis, potius pudenda patris noſtri nudabitis, quæ publicanda non eſſent in Geth, nec in compitis Aſcalonis deridenda exponetis, quàm poſt dorſum ea velando benedictionem paternam vobis acquiratis. Quod enim propter vitandam populi ſtragem paterne in ſe admiſit Summus Pontifex, coegit neceſſitas, non approbauit voluntas. Quod inde conſtat, quia poſtquam euaſit periculum, ſicut ipſe quibusdam noſtrum ſcripſit, quod iuſſerat, iuſſit, quod prohibuerat, prohibuit, quamuis quibusdam nefandis, vrgente periculo, quædam nefanda ſcripta permiſerit.* Quod intelligit de priuilegio inueſtiturarum a Pontifice vi, per Henricum, extorto. Deinde ſubiungit exempla aliquot Sanctorum, qui lapſi ſunt, vt tamen eos poſtea pœnituerit facti. *Sic Petrus trinam negationem trina confeſſione purgauit, & Apoſtolus manſit. Sic Marcellinus Papa deceptus a profanis coram profano thurificauit, & tamen à fratribus minimè iudicatus, poſt paucos dies Martyrio coronari promeruit. Sic Aaron in Eremo, moram faciente Moyſe, in monte, propter importabilem populi ſeditionem, vitulum fuſilem fieri permiſit, quem populus inſipiens adorauit, cum tamen non eſſet ſeductus à populo, vt Dominũ eſſe crederet, vel diuinæ cultura reuerentiam ei exhiberet. Meruit tamen veniam tantus exceſſus, &; Domino iubente, per manum Moyſi ad ſummum Sacerdotium eſt ſublimatus. Sic Moyſes ipſe, qui cum Domino loquebatur, ſicut ad amicum amicus, Dominum tamen offendit, cum, propter murmur populi dicentis, Nunquid poterit nobis eijcere aquam de petra hac, dubitare coactus eſt, & aquam Synagogis publicè clamabat, Circoncisio nihil eſt & Chriſtus nihil proderit, ſi circumdciamini, propter ſcandalum Iudæorum, circuncidi permiſit Timotheum, vt hac condeſcenſione Iudæos lucrifaceret. Hæc infirma probabili neceſſitate, vel prouida diſpenſatione paſſi ſunt ſummi, & Sancti viri, Deo bene vtente malis noſtris, vt per hoc doceret eos ſeipſos agnoſcere, quatenus diſcerent infirma ſua ſibi aſcribere, & bona ſibi collata ad Dei gratiam referre. Nec ad hoc iſta ſcripta ſunt, vt in exemplum viuendi ducantur, ſed vt ex lapſu maiorum diſcant timere minores, nè ſimiles incurrant, & ſi forte ceciderint, ſumma celeritate reſurgant. Quod ſi Papa adhuc in Teutonicum Regem debitam ſeueritatem non exercet, credimus quia conſultè differt, ſecundum quorundam doctorum iudicia, qui conſulunt, quædam admittenda pericula, vt poſſint vitari maiora.* Vbi certè non diſſimulat, Paſchalem peccaſſe, priuilegium inueſtiturarum Henrico quarto concedendo, & tamen id poſſe reuocare, quod neceſſitate adactus conceſſerat, & in Henricum excommunicationis ſententiam ferre, non obſcure docet, eumque quantum poteſt excuſat in eadem epiſt. ſubiungens: *ſi quid contra ſententiam ſuam, ſuorumque prædeceſſorum de remiſſis Germanico Regi inueſtituris feciſſe videtur, filiali charitate excuſamus. Non enim præuaricator eſt legis, qui deliquit in lege aliqua, fallente ſubreptione, vel impellente neceſſitate, ſed qui legem impugnat ſtudioſè, & delictum ſuum non curat agnoſcere: vnde hunc exceſſum eius non tantum non accuſamus, ſed dictante ratione, approbamus, ſi, imminente ſtrage populi, paterna charitate, cum nonnullo vulnere ſuo ſe tantis periculis voluit obijcere, vt maioribus morbis poſſet ſincera charitate ſubuenire.*

† cum diſceptatione à Domino poſtulare. Sic doctor gentium, qui in Sy.

Anno 1102. coacta Synodo Romæ in Baſilica Lateranenſi, narrauit Pontifex, quomodo vi, & neceſſitate coactus cùm Henrico tranſegiſſet, declarans tamen, propter iuramentum tunc ei præſtitum, nunquam ſe illum excommunicaturum, aut de inueſtituris inquietaturum: cœterum priuilegium ab eo extortum, corrigendum quidem eſſe, tanquam prauè factum, ſed correctionis eius modum iudicio ſe Synodi relinquere: At, ne quis de fide ipſius dubitaret, profeſſionem Catholicæ fidei corã omnibus edidit. Poſt quæ ſecuta eſt Synodi ſententia, recitante illam Gerardo Epiſcopo Engoliſmenſi, qua priuilegium illud a Paſchali per vim extortum (quod & prauilegium potius dici debere iudicarunt) penitus damnatum eſt, & irritum declaratum, quòd eſſet contra Spiritum Sanctum, & canonicam inſtitutionem. Vnde non poteſt periurij, vel perfidiæ in Henricum vllo modo Paſchalis accuſari; licet alioqui extorto per vim, prauo illo priuilegio nullo modo obſtringeretur, immo inde Orthodoxorum pro libertate Eccleſiæ æſtuantium animos exulcerarit, quòd ipſemet Henricum noluerit excommunicare, nec conceſſas ei inueſtituras reuocare. Notandum interim cum Sandero lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſ. num. 788. longe intereſſe inter facta hominum,

Diſtinguendum inter facta hominis, & facta Pontificis.

num, & decreta Pontificum: fecit malum Marcellinus thurificans Idolis: fecit malum Liberius, ſi in condemnationem Athanaſij ſcripſit; fecit malum Paſchalis, quando vt ſe redimeret, iniquo Regi Eccleſiaſticam inueſtituram conceſſit: nemo tamen horum omnium per nomen, authoritatemque Eccleſiæ Romanæ ſuum factum, aut potuit vnquam ſtabilire, aut etiam conatus id eſſe legitur. Nemo ad ſucceſſores eam mentem potuit tranſmittere, vt hoc idem illi ratum haberent, quod vnus aliquis inique patraſſet. Immo plerique eorum, ac certò omnes, dum adhuc viuerent, & pœnitentiam de ſuo errore egerunt, & contrariæ ſententiæ authores alijs extiterunt. Hæc eſt illa inſignis prærogatiua, quam Romanæ Eccleſiæ vindicamus, vt illa nihil decreto publico ſanxerit, quod à vera, & Catholica Eccleſia alienum eſſet. Sed ex Mornæo nunc quæro, Cur ius inueſtituræ Eccleſiarum Regni ſui ita ſtudioſè procurabat à Pontifice Romano Henricus Imperator, & à recuſante concedere vi extorſit, ſi non iudicabat Pontificem habere ius, & authoritatem in eaſdem? cur non potius ab Archiepiſcopo Moguntino totius Germaniæ primate, idem priuilegiũ ſibi conferri poſtulabat, vbi certe Romani Pontificis in omnes Eccleſias primatum, & iuriſdictionem agnouit. Immo & Romæ, cum coronatus fuit Imperator, iurauit, ſe Pontifici fideliter obediturum, ſaluo honore Imperij, & Regni ſui, ſicut Catholici Imperatores Catholicis Romanis Pontificibus ſolent. Et idem poſtea, prout ſcribit Vrſpergenſis anno 1117. *multis cladibus, corde tenus, ſauciatus, non ceſſauit legationes ſatisfactorias ad Apoſtolicam Sedem, licet ipſe multum infeſtationibus italicis inſudans, deſtinare, quas tamen conſtat minime profeciſſe. Nam Dominus Apoſtolicus propter ſecuritatem, quam Regi, licet coactus fecerat, diffitetur illum ſe anathematis vinculo colligaſſe, ab Eccleſia tamen potioribus membris excommunicationem connexam, non niſi ipſorum conſilio denegat, ſe poſſe diſſoluere, conceſſo nimirum vtrinque synodalis audientiæ iure.* Valde igitur debile argumentum, quod aduerſarius contra progreſſum Pontificatus obijcit ex vi illata Paſchali Pontifici ab Henrico quarto Imperatore, & ex priuilegio de inueſtituris Eccleſiarum ab eodem extorto.

Pag.286 *In Gallia anno 1108. Paſchalis noſtra priuilegia attentarat ex diſſenſione Philippi primi cum Clero Gallicano rem facturus, cuius occaſio Bertrada concubina; quã vxorẽ uolebat.*

VErum inde colligitur authoritas Romani Pontificis in Gallia quod Philippum ob Bertradam ſuper inductam, viuente priore vxore, reſipiſcere prius oportuit, quàm à Paſchali vinculo anathematis ſolueretur.

Pag.286 *Manaſſe Remenſi Archiepiſcopo vita functo &c. Radulphum pleno iure Paſchalis ordinat, qui Ludouici Craſſi conſenſu non expectato, Epiſcopatus poſſeſſionem adit &c. Nec tamen id ferre potuit contra, Aurelia a Gilberto Archiepiſcopo Senonenſi, quicquid Radulphus de iniuria ſuæ ſedi facta conqueratur, conſecrari vult, Geruaſiumque ex comitatu delectum Archiepiſcopatu Remenſi pro iure inueſtit.*

Contorta à Mornæo Hiſtoria.

FRuſtra iacitur rete ante oculos pennatorum, longe aliter ſe res habet, quam à Mornæo enarretur: Siquidem Ludouicus Craſſus Regni inſignia Aureliæ ſumpſit inunctus à Daimberto Senonum Archiepiſcopo: Id factum contra morem maiorum Remenſes arguebant, aſſerentes Regia ſacra ad Remigij ſucceſſores pertinere. Iuo Carnotenſis, qui Regis inunctioni interfuerat, elegantem, ſuper ea contr ouerſia, apologiam ſcripſit, & eſt epiſtola apud eum 70. in qua non videtur Remenſem inunctionem pluris, quàm Aurelianenſem, facere, oſtendens Ludouicum meritò inunctum, cui Regnum hæreditario iure competebat, & quem communis conſenſus Epiſcoporum, ac procerum iampridem elegerat. Deinde Remenſia ſacra expectari nec potuiſſe, nec debuiſſe. *Erant enim* (inquit) *quidam Regni perturbatores, qui ad hoc omni ſtudio vigilabant, vt aut Regnum in aliam perſonam transferretur, aut non mediocriter minueretur.* Non potuiſſe Regis inaugurationem fieri Remis contendit, quia Archiepiſcopo Eccleſiæ nondum inthronizato, ſine ſumma perturbatione, & ſanguinis effuſione celebrari non poterat, nec loco conueniſſe, quia Ciuitas ſub anathemate poſita erat, Rhemorum vero legitimus Pontifex erat Radulphus, non modo pleno iure a Paſchali Romano Pontifice, ſed & Eccleſiaſtici ordinis iudicio creatus. Cæterum Geruaſius Sedem illam inuaſerat, hic Ludouico acceptus, ille inuiſus, propterea quod eo inconſulto Rhemorum Pontifex eſſet deſignatus. Non igitur ideo Aureliæ Regni inſignia ab Archiepiſcopo Senonenſi accepit Ludouicus, quod nollet à Radulpho Remenſi Rex conſecrari, ſiquidem ille etſi legitimus Pontifex deſignatus, Sedem tamen illam nedum obtinebat, ſed eam Geruaſius inuaſerat: Neque Radulphus Archiepiſcopus, ſed ipſi Remenſes conqueſti ſunt, fieri illi Eccleſiæ iniuriam; ſi verò à Pontifice deſignatus Radulphus, & à Rege inueſtitus Geruaſius, Verùm ille, qui à Pontifice deſignatus erat, ab omnibus habitus eſt legitimus Archiepiſcopus: qui vero à Rege inueſtitus, inuaſor illius Sedis, & intruſus potius, quàm inſtitutus, ac tandem Iuonis Carnotenſis interceſſione apud Regem, expulſo inuaſore Geruaſio, Radulphus legitimè electus introductus eſt, etſi eam cõditione, vt ipſe per manum, & ſacramentum eam fidelitatem Regi

faceret

Digitized by Google

faceret, quam antea feciſſe perhiberentur omnes Archiepiſcopi Remenſes, & cœteri Regni Francorum quamlibet Sancti, & Religioſi Epiſcopi. Super quibus authoritate Apoſtolica diſpenſari, quod aduerſus decreta Pontificum geſta eſſent, rogauit idem Iuo Pontificem Paſchalem, qui petitis annuit poſt factum, quod fieri minime conceſſiſſet. Eſt epiſtola apud Iuonem 206. ad Paſchalem ſummum Pontificem. Etſi igitur Rex iura Regni, quæ prætendebat, ſalua voluerit, authoritati tamen Pontificis, etiam in hoc, ceſſit, vt Radulphus, expulſo Geruaſio, Sedem Remenſem obtineret.

Ex epiſt. 65. Iuonis ad Hugonem Archiepiſcopum Lugdunenſem Sedis Apoſtolicæ legatum hæc adducit:

Pag.287 *Cum legamus Reges olim à Pontificibus rogatos Epiſcopatus conceſſiſſe ijs, qui canonicè electi fuerant, diſtuliſſe etiam Pontifices conſecrare, quos à Regibus nondum acceptos norant.*

IAm hunc locum alibi tractauimus. Sed non omittenda, quæ præfixerat Iuo: *Cùm poſt Canonicam electionem* (inquit) *Reges ipſos Apoſtolica authoritate à conceſſione Epiſcopatuum probibitos minimè videamus.* Igitur intellexit Iuo eam prohibitionem à Pontifice fieri poſſe, etſi quid habeant iuris in côceſſione Epiſcopatuum, id, non niſi priuilegio Sedis Apoſtolicæ, conſecutos fuiſſe. Et idem epiſt 47. ad Manaſſem Remorum Archiepiſcopum hæc ſcripſerat. *Non licet Regibus, ſicut ſanxit Octaua Synodus, quam Romana Eccleſia commendat, & veneratur, electionibus Epiſcoporum ſe immiſcere, vel aliqua eas ratione impedire. Francorum etiam Reges Carolus, & Ludouicus electiones Epiſcoporum Eccleſijs conceſſerunt, quod & in ſuis Capitularibus ſcriptum reliquerunt, & in Concilijs Epiſcoporum Prouincialibus ſanciri permiſerunt. Habeat ergo Deus in Eccleſia ſua principaliter, quod ſuum eſt; Habeat Rex, poſteriori ordine, poſt Deum, quod ſibi à Deo conceſſum eſt.*

Ex epiſt. 240. eiuſdem Iuonis ad Paſchalem, hæc producit Mornęus;

Pag.287 *Nos ſicut filij, & fideles rogamus, & conſulimus &c.*

ARgumentum illius epiſtolæ eſt. Tornacenſes petebant ſibi proprium Epiſcopum dari a Sede Apoſtolica, rogat ergo, ne id faciat, quia hoc eſſet fruſtrare priuilegium Nouiomenſis Eccleſiæ, vt pote cuius Epiſcopo Eccleſia Tornacenſis ſubiecta erat, & præterea periculum erat, ne hac occaſione, ſchiſma aliquod in Gallia aduerſus Sedem Apoſtolicam ſuſcitaretur, quemadmodum in Germaniæ Regno. Sed aliqua ex ea epiſtola citanda, quæ conſultò omiſit Mornæus, quòd inde conſtet de obſeruantia perpetua Regni Galliarum erga Sedē Apoſtolicam. *Nouit Paternitas veſtra, quia Regnum Francorum, præ cæteris Regnis, Sedi Apoſtolicæ ſemper fuit obnoxium, & idcirco, quantùm ad ipſas Regias perſonas pertinet, nulla fuit diuiſio inter Regnum, & Sacerdotium. Quod ergo hactenus, cùm pace, & vtilitate Eccleſiæ, obſeruatum eſt, humiliter petimus, vt de cætero obſeruetur, & Regni Francorum pax, & ſummi Sacerdotij, nulla ſubreptione diſſoluatur.* Qui igitur diſſidium quærunt inter Regnum, & Sedem Apoſtolicam, & pacem hanc modis omnibus conantur diſſoluere, Mornæus, & Nouatores, quid aliud, q̄ Religionem Maiorum noſtrorum conculcare, pacem Regni perturbare, eique extremam perniciem adferre conantur? Etſi vero Iuo Pontificem roget, ne diſtrahat Eccleſiam Tornacēſem à Nouiomenſi, potuiſſe tamen id facere Pontificem, fatetur. *Nec in hoc* (inquit) *reſiſtimus, quin poſſit Sedes Apoſtolica parochiarum amplitudinem minorare, aut breuitatem dilatare, ſi vtilitas populi Dei ita exigat, & nullum inde ſchiſma contingat.*

Cōtinuata obſeruātia Regni Frā corum in Romanos Pontifices.

Quod attinet ad ea, quæ citat ex Sigeberto in Chronico anno 1111. & de apologia eius, quam teſtatur Tritemius eum contra Gregorium Septimum, pro Imperatore, compoſuiſſe, & aliam contra Paſchalem epiſtolam, in quibus Pontifices in Imperatores nullum ius habere oſtendat &c. Reſpondetur, Sigebertum vt fautorem Henrici. 4. Imperatoris, perſecutoris Eccleſiæ, non eſſe magnæ apud nos authoritatis, & in Indice Romano expreſsè prohibetur eius liber cōtra Papam Gregorium, & contra epiſtolam Paſchalis Papæ. Et ſi doceat Sigebertus, Pontifices in Imperatores nullum ius habere, certe hæc doctrina Catholica non eſt, nec aliter ſenſerunt etiam ipſi Imperatores, quotquot Catholicam fidem profeſſi ſunt.

Sigebertus Hērici fautor, & eiuſdem liber prohibitus.

In Anglia pergebat Paſchalis in decreti ſui executione, quam Anſelmus parum fœliciter inchoauerat, cūq; Henricus primus anno 1103. inueſtituras ſuas contra Paſchalem tutaretur, Regnum potius ſe in diſcrimen adducturum proteſtatus, quàm vt Paſchali obtemperaret, exceperat Paſchalis; nec pro mei capitis redemptione eas illi impune permittam obtinere &c. Pag.288

HIſtoria refertur ab Edinero in vita S. Anſelmi, & à Malmesburienſi lib. 2. de geſtis Pontificum Anglorum, quòd vigentibus in Anglia, & excreſcentibus in dies diſcordijs inter Regem Henricum, & S. Anſelmum Archiepiſcopum Cantuarienſem ob inueſtituras Eccleſiarum, quas ſibi Rex ſumere, Anſelmus vero è ſæculari potentia vendicare, ſtudebat: idem Anſelmus rogatus à Rege, & ab Epiſcopis, atque magnatibus Regni Romam ſe conferre, vt quod alij hactenus legati minus egiſſent, ipſe authoritate, qua apud Sedem Apoſtolicam valebat

lebat

lebat perficere, ne omnia ſuo tantùm videretur præſumere arbitrio, poſtquam conteſtatus eſt, nihil ſe Pontifici Romano ſuggeſturum, quod eius prædeceſſorum ſtatutis aduerſaretur, ex Anglia ſoluens præcurrente Regis legato Vuilielmo electo Exonienſis Eccleſiæ Romam venit. Porro in ipſa cauſæ auditione fortis eluxit Paſchalis conſtantia; nam cum ad eloquentiam electi Exonienſis plerique in ſententiam Regis flecterentur, & ex eo idem legatus, ſimulque ex ſilentio Paſchalis, & Anſelmi rem tacitè conſiderantium, ſecurior redditus, audacius addidiſſet, Regem, nec pro amiſſione Regni paſſurum, ſibi Eccleſiarum inueſtituras auferri, mox Paſchalis, *nec ego* (inquit) *prò capitis mei redemptione cum inueſtituras permittam impune habere*. Ad quam magnanimam vocem conuerſis in eius laudes contraria ſentientium linguis, legatus confuſus obticuit; Decretumque eſt, vt, interim Rege ab excommunicatione, quod aliquos inueſtiſſet, abſoluto, ipſi nihilominus inueſtiti authoritati Canonum ſubiacerent, eorum ſatisfactione Anſelmi commiſſa iudicio; vbi Mornæus.

Pag.288. *Anſelmi tamen interuentu cum Prælatis, qui ab Henrico inueſtituram acceperant miſericorditer diſpenſarat. Sed miſericordiam hanc Mathaeus hiſtoricus exponit. Sedes* (inquit) *clementiſſima, quæ nulli deeſſe conſueuit, dummodo albi aliquid vel rubei intercedat &c.*

VErum Mathæus Paris Monachus S. Albani in Anglia, vt ex eius ſcriptis conſtat: *fuit animo infenſiſſimo in Sedem Apoſtolicam, (niſi fortaſſe probra illa fuerint potius additamenta illius, qui edidit, nouatoris, hæretici hominis, cum peculiare ſit illis libros, quos potuerint, deprauare). dum nulla in eo libro prætermittitur occaſio carpendi Romanos Pontifices, immo & ſine occaſione omnia eorum facta in deteriorem partem accipiens, cordis ſecreta rimans, & in malum ſenſum ſemper interpretans, in eos, eorumque miniſtros acerbiſſime inuehitur ſemper, nec parcit vnquam: vt de illo dicendum ſit: malus homo de theſauro ſuo profert mala &c.* Baronius ad annum Chriſti 996.

An verò Henricus Rex Romam legatum ad Pontificem miſiſſet, pro inueſtituris Eccleſiarum obtinendis, niſi illius agnouiſſet in Eccleſias ſui Regni primatum, & iuriſdictionem? Anno deinde 1108. (prout teſtatur Rogerius de Houedem Annal. parte priore) conuocato Londini omnium totius Regni Angliæ præſulum, ac procerum, conuentu præſidente Anſelmo Cantuarienſi Archiepiſcopo, præſente Rege, ac conſentiente, ſtabilita eſt, ac promulgata definitio controuerſiæ, de inueſtituris, quæ inter Paſchalem Pontificem, & ipſum Regem interceſſerat, ſcilicet, *Vt ab eo tempore in reliquum, nunquam per donationem baculi paſtoralis, vel annuli, quiſquam de Epiſcopatu, aut Abbatia per Regem, vel quamlibet laicam manum, in Anglia inueſtiretur; concedente quoquè Anſelmo, vt nullus in prælationem electus, pro hominio, quod Regi faceret, conſecratione ſuſcepti honoris priuaretur.* Vbi certè Henricus Pontificis decreto acquieuit, de inueſtituris Eccleſiarum non ſibi vindicandis.

Imponit vltimo Paſchali aduerſarius, quod in literis ad Henricum Regem ad ſe transferat, quod Dominus de ſeipſo dixit, non vlli alij communicandum.

Litteræ Paſchalis ad Henricum notatu dignæ, propter inueſtituras ſemetipſum feciſſe oſtium; qui per eum non intrant, Deum relinquere, qui eſt verum oſtiũ, & fures & latrones eſſe. Pag.288

QVe certe manifeſta calumnia. Ita enim ſcribit Pontifex: *Dices itaque mei hoc iuris eſt. Non vtique, non eſt Imperatorium, nõ Regium ſed diuinum. Solius illius eſt, qui dixit: Ego ſum Oſtium. Unde pro ipſo te rogo, cuius hoc munus eſt, vt reddas hoc ipſi, ipſi dimittas, cuius amore etiam, quæ tua ſunt, debes &c.* vbi certe non ſibi tribuit, quòd ſit *Oſtium*, neque illud, quòd Chriſtus ſe eſſe aſſeruit in Euangelio, ſibi arrogat. Deinde quæ Chriſto conueniunt per ſe, & primò, vtiq; & miniſtris eius per participationem tribuuntur: *vnus eſt magiſter noſter Chriſtus, eſtque paſtor bonus* Ioh. 10. & tamen Apoſtolus ſcribit Epheſ. 4. Chriſtum alios dediſſe in Eccleſia *paſtores, & doctores*. Chriſtus eſt *lux mundi*, & tamen Apoſtolus dixit: *Vos eſtis lux mundi*. Fundamentum Eccleſiæ Chriſtus, præter quod nemo poteſt aliud ponere: & tamen Apocal. 21. murus Ciuitatis, quæ eſt Eccleſia, dicitur habere fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum Agni. Ita oſtium Chriſtus, per quod ſi quis introierit ſaluabitur, cum tamẽ & per miniſtros eius ad eundem acceſſum habeamus. Pontifici Paſchali, non Regi Henrico Chriſtus ſollicitudinem omnium Eccleſiarum commiſerat; qui itaque, per Pontificem, Eccleſiaſticas dignitates obtinebant, & iuxta decreta ſacrorum Canonum per Oſtium intrabant, & legitimè inſtituebantur, non verò, qui de illis à Rege, contra Pontificum decreta, & ſtatuta ſacrorum Canonum, inueſtiebantur; & in regimine vniuerſalis Eccleſiæ vices Chriſti gerebat Pontifex, non Rex ipſe. *Mera Aduerſarij calumnia.*

Digitized by Google

ANTIDOTVM

Contra progreſſum quadrageſ. quintum.

pag.288 *Paſchali ſuccedit Ioannes Caietanus, qui Gelaſius Secundus &c.*

Paſchalis obitus, & Gelaſij ſecunda electio.

VRſpergenſis in Chronico Anno domini 1118. *Dominus Apoſtolicus Paſchalis Secundus diutina purificatus ægritudine præſentem in Domino vitam finiuit. Pro quo Ioannes Caietanus vir prudens, & venerandus in Romana ſemper Eccleſia irreprehenſibiliter eidem Apoſtolico collaborans eligitur, & cunctorum Catholicorum vnanimi conſenſu ritè conſecratur.* Ibidem ſcribit, Henricum Imperatorem electioni primò aſſenſum præbuiſſe: *poſtea vero eodem Pontifice à ſua ſe communione ſubtrahente, non ſine quorundam Romanorum fauore, alterum quendam Burdinum, ex Hiſpania ſuperuenientem, Apoſtolicæ Sedi impoſuit, ſicque ſchiſma, quod iam ſperabatur emortuum, crudeliter reuixit. Nam eodem Romana Cathedra liberè petito, Gelaſius, cùm his, qui ſecum abierant, Cardinalibus, cæteriſque Catholicis, quos congregare poterat apud Capuam, iuxta quod literæ ab ipſo circumquaque tranſiniſſe teſtantur, Cæſarem, vnà cum Idolo ſuo, damnauit.*

Schiſma iterum in Eccleſia.

Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Caſſin. cap. 66. *Ioannes Paſchalis Cancellarius Caſſinenſis Cœnobij, à puero Monachus, à Clero, Senatu, populoquè Romano electus, Gelaſius appellatur. His compertis, Henricus Imperator Romam protinus aduenit, atque ad electum nuncios dirigens petebat, vt quæ Paſchalis Papa fœdera inter Eccleſiam, Romanumque Imperium fecerat, ſua authoritate firmaret, alioquin alium ipſe in Sede B. Petri conſtitueret. Videns electus ſibi, & Imperatori, ſalua fide, conuenire non poſſe, mare, per Tyberim, ingreſſus cum Epiſcopis, & Cardinalibus, aliiſque Romanæ Eccleſiæ Clericis, ac Præfecto Romanæ vrbis Caietam venit. Hoc vbi Imperatori nunciatum eſt, Mauritium Bracarenſem Archiepiſcopum à Paſchali Papa depoſitum, è veſtigio inuaſorem Eccleſiæ Romanæ inſtituit. Paulo poſt Capuam veniens, vnà cum Epiſcopis, & Cardinalibus, ipſum Imperatorem vnà cùm inuaſore prædicto, ſuiſque complicibus communione priuauit.* Eadem referunt Nauclerus generat. 38. Sigonius lib. 10. de Regno Italiæ. Hieronymus Rubeus lib. 5. hiſt. Rauennat. Quod ſcribit Mornæus.

pag.288 *Vualtero Archiepiſcopo Rauennati, quam prædeceſſores ademerant iuriſdictionem in Epiſcopos Æmiliæ, reſtituit, vt eum Henrico ſubducat.*

Rauennates non fauebant Imperatori.

LOngè aliter res habet, nam, vt ſcribit idem Rubeus, antiquitatis ſolertiſſimus indagator, Rauennates, eorumque Archiepiſcopus Vualterinus Gelaſij perpetuo partes ſecuti ſunt, idque tanto ſtudio, vt Pontifex eodem hoc anno reuerſus Romam, qua ceſſerat, venientis Henrici primos vitaturus impetus, & Rauennatum voluntatem prolixe laudauerit, & reſtituerit Archiepiſcopo eos Epiſcopatus, quos Paſchalis Rauennati Eccleſiæ in Synodo ad Guardaſtallum habita, ademerat, & ſubijcit diploma ipſius Pontificis. Et Sigonius. *Sub id tempus Rauennates, cum ante Archiepiſcopos ad Regium nutum, qui Romanæ aduerſarentur Eccleſiæ, delegiſſent, Vualterum Canonicum Regularem Sedi inprimis Apoſtolicæ deditum deſignauerant, atque vt in gratiam Eccleſiæ reciperentur, orabant.* Non igitur tunc fauebant partibus Imperatoris, neque, vt Archiepiſcopum Henrico ſubduceret, Pontifex reſtituit illos Epiſcopatus, immo, quia Archiepiſcopus, & Rauennates tanta animorum contentione amplexi erant partes Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ, ideò eos publicè collaudauit, & Epiſcopatus ademptos reſtituit, vt reſtitutio Epiſcopatuum fuerit effectus, non cauſa ſingularis eorum obſeruantiæ erga Sedem Apoſtolicam.

Pōtifex reſtituit Archiepiſcopo Rauennati Epiſcopatus prius ademptos.

Lib. 10. de Regno Italiæ anno 1118.

Pōtifex Gelaſius in Galliam ſe recipit, & eius obitus.

Cum idem Pontifex videret, ſe non poſſe Romæ quietè agere, in Gallias migrare conſtituit, Romanorum Pontificum in perſecutione vſitatum, tutiſſimorumque refugium, & anno Dominicæ Incarnationis 1119. apud Viennam Synodum congregauit, eaque tranſacta, poſt paucos dies, in Monaſterio Cluniacenſi vitam præſentem in Domino finiuit, Pontificatus ſui anno primo, die quinto: *vir ſanctiſſimus, & omni laude dignus* (ait Platina) *ſi vitam continentiſſimam, ſi mores, ſi doctrinam inſpicis &c.* vnde tanta perſecutio, quam breui illo tempore paſſus fuit, non niſi à flagitioſis perduellibus, & Eccleſiæ Dei hoſtibus potuit inferri.

Calixtus ſecūdus Gelaſij ſucceſſor.

Nunc de Calliſto 2. ſucceſſore Gelaſij, Petrus Diaconus in Chron. Caſſin. lib. 4. cap. 66. *Cardinales videntes, tam ſubitò tanto ſe deſtitutos eſſe paſtore, ne diutius Romana Eccleſia Schiſmaticorum pateret morſibus, conſilio habito Guidonem Viennenſem Archiepiſcopum. Regia ſtirpe progenitum, in rebus ſæculi ſtrenuum, & in Eccleſiaſticis apprimè eruditum ibi Pontificem eligunt, vocantque Caliſtum.* Author eſt Platina, eum nō prius Pontificium habitum ſumpſiſſe, quàm intellexit, ſe ab his quoq; Cardinalibus cōfirmari, qui Romæ, & in Italia remāſerant. Mornęus.

Pag.289 *Vuidonem eligunt Stephani Ducis Burgundiæ fratrem, Balduini Comitis Flandriæ Auunculum, & Henrici ipſius propinquum, haud dubiè vt tanta affinitate Pontificatum eius caducum alioqui ſuffulcirent.*

QVaſi vero non elegerit Deus infirma, & abiecta huius mundi, vt confundat fortia; & Pontificatus ipſe à Chriſto inſtitutus non magis

gis

Digitized by Google

gis niteretur ope cœleſti, quàm viribus humanis. Quot verò Pontifices obſcuris fuere natalibus, qui in maximis temporum difficultatibus, & perſecutionibus ſæuientibus, Pontificatum ſuis humeris egregiè ſuſtentarunt, vt nec de dignitate Sedis Apoſtolicæ minimum quid diminui paſſi ſint vnquam? Inſpicienda magis erat in Caliſto 2. Pontificia dignitas, quã Regia ſtirps. At verò hæc, inter cæteras, vna fuerit cauſa, cur Cardinales in electionem Vuidonis conſenſerint; nam, cùm Gelaſius morti proximus Prænestino Epiſcopo, qui cùm illo in Gallias venerat, imponi tanti honoris culmen ſatageret, ille refugit: *Abſit, (inquiens) vt tanti honoris culmen, oneriſque pondus indignus ego, & infelix ſuſcipiam, præcipuè cùm auxilio, & ſæculari virtute diuitiarum, Romana Sedes temporibus noſtris, ſub perſecutionis flagello afflicta, defendi oporteat, & muniri. Si verò meis acquieſcere velitis conſilijs, Viennenſem Archiepiſcopum virum vtique Religioſum prudentiaquè animi, potentia, & nobilitate ſæculari pollentem, ornatum virtutibus, ad tale, tantumquè patrocinium, eligamus. Dei namque conſilio, & B. Petri meritis, & vere huius ſolatio Romanam Sedem, ſub tanta perſecutionis periculo denſiſſimè oppreſſam, credimus ad ſerenitatem, atque triumphum ſubleuandam.* Hæc ex Chronico Beneuentano Baronius: Ad annũ Chriſti 1119. atque ita cõſenſu omniũ, adhuc viuẽte Gelaſio, deſignatus eſt Põtifex Vuido Viennenſis Archiepiſcopus. Verũ etſi præter cęteras animi dotes relucebat in eo nobilitas, que poterat aliquid cõferre ad opẽ Eccleſiæ comparãdam, erat tamen etiã, detracta nobilitate, eo honore digniſſimus, vt qui longo tempore, ſub Paſchali, Apoſtolica legatione functus, magnum tempore ſchiſmatis, fuiſſet Catholicæ Eccleſiæ propugnaculum.

Caliſti electionem Mornæus reprehendit.

Notet verò hic lector, quid de hac electione ex ſuis legibus ſtatuendum ſit, extra Romam, in Cœnobio, à defuncti familiaribus, & paucis alijs facta, conſenſus Romanorum licet ex poſtfacto accedat. pag. 289.

An in electione Calixti erratum cõtra ſacros Canones.

QVid verò in hac electione commiſſum eſt in ſacros Canones? nec enim ſacris Canonibus cautum eſt, vt electio Pontificis Romæ fiat. diſt. 23. extat decretum Nicolai Papæ 2. de electione ſummi Pontificis. *Quod ſi prauorum, atque iniquorum hominum* (inquit) *ita peruerſitas inualuerit, vt pura, ſincera, atque gratuita, in vrbe, fieri non poſſit electio, Cardinales, Epiſcopi, cùm Religioſis Clericis, Catholicisquè laicis, licet paucis, ius poteſtatis obtineant eligere Apoſtolicæ Sedis Pontificem, vbi congruere viderint.* De elect. & elect. poteſt. in 6. c. vbi periculum: leges, quæ ſeruari debent in eligendo Romano Pontifice, continentur, atquè imprimis, vt ad eum eligendum Comitia habeantur in loco idoneo, vbi Põtifex cum ſua Curia reſidens, cauſarumque, & litterarum Apoſtolicarum audientiam habens mortuus fuerit: quod ſi in villa, pago, aut oppido obierit, & propterea commodè ibidem Comitia haberi nequiverint, in Vrbe, in cuius Diœceſi, villa, pagus, vel oppidum fuerit, habeantur, niſi forſitan ſit ſacris interdicta, vel cõtra Eccleſiam Romanam in aperta rebellione perſiſtat, quo caſu in alia viciniori conueniant, quæ, nec interdicto ſubiaceat, nec ſit apertè rebellis. Electio igitur facta Cluniaci Caliſti 2. vbi deceſſor eius obierat, & curiam habebat, nõ fuit contra ſacros Canones, & ſatisfuit, quòd Cardinales abſentes poſtea in eandem electionem conſenſerint, nec enim inutilis erat ab initio, vt ex poſtfacto non conualeſceret, prout decernit regula iuris. Quod verò citat ex ſuo Auentino inſigni impoſtore Mornęus, Caliſtum electum Pontificem, emendicatas pecunias à ſocijs, Romanis diſtribuiſſe, calumnia eſt manifeſta, vbi tamen nullum vitium, ſi prius inſtitutus legitimus Pontifex donatiuum aliquod Romanis largitus fuiſſet. Sed & idem Auentinus ſatis ſuum venenum prodit, cùm ſcribit, Romanos veteri conſuetudine Burdinum Archiepiſcopum Braccarenſem Pontificem elegiſſe: neque enim ille iuſtis Comitijs electus, ſed ab Imperatore veri Pontificis inimico, in Sedem Apoſtolicam intruſus; cùm item profugos vocat, qui Vuidonem Archiepiſcopum Viennenſem Pontificatui maximo impoſuerunt.

Cuno interim Preneſtinus Epiſcopus Gelaſij legatus, in Germania minimè ottatur excõmunicationis obtentu Principes in Henricũ ſollicitat. &c. pag. 289.

VRſpergenſis anno 1119. *His etiam temporibus Cuno Præneſtinus adhuc legatione Gelaſij functus Synodum Colonia, cum Teutonicis habuit, vbi Imperatoris omnimodis excommunicationem propalauit. Alteram quoque Synodum in friteſlar, eadem pro cauſa, induxit, qua & habita, eandem, quam prius, excommunicationem confirmauit.* Non igitur ita caducus erat Pontificatus, vt non legati Sedis Apoſtolicæ in Imperatorem in ipſa Germania excõmunicationis ſententiam renouarent tùm, aut confirmarent.

Eo ventum, vt anno 1122. Imperator tot moleſtijs feſſus, quarum non alium, quam in Imperij exitio exitum prouidebat, Caliſto quicquid collibuit, concederet. pag. 289.

Imperator ad Eccleſiæ ſinum tandem reuerſus.

MAgis igitur caducum erat Imperium, & ruinæ proximum, quàm Pontificatus. Otho Phriſingenſis lib. 7. cap. 16. *Romano Imperio multis modis in ſe attrito, Imperator, propter anathema, deficere à ſe Regnum videns, patriſque metuens exemplum, congregato iuxta Vuormatiam maximo Principum Conuentu, inueſtituram Epiſcoporum Apoſtolicæ Sedis Lamperto, qui poſtmodum Summus Pontifex factus, Honorius eſt dictus, reſignauit, per eumque ab anathematis vinculo abſolutus*

ſolutus eſt &c. poſtea. *Ex hinc Eccleſia libertate ad plenum reſtituta, paceque ad integrum reformata in magnũ mõtẽ creuiſſe ſub Calixto Papa 2. inuenitur.*

Pag.289 *Nec Roma minus illi ſuccedebat; Gregorius Antipapa Sutrij &c.*

POſt Calixti in Italiam aduentum, Gregorius Pſeudopontifex Sutrij ſe continuerat, Comitum quorundam præſidio ſeptus. Hi ſiue auaritia obcæcati, ſiue inſolentia inflati, infeſtas latrocinijs vias habuerunt, eoſque, qui Romam tenderent, ſpoliarunt; ob id Calixtus ira incenſus, collecto exercitu, ad Sutrij obſidionem Ioannem Cremenſem Cardinalem miſit: Verùm obſidione opus non fuit, Gregorius à Sutrinis ſubitò deditus: is Camelo, verſo in caudam ore, impoſitus, Romãque ignominioſè reductus, nouo omnibus ludibrio fuit: demum in Cauenſe Monaſterium incluſus, inglorius mortem oppetijt. Hæc Malmesburienſis lib. 5. de geſtis Regum Anglorum. Sugerus Abbas à Mornæo citatus in vita Ludouici Craſſi. Vrſpergenſis anno 1121. Nauclerus generat. 38. Sigonius lib. 10. de Regno Italiæ. Mornæus

Antipapã Gregoriũ dedunt Sutrij. qui & Romã ignominioſè deducitur.

Pag.289 *Et hic Calixti inſolentia ſeſe exeruit.*

INuaſorem Sedis Apoſtolicæ, adulterum, & contrarium caput, vt de nouatiano ſcribebat D. Cyprianus, Eccleſiam, & Rempublicam Chriſtianam diſcindentem, in animarum perniciem, infami haud dubie morte dignum, cum in nullum aliud crimen grauius quàm in ſchiſma Deus in Scripturis ſacris animaduertiſſe legatur, quæ inſolentia eſt ad vlciſcendam ignominiam Eccleſiæ illatam, camelo publicè educendum per vrbem impoſuiſſe, & in Monaſterium recluſiſſe.

☞ Citat Aduerſarius Canonem Calixti Papę ex diſt. 12. *Non licet a capite membra diſcedere: ſed, iuxta ſacræ ſcripturæ teſtimonium, omnia membra caput ſequantur. Nulli verò dubium eſt, quod Apoſtolica Eccleſia mater eſt omnium Eccleſiarum, à cuius vos regulis nullatenus conuenit deuiare. Et ſicut Dei filius venit facere voluntatem patris, ſic & vos voluntatem veſtræ impleatis matris, quæ eſt Eccleſia, cuius caput Romana exiſtit Eccleſia.* In Decreto iuſſu Gregorij 13. edito præmittitur, Caliſtus Papa primus in Epiſtola prima ad Benedictum Epiſcopum. Sed Mornæus contendit eſſe Caliſti 2. & veriſimile eſſe, hunc Benedictum eum ipſum eſſe, cuius in prima Cardinalium promotione ſub Caliſto anno 1120. apud Onuphrium mentio. Verum de hoc non multum contendimus, cuiuſcunque ſit Pontificis, eiuſdem apud nos eſt authoritatis. Sed impudenter Mornæus ſubiungit huic decreto.

Pag.290 *Notet in hac comparatione lector, non tã abſurditatẽ quã blaſphemiã &c.*

An blaſphemia ſit vocare Eccleſiam Romanam Matrẽ omniũ Eccleſiarũ.

SI blaſphemia eſt ſcribere matrem omnium Eccleſiarum eſſe Romanam Eccleſiam, in hanc certe blaſphemiam ſacra Concilia, & Sancti Patres proruperunt, eorum eſt & hæc blaſphemia à regulis Romanæ Apoſtolicæ Eccleſiæ non licere deuiare. Quę blaſphemia eſt ſcribere, quemadmodũ Dei filius venit facere voluntatem patris, ita vobis voluntatem matris Eccleſiæ implendam eſſe? blaſphemianè erat quando ſcribebat Paulus. *Eſtotè imitatores mei, ſicut & ego Chriſti.* Cuius eſt nobis voluntatem ipſius Dei, aut Chriſti proponere, niſi Eccleſiæ? Qui vero non audit Eccleſiam, ex præcepto Chriſti, in Euangelio, habendus eſt ſicut Ethnicus, & publicanus, vt neque voluntatem Dei adimpleat, qui mandatis Eccleſiæ non obtemperat. 1. Cor. 11.

In Anglia itidem cùm Ioannes Cremenſis Cardinalis &c. Pag.290

Crimen quoddam Cardinali Legato impoſitum: quã falsò.

REferunt aliqui Scriptores rerum Anglicarum, cum Ioannes Cremenſis Cardinalis Pontificis legatus in Concilio ſeueriſſimè de vxoribus Sacerdotum tractaſſet, dicens; ſummum ſcelus eſſe, à latere meretricis ad corpus Chriſti conficiendum ſurgere; ipſummet cum eadem die corpus Chriſti confeciſſet, vna cum meretrice, poſt veſperam, interceptum fuiſſe: viſa eſt hiſtoria Mornæo recitatu digna. Quod verò ſcribit, Baronium hanc in dubium reuocare: equidem Baronius amantiſſimus veritatis. *Nos* (inquit) *non eiuſmodi ſumus, vt, proditione veritatis, delinquentem quemlibet Eccleſiæ Romanæ miniſtrum prodere nolimus, cum nec ipſa ſibi vendicet Eccleſia Romana, vt membra ſua, & e latere ſuo legatos miſſos omni carere turpitudine aſſerat, non enim (quod probro ducit Apoſtolus) æmulatur Deum, vt fortior illo ſit. Si enim in Angelis ſuis Deus reperit prauitatem, quid præſumet iſta, dum Angelos ſuos mittit legatos in mare &c. cum ſciat ipſa non ſupernos Angelos mittere, ſed homines, de quibus pronunciatum eſt Diuinum Oraculum, quod vniuerſa vanitas ſit omnis homo viuens.* Neque verò contemnendæ ſunt rationes Baronij, quibus hanc hiſtoriam reuocat in dubium. Nam cum iſta primitùs ſcripta reperiantur ab Henrico Hunditonenſi Archidiacono, quem inuenimus inique fauere ſolitum ſacrorum miniſtrorum coniugio: Si quidem agens de S. Anſelmo, qui in Concilio à ſe celebrato, prohibuerat coniugia Clericorum, mendaciter aſſeruit, ante illud tempus in Anglia id non fuiſſe prohibitum, & plures fuiſſe, qui eiuſmodi coniugio fauiſſent; nec niſi ex eius fonte Rogerius, & Matthæus Vueſtmonaſterienſis eadem hauſiſſe, noſcantur certè merito reuocantur in dubium. Deinde Vuilielmus Malmesburienſis huius temporis rerum Anglicarum ſcriptor, haud aſſuetus parcere Romanæ Eccleſiæ miniſtris, eiuſdem facinoris nullam mentionem fecit, nec diligens Author, qui adiecit appendicem ad florentium, & adeò exactè, præ cœteris, de ſingulis rebus, geſtis in eo Concilio meminit, ac ſi præſens ipſe adfuiſſet, de hoc tantopere euulgato (vt volunt) crimine, aliquid ſcripſit. Præterea S. Bernardus, & alij eius temporis magni nominis viri Innocentij 2. fautores, conſtanter aſſeruerunt, ſicut numeroſiorem, ita ſanctiorem Cardinalium partem eundem Innocentium elegiſſe, quod

adeo

Digitized by Google

adeo libere haud potuiſſet dicere, ſi tanto ſcandalo vnus ex præcipuis eorum Ioannes Cremenſis Cardinalis orbem Chriſtianum concuſſiſſet. Cùm his rationibus nihil haberet, quod reſponderet aduerſarius, conſultò eas ſuppreſſit. Poſtremo Matthæus addit legatum in ea turpitudine deprehenſum ſe excuſaſſe, quòd non eſſet ipſe Sacerdos, ſed Sacerdotum corrector, cum tamen iidem ipſi Authores tradant, fuiſſe Presbyterum Cardinalem S. Chriſogoni, atque ipſa die incruentum ſacrificium celebraſſe. Igitur non potuiſſet negare ſe eſſe Sacerdotem. Sed Mornæus pro ingenij ſubtilitate qua pollet.

Pag. 290

Non videt (inquit) *ille id eadem ratione dici, qua Abbates ſe Monachos eſſe negant, qui Monachorum magiſtri ſunt, nempe non Monachos tantum.*

Neque Abbates, Monachos ſe eſſe negant obſeruãdo vota Monaſtica, & ea, quæ sũt inſtituti Monaſtici, exercendo.

ATqui etſi ille non presbyter tantum, ſed Cardinalis presbyter, non tamen quatenus Cardinalis, ſed quatenus Presbyter, ſeu Sacerdos, incruentum illud ſacrificium obtulerat.

Obitus Calixti ſecundi.

Anno 1124. obijt Caliſtus 2. Sanctiſſimus Põtifex, cui Deus dedit tàm breui tempore adeò glorioſa peragere: Eccleſiamque Imperatorum tyrannide ſeruitutis iugo depreſſam in perpetuam libertatem aſſerere. *Eo defuncto* (ait Petrus Diaconus) lib. 4. Chron. Caſſin. cap. 85. *diuiſi ſunt Cardinales, atque alij quidem Lambertum Hoſtienſem Epiſcopum in Papam Honorium, alij Theobaldum tituli Sanctæ Anaſtaſiæ Cardinalem in Celeſtinum ſibi præficiunt. Verùm quia cum honorio pars potior erat, fautores Theobaldi rerum euentum cernentes ad Honorium ſeſe contulerunt.* Immo Theobaldus ſponte ſe abdicauit. Honorius verò, cùm ne ita quidem videret ſuam electionem omnibus probari, poſt duodecim dies conuocatis Cardinalibus inſignia item depoſuit, & ſe honore vltrò abdicauit; Epiſcopi vero, Presbyteri, ac Diaconi Cardinales humilitate eius proſpecta, proſpicientes etiam impoſterum, ne in Eccleſiam Romanam aliquam inducerent nouitatem, quod perperam factum fuerat, reformantes eodem de integro lecto, ad eius pedes procubuerunt, atque ei, tanquam vniuerſali Pontifici, obedientiam præſtiterunt. Id refert Gulielmus Vuilbermus Archiepiſcopus Tyri lib. 13. cap. 15. Sigonius lib. 10. de Regno Italiæ.

De electione Honorij Pontificis.

Pag. 290

Pauculis poſt annis moritur ſine prole maſcula Henricus. Hinc ſcinditur rurſum Imperium, alijs Conrado Sueuiæ Duci fauentibus.

PEtrus Diaconus lib. 4. Chronici Caſſin. cap. 89. *Hoc præterea tempore defuncto Henrico Imperatore V. Conſules, præfecti, Duces, ac Principes communiter de Imperatoris electione tractare cœperunt. Placuit omnibus electionem ipſam ex Archiepiſcopi Moguntini, & Lotharij Saxonum Ducis pendere iudicio. Archiepiſcopus autem ferali odio aduerſus cognationem Henrici Imperatoris accenſus, Federicumque, & Conradum nepotes eius de Imperij culmine deijcere cupiens, Lotharium bellicæ rei ſcientiſſimum, Religione, prudentiaque præcipuum, ad tanti honoris apicem maxime idoneum prætulit.* De eo Otho Phriſingenſis lib. 7. cap. 17. *Hic per omnia progeniem Imperatoris Henrici humiliauit, vt plane Dei iudicio iuſto, ſicut in libro Regum habes, expectatis, ac præuaricatione Patrum ſemen ipſorum affligi videretur.* Nec omittendum illud ab Vrſpergenſi notatum, quod poſt iniurias Apoſtolicæ ſedi illatas ſemper ſeipſo inferior fuit.

Item mortuo Henrico, de noua Imperatoris electione.

Quod ſcribit obiter aduerſarius de expeditione Pontificis Honorij in Rogerium, qui Apuliã inuaſerat, ſed res tandem ita compoſita eſt, ex ſententia Pontificis, vt ipſum Apuliæ, Calabriæque Ducem appellarit, ac beneficiarium Eccleſiæ fecerit: iuſta verò fuerat in eum cauſa belli ipſi Pontifici, ſiquidem ille, propria authoritate, volebat ſibi Ducatum Apuliæ vſurpare, cuius inueſtitura, & dominium ad ſe, ſuorum prædeceſſorum iure legitimo, pertinebat.

De Vuilielmo Archiepiſcopo Tyri creato, & conſecrato a Patriarcha Hieroſolymitano, ridiculè Mornæus.

Bullas Roma expectatas hactenus non legis. Pag. 290

ATqui eum dicimus, non niſi Pontificis Romani authoritate a Patriarcha Hieroſolymitano conſecratum fuiſſe, Quorſum verò Romam venit Pallium ab Honorio Pontifice impetraturus, niſi certò iudicaſſet, ius eſſe Pontifici in Eccleſias æque Orientis, ac Occidentis? & per Pallium à Pontifice illi conferebatur plenitudo Pontificalis authoritatis. Extant literæ eiuſdem Pontificis pro eo ad Clerum, & populum Tyri, item ad Patriarcham Hieroſolymitanum. Miſit eò legatum Dominum Aegidium Tuſculanum Epiſcopum, per quem monuit Patriarcham Antiochenum, vt Tyrenſi Archiepiſcopo, quos detinebat, ſuffraganeos, reſtitueret, qui niſi debitam ei ſubiectionem, infra quadraginta dies, poſt inſpectionem ſuarum literarum, exhibuiſſent, eos ex tunc ab officio Epiſcopatus ſuſpendebat. En quomodo in Patriarchas, Archiepiſcopos Orientis ex æquo ſuam authoritatem exercet, & Eccleſiæ illæ Romani Pontificis primatum, & iuriſdictionem agnoſcunt.

Pontifex in Orientales æquè ac Occidentales Patriarchas poteſtatẽ exercet, & ab vtriuſque æquè cognoſcitur.

Digitized by Google

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quadrageſ. quintam.

Pag.291 *Verum inter hos Pontificum conatus, non deerant, qui latroni Eccleſiæ parietem perfodienti, oblatrarent.*

Quamplurimi (etiã boni) Romanorum moribus oblatrarunt: doctrinæ quã rari, yque mali.

HAc eadem phraſi vſus eſt iam aduerſarius in præfatione ſua ad Romanæ Eccleſiæ ſectatores: vbi dictum eſt, quod ſi aliquando in vitia, & mores hominum oblatrarint, qui Orthodoxi eſſent, & probatæ fidei (de his enim, qui foris ſunt, nihil ad nos) at non in Pontificatum ipſum, aut doctrinam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ ex perſonis probanda non eſt. Sed qui tandem oblatrarunt?

Pag.291 *Hildebertus Epiſcopus Cænomanẽſis, hac ætate percelebris, in quadam epiſtola de curia Romana verba faciens: Romanos* (inquit) *peculiariter hac prouincia manet, inferre calumnias, deferre perſonas, afferre minas, auferre ſubſtantias &c.*

ET alia quæ ſequuntur, quibus Romanos ipſos criminatur. Equidem Hildeberti Cænomanenſis Epiſtolæ 3. tom. Bibliothecæ Sãctorum Patrum ſunt æditæ, & in perquirendo hoc loco, a Morneo citato, ſedulam adhibui operam, quæſiui, & non inueni, vt tamen non aſſeram aduerſarium Hildeberto imponere: potuerit enim me fugere hic locus. Sed qui diligentius ea inſpexerit, quæ citat ex Hildeberto Mornæus, ſtatim intelliget, non de Eccleſia Romana, aut de curia Pontificis, ſed de Romanis ipſis, Vrbis nobilibus, ac Ciuibus intelligi, longè verò alia eſt conſideratio Eccleſiæ Romanæ, quæ mater eſt omnium Eccleſiarum, & magiſtra, & alia Vrbis, vel Ciuium Romanorum, qui aliquando Põtificibus fuerunt iniqui, eos exulare coegerunt, Schiſmaticis Imperatoribus ſtuduerunt, & Antipapas admiſerunt. Non de Eccleſia Romana, ſed de populo hęc ſcribebat S. Bernardus, lib 4. de Conſiderat. cap. 2. *Gens inſueta paci, tumultui aſſueta, Gens immitis, & intractabilis, & vſque adhuc ſubdi neſcia, niſi cùm non valet reſiſtere.* Et epiſt. 242. inuehitur non in Eccleſiam Romanam, ſed in ipſos Romanos, quando diſceſſerunt a Domino Papa Eugenio. An non verò cum adhuc Romæ dominarentur, Tyranni, Chriſtiani nominis perſecutores, Nero, Domitianus, & alij, & illa Ciuitas Idolatriæ addicta erat, iam à duobus Apoſtolis Petro, & Paulo fundata erat illa Eccleſia, *cui totam doctrinam* (ait Tertullianus) *cum ſanguine ſuo profuderant?* Si quis igitur dixiſſet, eam Vrbem tyrannide tùm opprimi, & idololatriæ totã eſſe deditam, non vtique Eccleſiam intellexiſſet ab Apoſtolis illis fundatam, aut ab eorum ſucceſſoribus adminiſtratam. Ita de Romanis, non de Eccleſia Romana accipienda ſunt, quæ ex Hildeberto citauit Mornæus. Sed eſto hæc vitia notarit in Clericis Romanis, aut Romani Pontificis Curialibus: quid inde habet aduerſarius? an flagitia hominum Dei inſtitutioni, aut verbis Chriſti Domini quidquam præiudicant? vt cum Paulo loquar. *Quid enim, ſi quidem illorum non crediderunt? an incredulitas illorum fidem Dei euacuit?* Et reſpondet. *Eſt autem Deus verax, omnis homo mendax.* Mendaces ſint filij hominum; ſed verbum Domini non excidit. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam.* Et *Paſce oues meas.*

Lib. de præſcript. cap. 36.

Rom 3.

Citat alium locum ex epiſt. Hildeberti iam Turonenſis Epiſcopi ad Honorium ſecundum, eſtque 82.

Pag.291 *Quaslibet appellationes in Romana vigere, & ſuſcipi Eccleſia, eis Alpes auditum non eſt, nec ex ſacris traditum inſtitutis, &c.*

Iterum de appellationibus ad Romanum Pontificẽ.

REſpondetur, vt alibi docuimus, iam antiquitus Cyprianum ſæpius conqueſtum eſſe de ijs, qui ſemel legitimè iudicati, & cõdemnati ad Romanum Pontificem prouocabant. Et S. Bernardus lib. 3. de Conſiderat. ad Eugenium cap. 2. docet modum in huiuſmodi appellationibus adhibendum eſſe, & multa incommoda enumerat, quæ ſequuntur ex nimia frequentia appellationum. Idem, vt patet ex ipſamet citata epiſtola, eſt ſenſus Hildeberti, qui, ſalua ſemper authoritate S. Sedis Apoſtolicæ, exponit quid prouocationes illæ ad Sedem Apoſtolicam continerent in ſe vtilitatis, vel incõmoditatis: ſi enim paſſim omnibus liceat eò prouocare, facile fiet, vt multi effugiant legitima iudicia, vt immeritò vexentur Epiſcopi, qui primò iudicarunt, eorumque vileſcat authoritas: & alia inde ſequantur abſurda, cùm tamen iure diuino liceat appellare, idque ſacris Canonibus definitum ſit. Nobis oppoſuit aduerſarius Hildebertum: & eundem illi obijcimus; ſiquidem ille, cùm ad Paſchalem Pontificem Romam ſe contulit, prout conſtat ex illius epiſt 24. vt onere Epiſcopatus ab ipſo ſubleuaretur (quamquam is tandem eius poſtulatis minimè annuit, ſed eũ remiſit ad laborem) certè primatum, & iuriſdictionem Romani Pontificis in cœteros Epiſcopos, & Eccleſias profeſſus eſt. Scribit Platina, eum ab Honorio creatum Archiepiſcopum Turonenſem, quòd mirificè eius ingenio delectaretur, vt qui plurimùm heroico, elegiacoue, carmine valeret.

Quoad

Quoad locum, quem citat ex Honorio Auguſtodunenſi de Eccleſia Romana, vt interpretatur, difficile certe adducor, vt credam hæc ab eo ſcripta eſſe: neque locum Honorij, qui aliquot opuſcula edidit, citauit aduerſarius, & valde ſuſpectus eſt locus, nè fortaſsè Honorio ſit impoſitus. Aut, ſi hæc aliquando ſcripſit, in mores quidem Clericorum, & Monachorum eſt debacchatus, ſed hæc de Eccleſia Romana intelligenda, aut interpretanda eſſe pernegamus, cuius doctrina nihil non niſi diuinis præceptis conſonum tradit, abhorret à peccatis in Deum, neque ſuis decretis nimiam viuendi licentiam Clericorum, aut Monachorum vnquam probauit. Quod cuique ſacros Canones percurrenti à Pōtificibus Romanis editos, & decreta ſacrorum Conciliorum ab Eccleſia Romana approbatorum, inſpicienti patebit.

Tertium nobis opponit Rupertum Abbatem Tuitienſem, cuius aliquot loca citat. 1. ex lib. 2. cap. 2. (quamquam ego legi in primo In Ioannem.)

Pag.291 *Chriſtus* (inquit) *ſuper ſeipſum videlicet firmam Petram ſuam ædificat Eccleſiam (non dicit ſuper Petrum), & mutato nomine Petrus à Petra denominatur, per quod ſignificatum eſt, quia cunctis, qui ſuper illud fundamentum (quod eſt Chriſtus) ædificantur, iuxta Prophetam vocandum ſit nomen nouum, quod os Domini nominauit* ſubijcit aduerſarius.

Pag.292 *vt eorum quiſque non minus ſit Petra, quam ipſe Petrus.*

VT detegatur fraus, & malitia aduerſarij, citabimus & nos locum Ruperti integrum, non more iſtius, & omnium hæreticorum, qui (vt ait Cyprianus) *Corruptores Euangelij, atque interpretes falſi, extrema ponunt, & ſuperiora prætereunt, partis memores, & partem ſubdole comprimentes. Vt ipſi ab Eccleſia ſciſſi ſunt, ita capituli vnius ſententiam ſcindunt.* Ad eum igitur locum Euangelij Ioan. 1. Intuitus autem eum Ieſus dixit, Tu es Simon filius Iona, Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Rupertus hęc ſcribit. *Magnum, & ineffabile gaudium Petro præſignatur, hoc primùm intuentis, & alloquentis, eum Domini prædicamentum. Si enim cunctis Apoſtolis, & omnibus Sanctis gaudendum eſt in hoc ſæculo, quod eorum nomina ſcripta ſint in Cælo, quanto magis huic Beatiſſimo lætandum eſt, qui, vt ita dicam, in capite libri nomen ſuum inuenit ſcriptum? non enim aliquem adhuc Dominus proprio vocauerat nomine, nec poſtea quemquam tam familiari deſcripſit inſpectione, nec tā amica expreſſit intentione; cauſam autem huius nominis ex alio, ſecundū Mathæum, agnoſcimus Euangelij loco. Nā, cum dixiſſet Petrus, Tu es filius Dei viui. Reſpondens Ieſus dixit: Beatus es Simon Bariona, quia caro, & ſanguis &c. & ego dico tibi, quia Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Tanquam ſi quæreres, cur Petrum illum nominaret, rationem, in humilitate ſua, pro tempore, latentem ſubdidit: & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Claret ergo, quia Chriſtus ſuper ſeipſum (videlicet formam Petram) ſuam ædificaturus Eccleſiam, vbi vidit, immo intuitus eſt (vt ait Euangeliſta) id eſt, diligenter reſpexit ipſum, quem primum, poſt ſe, volebat eiuſdem eſſe fundamentum Eccleſiæ; hac de cauſa Petrum à ſeipſo Petra prima denominauit, vt pote in quo, poſt ſeipſum, tota conſtituta erat fabrica ſpiritualis ædificij.* Hæc dolo malo ſuppreſſerat Mornæus, ex quibus conſtat docere clariſſimè Rupertum, Chriſtum quidem eſſe primam petram, & primum fundamentum Eccleſiæ, ſed tamen, poſt Chriſtum, & ſub Chriſto, eſſe fundamentum Eccleſiæ & ipſum Petrum. Subiungit ibidem. *Sicut nomen illi commutatur, ſic à carnali patre, vel generatione ad ſpiritualem transfertur, vt deinceps ſit pater eius ille Sponſus, qui de latere ſuo Sponſam ſibi erat ædificaturus, in qua ſicut primus lapis, ſic & primus merebatur eſſe filius.* Falſum igitur eſt, ex ſententia Ruperti, quòd quiſque non minus ſit Petra, quàm ipſe Petrus. Quinetiam ex præcedentibus conſtat, ex mutatione nominis, iuxta Ruperti ſententiam, longe aliam eſſe rationem Petri, quàm cœterorum Apoſtolorum, vel Sanctorum.

Li. de vnit. Eccl. ca. 7.

Repoſitus locus Ruperti ab aduerſario falſatus.

Quoad alia loca, non eſt, quòd in illis immoremur; concedimus enim Apoſtolatum non eſſe dominationem, ſed miniſterium in ſalutem animarum inſtitutum, non ſicut dominantes in Clero, ſed ſicut forma facti gregis: & Chriſtus Dominus non venerat miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in redemptionem pro multis: & S. Paulus. *Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miſteriorum Dei.* Verùm huic ſpirituali miniſterio negamus repugnare dominiū temporale. Quod ex eodē citat:

Viro ſpiritualis propoſiti, non conceditur euaginare gladium. Pag.294

REſpondemus, cum S. Bernardo, quod *vterque quidem gladius eſt Eccleſiæ, & ſpiritualis ſcilicet, & materialis, ſed is quidem pro Eccleſia, ille vero & ab Eccleſia exercendus eſt: Ille Sacerdotis, is militis manu, ſed ſane ad nutum Sacerdotis, & iuſſum Imperatoris.* Atque ita contra ſchiſmaticos & hæreticos, & alios Chriſtiani nominis hoſtes ad Pontificum nutum à Catholicis Principibus, & populis geſta ſunt bella. Sed eundem Rupertum Mornæo iam opponamus; nec enim loca deſunt, quibus ille primatum Romanæ Eccleſiæ apertè profitetur: In caput 3. Ionæ de Romana Eccleſia loquens; *Cunctis* (inquit) *Eccleſijs caput altius extulit, latiuſque denominatur per omnes gentes ſacra Pontificum eius lingua, quam dominata fuerit Cæſarum, ſiue Auguſtorum purpura.* Lib. v. de diuinis officijs ca. 27. *Aliorum quidem Apoſtolorum ſucceſſores Patriar-*

lib. 4. de Cōſiderat. ad Eugenium Papam cap. 3.

Oppoſitus Mornæo Rupertus, quem pro ſe citat.

lentia

Digitized by Google

cha ſunt dicti; Petri autem ſucceſſor, pro excellentia Principis Apoſtolorum, Apoſtolicus nominatur. & lib. 2. cap. 22. *Conſtantinopolitana Eccleſia, non ſolum hæreticos, ſed & hæreſiarchas protulit nobis, Romana verò Eccleſia ſuper Apoſtolicæ fidei Petra altius fundata, firmiter ſtetit, & tàm Græciæ, quàm totius orbis hæreticos ſemper confutauit, & de excelſo fidei tribunali data ſententia iudicauit;* & ad finem Capitis de eadem Romana Eccleſia; *Quæ Beata* (inquit) *quòd in fundamento ſuo Petram illam excepit, quam in ſuo veritas ore laudauit, & beatificauit, tali ſtructura ſuper illam ædificata eſt, vt contra omnes hæreſes perſtaret murus inexpugnabilis.* Vbi Petrum docet eſſe fundamentum Eccleſiæ, & ſuper illum ædificatam eſſe Eccleſiam. Alijs illius locis citandis ſuperſedemus. Sed inde conſtat Ruperti fuiſſe eandem, quam omnium Catholicorum, ſententiam de primatu Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Ex Trithemio in Chron. Hirſaugienſi anno 1128. locum citat de prædicatore illo, qui Romæ inuehebatur in uitia Clericorum, & Sacerdotum, vnde mors illi, ſummo ſcelere, illata; vt nemo certè hoc factum probarit: verùm ille inuehebatur in vitia hominum, non in doctrinam, aut primatum. S. Romanæ Eccleſiæ. Nos verò non id contendimus, contra Mornæum, omnes Clericos S. Romanæ Eccleſiæ Sanctos eſſe, aut culpa vacare, vt non meritò tùm Arnulphus ille in vitia eorum declamaret, quemadmodum Chriſtus Dominus in vitia ſcribarum, & Phariſæorum, quos tamen, quia ſedebant ſuper Cathedram Moyſis, & legem illius docebant, audiri iubebat. Fides, & doctrina S. Romanæ Eccleſiæ Orthodoxa, & ſalutifera minimè probanda eſt ex perſonis, vt ſi perſonæ ſint peccatis, aut ſceleribus contaminatæ, ideò fides, quam profitentur, ſit improbanda: & ſi ille, vt facta hominum arguebat, ita fidem S. Romanæ Eccleſiæ vel leuiter concionibus ſuis perſtrinxiſſet, haud dubiè perduellium hæreticorum numero, quemadmodum nunc temporis Mornæus, habendus fuiſſet, vbi honorificè de eo Platina ſcripſit in Honorio 2. & inſidijs Clericorũ Romæ necatum retulit, & ſubiungit. *Sunt, qui ſcribant Honorio ipſi id admodum diſplicuiſſe, non tamen tanti facinoris Authoris vnquam inuentos.*

Addamus, quod de Nodberto ſcribunt anno 1125. ad Honorium acceſſiſſe ordinis præmõſtratenſis, quẽ inſtituerat, confirmationem impetraturum. Pag. 893

VIr fuit ſanctitate eximius Nodbertus, qui certè, niſi iudicaſſet, Romanum Pontificem ſupremam habere in Eccleſias authoritatẽ, non exiſtimaſſet illius eſſe, ordines Religioſorum à ſanctis viris recenter inſtitutos approbare, & confirmare. Fuit Nodberti opinio, eo ſæculo reuelandum Antichriſtum, de quo Sanctus Bernardus ad Gaufridum Carnotenſem Epiſcopum epiſtola 56. *Cùm ante hos paucos dies eius faciem videre, & de Cœleſti fiſtula, ore videlicet ipſius, plurima haurire meruerim, hoc tamen ab ipſo non audiui. Verùm de Antichriſto cum inquirerem, quid ſentiret, durante adhuc ea, quæ nunc eſt, generatione, reuelandum illum eſſe certiſſime ſe ſcire proteſtatus eſt. At cùm eandem certitudinem vnde haberet ſciſcitanti mihi exponere vellet: audito quòd reſpondit; non me illud pro certo credere debere putaui. Ad ſummam tamen hoc aſſeruit, non viſurum ſe mortem, niſi prius videat generalem in Eccleſia perſecutionem.* Subiungit Baronius. *Hæc S. Bernardus de oraculo, quod in illud relabi viſum eſt vſitatum, quòd, cùm ſæpe S. Viri prænouiſſent ingentes futuras perſecutiones Eccleſiæ, putarint ipſa affore Antichriſti tempora.* Sed hanc generalem Eccleſiæ perſecutionem Mornæus interpretatur eam, quæ in Vualdenſes paulo poſt excitata eſt.

S. Nodberti ſententia de Antichriſto, ſuo ſæculo reuelando.

Vnde inducti Patres Sancti Viri ad credendum, imminere Antichriſti tẽpora.

Qua vix (inquit) *vnquã vlla atrocior.* Pag. 294

SEd de Vualdenſibus aliàs. Id obiter referam quod ſcribit Abbas Vrſpergenſis anno 1212. ſe vidiſſe eos aliquando apud Sedem Apoſtolicam qui peterent ſectam ſuam inde confirmari, & priuilegiari. Sed reiecta eſt eorum ſecta, quòd multa ſuperſtitioſa in conuerſatione ipſorum, eiſdem Pontifex obijceret. Quo factum eſt, vt præter alias hæreſes docerent, ſe Romano Pontifici non teneri obedire. Miror certè, cùm eſſent vera Chriſti Eccleſia, vt vult Mornæus, qui ſuæ ſectæ confirmationem à Romano Pontifice (quem volunt illi longe ante fuiſſe Antichriſtũ, & Eccleſiæ perſecutorẽ) procurarint.

ANTIDOTVM

Contra progreſſum quadrageſ. ſextum.

Pag. 294 *Ex Honorij obitu, ingens in Eccleſia Romana Schiſma, an chaſma potius, ſeſe aperit: His Gregorium Vuidonis filium eligentibus, qui Innocẽtius ſecundus; illis Petrum Petri Leonis filium, qui & primus conſecratur Anacletus nomine ſecundus.*

HOc ſchiſma Onuphrius obſeruauit fuiſſe vigeſimum quartum, quod Eccleſiæ Dei plurimum damni attulerit, de quo hæc ſcribit Otho Phriſingenſis lib. 7. cap. 18. *Grauiſſimum ſchiſma*

Hoc ſchiſma fuit vigeſimum quartum.

Innocentius II canonicè electus Petrus Leonis, dictus Anacletus, Antipapa.

ſchiſma in Eccleſia Dei oritur, Innocentio canonicè electo, ſed Petro Petri Leonis filio, violentia amicorum ſuorum, qui fortiſſimi in Vrbe erant, fauente ſibi Rogerio Siculo intruſo. Cui dùm Innocentius reſiſtere non valet, vrbe cedit, traſcenſiſque Alpibus Gallias ingreditur &c. de eodem Author vitæ S. Bernardi lib. 2. cap. 1. *Ea tempeſtate Honorius Papa viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt. Nec mora in electione diſſidentibus Cardinalibus, & diuiſa Eccleſia plures numero, & ſaniores conſilio, vita probabiles, viri virtutum, Presbyteri, Diaconi, Epiſcopi, Innocentium elegerunt, cuius vita, & fama, & ætas, & ſcientia digna ſummo ſacerdotio habebatur. At verò pars altera infames, auſus violentia non ratione corroborans, Petrum Leonis ad hunc apicem aſpirantem, fraudulentis machinationibus ſeorſum, & præcipitanter nominat Anacletum, & cæteris renitentibus ordinauit. Qui verò ex parte Catholica erant, electum ſuum ſolemniter ordinatum collocarunt in Cathedra, & per loca illa, in quibus ſeſſiones habent ex antiqua conſuetudine Romani Pontifices, circunduxere, & pro tempore honor debitus, Apoſtolicæ afuit dignitati &c.* De Anacleto Antipapa, paulò poſt ſubiungit. *Nam Petro, tàm propria generis virtute, quàm adhærentium ſibi affinitate, multitudo tanta erat, vt ferè tota eum Ciuitas ſequeretur, vel pecunia, vel commodis obligata. Congregauerat ſanè opes innumeras, tàm in exactionibus curiæ, quàm in exactionum negotiationibus, quas ad expectandas nundinas reſeruarat. Inſuper & paterni cenſus ampla congeries eatenus ſigillata, modò diſtributa in populum, ad fas nefas venalem plebem armauerat. Quibus rogatis, donaria Regum in ornamentis Eccleſiæ ab ipſis euulſit altaribus. Et cum calices frangere, & crucifixos aureos membratim diuidere ipſi prophani Chriſtiani vel timerent, vel erubeſcerent, Iudæos aiunt eſſe quæſitos, qui ſacra vaſa, & imagines Deo dicatas audacter comminuerunt.* Tanti ſacrilegij meminit, illudque Romanis improperat. S. Bernardus epiſt. 242. ad eos ſcribens, cum diſceſſiſſent ab Eugenio Papa, his verbis. *Recordare, quæ cauſa, quo fine, per quos, & in quos vſus, non longè antè hos dies, cunctarum, quæ in te ſunt, Eccleſiarum omnis ornatus, & cenſus profligatus eſt, quicquid in altaribus, & in altarium vaſis, quicquid in ipſis ſacris imaginibus auri, & argenti reperiri tunc potuit, manibus impiorum direptum, & aſportatum eſt. Quid ex his omnibus nunc in tuis marſupijs inuenis?* Nec ſubticuit hoc loco tãtum ſacrilegium Mornęus, ſed temerariè iudicat idem fuiſſe facturum Innocentium.

Pag. 294 *Nec Innocentium* (inquit) *ſi rerum potitus eſſet, verecundiorem futurum exiſtimemus, vt hoc tempore Pontificum electio ſeſe habebat.*

Calumnia Mornæi in Innocentiũ

QVo verò argumento iſtud concludit? nam certè Anacletus nõ intrauerat per oſtium, itaque fur erat, & Latro, & de legitimis Pontificibus paſſim legimus apud Anaſtaſium, & alios Authores, multas baſilicas extruxiſſe, plurimis eas donarijs exornaſſe, & locupletaſſe, de nemine verò id, quod de Antipapa Anacleto legimus, eos in coronas, calices, cruces, Crucifixos aureos, & argenteos, aut alia precioſa Eccleſiarum ornamenta inuolaſſe: Cur igitur id de vno Innocentio, ſi rerum potitus fuiſſet, iudicium feramus? Sciebat Anacletus, ſe, quam ſibi, per ſummum ſcelus, arrogabat, authoritatem, non poſſe alia ratione tueri, quàm ſi prauis illecebris Romanos corrumperet, & ab Innocentio auocaret; vbi Innocentius legitimè inſtitutus Pontifex, & a Deo vocatus, tanquam Aaron, ſuæ dignitatis ab aduerſarijs vindicandæ, omnem ſpẽ, & fiduciam in eo collocabat. Expendamus, quæ tùm temporis de vtroque ſcripſerit D. Bernardus ſanctitate, & doctrina inſignis, & magnum Galliæ iubar, quem certè Innocentij adulatorem nonniſi cùm ſumma impudentia iſte appellabit. Ille igitur epiſt. 124. ſcribens ad Hildebertum Turonenſem Archiepiſcopũ, *Ecce* (inquit) *Chriſtus Domini iſtè Innocentius poſitus eſt in ruinam, & in reſurrectionem multorum. Nam qui Dei ſunt, libenter iunguntur ei; qui autem ex aduerſo ſtat, aut Antichriſti eſt, aut Antichriſtus.* quod de Anacleto Pſeudopapa intelligit, de quo ſubiungit. *Cernitur abominatio ſtare in loco ſancto, quẽ vt obtineret, incendit igni ſanctuarium Dei. Perſequitur Innocentium, & cùm eo omnem innocentiam,* Vnde nonniſi ſumma impudentia, eo loco D. Bernardi *cernitur abominatio ſtare in loco ſancto,* abutuntur Nouatores; quaſi velit Pontificem Romanum, etiam ritè electum eſſe Antichriſtum, & abominationem illam; cum de Petro Leonis, dicto Anacleto, contra Innocentium legitimè inſtitutum Pontificem, per vim in ſedem Apoſtolicam intruſo, manifeſtè loquatur: prout obſeruant Sanderus lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſ. §. 312. & Baronius ad annum Chriſti 1130. In eadem epiſt. *funiculus triplex difficilè rumpitur. Electio meliorum, approbatio plurium, & (quod his efficacius eſt) morum atteſtatio Innocentium apud omnes commendant, ſummum confirmant Pontificem,* epiſt. 125. de eodem Innocentio. *Meritò illum recipit Eccleſia, cuius & opinio clarior, & electio ſanior inuenta eſt, nimirùm eligentium, & numero vincens, & merito:* vbi de Anacleto paulò antea iſta ſcripſerat. *Beſtia illa de Apocalypſi, cui datum eſt os loquens blaſphemias, & bellum gerere cum ſanctis, Petri Cathedram occupat, tanquàm leo paratus ad prædam.* Et de eodem Epiſt. 126. ad Epiſcopos Aquitaniæ. *Velimus, nolimus, impleri quandoque neceſſe eſt veritatem Spiritus Sancti, fierique illam, quæ prophetico ſpiritu pronunciata legitur in ſcripturis diſceſſio; ſed væ homini per quem venit. Melius erat ei, ſi natus nõ fuiſſet homo ille. Quis verò ille, niſi homo peccati, qui ſuper electum à Catholicis Catholicum, & canonicè, locum ſanctum inuaſit? Quem tamen, non quia ſanctus, ſed quia ſummus eſt, affectauit. Inuaſit (inquam) inuaſit armis, igne, pecunia, non vita merito peruenit in quo ſtat, & ſtat in quo peruenerit. Nam illa, quam iactat iuratorum ſuorum, non electio, ſed factio, vmbra tantùm fuit, & occaſio, & velamentum malitiæ.* Eadem Epiſt. *Duo ſunt, de quibus contenditur, quiſnam eorum veriùs videatur Papa. Quo*

D. Bernardi iudiciũ de Innocentio, ac de Anacleto.

Pontifex legitimus non eſt Antichriſtus.

Apocal. 13

rum primo quidem ſi perſonas compares (vt neutri ſanè, vel derogare videar, vel adulari) dicam quod dici paſſim reperies, & neminem arbitror diffiteri, quia videlicet Innocentij noſtri vita, vel fama, nec æmulum timet, cùm alterius, nec ab amico tuta ſit. De hinc, ſi electiones diſcutias; noſtri ibidem mox occurrit, & promotione purior, & ratione probabilior, & prior tempore. Porrò de tempore conſtat, Reliqua duo, merita probant, & dignitas eligentium. Hanc enim (ni fallor) partem ſaniorem inuenies, tàm Epiſcopos, quàm Cardinales, Diaconos, ſiue Presbyteros, & quorum maxime intereſt de electione ſummi Pontificis, & quanti in eligendo, iuxta Patrum ſcita, ſufficiant. Et Epiſt. 127. ex perſona Ducis Burgundiæ ad Gulielmum Ducem Aquitaniæ. *Quid boni, quid virtutis, quid honeſtatis afferunt de ſummo Pontifice ſuo, vt & nos prouocent ad fauorem? Si uera ſunt, quæ ubique diuulgat opinio, nec vnius dignus eſt viculi poteſtate: Si vera non ſunt, decet nihilominus caput Eccleſiæ non ſolum vita habere ſanitatem, ſed & famæ decorem.* Hæc de Anacleto vi intruſo; at de Innocentio paulò poſt ſcribit: *Domini Papæ Innocentij, & innocens vita, & integra fama, & electio canonica prædicatur; priora duo nec hoſtes diffitentur; tertium calumniam habuit, ſed per Chriſtianiſſimum Lotharium nuper falſi calumniatores in ſuo ſunt mendacio deprehenſi.* Cùm igitur ex ſanctiſſimi illius, ac doctrina conſpicui viri teſtimonio conſtet, longè alium fuiſſe Innocentium ab illo Petro Leonis, dicto a ſuis Anacleto, ſiue vitam, & mores, ſiue ius electionis inſpicias; que, obſecro, Mornæi conſequentia, vt, ſi Anacletus Calices, Cruces, Crucifixos aureos, & argenteos ſacrilegè diripuit, & Eccleſias donarijs, ac ornamentis ſpoliauit, idem facturus fuiſſet Innocentius, ſi rerum potitus eſſet?

Pag. 294

Etenim Bernardum (inquit Mornæus) *à ſuis partibus habere magnum cauſæ præiudicium.*

D Bernardus fautor Innocẽtij.

TEſtatur Author vitæ S. Bernardi, lib. 2. cap. 1. quòd, cùm Innocentius Roma diſceſſiſſet, vbi ſe tutò conſiſtere non poſſe cernebat, graſſante Petri Leonis factione, ac Piſas perueniſſet, nuncios in Gallias præmiſit, qui Gallicanæ Eccleſiæ intimarent negotij veritatem, & hortarentur Epiſcopos, vt in vltionẽ præſumptionis accingerentur, & damnata parte ſchiſmatica, ſubſcriberent vnitati. Collecto igitur Stampis generali conuentu, vt in communi decernerent, quid reciperent, quid damnarent, S. Bernardus Claræuallenſis Abbas, ab ipſo Rege, & præcipuis quibuſque Pontificibus accerſitus, ac celebrato priùs ieiunio, & precibus ad Deum fuſis, cùm de eodem verbo tractaturi Rex, & Epiſcopi cùm Principibus cõſediſſent, vno omnes conſilio, vna ſententia ſtatuerunt, vt negotium Dei famulo imponeretur, & vt ex ore eius tota cauſa penderet. Quod ille timens, ac tremens, monitis tamen virorum fidelium acquieſcens, ſuſcepit, & diligenter proſecutus electionis ordinem, electorum merita, vitam, & famam prioris electi, Aperuit (ait idem Author) os ſuũ, & ſpiritus Sanctus impleuit illud. Vnus ergo omnium ore locutus, ſuſcipiendum ab omnibus ſummum Pontificem Innocentium nominauit, & ratum eſſe omnes pariter acclamarunt. Et decantatis ex more laudibus, Deo obedientiam deinceps polliciti, electioni Innocentij omnes pariter ſubſcripſerunt.

De Stampenſi Concilio.

Vter eſſet legitimus Pontifex Bernardo diſcutiendum à Cõcilio relinquitur.

Bernardo Innocẽtiũ legitimum Pontif. nominanti, Concilium aſſentitur.

Si antiquitùs Athenienſes tanti fecerunt Ariſtidem iuſtum illum, vt, ſi quid proponebatur, quod vtile eſſet Reipublicæ, ad eum, tanquàm ad oraculum quoddam, referrent, & non niſi ex eius ſententia amplectendum, reijciendumuè ſtatuerent; quid mirum, ſi Galliarum Præſules, Rex ipſe, ac Principes in tam arduo negotio virum Dei Bernardum conſuluerunt, ac, quis in tanta altercatione totius Chriſtiani orbis Pontifex ritè inſtitutus iudicandus eſſet, ex eius ore pendere voluerunt? An verò de tanta re, eum, non conſulto priùs numine, & per preces, ac ieiunia ſibi conſiliato, temerè iudicaſſe, aut vllam iniuriam illi Petro Leonis, dicto Anacleto, pro Innocentio ſententiam ferendo, intuliſſe dicemus? Sed Bernardi, immo Regis ipſius, ac Principum Regni, Eccleſiarum præterea totius Galliæ iudicium minùs probatur Mornæo: qui interceſſerunt, illius iudicio, pij ſunt. Itaque Regem Principes, ac totius Regni Antiſtites impiorum loco habeat neceſſe eſt.

Ariſtidis apud Athenienſes autoritas.

Mornæus iniquus in D. Bernardũ, in Regem, Principes, & Eccleſias.

Quod ſubiungit, valdè certè ridiculum.

Et Galli noſtri Pontificẽ non illibenter ſibi deuinciebãt, qui in Italia, acceptũ rependere poſſe beneficiũ videbatur. Pag. 294

NAm certè ratio iſta ſuadebat, vt Anacleti potius partes fouerent, qui Romæ rerum potiebatur, quam Innocentij. Deinde tùm temporis Galli nec ad Imperium aſpirabant, nec vllam Italiæ partem, vt ſibi ad eam tuendam authoritate, vel armis Romani Pontificis opus eſſet, poſſidebant. quod igitur ab eo beneficium expectabant? Præterea, Status quæſtionis erat, quis ſuſcipiendus eſſet è duobus cõtendentibus, vniuerſalis Eccleſiæ Pontifex; examinata vtriuſque electione, Innocentium admittunt, vt ritè electum; Anacletum damnant ſchiſmaticũ: expectauerintnè igitur aliquod ab illo rependi beneficium? hoc certè alienum eſt ab ipſa cauſa, neque vllus cum Innocentio initus contractus, vt beneficium acceptum in Italia rependeret.

Galli non ideò Innocentium, Põtificem acclamarunt, quia beneficium ab ipſo in Italia ſperarent.

Erat etiam fortè eodem tempore Henricus primus Rex Angliæ in Gallia, cui, contrà omnium ſuorum Epiſcoporum ſententiam, perſuadet Bernardus, vt Innocentium amplectatur. Pag. 294

ID teſtatur Author vitæ S. Bernardi. *Hunc quoque Regem* (inquit) *venerabilis Abbas ad eum præmiſſus adduxit, quem vix perſuaſit Innocentium recipere, ab Epiſcopis Angliæ penitùs diſſuaſum. Cùm enim omnimodis recalcitraret, & de-*

D. Bernardus Henricum ad Innocentium adduxit.

trectaret,

Qua potiſſimùm ratione adduxerit.

Hëricus extra terram ſuam Papæ occurrit.

tre ſtaret: quid times ait? times peccatum incurrere, ſi obedias Innocentio? Cogita (inquit) *quo modo de alijs peccatis tuis reſpondeas Deo, iſtud mihi relinque, in me ſit hoc peccatum. Ad quod verbum perſuaſus Rex ille tàm potens, extra terram ſuam Domino Papæ occurit vſq; Carnotum.* Vbi certè neque Rex, neque Epiſcopi Angliæ reuocabant in dubium, an Pontifex Romanus, Vniuerſali præeſſet Eccleſiæ, vel an ei tanquàm paſtori omnes Chriſtiani, ſiue Principes, ſiue priuati, ſiue ſacri ordinis, ſiue laici ſubijcerentur; ſed quæſtio erat facti, quis è duobus contendentibus ritè electus, & ordinatus eſſet Pontifex; vt quocunque ſe vertat, & in quamcumq; partem deflectat Mornæus, æquè ab omnibus, vt hæreticus, à Chriſtianorum communione arceatur.

Pag. 294

Fautores Anacleti. Principes Normãni. Anſelmus Archiep. Mediolan. & Sinoretus Caſſin. Abbas.

In Italia porrò Anacleti partes tuebantur Principes Normanni (Rogerium enim Regem appellatum nouò beneficiò obſtrinxerat:) Anſelmus Mediolanenſis Archiepiſcopus cum ſuis ſuffraganeis omnibus; vtque Innocentium Bernardus tuebatur, ita Anacletum Sinoretus Caſſini Abbas, cum vniuerſo ſuo ordine, cuius magna authoritas, in Italia præſertim; de qua potiſſimùm agebatur, vter ſedem Romæ teneret.

Mirum nõ eſt, nonnullos Anacleto Pſeudopontifici adhæſiſſe.

Cur Rogerius Anacleto potius, quàm Innocẽtio, adhæſerit.

DEinceps qui ſteterint à partibus Anacleti contra Innocentium, quos Galliarum Antiſtitibus, & alijs reliquo Chriſtiano orbe Catholicis opponat, producit aduerſarius: verùm ſi vniuerſus Iſrael defecit à Dauid, & ſecutus eſt parricidam Abſolonem 2. Reg. 15. ſi item ſeparatus eſt omnis Iſrael ab eodem Dauid, ſecutuſq; eſt Seba, filium Bochri 2. Reg. 20. quid mirum, ſi & ex Principibus Chriſtianis, vnus Rogerius, ex Archiepiſcopis, vnus Mediolanenſis cùm ſuffraganeis, & ex Abbatibus, vnus Sinoretus Caſſinenſis, Pſeudopontifici adhæſerunt? Cur verò Rogerius poſt habito Innocentio, adhæſerit Anacleto, hæc fuit ratio. Nam vt refert Sigonius libr. 11. de Regno Italiæ anno 1130. cùm Sicilia, Calabria, Apuliaq; potitus, ſe opibus ad tuendum Regiæ Maieſtatis titulum ſatis videret inſtructum, nec tàm latè patentem potentiam exiguitate nominis coarctandam exiſtimaret, vltimò ſe Regem Siciliæ nupèr appellare, nulla Pontificia authoritate, incœperat. Quod cùm vulgò improbari ſentiret, occaſionem idoneam nactus, ad Anacletum acceſſit, & ſe cùm ſuis Epiſcopis eum complexurum, ſi ſe Regem appellaret, oſtendit. Anacletus optatiſſimam occaſionem nactus, auidè arripuit, ac, re compoſita, Beneuẽtum profectus V. Kalend. Octobris ipſum præſentem Siciliæ Regem, Apuliæ, Calabriæq; Ducem, & Principem Capuæ declarauit, ac feudatarium, ſiue hominem, vt vocabant, Ligium Eccleſiæ confirmauit: & ab illo die, Epiſcopi, Abbateſq; vlterioris Italiæ, imprimis Sinoretus Abbas Caſſinas, Anacletũ, vt iuſtum Pontificem coluerunt, vbi certè, nulla Iuſtitiæ, aut Religionis, ſed propriæ dignitatis, atq; vtilitatis à Rogerio habita ratio. Verùm quemadmodum argumentabatur idem S. Bernardus (vt ſcribit Author vitæ illius lib. 2. cap. 7.) aduersùs Petrum Piſanum, qui coram Rogerio Rege Anacleti electionem Canonicam probare contendebat, *Si arca, quam regit Petrus, ex Deo eſt, neceſſe eſt, vt arca, quam regit Innocentius, obruatur. Peribit ergo Orientalis Eccleſia, peribit Occidens totus, peribit Francia, peribit Germania, Iberi, & Angli, & barbara Regna in profundum pelagi demergentur: Religio Camaldienſis, & Cartuſienſis, & Cluniacenſis, & Grandimontenſis, & Ciſtertienſis, & Pramonſtratenſis, aliaq; innumerabilia ſeruorum, & ancillarum Dei collegia neceſſe eſt, vt ſub vno turbine corruãt in abyſſum: Epiſcopos, & Abbates, & reliquos Eccleſiæ Principes collo præcipiti, mola aſinaria alligata, pelagus vorax excipiet; Solus ex Principibus mundi arcam Petri intrauit iſte Rogerius; &, cæteris omnibus enecatis, ſolus ipſe ſaluabitur? Abſit vt totius mundi Religio pereat, & ambitio Petri (cuius vita palam eſt, qualis extiterit) Regnum Cœlorum obtineat.* Epiſt. 125. *Nec infructuoſè Alemanæ Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Hiſpaniarum, & Hieroſolymorum Reges in vniuerſo Clero, & populis fauent, & adhærent Domino Innocentio, tanquàm filij patri, tanquàm capiti membra, ſolliciti ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis.* Et Epiſt. 126. ad Epiſcopos Aquitaniæ, recenſita multitudine Epiſcoporum, quorum gloria principalis, & præcipua ſanctitas, & authoritas etiã hoſtibus reuerenda, nec non & vniuerſæ Orientalis Eccleſiæ tàm Archiepiſcoporum, quàm Epiſcoporum tacitè inſinuata, *Hi omnes* (inquit) *vnanimes, non conducti pecunia, non ſeducti fallacia, non illecti priuato carnis, vel cognationis amore, non timore compulſi potentiæ ſæcularis; ſed Dei procul dubio voluntatem, ſicut non ignorãtes, ita nec diſſimulantes, Petrum Leonis ingenuè refutauerunt, ac ſecurè Gregorium in Papam Innocentium receperunt.* Poſt. *Camaudulienſes, Vuallambroſani, Cartuſienſes, Cluniacenſes, & qui de Maiori monaſterrio ſunt, mei quoq; Ciſtertienſes, Caſtemblenſes, Cadumenſes, Tironenſes, & Lauiniacenſes: Vniuerſitas deniq;, & vnanimitas Fratrum, tàm Clericorum, quàm Monachorum regularis vita probatæque conuerſationis, ſequentes Epiſcopos, tanquàm greges paſtores ſuos, Innocentio firmiter adhærent, ſincerè fauent, humiliter parent, verum Apoſtolorum ſucceſſorem fideliter recognoſcunt: Quid Reges, & Principes terræ? nonne in eodem ſpiritu vnà cùm ſubiectis ſibi plebibus Innocentium pariter amplectuntur, confitentes, & ipſi Papam, & Epiſcopum animarum ſuarum? Quis poſtremò in quocunque ordine vitæ illuſtris: & boni nominis homo idipſum non ſapit?* An igitur reliquis Principibus vnus Rogerius, reliquis Archiepiſcopis vnus Mediolanenſis Anſelmus, & cœteris Abbatibus vnus Sinoretus, cum ſuis

Argumentum S. Bernardi contrà Petrũ Piſanum cõtendentẽ Anacleti electionem fuiſſe Canonicam.

Quot fauerint, & adhæſerint Innocẽtio vti legitimo Pontifici.

Caſſinenſibus, opponendus, & conferendus erit? Et Anſelmus quidem ille (quod Otho Phriſingenſis lib. 7. cap. 17. narrat) prius a Pontifice Honorio, quòd Conradum in Regem Italiæ vnxiſſet, non ritè prius electum, exauctoratus fuerat, & alter in eius locum ſubrogatus, & Mediolanenſes ipſi, vt Sigonius lib. 10. de regno Italiæ anno 1134. pœnitentia ducti, quòd, Anſelmum ſecuti, Conrado, & Anacleto adhæſiſſent authore Ribaldo Archiepiſcopo, quem, Anſelmo repudiato, ſublegerant, Innocentij, & Lotharij gratiam recuperare ſtuduerunt, atque ea de re literas ad Bernardum, cuius maximam eſſe norant authoritatem, ſcripſerunt. Miſſi ad eos Guido Piſanus, & Mathæus Albanus Epiſcopus, legati a latere, eiſque ſocius adiunctus ipſe quem inprimis requirebant, Bernardus, vt diſſidium ab Anſelmo Archiepiſcopo excitatum extinguerent, ac populum Religione contactum ſcelere liberarent: dieinde conſtituto habitum conſilium, vbi primùm, Anacleto reiecto, Innocentium vt verum, & Catholicum Pontificem approbarunt, deinde, Conrado repudiato, palam Lotharium Regem, & Dominum, agnouerunt, & Romanorum Imperatorem Auguſtum confeſſi ſunt, & de contumacia adhibita ſe ex conſilio, & mandato Innocentij ſatisfacturos eſſe, tacto ſacroſancto Euangelio, ſpoponderunt; ac mox Bernardi iudicio ſe ſubijcientes, piaculum, quod ille impoſuit, receperunt. Extant Epiſtolæ D. Bernardi ea de re ad Mediolanenſes 131. 132. 133. 134. Si igitur argumentum ducat aduerſarius ab authoritate Anſelmi Archiepiſcopi Mediolanenſis, quòd Anacleti partes ſecutus ſit cũ ſuis ſuffraganeis; & nos eidem Ribaldum ſucceſſorem opponimus, qui cùm Clero, & populo Mediolanenſi culpam deprecatus ſit, & repudiato Anacleto, in communionem Eccleſiæ ab Innocentio reſtitui curarit: Ita etiam Rainaldus Abbas Caſſinenſis, ſucceſſor Sinoreti, & Monachi Caſſinenſes deteſtati omne ſchiſma, & omnem hæreſim extollentem ſe aduerſus Sanctam, & Apoſtolicam Eccleſiam, deteſtati etiam filiũ Petri Leonis, & Rogerium Siciliæ Comitem, & omnes cum eis ſentientes, opera, & fauore Lotharij Imperatoris, in gratiam ab Innocentio Papa admiſſi ſunt, & in Eccleſiæ communionem recepti.

Anſelmus Mediolanenſis Archiep. ab Honorio exauctoratus, quòd Cõradum in Regem Italiæ vnxiſſet

Mediolanenſes, ad recuperandam Innocentij, & Lotharij gratiã, S. Bernard. interponũt

Miſſi ad Mediolanenſes duo legati à latere, vna cum S. Bernardo.

Mediolanenſes, approbato Innocentij Põtificatu Lothariũ Regẽ, ac Dominum palam agnoſcunt, & Imperatorem Romanorum fatentur, & alia.

Monachi Caſſinẽſes cum Rinaldo Sinoreti ſucceſſore redeunt in gratiã Innocẽtij.

Pag. 294 *Innocentius igitur anno 1132. colloquium inter ſe, & Lotharium Leodij molitur, &c.*

De colloquio habito Leodij inter Innocentium, & Lotharium, ac contentione ſecuta, hæc habet Author vitæ S. Bernardi li. 2. ca. 1. *Igitur ſoluto Concilio* (Rhemenſi) *Leodium dominus Papa Romanorum Regi occurrit. Et honorificè quidem ſuſceptus eſt, ſed velociter obnubilata eſt illa ſerenitas. Siquidem importunè idem Rex inſtitit, tempus habere ſe reputans opportunum, Epiſcoporum ſibi reſtitui inueſtituras, quas ab eius prædeceſſore Imperatore Henrico, per maximos quidem labores, & multa pericula, Romana Eccleſia vendicarat. Ad quod verbum expauere, & expalluere Romani, grauius ſeſe apud Leodium arbitrati periculum offendiſſe, quàm declinauerint Romæ. Nec conſilium ſuppetebat, donec murum ſe oppoſuit Abbas Sanctus. Audacter enim reſiſtens Regi, verbum malignum mira libertate redarguit, mira authoritate compeſcuit.* Cui & reliqui Authores ſuffragantur. Scribit Otho Phriſingenſis lib. 7. cap. 18. Lotharium, expoſito prius modeſtè, in quantum Regnum, amore Eccleſiarum, attenuatum, inueſtituram earum quanto ſibi diſpendio remiſerit, auxilium Romanæ Eccleſiæ promiſiſſe. Hinc Baronius ad annum Chriſti 1131. apertiſſimi mendacij conuincit Petrum Diaconum, qui affirmet in Chronico Caſſin. lib. 4. cap. 99. inueſtituras ab Innocentio Papa in eo conuentu Leodienſi Lothario fuiſſe conceſſas, hæc ſcribens. *Innocentius, Germaniam ingreſſus, à Lothario Rege iuxta Leodium excipitur, virgam ei, & annulum antiquo ex more confirmans.* Fugerius Sancti Dionyſij Abbas in vita Ludouici Craſſi de hoc occurſu Lotharij Innocentio Papæ facto, hæc ſcribit. *Cui cum Imperator Lotharius Ciuitate Leodij cum magno Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Teutonici Regni Optimatum collegio celeberrimè occurriſſet, in platea ante Epiſcopalem Eccleſiam humillimè ſeipſum ſtratorem offerens, pedes per medium ſanctæ proceſſionis ad eum feſtinat, alia manu virgam ad defendendum, alia panum albi equi accipiẽs tanquam Dominum deducebat. Deſcendente verò tota ſtatione eum ſubbrachiando deportans celſitudinem paternitatis eius notis, & ignotis clarificauit.* Nam certè ſemper magnæ venerationi apud Chriſtianos etiam Imperatores, Reges, ac cœteros Principes fuit ſacroſancta Romani Pontificis dignitas: vt, qui eam tot conuicijs præſcindunt Mornæus, ac Nouatores, eo ſe, non Chriſtianos, ſed Ethnicos potius manifeſtè prodant.

De colloquio habito Leodij inter Innocentiũ, & Lothariũ.

Lothario ius inueſtiturarum poſtulanti ſeſe opponit S. Bernardus.

Petrus Diaconus apertiſſimi mendacij à Baronio conuictus.

Lotharius Innocentio celeberrimè occurrit.

Cùm Lotharius in colloquio Leodij cum Innocentio habito repulſam de inueſtituris retuliſſet, pollicitus tamen eſt ſe Innocentium Romam cum exercitu reducturum, atque Anacleto exacto, incolumen in Laterano collocaturũ, ſi ipſe ſibi Imperatorum diadema ſponderet. Inde cum Romam anno 1133. veniſſet, ab eo, in Laterano, corona Imperiali inſignitus fuit, quòd Anacletus Baſilicam Vaticanam operibus, præſidioque firmatam teneret, in qua moris fuerat diadema Imperatorium tradi. Verùm neque Anacletum inde exigere, nec ſchiſma illud tollere, prout conſtituerat, potuit. Author vitæ S. Bernardi lib. 2. cap. 2. *Petrus Leonis non ponens Deum adiutorem ſuum, ſed confederatorum ſtipatus malitia, in editioribus, & tutioribus turribus manens, Lotharij ludificauit virtutem, & interdicens ſuis congreſſus publicos, nec ſibi ſecuritatis ſuæ fecit periculum, nec cauſam conflictus hoſtibus dedit; ſed tantùm liberum eorum diſcurſum machinis ſuperioribus, & obſtaculis varijs impediuit, vitauit etiam obſtinatiſſimè Imperatoris colloquium; nec minis, nec blandimentis flexus eſt, nec de ſtatu ſuo conſilium cuiuslibet perſonæ admiſit.* At Mornęus ægrè fert, quòd Innocentius Lotharij coronationem huiuſmodi pictura in pariete expreſſã voluerit.

De Imperiali coronatione Lotharij ab Innocẽtio.

Sedet

Digitized by Google

Pag.295

Sedet Pontificali Cathedra Innocentius, ad cuius genua curuatus Lotharius, Imperij coronam accipiebat, verſuſque (inquit) ſubiungit, qui notam ei inurunt, quam ſucceſſores vix, ac ne vix quidem eluere poſſunt.

Rex venit ante fores iurans prius vrbis honores.
Poſt homo fit Papæ, ſumit quo dante coronam.

Nempè quibus ſignificet Lotharium Papæ hominem, ideſt vaſſallum, & Feudatarium fieri &c.

Non eſt ſine culpa, qui rei, quæ ad eũ non pertinet, ſe immiſcet.

VErùm cum id Lotharius ægrè non tulerit, nec de huiuſmodi pictura litem Innocentio mouerit, aut notam ſibi inuſtam ille, ſucceſſoreſue conqueſti ſint, mirum, qui hoc nunc crimini vertat; & ingratitudinis, vel etiam iniuſtitiæ Innocentium accuſet Mornæus; ſiquidem regula iuris eſt, non eſſe ſine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet. Si ſibi Lotharius vllam fieri iniuriam iudicaſſet, ab Innocentio certè nullis viribus, præterquàm ipſius Imperatoris, ſubnixo, ius ſuum repetere potuiſſet; nec dignitatem ſuam vllum pati diſpendiũ ſiuiſſet.

Pag.295

Cum Genuenſibus mitius actum, quibus non tàm beneficium acceptum repenſurus, quàm Anſelmum Archiepiſcopum Mediolanenſem, Anacleti clientem, incommodaturus, Archiepiſcopum dedit, eoſque à Mediolanenſis iuriſdictione auulſit.

Cur Innocentius Epiſcopũ Genuenſẽ Mediolanenſi Archie ſubiectũ, & Piſanũ Archiepiſcopali dignitate ornauerit.

CVm Innocentius Papa à Genuenſibus, ac Piſanis comiter, ac benignè exceptus fuiſſet, & eorum propenſum in Sedem Apoſtolicam iuuandam contra Schiſmaticos ſtudium expertus fuiſſet, eorum Eccleſias ſpeciali prærogatiua exaltandas, de conſuetudine Apoſtolicæ Sedis, iudicauit. Itaque Genuenſem Epiſcopum, qui Mediolanenſi Archiepiſcopo ſubiectus erat, Piſanum item Epiſcopum, Archiepiſcopali dignitate exornauit. Sed quid habet, quod obijciat Mornæus? ſiue id fecerit Innocentius ad rependendum beneficium (quemadmodum nos interpretamur) ſiue ad incommodandũ Archiepiſcopum Mediolanenſem ſchiſmaticum, & Anacleti Antipapæ clientem (ſicut iſte tradit, omnia facta Pontificum in deteriorem partem interpretari ſolitus) an verò poteſtatis ſuæ iura tranſgreſſus eſt? Maior certè apud nos vnius S. Bernardi, quam Mornæi, & omnium Nouatorum authoritas. Ille epiſt. 131. ad Mediolanenſes ſcribens.

Singularis prærogatiua Sedis Apoſtolicæ.

Plenitudo (inquit) *poteſtatis ſuper vniuerſas orbis Eccleſias ſingulari prærogatiua Apoſtolicæ Sedi donata eſt: qui igitur huic poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, poteſt (ſi vtile iudicauerit) nouos ordinare Epiſcopos, vbi hactenus non fuerunt, poteſt eos, qui ſunt, alios deprimere, alios ſublimare, prout ratio ſibi dictauerit, ita vt de Epiſcopis creare Archiepiſcopos liceat, & econuerſo, ſi neceſſe viſum fuerit,* &c. Nemini certè iniuriam facit, qui iure ſuo vtitur.

Lotharius in Germaniam reuertitur.

Lotharius Romæ ab Innocentio coronatus Imperator, in Germaniam reuertitur: inde Anacleti factio e turribus exijt, ac per vrbem volitans cædem Innocentij amicis intentare, ac nouo omnia tumultu permiſcere inſtituit. Innocentius igitur vrbe iterum cedendum ratus, Piſas, (Ciuium erga ſe benignitatem expertus,) repetijt, eoque Concilium ex toto Occidente indixit. Hanc S. Bernardus ſcribens ad Piſanos epiſt. 130. *Aſſumitur* (inquit) *Piſa in locum Romæ, & de cunctis vrbibus terræ ad Apoſtolicæ Sedis culmen eligitur: Nec fortuitu, ſiue humano contigit iſtud conſilio, ſed cæleſti prouidentia, & Dei benigno fauore fit, qui diligentes ſe diligit, qui dixit Chriſto ſuo Innocentio: Piſam inhabita, & ego benedicens benedicam ei: Hic habitabo quoniam elegi eam. Me Authore, Tyranni Siculi malitiæ Piſana conſtantia non cedit, nec minis concutitur, nec donis corrumpitur, nec circumuenitur dolis. O Piſani Piſani, Magnificauit Dominus facere vobiſcum, facti ſumus lætantes. Quæ Ciuitas non inuidet? Serua depoſitum vrbs fidelis; agnoſce gratiam; ſtude prærogatiuæ, non inueniri ingrata: Honora tuum, & vniuerſitatis patrem; honora mundi Principes, qui in te ſunt, & iudices terræ, quorum te præſentia reddit illuſtrem, glorioſam, famoſam.* Inde Mornæus.

Anacleti factio è turribus ante occupatis egreditur.

Innocentius Piſas redit.

Pag.295

Quid igitur illis mirum, ſi nos Romæ alligatum Primatum nolimus, &c.

Sedes Apoſtolica non träſfertur quocũque Pontifex adierit.

CErtè etſi Roma relicta, ob violentiam inimicorum, Piſas ſe tranſtuliſſet Innocentius; non tamen Sedes Apoſtolica eò tranſlata fuerat; longè enim aliud eſt loqui de ſede Apoſtolica, & aliud de perſona ipſa Pontificis, quæ certo loco non eſt affixa. A Clemente V. Curia Romana tranſlata eſt Auenionem, ac per 70. circiter annos ibi conſtitit; non tamen eò primatus Eccleſiæ tranſlatus fuit, & Pontifices illic morati, non Auenionenſes, ſed Romani erant Epiſcopi: nec ſenſus horum verborum D. Bernardi (*Aſſumitur Piſa in locum Romæ*), & ſequentium, quæ producit Mornæus, eſt iſte, quòd primatus Eccleſiæ Romanæ tranſlatus ſit Piſas, cùm Innocentius eſſet Epiſcopus Romanus, non Piſanus; ſed quòd, cùm tutò Romæ conſiſtere non poſſet, vbi ſedes eſt Apoſtolica, Piſas, vbi ab Antipapa, & ſchiſmaticis tutus eſſet, elegiſſet.

Quis ſit ſenſus D. Bernardi inquientis Aſſumitur Piſa in locum Romæ.

Pag.295

Hic igitur Innocentius anno 1134. Concilium habet: Nec verò, quatumuis celebre fuerit, de reformanda Eccleſia actum, vel tantillum putes; Tantùm Anacleto iterum anathema, & Innocentius confirmatur.

COncilium illud Piſis celebratum fuit anno 1134. de quo Author vitæ D. Bernardi lib. 2. cap. 2. *Innocentius rurſus Piſas reuertitur,*

ibique aggregatis totius Occidentis Epiſcopis, alijſque Religioſis viris magna gloria. Synodus celebratur. Affuit, per omnia, & conſilijs, & iudicijs, & definitionibus ſanctus Abbas, impendebaturque ei reuerentia ab omnibus &c. Poſt: *Actiones Concilij longum eſt proſequi, ſumma tamen in excommunicatione Petri, & irregreſſibili fautorum eius deiectione conſtitit, & uſque hodie hæc ſententia perſeuerat.* Sigonius lib. 11. de Regno Italiæ anno 1134. *Eius Concilij actiones fuere multæ; ſumma tamen in Anacleto cum fautoribus execrando verſata eſt*, Etſi igitur id Concilium eò potiſſimum indictũ ſit, vt omnium Patrum conſenſu Innocentij confirmaretur authoriras, & anathema Antipapæ Anacleto diceretur, quia plurimùm referebat ſcire, cui adhærendum eſſet, tanquam legitimo Pontifici, temerariè tamen illud aſſeritur, nec tantillum quidem de reformanda Eccleſia in eo Concilio actum eſſe, cui interfuerit S. Bernardus, adfuerint tot præſules ſanctitate, & doctrina eximij, quibus non dubium curæ fuiſſe reformationem Eccleſiæ, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ reſtitutionem, quique, quid è re tum eſſet Eccleſiæ, & quid in Concilio tractandum, longè melius inſipido iſto Mornæo cognouerant.

Quid in Cõcilio Piſano potiſſimè geſtũ.

Mornæus temerè aſſerit, nec tantillum quidem de reformãda Eccleſia in Cõcilio Piſano actũ.

Pag.295

Bernardique interuentu conſequitur, vt Lotharius in Italiam cùm maioribus, quàm ante, copijs reuerſus, Anacletum, an potius Rogerium, Siciliæ Principem, quo vno nitebatur, in ordinem cogat.

HÆc fuit ſecunda expeditio Lotharij in Italiam, ad quam ſuſcipiendam eum hortatur S. Bernardus Epiſt. 139. ad eumdem; vbi inter alia hæc ſcribit. *Animabit inſuper honeſtas cauſa, immo duplex pronocabit neceſſitas.* Baronius ad annum 1135. *Nimirum periclitantis Imperij in rebus Italiæ, & periclitantibus rebus Eccleſiæ, quas Tyrannus Rogerius inuaſerat, Beneuentumque ſibi ſubdiderat.* Pergit D. Bernardus. *Non eſt meũ hortari ad pugnam: eſt tamen (ſecurus dico) aduocati Eccleſiæ, arcere ab Eccleſiæ infeſtatione Schiſmaticorum rabiem. Eſt Cæſaris propriam vendicare coronam ab vſurpatore Siculo. Vt enim conſtat Iudaicam ſobolem Sedem Petri in Chriſti occupaſſe iniuriam, ſic proculdubio omnis, qui in Sicilia ſe Regem facit, contradicit Cæſari.* De eadem expeditione Chronicon. Caſſin. lib. 4. cap. 99. Poſt hæc ab Innocentio remorante Piſis, crebris literis monitus, vt Romanum Imperium ab hoſtium iugo defenderet, Eccleſiamque concuſſam, & laceratam ad vnitatem concordiamque reuocaret, Cæſar Clementiſſimus, anno Dominicæ Incarnationis 1135. coacto ex omni orbe Romano immenſo exercitu, cum vxore Auguſta intrauit Italiam. De eadem Otho Phriſingenſis lib. 7. ca. 19. Sigonius lib. 11. anno 1136.

Lotharius hortatu S. Bernardi, reuertitur in Italiã.

Pag.295

Henricus Bauariæ Dux Lotharij gener anno 1137. huius expeditionis Princeps, cuius initium Caſſini obſidio, quod ab Abbate Rainaldo tenebatur, qui Anacleto renunciare, ac Lothario monaſterium tradere iuſſus.

SInoreto Abbate Caſſinenſi vita functo, in eius locum Rainaldus, diſſentientibus inter ſe Monachis, & in varias partes diſtractis, ſubrogatus eſt, qui ſubito ſe ab Anacleto confirmandum curauit: & cùm Henricus Richardum Monachum ad Caſſinenſe monaſterium miſiſſet, qui Rainaldum moneret, ſe, ſi Innocentio obtemperare, & Lotharium recipere in animum induxiſſet, Monaſterium ab omni maleficio, atque iniuria ſeruaturum; Monachos ille aduocauit, atque vt in fide Anacleti Rogerijque perſiſterent, obſecrauit, ſe enim monaſterium, quod ab eis acceperit, in eorum retinere poteſtate conſtituiſſe; ſubitoque noua auxilia acciuit, quibus ſe Monaſterium poſſe tueri confidit. Quæ vbi Richardus vidit, inde diſceſſit, ac Ciuitatem, quæ Monaſterio adiacet, ſacramentum dicere Innocentio iuſſit. Diebus inde vndecim interiectis, cùm Henricus Dux, & bona Monaſterij cõſumi, & pugnæ tempus elabi cerneret, Rainaldum ad ſe vocauit, acceptoque aureo Calice, & quadraginta libris, obſidibuſque datis, Abbatiam illi, nomine Imperatoris, firmauit, ſi in eius fide manſiſſet: & vexillum Imperatoris in arce, quæ ædi S. Benedicti imminet, ſtatuit. Hæc ſcribunt Petrus Diaconus li. 4. Chronici Caſſin. cap. 106. & Sigonius lib. 11. de Regno Italiæ anno 1136. Vbi Dux ſua potius quæſiſſe viſus eſt, quàm, quæ Ieſu Chriſti, cùm, acceptis ab Abbate muneribus, magis efficere apud eum ſtatuit, vt ſe in clientelam Imperatoris committeret, quàm vt, abdicato ſchiſmate, verum, ac legitimum Pontificem Innocentium profiteretur.

De Rainaldo Sinoreti ſucceſſore: quid de Innocentio ſenſerit: & quid egerit cũ Henrico Bauariæ Duce.

Accedit propius Lotharius ipſe Amalfim vſque, mandatque ad ſe veniat, & præſtita, ſe authore, obedientia, Innocentio reconcilietur; &c. Pag.295

HÆc pluribus proſequitur Petrus Diaconus lib. 4. Chronici Caſſin. à cap. 109. & deinceps, & quæ fuerit contentio inter Pontificem, & Lotharium occaſione Rainaldi Abbatis, & Monachorum Caſſinenſium, docet; nàm cùm Imperator eos magnificè excepiſſet, & Abbatis tabernaculum ſuo proximum collocari iuſſiſſet, Pontifex directis continuò Cardinalibus, inſtare Imperatori vehementiùs cœpit, vt filium Petri Leonis eos anathematizare, compelleret, ac, per ſacramentum, Innocentio Papæ, eiuſq; ſucceſſoribus obedientiam, ac fidem polliceri, conquerens, quarè excommunicati, & à liminibus Eccleſiæ ſeparati, ab Imperatoria fuiſſent maieſtate ſuſcepti. Quæ verò ſubiungit Mornæus ex Petro Diacono de diſputatione Cardinalium cum ipſo Petro Rainaldi Abbatis, & Caſſinenſium patrono, coram Lothario Imperatore, meritò iudicat Baronius ab aliquo pro arbitrio concinnata, quæ cum multipliciter arguantur falſitatis, meritò indigna putauit, quæ

De contentione inter Innocẽtiũ, & Lotharium, propter Rainaldum, et monachos ſuos oborta.

Nonnulla, quæ huc Mornæus ex Petro Diacono adducit vti conficta refutantur.

ſuis

ſuis Annalibus intexeret. Et quidem cùm ſcripta habeantur ab ipſo Petro Diacono ſchiſmatico, nullam occaſionem, vel argumentum relinquente carpendi Innocentium, parùm fidei apud nos merentur. Inde verò facilè mendacij redarguitur, quòd acta dicantur: *anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo trigeſimo octauo, indictione prima, vij. Idus Iulij, anno Imperij Domini Lotharij ſeptimo, reſidente eodem inuictiſſimo Principe ad Aquas Penſiles &c.* Cùm ibi contigerit adeſſe Imperatorem, non hoc anno, ſed ſuperiori, quo deſcendit cùm exercitu in Apuliam, vt demonſtrauerat ſuperiùs Baronius authoritate ſcriptorum eiuſdē temporis. Quomodò ergo à Petro præſens annus, & anni præſentis indictio ponitur, & certa dies conſignatur menſis Iulij eius anni, quo nec Imperator, nec Pontifex fuere ad Aquas Penſiles, ſed Romæ eo tempore degeret Innocentius, & Imperator Lotharius iam ab vrbe receſſiſſet verſus Galliā Ciſalpinam? Præterea ſcribit ibidem, Robertum Abbatem Claræuallenſem interfuiſſe vnà cum Cardinalibus publicæ diſputationi, cùm tamen non alius, quàm S. Bernardus fuerit tùm temporis Abbas Claræuallenſis. Inſuper quomodò paſſurus fuiſſet Innocentius Lotharium Imperatorem præfuiſſe iudicem inter Cardinales, Pontificię authoritatis aſſertores, & Monachos Caſſinenſes, qui tam indignè poſtea tulerit, eumdem audiſſe cauſam Monachorum diſſidentium? *Hæc ſunt, & alia* (inquit Baronius ad annum 1138.) *quæ arguant eadem, & illis affixa acta eſſe penitùs commentitia, ſicut ſunt magni dedecoris ſchiſmaticorum Monachorum illorum, qui contra Romanam Eccleſiam eo modo diſſerere tam procacia proponantur.*

Prima ratio.

Secunda.

Tertia.

Apud Petrum Diaconum, qui hanc hiſtoriā fuſiùs ediſſerit, multas circumſtantias, quas in rem ſuam facere putet, notari velit Mornæus.

Pag. 296. Primo. *Imperator enim, ne quicquā interpellāto Innocētio, Monachos Rainaldi delegatos non admittit modò, ſed etiam propè ſuū tentoriū metari iubet, à Pōtifice licet excōmunicatos.*

EQuidem reſponderi poteſt, Imperatorem, pro innata ſibi benignitate, & ex obſeruantia erga ordinem Monaſticum, inprimis verò erga Monaſterium illud Caſſinenſe, quod ſui deceſſores in præcipuo honore habuiſſent, & multis priuilegijs donaſſent, ac fundis locupletaſſēt, tam honorificè Abbatem, & ſuos Monachos excepiſſe, non citrà culpam tamen; cum illi ſententia Pontificis tāquam ſchiſmatici anathemate priùs percuſſi fuiſſent: vnde iuſta fuit Innocentij querimonia, quòd excommunicatos, & à liminibus Eccleſiæ ſeparatos, tam magnificè excepiſſet, adeoq; impensè illis faueret: & quod aliquando dixiſſe fertur; (vt eſt in lib. 4. Chron. Caſſin. cap. 116.) *ni Pontifex Monachos in gratiam reciperet, inter eum, & Eccleſiam Romanam ſchiſma futurum.* Vox certè fuit Catholico Principe indigna, quam tamen ex motu quodam animi indeliberato potiùs proceſſiſſe, quàm conſultò ab eo prolatam eſſe iudicarim. Sed poteſt eo excuſari Imperator, quòd id ſibi potiſſimum proponeret, vt Monachos ab Anacleto abduceret, & Innocentio conciliaret; permittunt enim ſacri Canones, vt participet quis cum excommunicato ob vtilitatem illius ſpiritualem, & animę ſalutē; Ext. de ſent. excomm. cap. Reſponſo.

Iuſta querimonia Innocentij de Lothario.

Excuſatur locutio illa Lotharij, Catholico indigna.

Cōmunicatio cum excōmunicato quando permittatur.

Secundo. *Anathema etiā iſtud Imperator in dubium reuocat, & Innocentium nominare iubet, quos cauſæ ſuæ patronos velit, vt litem auditis partibus definiat.* Pag. 296

ITa habet Petrus Diaconus. *Pontifex miſſis Aimerico Cancellario, & Girardo, ac Guidone Cardinalibus, Imperatori mandat, vt Caſſinenſes Monachos, aut filium Petri Leonis anathematizare compellat; aut ab eis, velut excommunicatis, abſtineat. Clementiſſimus Imperator, neque Antiſtitem iraſci, neq; Caſſinenſem Eccleſiam deijci volens, blandè illos allocutus, ad Apoſtolicum remiſit, dicens ab Apoſtolico mitti diſceptatores debere, quorum Imperatoria Maieſtate diffiniatur, an ſint illi excommunicati.* Certè an excommunicati eſſent illi Monachi, non erat Imperatoris hęc cognitio, qui nec ignorare poterat, eos extrà cōmunionem Eccleſiæ eſſe; ſiquidem in Concilio Piſano anathema dictum fuerat Antipapę Anacleto, & omnibus ſchiſmaticis, illius ſequacibus; conſtabat autem Rainaldum Abbatem, & eiuſdem factionis Monachos, partes ſecutos Anacleti. Et cùm Lotharij precibus flexus Innocentius, ſe Monachis omnia dimiſſurum, eoſque in gratiam recepturum ſpopondiſſet, modò illi filium Petri Leonis anathematizarent, ſibique, ac ſucceſſoribus ſuis obedientiam promitterent; id ad libitum eius præſtiterunt, & excommunicationis vinculo ſoluti, nudis pedibus ad Papæ veſtigia, dein ad oſculum recepti ſunt. Deniq; excommunicatus in dubio ſemper debet vitari; quia ſemper præſumitur pro iudice C. *per tuas.* Ext. de ſent. excomm. Etſi igitur Imperator illud anathema reuocaret in dubium; eos tamen, quos ſciebat à Pontifice pro excommunicatis haberi, vitare debuit, & non ad ſe admittere.

Lib. quarto, Chron. Caſſin. cap. 109.

Lotharius iniquè ſibi arrogauit cognitionē an excommunicati eſſent Monachi Caſſinenſes.

Excommunicatus in dubio ſemper vitari debet.

Tertio. *Gerardus item Cardinalis Sanctæ Crucis, Pontificis nomine comparet; pro Abbate Petrus Diaconus, Lotharij ambo ſubituri iudicium.* Pag. 296

DE actis huius diſputationis quid ſentiendū, iam dictum ſuperiùs. Nec certè perſonæ ipſæ, quæ vtriuſq; partis cauſam agebant, Gerardus Cardinalis, & Petrus Diaconus, nec cauſa ipſa, de qua agebatur, ſchiſmatis, & anathematis, iudicio ſuberant Imperatoris; nec paſſus fuiſſet vnquàm Pontifex, Imperatorem in hac cauſa inter Cardinales, & Monachos Caſſinenſes præeſſe iudicem.

Ficta iſta ſunt vt ſuprà.

Quarto

Pag. 296

Quarto. *Cumque Imperator Gerardũ ex aduerſo ſui ſedere iuſſiſſet, ad pedes ſuos Petrũ Diaconũ; Gerarduſq; obteſtaretur; excommunicato ad pedes filij Eccleſiæ ſedere fas non eſſe; Cæſar, neglecto anathemate, ad pedes ſuos Petrum ſedere iubet.*

ITa refert Petrus ipſe Diaconus lib. 4. Chron. Caſſin. cap. 110. *Traditur Gerardo locus ante Imperatoris faciem; ad pedes verò eius conſtituitur Petrus Diaconus; Renuit Gerardus Monachum ad ſuos ſedere pedes, dicens nequaquàm oportere, ſiue licere, excommunicatum cum filio ſedere Eccleſiæ. At Imperator finem litigio imponens, Petrum Diaconum ex tunc, & deinceps ſedere ad pedes ſuos iuſſit.* Vbi cùm ad pedes ſuos, Cardinalis Petrum non admitteret, eum Imperator admiſit, non in contemptum anathematis, ſed vt liti finem imponeret, ac paci conſuleret; & eò potiſſimùm ſpectabat Imperator, vt Monachos Innocentio conciliaret, nō verò, vt eorum ſchiſma foueret, vel quicquam in contemptum anathematis, vel Pontificiæ authoritatis in eorũ gratiã, definiret.

Cur Imperator Petrum Diaconum excommunicatum ad pedes ſuos ſedere iuſſerit.

Pag. 296

Quinto. *Rurſumque Gerardo Cardinali ad eum dicenti: Ecce Eccleſia Catholica vos, prædeceſſoreſque veſtros, totius orbis terrarum dominatores conſtituit; Reſpondet: Coronam ab Apoſtolica ſede nos accepimus, non vtique dominationem, ſed eius tantùm notam.*

HÆc poſtrema verba gloſſa ſunt Mornæi, non ab ipſo Imperatore prolata. Nam cùm Cardinalis ita allocutus eſſet Imperatorẽ, prout refert Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Caſſin. cap. 110. *Sancta & vniuerſalis Eccleſia (inuictiſſime Imperator,) quæ & vos, & prædeceſſores veſtros orbis totius dominatores effecit, mirari non deſinit, cur excommunicatos, & à liminibus Eccleſiæ ſeparatos, receperitis. Ad hæc Imperator. Imperij quidem noſtri nos ab Apoſtolica ſede gaudemus accepiſſe Coronam, excommunicatos nullo pacto ſuſcepiſſe putamus; hoc tamen ex conflictu veſtro conſtabit.* Sedes Apoſtolica in eum tranſtulerat Imperialem dignitatem: & in Carolum Magnum, ac ſucceſſores Imperium occidentale à Sede Apoſtolica tranſlatum eſt, prout alibi dictum. Quod verò dicit, ſe nullo pacto ſuſcepiſſe putaſſe excommunicatos, hac ratione, meo iudicio, intellexit; quia putauit illos non niſi vi, ac metu adhæſiſſe Antipapæ Anacleto, & quòd ita benè conſultum putarent rebus Monaſterij longè, lateque ſub ditione Rogerij conſtitutis, qui fouebat partes Anacleti; & Petrus ipſe patronus Monachorum lib. 4. Chron. Caſſin. cap. 111. reiecit culpam defectionis in ipſum Innocentium his verbis: *Monachis imputandum non eſt, ſi paſtore deſtituti, morſibus lupi patuerunt. Debuit enim Apoſtolicus (vt ait) Dominus, oues ſuas non modò non dimittere; verùm pro eis mortẽ quoq; libenter amplecti.* Vbi certè, Innocentium verum fuiſſe Pontificem, & Anacletum Antipapam, apertè profitetur. Quæ tamen non ſatis iuſta defenſio, aut cauſa adhærendi Antipapæ, vel ab eo deficiendi, quem ferè Chriſtianus orbis agnoſceret verum Pontificem. Neque eò reprehendendus erat Innocentius, quòd Roma fugiſſet ob perſecutionem Anacleti, immo inde laudatur à S. Bernardo epiſt. 124. ad Hildebertùm. *Fugit* (inquit) *à facie Leonis, ſicut dicit Propheta: Leo rugiet, quis non timebit? Fugit ſecundùm præceptum Domini dicentis: Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam: fugit, & in hoc verè virum ſe Apoſtolicum probans, quòd Apoſtolica ſe ſe forma inſigniuerit. Nec enim Paulus erubuit ſe in ſporta demitti per murum, & ſic effugere manus quærentium animam ſuam. Suffugit autem non parcens vitæ ſuæ, ſed dans locum iræ; non vt mortem euaderet, ſed vt vitam acquireret. Meritò Eccleſia Innocentio concedit ipſius vicem, quem per eadem veſtigia gradientem cernit. Nec ſanè otioſa fuga Innocentij. Laborat quidem, ſed honeſtatur in laboribus ſuis, pulſus vrbe, ab orbe ſuſcipitur &c.* Immeritò igitur Petrus Innocentio fugã exprobat, aut in eum culpam, ſchiſmatis, & defectionis Monachorum ab eodẽ, reijcit.

Cur Imperator putauerit, Monachos illos non fuiſſe excõmunicatos

Ipſemet Petrus Diaconus fatetur Innocent. fuiſſe legitim. Pontif. & ſine cauſa, Caſſinenſ. ab illo defecerant.

S. Bernardus laudat Innocentij fugam ex manibus Anacleti.

Petrus Diaconus immeritò fugam exprobrat Innocentio, vt defectio nem eius in ipſum reijciat.

Pag. 296

Sexto. *At cùm inſtaret Innocentius, vt Monachi fidelitatem ei iurarent; illi verò Imperialibus priuilegijs ſeſe ab eiuſmodi ſacramento immunes contenderent; Imperator Innocentiũ rogat, Imperatorias leges obſeruet, quas nullo pacto præterire ipſe poſſit.*

HÆc ſanè leuis fuit excuſatio Monachorũ, quam refert Chronicon Caſſinenſe lib. 4. cap. 109. ſibi neq; per Euangelium, neque per Beati Benedicti regulam, fas eſſe iurare, idque à ſua, maiorumque abhorrere conſuetudine: nec vllis Imperatorum priuilegijs defendi poterãt, vt non per ſacramentũ Innocentio Papæ, eiuſq; ſucceſſoribus obedientiam, ac fidem pollicerentur. Et in Concilio Niceno cautum erat, ne reuertentes à ſchiſmate, ſine ſacramento reciperentur. Et ſi Monachi ad ſacramentum præſtãdum adigi non poterant, multò certe minus Epiſcopi, qui ſunt in ſtatu perfectiori, de quibus 2. q. 5. c. 3. *Nos Sacramentum Epiſcopis neſcimus oblatum, nec vnquam fieri debet*; à quibus tamen exigitur ad obedientiam Papæ præſtandam. ext. de iureiurando c. *Ego.* Multo certè magis à Monachis ipſis exigi poterat; nec regula Sancti Benedicti, qua ſe tuebantur, inde eos eximebat. D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 10. citans c. *Si quis Presbyter.* 2. q. 5. docet: *quod etſi Sacerdotes ex leui cauſa iurare non debent, tamen pro aliqua neceſſitate, vel magna vtilitate licitum eſt eis iurare, & præcipuè pro ſpiritualibus negotijs, pro quibus etiam iuramenta competit præſtare in ſolemnibus*

Leuis excuſatio Caſſinent. dictitantiũ, ſibi fas nõ eſſe iurare.

Nullis Imperatorum priuilegijs eximi poterãt, quo minus Innocentio obedientiã & fidẽ iurarent.

Decretum in Niceno Concilio, ne ſine ſacramento recipiãtur reuertẽtes à ſchiſmate.

Ne Epiſcopi quidem immunes à præſtanda Pontifici, per ſacramentum, obediẽtia.

Regula S. Benedicti non prohibet, Monachos obediẽtiã Põtifici iurare.

Digitized by Google

nlbui diebus, quibus eſt ſpiritualibus rebus vacandum &c. Ad obedientiam, igitur Pontifici præſtandam, quæ haud dubie ſpiritualis erat res, iure exigebatur à Monachis illis iuramentum, quod tandem & ipſi cum Abbate ſuo præſtiterunt.

Pag.296 Septimo. *Denique Imperator aſſiſtentibus Patriarcha Aquileiẽſi, Archiepiſcopis &c. Abbatis Caſſinẽſis cauſam iudicat ipſe, eumque exauctharat; vnde Innocentius excandeſcit adeò, vt omnes qui iudicio interfuerant deponere paret, ni tandem ſedandæ eius iræ Imperator ipſius miniſtros interuenire paſſus eſſet.*

Cõqueſtus Innocentius de Imperatore: ſed & Imperator iuſtas eſſe illius querelas agnouit.

MEritò certè hoc indignè tulit Pontifex, quòd Imperator præfuiſſet examini Monachorum ſuper electione Rainaldi Abbatis: ac tandem ceſſit ipſi Pontifici, & iuſtam eſſe eius expoſtulationem agnouit. Id conſtat ex ipſo Petro Diacono lib. 4. Chron. Caſſin. cap. 122. his verbis. *Poſt hæc mittuntur ab Imperatore, qui Papæ Innocentio rei ſeriem indicent. Qui dùm veniſſent, iratum eum valdè inuenerunt, probibitique ſunt ad eum ingredi: quia, præſente Romano Pontifice, Imperator cùm Optimatibus ſuis Caſſinenſis Abbatis examinationem facere præſumpſiſſet. Quamobrem Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbates, qui adſtiterant, officio priuare minatus eſt. Reuerſi autem, qui miſſi fuerant, quæ apud Papam inueniſſent, Imperatori nunciare ſtuduerunt. Imperator Pontifici mandare curauit, quæ geſta erant; ſimpliciter, & non ad eius iniuriam; ſed ad honorem magis facta eſſe. Omnia quippè ex eius poteſtate pendere: quicquid ipſe decerneret, omnes pro rato haberet. Atque ideo aliquos à latere ſuo dirigeret, qui retractantes omnia, quid iuſtum eſſet; inde decernerent. His placatus Antiſtes ſexta feria quatuor temporum, Aimericum Cancellarium, & Gerardum, aliosque Cardinales, eamdem electionem examinare direxit. Qui dum aduenientes eam rem diutiùs diſcuterent, conuenientes in Refectorium, omnes Monaſterij Priores dixerunt Rainaldum omnino amouendum eſſe, quia fuiſſet ab excommunicatis ordinatus* &c. poſt cap. 123. *Poſt factum à venerabili Clareuallenſe Abbate ſermonem, Cardinales authoritate Apoſtolica Rainaldo Abbatiæ officium interdixerunt, ſicque vnà cùm Imperatore, Prælatis, Imperijque proceribus ſurgentes, Beati Benedicti Eccleſiam intrant: Eumdemque Rainaldum Aimericus Cancellarius, Peregrinus Aquileienſis Patriarcha, & Gerardus Cardinales euocantes, depoſitionis in eum tulere ſententiam.* Hęc omnia ſuppreſſit Mornæus ex quibus conſtat, non Lotharij, ſed Innocentij authoritate exauthoratum fuiſſe Abbatem, & Imperatorem Pontifici ceſſiſſe, agnouiſſeque cauſam illam inter Monachos diſſidentes de Rainaldo Abbate, non ad ſe, ſed ad Pontificem pertinere. Quod ſubiungit Mornæus de contentione inter Pontificem, & Imperatorem ob Salernam, poſt eius deditionem, vtrius eſſe deberet, & de inueſtitura Ducatus Apuliæ, cuius iuris eſſet: Hæc certè ad authoritatem Pontificis, qualem contrà hoſtes Eccleſiæ defendendam ſuſcepimus, augendam, vel deprimendam minimum faciunt. De ea lite, hæc habet Otho Phriſingenſis lib. 7. cap. 20. *Verùm ſilentio præterire nolumus, quòd in dando Ducatu, inter ipſum, & Romanum Pontificem penè controuerſia orta fuit, vtroque Ducatum Apuliæ ſui fore iuris affirmante quæ lis conſilio tandem hoc modo deciſa dicitur; vt in dando Duci vexillo vterque manum adhiberet.* Et falſo author. Chron. Beneuentani. *Vbi ipſe Apoſtolicus Innocentius Ducem ad defenſionem Apuliæ ordinare nomine ſuo ſatagebat; Imperator verò nomine ſuo, contrà voluntatem Apoſtolici ordinare volebat. Vnde factum eſt, vt per triginta ferè dies adinuicem ea de re fuerit diſcordatum; ſed ſapientium conſilio communicato, diſcordia talis deſtituta eſt. Quid multa? Diuina fauente clementia, & ipſo Imperatore annuente, omnibuſque ſuis prædictus Apoſtolicus ſuo nomine ad B. Petri fidelitatem Comitem Rainulphum, virum vtique prudentem, & diſcretum in Ducem elegit, & eo electo vexillum ad honorem Ducatus, Apoſtolicus, & Imperator in conſpectu omnium ei tradiderunt, & confirmarunt:* Vbi certè in inſtituendo Apuliæ Duce, potiores fuerunt partes Pontificis, quàm Imperatoris.

Quomodo ſe Imperator apud Pontif. excuſarit.

Quæ Mornæus malitiosè, quippè ſibi contraria, ſuppreſſerit ex Petro Diacono.

De lite inter Innocẽtium, & Imperatorem, de inueſtitura Ducatus Apuliæ quomodo dirempta.

In his igitur moritur Lotharius anno 1137. non longè à Tridento, in Germaniam contendens, Princeps ab omnibus hiſtoricis pietatis, iuſtitiæ, fortitudinis, patientiæ præſertim, & moderationis nomine commendatus. Pag.297

Mors Lotharij, eiuſque elogia apud Hiſtoricos.

HOc virtutis illius elogiũ edidit Abbas Vrſpergenſis ad annũ 1126. *Erat ſtrenuus belli ductor, præcipuus in armis prouidus in conſilio, terribilis inimicis Dei, & Sanctæ Eccleſiæ; qui quamdiu vixit, totũ Romanũ Imperium titubare non potuit.* Otho Phriſingenſis lib. 7. cap. 20. *Futurus, niſi morte præuentus foret, cuius virtute, & induſtria Corona Imperij ad priſtinam dignitatem reduceretur.* De eius pietate hæc inter cœtera Petrus Diaconus, lib. 4. Chron. Caſſin cap. 125. *Sub Imperij clamide, cæleſti militabat Regi; nam, vt ipſe teſtis ſum, in expeditione conſtitutus: ſummo diluculo Miſſam pro defunctis, dehinc pro exercitu, tertiam poſtremò diei Miſſam audiebat. Demum Viduis, & Orphanis cùm Auguſta pedes lauans, tergebat crinibus, & oſculabatur, cibumque illis, ac potum large diſtribuens, quæſtioneſque, & oppreſſiones Eccleſiarum prius releuans, vltimo in loco eas, quæ Imperij erant, ponebat, poſt. Sacerdotes honorabat, vt Patres, pauperes fouebat, vt filios, Viduas, vt matres. Erat in orationibus peruigil, lachrymaſque creberrimas contriti cordis Deo offerebat.* Verum hæc pietatis opera, a quibus (teſte Mornæo) Lotharius ab omnibus hiſtoricis commendatur, ipſe, & Nouatores ſuperſtitioni magis, & Idololatriæ, quàm Religioni aſcribunt. Ex ſententia igitur

Lotharius tres miſſas quotidie audiebat.

Pietatis opera, ex quibus Lotharius cõmendatur Mornæo, et ſuis ſuperſtitioſa ſũt & idololatria.

Vnde, & Nouatores ex hiſtoricorum ſententia redarguuntur.

igitur hiſtoricorum omnium pietatis,& Religionis ſint hoſtes neceſſe eſt, cuius cultor fuit tantopere ab omnibus laudatus Imperator, quem conſtat Sanctæ Romanæ Eccleſiæ fuiſſe addictiſſimum, & Romani Pontificis dignitatem contra illius hoſtes acerrimè defendiſſe: quod teſtantur & ipſi Magdeburgenſes, Cent. 12. pag.45. *Romanam Eccleſiam*(aiunt) *multis procellis quaſſatam pacauit, expulſo Petro Leonis, & Innocentio, inuitis hoſtibus, reſtituto. Rogerium quoque Apuliæ Regem Romanam Cathedram moleſtantem compeſcuit*, qui tamen, iudicio Mornæi, eo promouiſſe Myſterium Iniquitatis, & Antichriſti Regnum, dicendus erit.

Pag.297 *Succedit Conradus Secundus Dux Sueuiæ, &c.*

anno 1139 Conradus ſucceſſor Lotharij.

HIc Sororius erat Henrici Imperatoris, Lotharij prædeceſſoris: & electo Principum votis Lothario cùm ipſe reniteretur,& rebellionem mouiſſet, ab Honorio Secundo Pontifice fuerat excommunicatus; de eius poſtea electione in Regem,& Henrici Ducis, Lotharij generi, deiectione, plura Otho Phriſingenſis lib. 7. cap.22. 23. & 24. Extat ad eum epiſt.183. Diui Bernardi, qua, præ cæteris, eum hortatur ad exhibendam reuerentiam ſummæ, & Apoſtolicæ Sedi,& B.Petri Vicario, ſicut ipſam ſibi volebat ab vniuerſo ſeruari Imperio. Alius certè ſpiritus in Mornæo, cuius hoc vnum inſtitutum, Reges, ac Principes ad profligandum Pontificem, & Papatum è medio prorſus tollendum, concitare.

Mornæi ſpiritus, quoad Romanũ Pontif. longiſſimè differẽs à ſpiritu S.Bernard.

Pag.297 *Anacleto ſub id temporis mortuo, Bernardus, qui Romæ morabatur, tantum ſua authoritate perfecit, vt Sedes Innocentio conſtaret.*

HÆc pluribus proſequitur Author vitæ S. Bernardi lib.2.cap. 7. An verò iudicabimus S.Bernardum, magnum tùm Galliæ iubar, & nomine ſanctitatis, ac doctrinæ ab omnibus commendatum, & omnes Galliarum Epiſcopos, qui ab eius ore, velut oraculo pendebant, voluiſſe promouere Regnum Antichriſti, vel myſterium iniquitatis, & non magis iuuandæ Dei Eccleſiæ, ſponſæ Chriſti, omnem operam ſuam præſtare? S. Bernardum Caluinus ipſe lib.4. Inſtitut. cap. 10. §. 17. pium ſcriptorem appellat. Quomodo verò pius ſine vera fide, quam tamen non alibi, quàm in Sancta Romana Eccleſia profitebatur?

S. Bernardus, teſtimonio Caluini, pius ſcriptor.

Pag.297 *Celebre illud Concilium anno 1139. Laterani indixit; ad quod ex omnibus Occidentis Nationibus, mille prope Epiſcopi, aut Abbates confluxerunt; Et in hoc tamen numeroſo cœtu, nihil, quod ad Eccleſiam reformandam pertineret, ſeu doctrinã, ſeu diſciplinam ſpectes, propoſitũ, nedum definitum legimus; corruptiſſimas licet illas nemo non agnoſceret, &c.*

HÆc certè calumnia eſt Mornæi apertiſſima. De eo ſiquidem Concilio ita ſcribit Otho Phriſingenſis lib.7.cap.23. *Proxima media quadrageſima, Synodus maxima circiter mille Epiſcoporum, præſidente Romæ ſummo Pontifice Innocentio, celebratur. Ibique poſt multa ſalutifera decreta promulgata, ſchiſmatici, qui parti Petri Leonis fauerant, damnantur.* Hæc certè ſufficiens erat, & legitima cauſa conuocandi Concilij, ſchiſmaticorum condemnatio. Quorſum verò ea ſalutifera decreta ſpectabant, niſi ad reformandam Eccleſiæ diſciplinam, & doctrinam conſtituendam? De eo Concilio ita Baronius ad annum Chriſti 1139. *Extant Canones huius Concilij in libro cenſuum Vaticanæ Bibliothecæ, & alio codice Vaticano Decretorum collationis, ex quo Gratianus* diſt.90.cap.penult.12.q.2.c. *Illud* 17.q.40.c. *Si quis ſuadente Diabolo* 22.q.4.c.fin. & alia plura *aliqua capita intulit in Decretum.* Deinde ſubijcit eiuſdem Concilij 30. Canones, quos qui legerit, non aliò, quàm ad reformationem diſciplinæ pertinere ſtatim intelliget. Et mirum, qui tàm apertè mentiri voluerit Mornæus, non alium huic Concilio ſcopum fuiſſe.

Detegitur Mornæi calumnia.

Apertiſſimum Mornæi mendaciũ de ſcopo huius Romani Concilij.

Quàm vt Anacleti fautores deprimeret, damnaret, ni, quam vellet pænitentiam, ſubirent ordinationes, aut ab eo, aut ab ijs, quos ordinarat, profectas, irritas faceret. Pag.297

NAm ex 30. illis Canonibus vnus dumtaxat, iſque omnium vltimus, de his ordinationibus Petri Leonis ſancitus eſt, in hunc modum. *Ad hæc, ordinationes factas à Petro Leonis, & alijs ſchiſmaticis, & hæreticis euacuamus, & irritas eſſe cenſemus.*

Reſtabat Rogerius Apuliæ, & Calabriæ Dux, qui ſe etiam pro Rege Siciliæ gerebat, Et hunc bonis iſtis Patribus in ordinem cogere ratum. Innocentius ipſe comparato Romanorum exercitu, aduerſus eum ducit, eumdemque, quem olim Leo nonus exitum habuit. Pag.297

ITa refert Otho Phriſing. lib.7.cap.23. *Ea tempeſtate, Reginaldo mortuo, Rogerius Apuliam rectore ſuo deſtitutam ingreditur, expulſiſque cùm multis nobilibus Reginaldi fratre, ac Principe Capuano, tàm ipſam, quàm Campaniam recepit, ac multis malis incolas eius afflixit, & vſque hodie premit. Beati etiam Benedicti Monaſterium in Monte Caſſino poſitum, totique orbi venerabile, multis Eccleſiaſticis ornamentis immaniter ſpoliauit* &c. Et cap.24. *Rogerius Innocentium Papam in Apuliam cùm militia Romanorum venire volentem, flagitioſè in Chriſtum Dei manum mittens, ex inſidijs cepit*

De Rogerio eiuſque geſtis.

Innocentium, per inſidias, capit.

pit

Digitized by Google

pit, & Regij nominis in Sicilia ab eo authoritatem, & abſolutionem anathematis extorſit, cum Ducatu Apuliæ, Calabriæ, ac Principatu Capuæ. De capto per inſidias Pontifice à Rogerio eadem in Chronico Beneuentano referuntur, quibus & hæc ſubijciuntur. O quantus luctus, & mœroris abundantia mentes fidelium, & Ciuitates omnes inuaſit: quod ſi plenius ſcribere vellem, nec dies, nec tempus ſufficerent. Quid multa? continuò Rex ille per legatos ſuos Pontifici Innocentio, quem captiuum tenebat, ſupliciter, &, vltrà quam credi poteſt, mandauit humiliter; vt paci, & cõcordię manum apponat. Apoſtolicus, itaq; ſe deſtitutum viribus & armis, & deſolatũ aſpiciens, precibus Regijs, & petitionibus aſſenſit: & Capitularibus, & priuilegijs ex vtraq; parte firmatis Rex ipſe, & Dux filius eius, & Princeps decimo ſeptimo quarto die ſtãte menſis Iulij ante ipſius Apoſtolici præſentiam veniunt, & pedibus eius aduoluti miſericordiam petunt, & ad Pontificis Imperium vſquequoq; flectuntur. Continuò per Euangelia firmauerunt B. Petro, & Innocentio Papæ, eiuſque ſucceſſoribus canonicè intrantibus fidelitatem deferre, & cętera, quæ conſcripta ſunt. Regi verò Rogerio ſtatim Siciliæ Regnum per vexillum donauit. His citatis Baronius ad annum Chriſti 1139. *petijt* (inquit) *hoc Rogerius, vt titulum Regis Siciliæ, quem malè acceperat ab Anacleto Pſeudopontifice, ab Innocentio Catholicæ Eccleſiæ legitimo Papa obtineret, quod idem, licet in captiuitate poſitus, liberè præſtitit Innocentius, ſuſcepto ab eo, pro eiuſdem inueſtitura Regni, iuramento fidelitatis de more.* Verum igitur, quod Mornæus aſſerebat, Innocentium eumdem habuiſſe exitum, quem olim habuerat Leo nonus nimirùm anno 1053. nam vtrumquè, comparato, & ducto exercitu in Apuliam, ab hoſtibus victum, & captum fuiſſe: ſed & illud non prętereundum ſilentio, quòd quemadmodum reuerentia Apoſtolici culminis prius Nortmanni Leonem nonum à ſe victum, & captum in ſummo honore habuerunt, adeò vt viciſſe Pontificem eos pœniteret, ſacrorum communionem ab eodem precibus obtinuerũt, & in omnibus, perinde ac victori, morem geſſerunt, ſuis omnibus cum eo relaxatis: ſic certè Rogerius Rex, & Princeps eius filius Innocentium Pontificem captum in ſummo honore habuerunt; ab eodem anathematis ſolui vinculo, quod in ipſos vibrarat, & titulo Regio inſigniri poſtularunt, quo facto profeſſi ſunt, ſe illius poteſtati ſpirituali ſubiectos, ſed & inueſtitura ſumma contentione ab eodem obtenta, & fidelitate iurata ſupremum ius eiuſdem temporale in illas Prouincias, quas ſibi armis vendicauerant, apertè teſtati ſunt. Subiungit Mornæus.

Sed tamen ab Innocẽtio, ſuo adhuc captiuo, pacem, & concordiam ſuppliciter poſtulat.

Aſſentitur Innocentius.

Rogerius, & alij pedibus Innocẽtij aduoluti miſericordiam petunt; eique, & eius legitimis ſucceſſoribus fidelitatem iurant.

Innocentius Rogerio donat Regnum Siciliæ.

Comparatio Innocẽtij cũ Leone nono.

Nortmannorum reuerentia in Leonem nonum à ſe captum.

Pag. 297

Itaque vt Pontificibus innatum, ſui tãtùm rationem habere, cæteros ſibi natos exiſtimare, ſpoliantur Ranulphus, & Robertus, quos Lotharius, & ipſe, de ſe bene meritos, paucis ante annis his ditionibus inueſtiuerant.

HOc primum apertè falſum eſt, Ranulphũ Ducem Apuliæ, vel a Rogeriò, cùm inuaſit Apuliam, vel ab Innocentio, cùm eam Prouinciam eidem Rogerio conceſſit, ſua ditione ſpoliatum fuiſſe; ſiquidem (vt conſtat ex Chronico Beneuentano) non priùs Rogerius Rex Siciliæ ad inuadẽdam Apuliam transfretauit, quã diem ſuum obijſſet Ranulphus Dux Apuliæ S. R. E. feudatarius. Quod verò attinet ad Robertum, ei non defuit Pontifex, immo, comparato, & ducto exercitu in Rogerium, id imprimis ſatagebat, vt Capuanus Principatus ei redderetur, &, ad ſuam ditionem recuperandam ab eodem Rogerio, priùs eum cùm Imperatore Lothario egregiè iuuerat.

Mornai error de Ranulpho.

Roberto in ſubſidium Pontifex nõ defuit.

Pag. 297

At, vt ex omnibus hiſcè difficultatibus ſe eluctatum arbitratur, Romani ipſi Pontificum, & Cleri faſtum exoſi, anno 1143. & de recuperanda libertate; & de Clero ad antiquos mores reducendo ſeriò cogitant. &c.

QVàm inique Romani tùm ſeſe ergà Pontificem geſſerint, & quàm iniuſta de cauſa ab eo defecerint, eiuſque authoritatem in vrbe deprimere contenderint, conſtat ex Othone Phriſingenſi lib. 7. cap. 27. *Romanus Pontifex Innocentius* (inquit) *qui iam per multum temporis Tiburtinos excommunicauerat, ac alijs modis preſſerat, coanguſtatos ad deditionem, acceptis obſidibus, ac iureiurando interpoſito, coegit. Populus verò Romanus volens, vt eos per obſides, & ſacramentum ad duriſſima præcepta, id eſt, vt muris ruptis omnes prouincia cederent, cogeret, dùm nobiliſſimus, ac liberaliſſimus Sacerdos tàm irrationabili, & inhumanæ petitioni annuere nollet, ſeditionem mouent, ac in ipſo impetu in Capitolio conuenientes, antiquam vrbis dignitatem renouare cupientes ordinem Senatorum, qui iam per multa curricula temporum deperierat, conſtituunt, & rurſum cùm Tiburtinis bellum innouant.* Hæc etiam pluribus proſequitur Sigonius lib. 11. de Regno Italiæ anno 1143. Hęccinè iuſta cauſa deficiendi a Pontifice? hocne erat ęmulari gloriam veterum Romanorum, quorum illud ſummum erat decus.

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos?

Porrò Innocentius aduerſùs Romanos Senatum reſtituere ſatagentes, laborauit vſque ad mortem: ſiquidem in his laboribus diem clauſit extremum octauo Kalend. Octobris, cum (vt ibidem ait Otho Phriſingenſis) inualeſcente populo, dum proficere non poſſet, vt eos ſcilicet impediret, lecto cubans in pace quieuit, cum ſediſſet annos 13. & menſes 7.

De iniuſta defectione Romanorũ ab Innocẽtio.

Mors Innocentij 2.

Pag. 297

Et hinc nouum interim Cardinalibus authoritatis incrementum.

NAm cùm Romani rebelles Pontifici eſſent ac, præter eius voluntatem, nouum Reipublicæ corpus conſtituiſſent, anathemate no-

Quid Romanis ex defectione, à Põtifice contigerit

Celeſtinus II. primus Pontifex ſine populi interuentu creatus.

tati tunc primùm à Pontificijs Comitijs omninò ſunt excluſi, & ad ſolos Cardinales Pontificis electio paulatim, Cleri etiam primoribus omnino excluſis, vel in Cardinalium Collegium cooptatis, reducta. Primus porrò, ſine vllo populi interuentu, Papa creatus eſt, mortuo Innocentio ſecundo, Cœleſtinus ſecundus. Onuphrius annotatione ad Platinam.

Anno 1131 De Synodo Rhemenſi. Duo ſermones S. Bernardo perperàm attributi, ſecundum recentiorẽ cenſuram. Pontifex Moſi, & Angelis in altero eorũ ſermonum præfertur.

Anno 1131. Rhemis celebrata Synodus ab Innocentio Pontifice. Extant duo ſermones inter opera D. Bernardi in ea habiti, quos tamen (inquit Baronius) alterius potius authoris eſſe admonuit cenſura recentior prior ſermo ita inchoatur. *Graue eſt, quod mihi iniungitur, videlicet, vt doceam Doctores, inſtruam Patres* &c. vbi Pontifex non modò cùm Moſe confertur, ſed & illi præfertur, quòd Moſi commiſſa ſit vna plebs Iſraelitica; Pontifici vniuerſa Eccleſia: præfertur & Angelis, quòd nemini Angelorum dictum ſit aliquando: Quodcunque ligaueris ſuper terram &c. Et ibidem ſubiicitur. *Hic eſt Petrus, qui miſit ſe in mare, cum alij diſcipuli nauigarent ad Ieſum. Vnuſquiſque veſtrum contentus eſt nauicula ſua, hoc eſt Archiepiſcopatu ſuo, Abbatia ſua, præpoſitura ſua, iſte autem miſit ſe in omnes Archiepiſcopatus, Abbatias, præpoſituras* &c. Gloſſat Mornæus.

Pag. 298

Miſit ſe, (inquit) & miſit verè, ingeſſit, intruſit, à ſeipſo miſſus, non à Deo, abſque miſſione, commiſſione.

Mornæi mẽdacium de Pontificatu Innocentij.

AN verò vni Mornæo magis credemus, quã primùm omnibus Eccleſijs Galliarum, omnibus ordinibus Monachorum, & Regibus, ac Principibus Chriſtiani orbis cùm populis, qui verum, ac legitimum Pontificem Innocentium tum agnouerunt, vt qui non ſeipſum glorificaſſet, vt Pontifex fieret, ſed vocatus eſſet à Deo, tanquàm Aaron. S. Bernardus epiſt. 126. ſic ordines Monachorum communicantes cum Innocentio connumerat. *Itaque Camaudulienſes, Vallambroſani, Carthuſienſes, Cluniacenſes, & qui de maiori monaſterio ſunt, mei quoque Ciſtertienſes Caſtemblenſes, Cadumenſes, Tironenſes, & Sauiniacenſes: vniuerſitas denique; & vnanimitas fratrum, tàm Clericorum, quàm Monachorum regularis vitæ, probataque conuerſationis ſequentes Epiſcopos, tanquàm greges paſtores ſuos, Innocentio firmiter adhærent, ſincerè fauent, humiliter parent, verum Apoſtolorum ſucceſſorem fideliter recognoſcunt* &c. Et epiſt. 125. hos numerat Reges Innocentio adhœrentes: *Alemaniæ, Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Hiſpaniarum, & Hieroſolymorum Reges cum vniuerſo Clero, & populis fauent, & adhærent Domino Innocentio, tanquàm filij patri, tanquàm capiti membra, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Igitur iudicio totius Chriſtiani orbis nõ miſerat ſe, aut intruſerat Innocẽtius; ſed miſſus erat à Deo, & inſtitutus. De ea concione habita in Concilio Rhemenſi ita ſubiungit.

Pag. 298

Quæ tamen concio fallendis ſimplicibus, operibus D. Bernardi inſerta.

DIui Bernardi ſit illa, necne, parũ ad cauſam noſtram promouendam refert, cùm interim, quæ ex illa citat, apud S. Bernardum paſſim reperiantur, ſed potiſſimum lib. 2. de conſiderat. cap. 8. vbi de dignitate Pontificis multa, & idem locus, qui hic à Mornæo, ex illa concione, citatur ex Iohan. 21. *Diſcipuli nauigabant, & Dominus apparebat in littore, quodque iucundius erat in corpore rediuiuo. Sciens Petrus, quia Dominus eſt, in mare ſe miſit, & ſic venit ad ipſum, alijs nauigio peruenientibus. Quid iſtud? Nempè ſignum ſingularis Pontificij Petri, per quod non nauem vnam, vt cæteri quique ſuam, ſed ſeculum ipſum ſuſceperit gubernandum. Mare enim ſeculum eſt, naues Eccleſiæ. Inde eſt, quòd altera vice inſtar Domini gradiens ſuper aquas, vnicum ſe Chriſti Vicarium deſignauit, qui non vni populo, ſed cunctis præeſſe deberet; ſiquidem aquæ multæ, populi multi. Ita cum quiſque cæterorum habeat ſuam, tibi vna commiſſa eſt grandiſſima nauis, facta ex omnibus, ipſa vniuerſalis Eccleſia toto orbe diffuſa.*

Primus etiam Innocentius conſtituit, vt Papa ſedens Miſſam celebret; ſi coràm Deo, ſi Deum ipſum realiter manu tenens, nùm nimiam ei reuerentiam exhibere potuit? Pag. 298

Miſſam priuatam Pontifex eodem ritu celebrat, quo cæteri ſacerdotes.

SEd ea ignorat, de quibus loquitur: nam cùm Pontifex Miſſam priuatam celebrat, eumdem obſeruat ritum, tùm in celebrando, tùm in communicando, quem reliqui Epiſcopi, vel Sacerdotes: cùm verò ſacroſanctam Miſſam ſolemniter celebrat, nec certè id facit ſedens, immo profundiſſima in Deum humilitate, ac reuerentia, ad ipſum altare; licet alio ritu tùm communicet, quàm reliqui Sacerdotes, vel Epiſcopi, vt conſtat ex Innocentio 3. lib. 6. Myſteriorum Miſſæ cap. 9. ex Cœremoniali Romano lib. 2. ca. 14. & ex Domino Angelo Roccha Auguſtiniano, Apoſtolici ſacrarij præfecto, in Commentario de Sacra Romani Pontificis communione, ſacroſanctam Miſſam ſolemniter celebrantis. Siquidem ad altare Pontifex conſecrat, & ad ſolium, quod eſt è regione altaris, Euchariſtiæ percipit ſacramentum: nam conſecratione iam peracta, cœteriſque ad Miſſæ ſacrificium pertinentibus, completis, fractione tandem hoſtiæ facta, paceque Epiſcopo Cardinali aſſiſtenti, nec non duobus Cardinalibus Diaconis aſſiſtentibus data, ſummus Pontifex aſſociatus ab ijſdem Cardinalibus, quibus pacem dedit, nec non ab alijs aſſiſtentibus non Cardinalibus, ſed Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, detecto capite ad ſolium aſcendit, ibique conſiſtit, & ſtans erectus, complicatis manibus, Euchariſtiæ ſacramentum expectat: Interim Cardinalis Diaconus, cæremonijs expletis, hoſtiam ad ſiniſtrum ſolij latus deferendam, in patena poſitam, & ſtella quadam aurea compræhenſam, ne ipſa à vento circumferatur, ſubdiacono dat Apoſtolico: Diaconus deinde Cardinalis, cæremonijs item expletis, ſanguinem in Calice aſſeruatum,

Quo ritu Pontifex miſſam celebrat ſolemniter.

ſeruatum, & linteolo aureo coopertum ad dextrum ſolij latus defert; quia dùm Euchariſtia ſub vtraque ſpecie olim etiam à laicis ſumebatûr, ſanguinem Diaconus diſpenſabat. His peractis Romanus Pontifex ad ſiniſtrum ſolij latus ſeſe cõuertens, & incuruus (ſubdiacono patenam tenente) integram hoſtiæ medietatem magna quidem (vti decet) veneratione ſumit: Alteram vero medietatem in duas diuiſam partes, pro Subdiacono, & Diacono ſuper patenam relinquit. Deinde Summus Pontifex ad dextrũ ſolij latus ſeſe conuertens, & incuruus magna item veneratione ſanguinis partem cùm calamo aureo (Diacono Calicem tenente) ſugit: reſiduũ verò ſanguinis cùm hoſtiæ particula in calicem iam demiſſa, a Diacono, & Subdiacono ſumendam, in Calice ipſo relinquit. Hic ritus eſt communicandi Summi Pontificis in Miſſa ſolemni; & hæc ijsdem verbis ex D. Angelo Roccha citauimus lib. de ſolemni communione Pont. in principio; vnde conſtat, meram eſſe aduerſarij calumniam, Innocentium 2. vnquàm conſtituiſſe, vt Pontifex ſedens Miſſam celebraret.

Mornai calumnia in Innocentium.

Nunc ad res Orientis ſeſe conuertit.

Pag. 298

Nec hic prætereundum, Innocentio ſedente, Gulielmum belli ſacri authorem, Tyri Archiepiſcopum creatum, qui deceſſorum imitatus, à Patriarcha Hieroſolymitano priùs conſecratus, Romam pallium accepturus contendit; Non diſsimulat tamen ipſũ, quominus eò proficiſceretur, omni ratione impediuiſſe Patriarcham.

CItat aduerſarius in marg. Guillielmum Tyrium lib. 14. cap. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. Vbi certè miror, eum in hiſtoria tàm turpiter lapſum eſſe. Nec enim Gulielmus Tyrius, author belli ſacri, ſedente Innocentio, verùm aliquot poſt annis, ſedente Alexandro 3. Tyri Archiepiſcopus creatus eſt: & lib. 14. cap. 11 citato à Mornæo non de ſe ipſo loquitur; ſed de alio lõgè diuerſo Vuilelmo, *qui primus latinorum* (inquit) *Tyrenſium Archiepiſcopus poſt vrbis liberationem:* quem vocat prædeceſſorem ſuum, cui ſubſtitutum ſcribit Dominum Fulcherum Aquitanicum natione, patria Engoliſmenſem, qui, tempore Schiſmatis inter Dominum Papã Innocentium, & Petrum Petri Leonis filium, exortam, fugiens perſecutionem Gerardi Engoliſmenſis Epiſcopi, fautoris Antipapæ, orationis gratia Hieroſolymam venerat: tandemque in Clauſtro Eccleſię dominici ſepulchri regularem vitam, & aſſiduitatem profeſſus, ad Eccleſiam Tyrenſem vocatus eſt: & ſubiungit. *Rexit eamdem Eccleſiam ſtrenuè, & fæliciter annis duodecim, quartus ante nos, qui nunc eidem Eccleſiæ, non electione meriti, ſed ſola Domini dignatione, & patientia præſidemus.* Si igitur Fulcherus, ſedente Innocentio, creatus fuit Archiepiſcopus Tyri, & ſi accuratius expendatur ratio temporum, eidem ſuperſtes fuit, & quartus fuit Archiepiſcopus ante Gulielmum Tyrium, belli ſacri authorem; quomodo, quæſo, Innocentio ſedente, Gulielmus Tyrius Archiepiſcopus Tyri creatus eſt? Id certè ſatius fuiſſet præterire aduerſarium, quam adeò craſſam ſuam ignorantiam voluiſſe prodere. Subijcit ibidem de eodem Fulchero Archiepiſcopo, Gulielmus Tyrius. Qui poſtquam à Domino Hieroſolymitano Patriarcha Vuilelmo ſuæ munus conſecrationis accepit, exemplo Prædeceſſoris ſui volens ad Eccleſiam Romanam pro obtinendo pallio properare, ab eodem Patriarcha, & eius complicibus paſſus eſt inſidias, & violentiam; ita, vt vix, & cùm multa difficultate manus eorum poſſet effugere, & ad Eccleſiã Romanam, pro cauſa prædicta, peruenire, ſicut ex tenore literarum Domini Papæ Innocentij manifeſtè depræhenditur; & ſubijcit illas literas: & eæ ſunt, quibus ſcribit Mornæus, *Innocentium ex Orientalium anguſtijs quæſtum facientem, illum durius tractaſſe.* Non igitur Gulielmum Tyrium belli ſacri authorem, ſed Fulcherum, longe ante ipſum creatum Archiepiſcopum, Patriarcha Hieroſolymitanus, ne Romam pallium accepturus contenderet, conatus eſt impedire. Addo quòd idem Gulielmus Tyrius author belli ſacri, longè poſtea, nempe lib. 21. cap. 9. loquitur de ſua ad Regimen illius Eccleſiæ vocatione. *Eodem menſe Maio* (inquit) *cum Tyrenſis Eccleſia ſeptem vacaſſet menſibus continuis, conſonante Cleri, & populi voto, Regis quoque, ut moris eſt, conueniente aſſenſu. Dei patientia potius, quàm meritis noſtris ad regimen illius Eccleſiæ vocati ſumus, & infrà decem dies in Eccleſia Dominici ſepulchri, per manus Domini Amalcici, Hieroſolymitani Patriarchæ, munus conſecrationis ſexto Idus Iunij, authore Domino, ſuſcepimus, licet indigni.* Turpiter itaque in hac hiſtoria lapſus Mornæus.

Lapſus Mornai in Hiſtoria de Archiepiſcopo Tyri, qui incidit in tempora Innocentij ſecundi.

Radulphum etiam Antiochenum Patriarcham, Eccleſiam ſuam Romanæ parificaſſe, adæquaſſe, nempe Petri ſedem, antequã Romæ ſederet Petrus, & à ſemetipſo palliũ accepiſſe.

Pag. 298

DE Radulpho ſcribit Gulielmus Tyrius lib. 14. cap. 10. quomodò abſque fratrum, & Coepiſcoporum conſcientia, ſolo populi ſuffragio, electus ſit, & in Cathedram Principis Apoſtolorum inthronizatus, & ſine mora pallium de altari Beati Petri, nulla ad Eccleſiam Romanam habita reuerẽtia, ſibi aſſumpſerit; Et lib. 15. cap. 12. & 13. refert quomodò factionibus aduerſariorũ Romam ire compulſus, primâ facie difficiles habuerit ad Dominũ Papam introitus, tãquàm Romanę perſecutor Eccleſię, & qui ſingularem Sedis Apoſtolicæ primatũ comminuere, & confringere voluerit, ſedem æmulam contra Romanam erigens, & parificans Eccleſiam; tanquam Læſæ Maieſtatis reus ab ingreſſu ſacri arcetur palatij, & à Domini Papæ colloquio ſu-

De Radulpho Antiocheno Patriarcha, qui ſolo populi ſuffragio electus, pallium ſibi ipſe aſſumpſit, & alia.

Digitized by Google

ſpenditur. Porrò tam Dominus Papa, quàm vniuerſa Eccleſia procliuiores erant ad hoc, vt Dominum Patriarcham, ſumpta qualibet honeſta occaſione, grauarent, eiuſque aduerſarijs plurimum exhibebant fauorem; ſuſpectus enim eis habebatur admodum, eò quòd vir diues eſſet, & magnificus, & ſedem cui præerat, Antiochenam videlicet, Romanæ ſubijcere dedignabatur; ſed ei eamdem in omnibus parificare contendebat, dicens, vtramque Petri eſſe Cathedram, eamque quaſi primogenitæ inſignem prærogatiua. Sed tandem admiſſus eſt ad Domini Papæ, & curiæ ſolemniter congregatæ præſentiam, & cùm multa ſuſceptus eſt magnificentia: atque cum eius aduerſarij contra eum prodirent in publicum, nec plenam de obiectis poſſent ibi fidem facere, ſignificatur ambabus partibus, quòd interim quieſcant, quouſque Dominus Papa aliquem de latere ſuo ad partes dirigeret Antiochenas, qui ibi, habita teſtium, & inſtrumentorum copia, de cauſa pleniùs poſſit cognoſcere. Interea reſignato pallio, quod idem Patriarcha de Altari Antiochenæ Eccleſiæ ſua ſibi ſumpſerat authoritate, in iniuriam, vt dicebatur, Sedis Apoſtolicæ, & Cardinalibus tradito, aliud ei ſumptum de corpore B. Petri, more ſolemni per primum Diaconorum traditur. Hæc de Radulpho Gulielmus Tyrius; vndè conſtat, eum Romanam Eccleſiam Antiochena ſuperiorem agnouiſſe, & profeſſum eſſe. De depoſitione eiuſdem per Legatum Pontificis, cum tertiò citatus, & obiectis reſponderet, minimè comparuiſſet, legendus, idem Author lib. 15. cap. 16. & 17. Satis in progreſſu immoratis nobis nunc examinanda eſt oppoſitio.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quadrageſ. ſextam.

Producit igitur primo loco Epiſcopos Angliæ.

Pag. 298 *Qui Innocentium, non minus quàm Anacletum, repudiabant.*

HOc quidem ſcribit Author vitæ S. Bernardi, lib. 2. cap. 2. Henricum Regem Angliæ vix perſuaſum fuiſſe à Sancto Bernardo, vt Innocentium reciperet, nempè ab Epiſcopis Angliæ penitus diſſuaſum. Verùm non conſtabat initio, cuius potiora eſſent iura Innocentij, an Anacleti, ſed poſtea, cauſa electionis vtriuſque ritè examinata, non dubium, eos cùm Rege ſuo, Innocentio adhæſiſſe. Nec tamen in dubium reuocabant Angliæ Epiſcopi, an Romanus Pontifex ritè electus eſſet Chriſti Vicarius, & primatum haberet in omnes Eccleſias, ſed vter eorum eſſet legitimè electus, vt quæſtio eſſet facti magis, quàm iuris. Et ſi opponit nobis aduerſarius Epiſcopos Angliæ, opponimus ei vtique ipſius Galliæ gentis ſuæ Epiſcopos, qui ſuſcipiendum Innocentium repudiato Anacleto, iudicarunt, quorum iudicio magis, quàm extraneæ gentis Epiſcoporum deferre deberet.

Anglicani Epiſcopi non de authoritate Pontificis, ſed vter eſſet legitimus Pontifex dubitarunt.

Secundo. *Cum Hildebertus etiam Turonenſis Archiepiſcopus, eximiæ tum in Eccleſia authoritatis, diu nutabundus ambigat; quem Bernardus prius admonitum, pleroſque iam eum agnoſcere his verbis ſollicitat &c.*

Pag. 298

EXtat epiſt. 124. S. Bernardi ad eum ſcripta, cùm nondum Innocentium in Romanum Pontificem recepiſſet, ad quem hæc ſcribit: *Poſtremò pudet, fateor, quod ſerpens vetuſtiſſimus, noua audacia, relictis inſipientibus mulieribus, etiam robur pectoris veſtri viſus eſt attentare, & tantam Eccleſiæ columnam auſus concutere.* Hæc citauit Mornæus ſupprimendo ex induſtria, quæ ſequuntur. *Confidimus autem, quia, etſi concutit, non deijcit.* Vnde non dubium, illum poſtea cum cęteris Epiſcopis Galliæ idem ſenſiſſe de recipiendo Innocentio.

Quæ ſuppreſſerit Mornæus.

Tertio Arnalſum (aliter etiam Arnaldum) Brixienſem obijcit. Hic maximè accendit ſeditionem Romanorum in Pontificem Innocentium, de qua loquens Otho Phriſingenſis, lib. 2. de geſtis Friderici Imperatoris, cap. 29. *Acceſſit* (inquit) *ad huius ſeditioſi facinoris argumentum, quòd Arnaldus quidam Brixienſis, ſub typo Religionis, &, vt Euangelicis verbis vtar, ſub ouina pelle lupum gerens, vrbem ingreſſus ad factionem iſtam rudis populi animis præmolli dogmate ad animoſitatem accenſis, innumeram poſt ſe duxit, immo ſeduxit multitudinem. Arnolfus iſte ex Italia, ciuitate Brixia oriundus, eiuſdemque Eccleſiæ Clericus, ac tantum lector ordinatus, Petrum Abailardum olim præceptorem habuerat, vir quidem naturæ non hebetis, plus tamen verborum profluuio, quàm ſententiarum pondere copioſus, ſingularitatis amator, nouitatis cupidus: cuiuſmodi hominum ingenia ad fabricandas hæreſes, ſchiſmatumque perturbationes ſunt prona. Is à ſtudio à Gallijs in Italiam reuertens, religioſum habitum, quo amplius decipere poſſet, induit, omnia lacerans, omnia rodens, nemini parcens: Clericorum, ac Epiſcoporum derogator, Monachorum perſecutor, laicis tantum adulans.* De eodem S. Bernardus epiſt. 195. ad Epiſcopum Conſtantienſem. *Arnolfum loquor de Brixia, qui vtinam tàm ſana eſſet doctrina, quàm diſtricta eſt vita. Et ſi vultis ſcire, homo eſt neque manducans, neque bibens, ſolo cum Diabolo eſuriens, & ſitiens ſanguinem*

Arnoldus Brixienſis concitator Romanorũ in Innocentium.

Quis, & qualis fuerit iſte Arnoldus.

Digitized by Google

nem animarum. *Vnus de numero illorum, quos Apoſtolica vigilantia notat; habentes formam pietatis, virtutem illius penitùs abnegãtes. Et ipſe Dominus:* *Venient* (inquiens) *ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Is ergò vſq; ad hanc ætatem vbicumque conuerſatus eſt, tàm fœda poſt ſe, & tam ſæua reliquit veſtigia, vt, vbi ſemel fixerit pedem, illuc vltrà redire omnino non audeat. Denique ipſam, in qua natus eſt, valdè atrociter cõmouit terram, & conturbauit eam; vnde accuſatus apud Dominum Papam ſchiſmate peſſimo, natali ſolo pulſus eſt, etiam & abiurare compulſus reuerſionem, niſi ad ipſius Apoſtolici permiſſionẽ.* Poſt. *Inimicus crucis Chriſti, ſeminator diſcordiæ, fabricator ſchiſmatum, turbator pacis, vnitatis diuiſor.* Idem de eodem epiſt. 196. ad Guidonem legatum. *Arnoldus de Brixia, cuius conuerſatio mel, & doctrina venenum: cui caput columbæ, cauda ſcorpionis eſt: quẽ Brixia euomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abominatur, Italia nõ vult recipere &c.* Hic interim eſt, quẽ Romæ Pontificibus opponit Mornęus, de quo ſubiũgit:

2. Timoth. 3. Math. 7.

Et hunc Coætanei Authores, vt plurimum Monachi, hæreticum pro more appellant, ſed non aliam hæreſim impingunt, quàm quod in Sedis Romanæ inſolentiam potenter inueheretur. Pag. 299

Mornæus homo inſolentiſſimus.

SEdis Romanæ inſolentiam non Coætanei illi Authores appellant, ſed inſolentiſſimo homini Mornæo, pro more ſuo, ita viſum eſt loqui. Et certè non niſi Hæretici, & Schiſmatici in ſedem Apoſtolicam, Romanam Eccleſiam, viſi ſunt aliquando debacchari: nec hanc vnam hæreſim Arnaldo Brixenſi fide digni ſcriptores impingunt. Otho Phriſing. lib. 2. de geſtis Federici cap. 20. *Dicebat* (inquit) *nec Clericos proprietatem, nec Epiſcopos regalia, nec Monachos poſſeſſiones habentes aliqua ratione ſaluari poſſe. Cuncta hæc Principis eſſe, ab eiuſque beneficentia in vſum tantùm laicorum cedere oportere. Præter hæc de ſacramento altaris, baptiſmo paruulorum non ſanè dicitur ſenſiſſe.* Plura de eo Ligurinus lib. 3. de rebus geſtis Imp. Friderici 1. ſed hæc inter cętera.

Errores Arnoldi de Brixia.

Articulos etiam fidei, certumq; tenorem
Non ſatis exacta ſtolidus pietate fouebat,
Impia mellifluis admiſcens toxica verbis.

Eiuſdem, & Petri Abailardi plures hæreſes refert Sanderus lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſ. num. 146. Prateolus item. V. Arnaldiſtæ. Non igitur hæc vnica fuit eius hæreſis, quòd in Sedis Romanæ inſolentiam potenter inueheretur.

Eo conſilio ad Imperatorem Conradum ſcribunt, ſuam ſe, Imperijque gloriam tantum ſpectare. Pag. 299

TEſtis Otho Phriſingenſis, lib. 1. de rebus geſtis Friderici cap. 27. & 28. Arnoldum Brixienſem huius ſeditionis Romanorum authorẽ fuiſſe; quippe ex Eccleſiaſtici honoris inuidia vrbem Romam ingreſſum, Senatoriam dignitatem, equeſtremque ordinem renouare, ad inſtar antiquorum, volentem totam pene Vrbem, ac precipuè populum aduerſus Põtificem ſuum concitaſſe: vnde & ad eorum temeritatis, vel potius fatuitatis corroborationẽ ab eis ad Principem deſtinatum tale ſcriptum inuenitur. *Excellentiſſimo, atque præclaro Vrbis, & Orbis totius Domino Conrado, Dei gratia Romanorum Regi ſemper Auguſto, Senatus, populuſque Romanus ſalutem, & Romani Imperij fœlicem, & inclitam gubernationem.* Deinde ſubijcit eorum literas ad Conradum. Mornæus:

Romanorũ ſcriptum, Auctore Arnoldo, ad Conradum.

Verùm, vbi Conradum in Germania variè diſtractum, Italiæ rebus ſupereſſe non poſſe intelligunt, manum ipſi operi admouere non cunctantur; Senatum reſtituunt &c. Pag. 299

IMmo eum literas illas contempſiſſe, author eſt idem Phriſingenſis. *At Chriſtianiſſimus Princeps* (inquit) *huiuſmodi verbis, ſiue nænijs præbere aures abnuit; quin immo venientes ad ſe ex parte Romanæ Eccleſiæ viros magnos, & claros, quorum vnus Guido Piſanus eiuſdem curiæ, Cardinalis & Cancellarius erat, renouationemque antiquorum priuilegiorum ſuorum poſtulantes, honorificè ſuſcepit, & honeſtè dimiſit.* Eadem refert Sigonius lib. 11. de Regno Italiæ anno 1145.

Atqui Conradus illorũ ipſorũ ſcriptum contempſit.

Innocentio ſuccedit Vido Caſtellanus, ciuis Romanus, qui Cæleſtinus Tertius, à Cardinalibus, ex Innocentij ſanctione, excluſo populo, creatus. Pag. 299

OTho Phriſingenſis lib. 7. cap. 27. *Innocentio Cæleſtinus vir Religione, & literarum ſcientia præditus, cùm magna vnanimitate electus ſucceſſit.* Extat ſcripta epiſtola S. Bernardi ad eum 192. priuſquam creatus eſſet Pontifex, & epiſt. 234. ad eundem iam Pontificem creatum epiſt. 27. lib. 5. Petri Cluniacenſis; Cum ſediſſet menſes quinquè, & dies 13. ſuffectus eſt in eius locum Gerardus Camerarius, presbyter Cardinalis tituli S. Crucis in Hieruſalem, ex ordine Canonicorum Regularium, patria Bononienſis, ſcientia, & vitæ meritis clarus, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarius, atque etiam Cancellarius, dictuſque eſt Lucius, eius nominis ſecundus, qui, quantùm à Romanis rebellantibus vexatus fuerit, conſtat ex ipſius literis ad Conradum Regem, quę habentur apud Othonem Phriſingenſem, nempè Senatoribus, quos antea inſtituerãt, Patricium adiecisſe, cui, tanquàm Principi, ſubijceerentur: atque inde Pontificem adeuntes omnia regalia eius, tàm in vrbe, quàm extrà poſita, ad ius patricij ſui repetijſſe, eumque more antiquorum Sacerdotum de decimis tantùm, & oblationibus ſuſtentari oportere dicentes, continua eum afflictione vexaſſe.

Cæleſtinus 2. Innocẽtij 2. ſucceſſor.

Lucius 2. Cæleſtini 2. ſucceſſor.

Cùm ſediſſet menſes 11. ac dies 14. ex hac vita migrauit, anno Domini 1145. Hæc eius obitus occaſio à Gotfrido Viterbienſi in Chron. p. 17. aſſeritur;

Lucij 2. mors.

Digitized by Google

aſſeritur, quòd, cùm Romanos ad noua ſtudia concitatos, a Capitolio depellere conaretur, incerto lapidis ictu percuſſus ſit, ex eoque non multos poſt dies obierit. Nihil habet de ictu lapidis Otho Phriſingenſis lib. 7. cap. 31. eius temporis author, ſed tantum Lucium quotidianis cruciatibus, ob eiuſmodi Romanorum rebellionem, ac tædio vitæ affectum diem obijſſe.

Pag. 300 *Eugenius tertius ipſe Lucij ſucceſſor etc.*

OTho Phriſingenſis ibidem: *Lucius Eugenium, virum Religione, ac ſanctitate perſpicuum communi voto Cleri, & populi electum ſucceſſorem reliquit. Hic in principio dignitatis ſuſceptæ, eò quòd totus populus ad tradenda vrbi regalia, ſicut anteceſſores ſuos, ipſum ſollicitare vellet, cùm Epiſcopis, & Cardinalibus vrbe cedit, ac proxima dominica in monaſterio Parphenſi conſecratione Pontificali ob perſecutionis immanitatē morē mutans, ſublimatur.*

Eugenius 3. Lucij 2. ſucceſſor. Anno 1145

Pag. 300 *Vt Romanos* (inquit) *vehementius vrget, Arnoldus ille ex Germania reuerſus, eorum animos concionibus ſuis accendit.*

DE eo ſupra multa adduximus. Sed quis fuerit infœlix ſeditioſi illius hæretici exitus, ſuppreſſit: Quod teſtatur Otho Phriſingenſis lib. 2. de rebus geſtis Friderici cap. 20. *Circa principia Pontificatus Eugenij vrbem ingreſſus, cumeā contra Pontificem ſuum in ſeditionem excitatam inueniſſet, viri ſapientis haud ſectatus conſilium de huiuſmodi dicentis: Ne in eius ignem ligna ſtruas; amplius eam in ſeditionem excitauit, proponens antiquorum Romanorum exempla, qui ex ſenatus maturitatis conſulto, & ex iuuenum animorum fortitudinis ordine, & integritate totum orbem terræ ſuum fecerint. Quare reædificandum Capitolium, renouandam dignitatem Senatoriam, reformandum equeſtrem ordinem docuit: Nihil in diſpoſitione vrbis ad Romanum ſpectare Pontificem: ſufficere ſibi, Eccleſiaſticum iudicium debere. In tantum verò huius venenoſæ doctrinæ cœpit inualeſcere malum, vt non ſolum nobilium Romanorum, ſeu Cardinalium, diruerentur domus, & ſplendida palatia: verum etiā de Cardinalibus reuerendæ perſonæ inhoneſtè ſauciatis quibuſdam, à furenti plebe tractarentur. Hæc & his ſimilia cum multis diebus, id eſt, à morte Cæleſtini vſque ad hæc, ab eo inceſſanter, & irreuerenter agerentur tempora: cumque ſententia paſtorum iuſtè in eum, & canonicè prolata, eius iudicio, tanquam omnino authoritatis vacua, contemneretur, tandem in manus quorumdam incidens, in Thuſciæ finibus captus, Principis examini reſeruatus eſt, & ad vltimum à Præfecto vrbis ligno adactus, ac rogo in puluerem redacto funere, ne a ſtolida plebe corpus eius venerationi haberetur, in Tyberim ſparſus.* Hæc Friſingenſis. Ligurinus ſuis verſibus idem complexus lib. 3. de geſtis Friderici.

Infælix exitus Arnolphi ſeditioſi Hæretici.

Adpenſuſque Cruci, flammaque cremante ſolutus
In cineres, Tyberine, tuas eſt ſparſus in vndas,
Ne ſtolidæ plebis, quem fecerat improbus error
Martyris oſſa nouo, cineres ue fouerēt honore;

Et Gotfridus Viterbienſis Chronici p. 17.

Arnaldus capitur, quem Brixia ſenſit alumnum,
Dogmata eius erant quaſi peruertentia mundū:
Strangolat hunc laqueus, ignis, & vnda vehunt.

Quoad reliqua, quæ de Eugenio ſcribit aduerſarius, quòd,

Cùm Bernardi verbis Romanos demulſiſſe ſibi videretur, eaque fiducia Romam repeteret, iterum excedere coactus ſit: indeque ſpecie belli ſacri renouandi, in Galliam tranſgreſſus, ex longiore abſentia damnum ſenſuros, facilioreſque futuros ſibi perſuadet. Sed, illis ipſius deſiderio nihilò magis tactis, in Italiam tandem remeans anno 1153. Tyburi moritur; vt Romanis oſtendere fuerit ſcopus, Romam Pontifice carere poſſe; Eugenio etiam, Pontificē Roma &c. Pag. 300

Anno 1153

CErtum eſt primò, non omnes tùm temporis Romanos eadem inſania percitos fuiſſe, aut ſeditionis reos in ſuos Pontifices, ſed complures ex nobilioribus familijs pro Pontifice ſtrenuè rem egiſſe: prout conſtat ex literis Arnoldiſtarum, ad Conradum Regem ſcriptis. Verum oportuit ſeditioſos illos Romanos Pontificis authoritati cedere. *Quos venerabilis Pontifex* (ait Otho Phriſingenſis lib. 7. cap. 31.) *percuſſo prius cum quibuſdam fautoribus ſuis anathematis gladio Iordane, adiuncta Tyburtinis, Romanorum antiquis hoſtibus, militia coercuit, tandemque pacem petere coegit.* Et poſt cap. 34. *Eugenius cum Romanis hoc tempore pacem fecit, vt Patriciatus dignitatem exfeſturarent* (ſcilicet abolerent) *& Præfectum* (qui videlicet arbitrio Pontificis, eo munere fungeretur) *in priſtinam dignitatem reciperent: Senatores verò, ex eius authoritate, tenerent: Sicque in vrbem rediens natiuitatem Domini ibidem celebrauit.* In ſcripto Codice Vaticano à Baronio citato ad annum 1145. ita ingreſſus Eugenij in vrbem narratur: *Factum eſt, Deo authore, gaudium magnum in tota vrbe, ex inopinato accurſu ipſius Pontificis. Occurrit ei maxima frequens populi multitudo cum ramis: ad eius veſtigia continuo accurrentes, poſt pedum oſcula, eleuabantur ad oris oſcula. Procedebant ſigniferi cum bandis, ſequebantur Scriniarij, & Iudices: Iudæi quoque non deerant tantæ lætitiæ, portantes cum humeris ſuis legem Moſaicam. Vniuerſus enim Romanus chorus pſallebat in vnum dicens. Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Id verum eſt, eum poſtea cum ab eodem populo Romano de excidio Tyburtinorum adeò importunè ſollicitaretur, vt improbitatem eorum non ſuſtineret, à Lateranenſi palatio in Tranſtyberinam munitionem S. Angeli ad cuitandum inſanum eorum furorem, ſe recepiſſe; poſtea verò, quò vitaret Romanorum, Arnoldiſtarum iugem perſecutionem, in Gallias ſe conferendi, more maiorum, conſilium iniiſſe. Vbi à Ludouico 7. Francorum Rege honorificentiſſimè

Romani tandē Pontificis authoritati cedunt.

Eugenium Romam redeuntē Romani per honorificè excipiunt.

Poſtea tamen in munitionē S. Angeli ſe recipit; deinde in Gallias.

Digitized by Google

centiſſimè exceptus fuit. De reditu eius poſteà in Italiam, hæc tantum habet Robertus de Monte, Appendice ad Chronologiam Sigeberti, Anno 1149. *Papa Eugenius in Italiam regreſſus cum Romanis vario euentu confligit.* Vbi Baronius. *Sic, inopia Scriptorum, perobſcuræ huius anni res geſtæ*
Anno 1152 *Eugenij cum Romanis remanſerunt.* Verùm poſtea inijſſe pacem cum Romanis, & Romam ingreſſum fuiſſe, teſtatur idem Robertus, his verbis. *Eugenius Papa, cùm Romanis pace facta, vrbem ingreditur; ibique cùm eis hoc anno primitus commoratur.* Ac non dubium, grauiſſimum tùm fuiſſe
Euge. III. mort. illum Romanis, nam cum Tyburi obijſſet, poſtquam ſediſſet annos octo, menſes quatuor, & dies 13. prout ex veteri Codice Vaticano Romanorum Pontificum refert Baronius ad annum Chriſti 1153. inde per ſtratam publicam, & mediam vrbem, atque in Vaticanum, cùm totius Cleri, & populi Romani frequentiſſima turba, maximo luctu, communique omnium immenſa triſtitia, deportatus eſt, in ipſa Beati Petri Eccleſia coràm maiori altari tumulatus.

Nunc ad Innocentium regreditur.

In Gallia Innocentius, licet beneficijs
Pag. 300 *cumulatus, Eccleſiæ Gallicanæ libertatibus non minùs inuidebat; à noſtris etiam non minus ſtrenuè exceptus. Vacarat Bituricenſis Epiſcopatus, Alberico mortuo. Pontifex inexpectata Ludouici* Iunioris *præſentatione, pleno iure Petrum Emerici filium, Cancellarium ſuum Archiepiſcopum ordinat. Unde Rex ita commouetur, vt propoſitis publicè ſacroſanctis reliquijs, in præſentia multorum iuret; quod Archiepiſcopus præfatus, quamdiu ipſe viueret, Ciuitatem Bituricam non intraret. Tum* Innocentius *Regem anathemate ferit.*

DE hac diſſenſione Pontificis, & Regis hæc habet Robertus De Monte, Appendice ad Sigebert. anno 1141. *Orta diſſenſione inter Papam Romanum, & Francorum Regem Ludouicum, Eccleſia Gallicana turbatur. Defuncto enim Alberico Bituricenſi Archiepiſcopo, miſſus eſt Petrus à Papa Innocentio eidem Eccleſiæ paſtor conſecratus; ſed a Rege Ludouico repudiatus, eò quòd ſine eius aſſenſu fuerit ordinatus, in Ciuitatem minimè recipitur. Cuius partes quia, propter reuerentiam, ſeu voluntatem Papæ, Comes Theobaldus fouere videbatur, ſimultas, quæ ſopita putabatur inter Re-*
Iuramentum Regis Herodianum: & quarè. *gem, & ipſum, cœpit repullulare.* Iuramentum verò illud Regis D. Bernardus meritò appellat Herodianum iuramentum; vt quod illicitum eſſet, nec Rex obſeruare deberet, 22. q. 4. cap. 2. ex Ambroſio lib. 1. offic. cap. 50. *Eſt contra officium nonnunquam, ſoluere promiſſum, ſacramentũ cuſtodire: vt Herodes qui iurauit, quoniam, quicquid petitus eſſet, daret filiæ Herodiadis, & necem Ioannis præſtitit, ne promiſſum negaret.* Et ibidem multi eiuſmodi extant Canones. Alibi vocat illicitum, maledictumque iuramentum, inconſultiſſimè vſurpatum à Rege, epiſt. 221. ad Regem Ludouicum. Nec verò legimus Innocentium *Innocẽtius nec Regem excommunicauit,*
vnquàm Regem anathemate percuſſiſſe, neque occaſione Regis Regnum ipſum interdicto ſubieciſſe; ſed ob Radulphum Viromanduorum Comitem, qui dimiſſa vxore, ſororem Reginæ Petronillam ſuperinduxerat: vnde ab Iuone Cardinale legato Pontificis, eò miſſo excommunicatus fuerat; ſuſpenſi Epiſcopi, qui diuortium fecerant, & Regnum ipſum interdicto ſubiectũ: *nec cauſſa ipſius, ſed Radulphi, Regnum interdicto, ſubiecit.*
fuerat quidem miſſus legatus ille in Galliam, & ob diſſenſionem inter ipſum Pontificem, & Regem Ludouicum ortam occaſione Archiepiſcopi Bituricenſis; non tamen Regem ideo excommunicauit, aut in quamcunque vrbem, oppidumue ingrediatur, ſacrum officium ſuſpendi imperat: an tandem diſſidium compoſitum: Petrus Archiepiſcopus à Rege receptus, qui in Catalogo Archiepiſcoporum Bituricenſis Eccleſiæ inter Albericum, & Stephanum numeratur 64. & Ludouicus quidem cùm non modo Comitem Thebaldum, qui à Pontifice in cauſa Archiepiſcopi Bituricenſis ſtabat, grauiter exagitaſſet, verùm & multas alias Eccleſias præter Bituricenſem vexaſſet, prout conſtat ex D. Bernardo epiſt. 222. & ex Roberto de Monte Append. ad Sigebertũ; tamen D. Bernardus veritus, ne ſchiſma aliquod graue in Eccleſia Gallicana oriretur, niſi Innocentius parceret Regi, ea de cauſſa ad quatuor Cardinales Epiſcopos, hæc, præ cœteris, ſcribebat, epiſt. 219. quantum poteſt, Regem ipſum excuſando. *De duobus non excuſamus Regem. Nam & iurauit illicitè, & perſeuerat iniuſtè: Verùm id non voluntate, ſed verecundia. Nam probro ducitur (ſicut optimè noſtis) apud Francigenas iuramentum ſoluere, quamlibet malè publicè iuratum ſit: quamuis nemo ſapiens dubitet, illicita iuramenta non eſſe tenenda. Verumtamen nè in hoc quidem excuſari poſſe fatemur. Neque enim excuſare nos, ſed veniam poſtulare ſuſcepimus. Vos videte, an eſcuſare aliquatenus eum poſſit ira, ætas, Maieſtas. Poterit ſine dubio, ſi miſericordiam iudicio ſuperexaltandam decernatis, quatenus videlicet talis aliqua conſideratio in Rege, & puero, habeatur, vt hac ei vice tali quidem tenore parcatur, quo tale aliquid de cætero non præſumat. Parcatur ſane dixerim, ſi fieri poſſit, ſalua in omnibus Eccleſiæ libertate, ſimul & Archiepiſcopo debita veneratione ſeruata, quem manus Apoſtolica conſecrauit. Hoc ipſe Rex humiliter petit, hoc noſtra vniuerſa citramontana nimirum iam afflicta Eccleſia ſupplicitèr deprecatur* &c. Puduiſſet aduerſarium *Regem pœnituit peccati in Pontificem.*
iſta citare, ex quibus conſtat, Regem peccati in Pontificem pœnituiſſe, & veniam ab eodem humiliter poſtulaſſe. Extat & epiſtola Petri Cluniacenſis ad Innocentium Papam pro eodem Rege deprecatoria, lib. 5. epiſt. 2. *Pro Domi-*

no

Digitized by Google

no Rege Franciæ, magno nobili; & ſpeciali filio ueſtro benignitatem Apoſtolicam deprecor, ut quia non ſolum Rex eſt, non ſolum magnificus rector Chriſtiani populi eſt, ſed etiam quia opus manuum ueſtrarum eſt, quem ad Regnum prouexiſtis, quem ſacris manibus ueſtris inunxiſtis, quem Gallis noſtris potentiorem patribus Regem deſignaſtis, ſi quid forte adhùc, ut ætate iuuenis, inconſulte agit, ei condeſcendatis, & eius fortè errorem ſapientiæ ueſtræ uelamine contegatis. Eſt enim patris, ut filij, & maxime tanti & errorem emendet. & honorem conſeruet. Hoc pro diſſidio, quod inter ipſum, & Dominum Bituricenſem Arebiepiſcopum eſt, dico. Eſt enim (ſicut ſenſi) res non leuis, &, ne de graui incœpto grauiorem vergat in exitum, multum cauẽda. Spiritus autem conſilij, qui ſpirat ubi uult, qui per nos Eccleſiæ ſuæ per totum Orbem diffuſæ aſſidue conſulit, etiam nunc per nos Regno Franciæ, non uili portioni Eccleſiæ ſuæ conſulat, & tàm de bis, quàm de omnibus unctio eius cor ueſtrum edoceat. Verebatur itaque ne grande aliquod malum vt ſchiſma in Gallia oriretur, ex diſſidio inter Pontificem & Regem ob Archiepiſcopum Bituricenſem; At hæc duo clariſſima Galliæ lumina, Bernardus Claræuallenſis, & Petrus Cluniacenſis Abbas minime hæc ad Pontificem ſcripſiſſent, eum rogando tàm obnixè, vt Regi parceret, niſi Rex ipſe pœnitens facti fuiſſet, & Pontificis authoritati ceſſiſſet. *Verũ* Mornæus

Pag.297

Bernardus ſanè, quod à multis notatum, in Pontifices noſtro diſpendio, plus æquo liberalis, ſeu quòd indomitam eorum peruicaciam, tot tantarumque pridem turbarum cauſam, vereretur, ſeu quòd noſtri Principes interdum ſua poteſtate in conferendis muneribus Eccleſiaſticis non ſatis cautè vterentur.

Mornæus S. Bernardo impoſuit.

QVi id notarint, nullos citat Authores Mornæus. Ex quibus verò locis S. Bernardi id notaſſent? Sanctiſſimo itaque homini, magno Galliæ ornamento non minus de Regno, quàm de Eccleſia benè merito, pro more ſuo imponit. Numquam fuit ille liberalis plus æquo Pontificibus, in diſpendium Regni; ſed volebat Cæſari reddi, quæ Cæſaris eſſent, &, quæ Dei, Deo. Scribebat ad Conradum Regem Romanorum epiſt.183. *Regis dedecus, Regni diminutionem nũquam volui: volentes odit anima mea;* & ad eumdẽ epiſt.243. *Non veniat anima mea in cõſpectum eorũ qui dicunt vel Imperio pacem, & libertatem Eccleſiarum, vel Eccleſijs proſperitatem, & exaltationem Imperij nocituram. Non enim vtriuſque inſtitutor Deus in deſtructionem ea coniunxit, ſed in ædificationem.* Et quantum pro Rege Franciæ Ludouico laboraſſet, teſtatur ad eumdem ſcribens epiſt. 221. *Scit Deus, quantum vos ex quo noui, dilexi, & veſtrum honorem volui: ſcitis vos, quanto labore, quantaque ſolicitudine toto anno præterito quærendæ paci ueſtræ intendi una cum alijs fidelibus ueſtris.*

Nec Imperij pax, & libertas Eccleſiæ nocet, nec Eccleſiæ proſperitas Imperij.

Et ibidem quod eſſet officium ſuum erga Eccleſiam, ſed & quis animus, erga Regem, quàm bene de eo meritus eſſet, ſcribit. *Quicquid uobis de Regno ueſtro, de anima, & corona ueſtra facere placeat: nos Eccleſiæ filij matris iniurias, cõtemptum, & conculcationem omninò diſſimulare nõ poſſumus:* poſt. *Profectò ſtabimus, & pugnabimus uſque ad mortem, ſi ita oportuerit, pro matre noſtra, armis quibus licet: non ſcutis, & gladijs, ſed precibus, fletibuſque ad Deum.* Subiungit. *Et ego quidẽ, qui me nemini præter quotidianas preces, quas pro pace, & ſalute ueſtra, atque Regno coràm Domino ſupplex, ipſo teſte, fundebam: etiam apud Sedem Apoſtolicam literis, & nuncijs cauſſam ueſtram egiſſe fateor, uſque penè ad propriæ conſcientiæ læſionem, & ipſius ſummi Pontificis iuſtam (quod diffiteri non debeo) contrà me indignationem &c.*

S. Bernardus de Rege Franciæ benè meritus.

Peruicaciæ Pontificem Mornæus accuſat, quòd non adeò facilem ſe præberet ad ignoſcendum Ludouico Regi. verùm vt conſtat ex loco, quem citat D. Bernardi epiſt. 219. *Si Iudices nolebant miſereri, at nec rei humiliari, ſi rectores ſeu correctores condeſcendere nullatenus acquieſcebant, at nec delinquentes ſatisfacere.* Cum Rex Archiepiſcopum Bituricenſem à Pontifice conſecratũ non admitteret, Eccleſias multas vexaſſe, Theobaldo Comiti Bleſenſi bellum inferens, Victoriani, quod oppidum erat ſub illius ditione, prophana, ſacraque loca, ſine diſcrimine, incendiſſet, in æde Principe ad mille quingentos puberibus, impuberibuſque promiſcue combuſtis, qui ſanctitate templi ſalutem conſecuturi, ad ararum tutelam ſupplices confugerant: meritò illi tàm grauiter ſuccenſebat Pontifex, nec adeò facilem initiò ſe præbebat, vt ei ignoſceret: peruicaciam vocat Pontificis. Notatum verò à Nonio, Marcello cap.5. art.40. hoc diſtare peruicaciam, & pertinaciam, quòd peruicacia eſt interdum bonarum rerum perſeuerantia: pertinacia ſemper malarum; quam differentiã collegit ex Accij Poetæ carminibus.

Pag.300

Ira Pontificis in Regem vnde orta, & cur paulò difficilior.

Peruicacia, & pertinaciæ diſcrimen.

Tu pertinaciam eſſe Archiloche hanc prædicas,
Ego peruicaciam aio, & me vti volo.
Nam peruicacem dicis me eſſe, & vincere:
Perfacile patior: pertinaciam nihil moror.

Et hoc ſenſu nos peruicaciam in Pontifice admittemus: quem tamen neque ex Pontificatu id conſecutũ aſſerimus, vt fuerit prorſus ἀπαθής, omnis perturbationis animi expers, & non plus æquo (conſiderata ratione temporum, & perſonarum, & periculi, quod imminebat, ſchiſmatis, ob diſſidium cùm Rege) rigidus tùm eſſe potuerit, cùm & ſacrorum Canonum rigorem aliquando temperari oporteat diſt. 14. Sicut quædam ſunt, quæ nulla poſſunt ratione conuelli: ita multa ſunt, quæ aut pro neceſſitate temporum, aut pro conſideratione ætatum oportet temperari.

Pontifex ex Pontificatu non euadit ἀπαθής.

Canonum rigorẽ aliquando tẽperari oportet.

Mirum, quòd S. Bernardum nobis aduerſarius, cõtra Romanam Eccleſiam, obijciat, quem notiſſimum eſt pro Romanæ Eccleſiæ dignitate tot labores ſubijſſe, eam agnouiſſe matrem omnium Eccleſiarum, qui in epiſtolis ad Romanos Epiſcopos, eos appellat ſummos Pontifices.

In li-

Digitized by Google

In libris de Conſideratione ad Eugenium Papā, paſſim eius ſupremam dignitatem commendat lib.2.cap.8. præter cæteros titulos, cum nominat Principem Epiſcoporum non modò omniū, ſed & paſtorum omnium vnum paſtorem, & cui omnes oues Chriſti, ſine vlla exceptione, ſint commiſſæ: alios eſſe vocatos in partē ſollicitudinis; illū in plenitudinē poteſtatis. Quoad primū locum, quem citat ex epiſt.128. ad Innocentium Papā pro Alberone Treuerenſi Archiepiſcopo.

Pag. 301 *Vox vna omnium, qui fideli apud nos cura populis præſunt, iuſtitiam, in Eccleſia deperire, annullari Eccleſiæ claues, Epiſcopalem omninò vileſcere authoritatem, dùm nemo Epiſcoporum in promptu habeat vlciſci iniurias Dei &c.*

Cur hæc ſcripſerit S. Bernardus.

HÆc ideo ſcripſit S. Bernard. quòd contigiſſet, ſubreptione malorū, ipſum decipi Innocētiū, vt præter ius, faſq; è manibus eius reſcriptū eliceretur, aduerſus optime iudicata per eūdē Treuerenſem Archiepiſcopū. Quarè ea, qua dono ſpiritus, præditus erat dicendi libertate, ad eumdem Innocentium Papam pro eo huiuſmodi literas dedit, vbi hæc habet inter cœtera. *Quique flagitioſi, & contentioſi de populo, de Clero, aut etiam ex Monaſterijs pulſati currunt ad vos, redeuntes iactant, & geſtiunt, ſe obtinuiſſe tutores, quos magis vltores ſenſiſſe debuerant.* Sed obſeruandum, quòd idem alibi epiſt. 180. ſcribit ad eumdem Innocentium pro eodem Alberone. *Bonam cauſſam habemus, & æquum iudicem, qui non cunctabitur euacuare, quod ſubreptum eſt, cùm apparebit, quod verum eſt, nec poterit inde ridere, qui voluit irridere, ſed vt ſcriptum eſt: Mentita eſt iniquitas ſibi. Hoc ſolet habere præcipuum Apoſtolica ſedes, vt non pigeat reuocare, quod à ſe fortè deprahenderit fraude elicitum, non veritate promeritum. Res plena æquitate, & laude digna, vt de mendacio nemo lucretur, præſertim apud ſanctam, & ſummam ſedem.* Vt nimirùm reuocarentur iudicia, perperàm facta, & reſcripta ſubreptione emiſſa. Quoad alterum locum ex epiſt. 176. ab aduerſario citatum.

Præcipuū Apoſtolicæ ſedis officiū vt reuocet ea, quæ nouerit eſſe fraudulenter elicita.

Pag. 301 *In qua* (inquit) *Bernardi ſtilus euidens, audentius; Eccleſiam enim ille abſque Roma conſiſtere poſſe, interminari non veretur.*

HÆc epiſtola ſcripta eſt ad Dominum Papam Innocentium, ex perſona Alberonis Treuerenſis Archiepiſcopi, qua eum, nonnihil animo conſternatum ex iactura Beneuenti, & Capuæ, facta per Rogerium, conſolatur, & corroboratur. Inter alia igitur hæc habet. *Porrò noſtram Citramontanam Eccleſiam tàm in noſtro, quàm in Francorum Regno noueritis fortem in fide, pacificam in vnitate, deuotam in veſtra obedientia, promptam ad ſeruitium. Nequaquàm nos Beneuenti non Capua, non ipſius Romæ terret (Deo ſic iudicante) amiſſio: ſcientes, Eccleſiæ ſtatum non armis æſtimari, ſed meritis,* &c. Hoc certè ſcribit, quia vrbs Roma tùm occupata erat ab Antipapa Anacleto, quemadmodum aliæ illæ Ciuitates à Rogerio fautore Anacleti, nec Romæ ſinebatur morari Innocentius; cùm tamen verus eſſet, ac legitimus Eccleſiæ Romanæ Epiſcopus, Petri ſucceſſor; nec enim vult S. Bernardus, vrbis muris circonſcriptam eſſe Romanam Eccleſiā, nec eo iudicandum fuiſſe Anacletum verum Pontificem, quòd Romam obtineret, à qua excluſus eſſet Innocentius.

Quoad id, quod ſcribit de diſpenſatione Innocentij in diuortio cùm Radulpho Veromanduorum Comite, & citat locum S. Bernardi ex epiſt.216. ad Innocentium: aut certè non diſpenſauit Innocentius cùm Comite, vt, repudiata iuſta vxore, aliam ſuperinduceret, aut illi obreptum fuit, & diſpenſatio fuit nulla: immo Pontifex de huiuſmodi diuortio certior factus, miſit legatum in Galliam, qui eumdem Radulphum excommunicatione mulctauit, & Regnum ſubiecit interdicto, & conſultores ſuſpendit Epiſcopos, & cœtera, quæ opus erant, canonicè expleuit: & fieri potuit vt Epiſcopi, & alij, qui fauebant huic diuortio, rumorem ſparſiſſent, vel iam impetratam eſſe à Pontifice, vel facilè impetrari poſſe diſpenſationem.

De diuortio Radulphi: An Innocentius diſpenſauerit.

Quod citat ex epiſt. 290. de Iordane Cardinale legato ab Eugenio 3. miſſo in Germaniam ad Conradum Regem Romanorum, ſi tam infamem obiuit ille legationem, qualem deſcribit S. Bernardus, non ea culpa in Eugenium Pontificem reijcienda, aut in Sedem Apoſtolicam, ſed magis in hominis improbitatem, tàm iniquè, præter mandata Pontificis, ea legatione functi. At ibidem ſumma cum laude meminit alterius legati Ioannis Paperons. *Non ſic Dominus Ioannes Paperons, non ſic cuius laus eſt in Eccleſia, quippè honorificantis vbique miniſterium ſuum.* Mornæus, cui vnum hoc propoſitum, ſedem Apoſtolicam inſectari, non hunc produxit, qui adeò honorificè ſuæ legationis munere perfunctus eſt.

Mornæus quæ ſuo capiti Rom. Eccleſ. ſtudio repugnant feſtinè prætermittit.

Citat locum ex poſtilla Hugonis ſuper Ioannē, ad caput 2. in fine, quē ille tribuit Bernardo.

Pag. 301 *Videtur, bone Ieſu, contra te conſpiraſſe vniuerſitas Chriſtianorum, & illi in perſecutione tua primi ſunt, qui in Eccleſia tua videntur primatum tenere, & gerere Principatum, iuxta illud: Qui edebat panem meum, magnificabat ſuper me ſupplantationem* (gloſſat Mornæus) *ex mea ſupplantatione gloriam quæſiuit; in Papam vtiquè transferens, quod de Iuda Apoſtolus expoſuerat ab vno perditionis filio ad alterum.*

Mornaus perperam hunc locũ interpretatus.

VBi nihilominus, quàm de Papa, vel D. Bernardus, vel Hugo Cardinalis loquuntur: ſic enim habet poſtilla. *Commenſales Domini ſunt, qui menſæ ſcripturæ, vel altaris participant. Pſal. 40. Qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem, id eſt Theologi, & Sacerdotes.* Non igitur in Papam illud transfert, vt gloſſauit aduerſarius. Videtur hoc ſenſu vniuerſitas Chriſtianorum in Chriſtum conſpiraſſe, quòd minus legem eius obſeruaret, eiuſque mandatis obtemperaret. Illi in perſecutione primi erant, qui in Eccleſia videbantur principatum gerere, quia ſchiſmatici multi erant, & quidem ex præcipuis membris erant, qui tum temporis adhærebant Antipapæ, ſcindebant Eccleſiæ vnionem, & Chriſtum in corpore ſuo, (quod eſt ipſa Eccleſia) perſequebantur. Similem locum eiuſdem Bernardi producit ex ſerm. 1. in conuerſione S. Pauli.

Pag. 301 *Heu, heu, domine Deus, quia ipſi ſunt in perſecutione tua primi, qui videntur in Eccleſia tua primatum diligere, gerere principatum.*

Dicta D. Bernardi de Anacleto, eiuſque fautoribus detorquentur à Mornæo ad Innocentiũ, eique adhærentes.

VErum id de Anacleto Antipapa, & Cardinalibus, ac Epiſcopis ſchiſmaticis, ei adhærentibus, ſcripſiſſe intelligendus eſt S. Bernardus, prout colligitur ex verbis ſequentibus, quæ idem met Mornæus citat.

Arcem Sion occupauerunt, apprehenderunt munitiones, & vniuerſam deinceps liberè, & poteſtatiuè tradunt incendio ciuitatem.

QVia munitiones omnes, & turres Anacletus occupauerat, & quotidianis congreſſibus cum ſuis partem Innocentij maledictis inſectabatur, & gladijs. Sed Mornæus contrà.

Pag. 302 *Nec verò hic ſuffugium inueniſſe ſe putent, quòd de ſchiſmaticis Pontificibus hæc intelligenda ſint; De ijs ipſis loquitur, quos ipſe agnoſcebat, tuebatur; Amici tui (dixerat antea) & proximi aduerſum te appropinquauerunt, & ſteterunt.*

Iudas etiã amicus à Chriſto appellatus.

AN non verò & Iudas à Chriſto vocatus amicus, vt qui amicum ſe fingebat, & ſimulato animo ad eum accedebat, vt eum proderet inimicis: ità planè amici illi, qui ſe Chriſti miniſtros profitebantur, cùm illum in corpore ſuo, quod eſt Eccleſia, perſequerentur, & ſchiſmata grauiſſima in perniciem animarum, eius ſanguine redemptarum, conflarent. Amici vtique dicuntur, quòd ex officio, & miniſterio, quod exercebant eos, oportuiſſet eſſe amicos. Sed Mornæus ex eodem loco ſubiungit.

Cur ſchiſmatici iſti dicti ſint amici.

Egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus iudicibus Vicarijs tuis, qui videntur regere populum tuum &c. Nota (inquit) *Vicarijs tuis.*

Vicarij Chriſti qui.

SEd Vicarij Chriſti intelliguntur, qui pro eo legatione funguntur ad populum, quos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, vt Vicariatus miniſterium ſignificet Eccleſiaſticum, cùm tamen non eodem gradu ſint omnes qui miniſterio aliquo funguntur in Eccleſia, & ſupremus Vicarius Chriſti, cui reliqui ſubſunt, ſit vnus Romanus Pontifex, de quo certe locus ille D. Bernardi minimè intelligi poteſt.

Ex Sermonibus S. Bernardi in Cantica aliquot loca producit 1. ex ſerm. 33.

Ecce (inquit) *tempora iſta libera quidem Deo miſerante, ab vtraque illa malitia (perſecutione, & hæreſi.) Sed plane fœda a negotio perambulante in tenebris.* Poſt. *Serpit hodie putrida tabes per omne corpus Eccleſiæ.* Et vt cœteris recitandis ſuperſedeamus, ita gloſſat: *Potuitnè Papatum nobis ſignificantius exprimere, tabem, & labem toto corpore Eccleſiæ diffuſam, γαγγραίναν, vniuerſam eius ſubſtantiam depaſcentem?* Pag. 302

D. Bernardus vitia miniſtrorũ Eccleſiæ, non miniſterium reprehendit.

VBi D. Bernardus inuehitur grauiter in vitia, quæ in Eccleſiæ corpus irrepſerant, & ipſos corripuerant Eccleſiæ præcipuos miniſtros: *Miniſtri Chriſti ſunt & ſeruiunt Antichriſto. Honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt,* &c. Poſt. *Pro huiuſmodi volunt eſſe, & ſunt Eccleſiarum præpoſiti, Decani, Archidiaconi, Epiſcopi, Archiepiſcopi &c.* Verùm miniſterium eorum quod à Chriſto inſtitutum eſt, non repræhendit, aut reprobat S. Bernardus. Quod verò vitia exagitet dumtaxat, ex his verbis conſtat, quæ citat Mornæus.

Amara prius in nece Martyrum, amarior poſt in conflictu Hæreticorum, amariſſima nunc in moribus domeſticorum. Pag. 303

Eccleſia conſtat ex bonis, & malis.

HOrum mores repræhendit, quos tamen domeſticos vocat, & ab hæreticis diſcernit, quia certum, Eccleſiam conſtare ex bonis, & malis, iuſtis, & peccatoribus, & ſimile eſſe Regnum Cœlorum decem Virginibus quinque prudentibus, & quinq; fatuis: & ſagenæ miſſæ in mare ex omni genere piſcium congreganti: & eſſe magnam domum, in qua non ſunt ſolum vaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia. Ad finem illius ſermonis hæc ſcribit S. Bernardus. *Ipſe eſt enim Antichriſtus, qui ſe non ſolùm*

diem

Digitized by Google

diem, ſed & meridiem mentietur, & extolletur ſuprà id, quod dicitur, aut quod colitur Deus, quē Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui &c. Gloſſat Mornæus:

Pag. 303

Ad quem, niſi ad Pontificem hæc poſtrema clauſula pertineat? omnium dignitatum, de quibus ſuprà, diſtributorem, totius illius commercij caput, quod tenebrarū negotiū appellat.

D. Bernardus non transfert ad Pontificem, quæ de Antichriſto dicuntur.

AT negamus, per tenebrarum negotiū functiones Eccleſiaſticarum dignitatum vnquam S. Bernardum intellexiſſe; nec, quæ de Antichriſto dicit, ad Pontificem vllo modo pertinent, qui non extollitur ſuprà omne, quod dicitur, aut quod colitur Deus, qui diuinum numen profunda animi ſubmiſſione, & humilitate veneratur, & Chriſti Domini indignum ſe Vicarium, ac miniſtrum profitetur, & S. Bernardus de Antichriſto in futuro loquitur (*mentietur, & extolletur*) cùm tamen tùm tēporis eſſet ſummus Pontifex, qui toti Eccleſiæ Dei preeſſet, cui ipſe, vt ex eius ſcriptis conſtat, ſummum honorē deferret, qui de Innocētio Pontifice hæc ſcribit. *Ecce Chriſtus Domini iſte Innocentius poſitus eſt in ruinam, & reſurrectionem multorum; nam, qui ſunt Dei, libenter iunguntur ei; qui autem ex aduerſò ſtat, aut Antichriſti eſt, aut Antichriſtus*; epiſt. 124. Longe igitur abfuit ab inſana opinione Mornæi, vt Pontificem iudicaret, eſſe Antichriſtum: & certum eſt, D. Bernardum nō aliud de Antichriſto crediſſe, quam, eum futurum hominem priuatum, in fine mundi venturum, ſæuiſſimum Eccleſiæ perſecutorem.

Quin potius Innocentiū vocat Chriſtum Domini.

Alterum locū producit ex ſermone 77. eiuſdē in Cantica: itē ex ſerm. 6. & 7. in pſal. *Qui habitat*: & aliquot inde ſentētijs raptim citatis, ſubiūgit.

Pag. 303

Et hæc ad Baronium, qui, in ſchiſmaticos tantùm Pontifices Bernardum inuectum eſſe, contendit.

Mornæus imponit Baronio.

VBi tamen id imponit Baronio; neque enim ille vſquam id contendit. Equidem tom. 10. ad annum Chriſti 1130. citatis ille verbis D. Bernardi ex epiſt. 124. *Cernitur abominatio ſtare in loco ſancto, quem vt obtineret, incendit igni ſanctuarium Dei, perſequitur Innocentium, & cum eo omnem Innocentiam.* Subiungit. *At quid dixeris tu, lector, ſi præſentis temporis Nouatores audias hunc S. Bernardi locum male vſurpantes, immò eodē abutentes penitùs, de abominatione ſedente in loco ſancto, ad probandum Romanum Pontificem eſſe Antichriſtum? Sed delirant neſcientes, ſeu potius neſcire diſſimulantes, non iſta de legitimo Romano Pontifice locutum eſſe S. Bernardum, ſed de ſchiſmatico Papa Anacleto, cùm legitimum Pontificem Innocentium, non Antichriſtum, ſed vere Chriſti vicarium, immò Chriſtum ipſum appellet.* Ergo contendit Baronius Bernardum eo loci de Papa ſchiſmatico, ſeu Antipapa loqui, minimè verò id docet, illum nuſquàm alijs locis in alios etiam inuehi: nam ſerm. illo 77. in Cantica, item 6. & 7. in pſal. *Qui habitat*, vnde loca hæc citat Mornæus, in malos Paſtores Eccleſiæ inuehitur, & eorum vitia exagitat, non tamen miniſterium damnat: longè enim aliud faciendum iudicium de moribus hominum, & aliud de ſacramentis diuinis, vel ſacris miniſterijs, quæ in Eccleſia exercent. An verò ideò S. Bernardus ſe à communione Eccleſiæ, in qua ille paſtorali officio fungebatur vnquam diſtraxit? Non magis certè, quam S. Cyprianus, qui ſerm. de lapſis, de Epiſcopis ſui temporis conquerebatur, quòd, diuina procuratione contempta, procuratores rerū ſecularium fierent, derelicta Cathedra, plebe deſerta, per alienas Prouincias oberrantes, negociationis quæſtuoſæ nundinas aucuparentur: Eſurientibus in Eccleſia fratribus non ſubuenirent, habere argentum largitèr vellent, fundos inſidioſis fraudibus raperent, vſuris multiplicantibus fœnus augerent. *At Cyprianus* (vt ſcribit D. Auguſtin. lib. 3. contra Creſconium Grāmaticum cap. 31.) *nec pro certà permixtorum malitia zizaniorum, pacem deſeruit frumentorum, qui ſcribens ad Maximum* (lib. 3. epiſt. 3.) *dixit: Etſi videntur in Eccleſia eſſe zizania; non tamen impediri debet fides, aut charitas noſtra, vt, quoniam zizania eſſe in Eccleſia cernimus, de Eccleſia recedamus*: Et lib. 2. contra Creſconium cap. 34. eodē Cypriani loco citato ſubijcit: *Vides frater, ſecundùm ſcripturas diuinas, hoc præcepiſſe Cyprianum, etiam propter malos: Qui cùm ſint à bonis vita, moribuſque ſpiritualiter ſeparati; corporaliter tamen in Eccleſia eis videntur eſſe permixti, vſq; in diem iudicij; quo etiam corporaliter debitas ſeparabuntur ad pœnas. Non eſt Eccleſia deſerenda, tanquam frumenta, propter paleam, vel zizaniam, ſicut nec domus magna propter vaſa inhonorata.* Et epiſt. 48. *Non propter malos boni deſerendi, ſed propter bonos mali tolerandi ſunt: ſicut tolerauerunt Prophetæ, contra quos tanta dicebant, nec communionem ſacramentorum illius populi relinquebant, ſicut ipſe Dominus nocentem Iudam vſque ad condignum eius exitum tolerauit, & eum ſacram cœnam cùm innocentibus communicare permiſit: ſicut tolerauerunt Apoſtoli eos, qui per inuidiam (quod ipſius Diaboli vitium eſt) Chriſtum annuntiabant: ſicut tolerauit Cyprianus collegarum auaritiam, quam, ſecundùm Apoſtolum, appellat Idololatriam.* Igitur D. Bernardus erat triticum in Eccleſia, vas item aureum, & in honorem: paſtores illi mali, in quos inuehebatur, zizania, & palea; vaſa item lignea, & fictilia, & in contumeliam, à quorum tamen ſocietate, & communione in eadem Eccleſia nunquàm ſe ſeparauit vt non ideò Romanam, Catholicam, Apoſtolicam Eccleſiam damnaret, (quod facit Mornæus) quia malos illos paſtores ſuſtinere cogeretur. Ex epiſt. 237. S. Bernardi ad Eugenium Papam hæc citat.

S. Bernardum ab Eccleſia Rom. cōmunione non receſſit, ob corruptos Eccleſiaſticorū mores.

Sicuti nec S. Cyprianus.

Quis mihi det, antequam moriar, videre Eccleſiam Dei, ſicut in diebus antiquis, quando Apoſtoli laxabant retia in capturam; non in capturam Pag. 303

Digitized by Google

argenti, vel auri, ſed in capturam animarum? Quam cupio illius te hæreditare vocem, cuius adeptus es ſedem? pecunia (inquit) *tua tecum ſit in perditionem.*

MAgno quidem deſiderio reformationis Eccleſiæ tenebatur S. Bernardus: Verùm, vt conſtat ex verbis ſequentibus, non alterius eſſe eam reformare iudicabat, quàm ipſius Eugenij Romani Pontificis. *Hoc vehementer expectat, & omnino expetit à te mater tua, hoc filij matris tua puſilli cùm maioribus deſiderant, hoc ſuſpirant, vt omnis plantatio, quam non plantauit Pater cæleſtis, tuis manibus eradicetur. Ad hoc enim conſtitutus es ſuper gentes, & regna, vt euellas, & deſtruas, & ædifices, & plantes.* Igitur non iudicabat, eum eſſe Antichriſtum; ſiquidem Antichriſti non eſt reformare Eccleſiam Chriſti: & ex verbis citatis à Morneo patet, ſedem Eugenij Pontificis Romani ſedem eſſe non Antichriſti, ſed Apoſtoli Petri, cuius (inquit) adeptus es ſedem. Quod expreſſius ſignificant hæc verba eiuſdem epiſtolæ. *Locus, in quo ſtas, terra ſancta eſt, locus Petri eſt, locus Principis Apoſtolorum, vbi ſteterunt pedes eius. Locus illius eſt, quem conſtituit Dominus dominum domus ſuæ, & Principem omnis poſſeſſionis ſuæ, &c.*

S. Bernardus Rom. Pontificem non putauit Antichriſtum.

Nunc ex libris de Conſideratione ad Eugenium profert aliquot loca. Hos libros docet Baronius ſcriptos eſſe anno 8. Pontificatus Eugenij, ipſo expetente, vt ex præfatione conſtat. *Sed interuenit tua dignatio, qua hoc ipſum non præcipis, ſed petis, cùm præcipere magis te deceat.* Quibus libris non Eugenium tantum, ſed Pontifices omnes ad bene miniſtrandum Pontificatum informat. Nam inferius. *Quod tibi* (inquit) *ſcribitur, ſoli prodeſſe non decet.* Si verò Papatus eſſet Myſterium iniquitatis, & ſedes Antichriſti, nunquam certè vir ille ſanctitate, doctrina, & tot miraculis clarus, eos verè aureos libros ad informãdos Pontifices, quo rectè Pontificatum adminiſtrarent, ſcripſiſſet. Quoad locum, quem ex libro primo, produxit aduerſarius: nihil aliud vult S. Bernardus, quàm præcipuam Pontificum functionem non conſiſtere in audiendis, & ſedandis animis litigantium, in iudicio, & illiberali ſeruitute implicari Pontifices, ſi non tàm Domini, quàm Iuriſperitorum leges in aulis ipſorum perſtrepant. Si hoc corrigendum Bernardo videbatur, non ideo certè Pontificatus improbandus, vel authoritas diiudicandi cauſas prorſus tollenda videbatur cap. 6. vbi docuerat, non eſſe Pontificis officium, aut de diuiſione terminorũ, aut diſtributione terrarum lites dirimere; ſubiungit. *Mihi tamen non videtur bonus æſtimator rerum, qui indignum putat Apoſtolis, ſeu Apoſtolicis viris, non iudicare de talibus, quibus datum eſt iudicium in maiora. Quidni contemnant iudicare de terrenis poſſeſſiunculis hominum, qui in cæleſtibus, & Angelos iudicabunt? Ergo in criminibus, non in poſſeſſionibus poteſtas veſtra: quoniam propter illa, & non propter has accepiſtis claues Regni Cælorũ prævaricatores vtique excluſuri, non poſſeſſores.* Non igitur omnino tollit huiuſmodi iudicia à ſummo Pontifice. Et cap. 7. *Sed aliud eſt incidenter excurrere in iſta cauſſa quidem vrgente: aliud vltrò incumbere iſtis, tanquam magnis, digniſque tali, & talium intentione rebus.* Vt nimirum magis Eccleſiaſticis, quàm ſęcularibus negotijs, & cauſſis velit incumbere ſummum Pontificem. Alterum locum profert ex lib. 2. cap. 6. vbi videtur Pontifici interdicere dominatum.

D. Bernardus nonomninò tollit à Pontifice iudicia de poſſeſſionibus.

Quod habuit, hoc dedit (Petrus) *ſollicitudinem ſuper Eccleſias, nunquid dominationem? Audi ipſum, non dominantes (ait) in Clero, ſed forma facti gregis. Et ne dictum ſola humilitate putes, non etiam veritate, vox Domini in Euangelio: Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur. Et infert. Vos autem non ſic. Planum eſt, Apoſtolis interdicitur dominatus. I ergo tu, & tibi vſurpare aude, aut dominans Apoſtolatũ, aut Apoſtolicus dominatum. Planè ab alterutro prohiberis. Si vtrumque ſimiliter habere voles, perdes vtrumque. Alioqui non te exceptũ illorũ numero putes, de quibus quæritur Deus ſic: Ipſi regnauerunt, & non ex me: Principes extiterunt, & non cognoui eos &c.* His citatis ſubiungit aduerſarius. *Ab Hildebrandi Theologia quàm altenus, qui Tiara ſua totius orbis diadema annexũ volebat.*

Pag. 304
1. Petri 5.
Lucæ 22.
Pag. 304

SEd de Hildebrando, ſeu Gregorio VII. Nouatoribus adeò inuiſo, iam alibi. Verùm hũc, quem S. Bernardus nolebat ſibi dominationem arrogare, ſcribebat, non habere parem ſuper terram; ſic in eiuſdem libri cap. 1. *Quod ſi res magnas à magnis conſiderari oportet, cui æquè, vt tibi, id ſtudij competit, qui parem ſuper terram non habes?* Eumdem his titulis lib. 2. cap. 8. exornat. *Tu Princeps Epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarcha Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, authoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus.* Et lib. 3. cap. 1. poteſtati illius aſſerit totum orbem eſſe ſubiectum. Non igitur principatum, aut poteſtatem Eccleſiaſticam adimit, ſed vult, eum eſſe ſuauem, maxima, cùm manſuetudine, charitate, & clementia coniunctum, non more gentium deſpoticum, ac velut tyrannicum, & ſummum Pontificem reputare ſe, velut omnium ſeruum, ac miniſtrum, cuius

D. Bernardus non adimit Pontifici Eccleſiaſticã poteſtatem

prȩlatio

prælatio non referatur in vtilitatem propriam, ſed ſubditorum; Et Chriſtus ipſe his verbis. *Qui maior eſt inter vos, fiat ſicut miniſter veſter*, non excluſit dominatum in Eccleſia ſua, immò inſtituendum eſſe ſignificauit, quo alij alijs præeſſent, non libidine dominandi, ſed officio conſulendi, & proſpiciendi eorum ſaluti. Quoad dominium verò temporale Pontificis, quale Apoſtoli non habuerunt, iam alibi oſtenſum eſt, illud non pugnare cum poteſtate ſpirituali Prælatorum, quam Chriſtus ipſe inſtituit. Et de poſſeſſione auri, & argenti ibidem S. Bernardus. *Eſto, vt alia quacunque ratione hæc tibi vendices, ſed non Apoſtolico iure. Nec enim tibi ille dare, quod non habuit, potuit.* Etſi Apoſtoli hæc non habuerint, hæc tamen Pontificem poſſidere non improbat S. Bernardus.

Pag. 304 Tertium locum producit aduerſarius ex 3. libro cap. 2. de appellationibus. Sed dicimus eum reprehendere frequentiores, captioſas, & inutiles appellationes, & velle, modum appellationibus adhiberi, non verò eas abſolutè reijcere; ſic enim inter cętera ſcribit eò loci. *Fateor grãde, & generale mundo bonum eſſe appellationes, idque tàm neceſſarium, quàm ſolẽ ipſum mortalibus. Reuera quidam ſol iuſtitiæ eſt prodens, ac redarguens opera tenebrarum; prorſus fouenda, ac manutenendæ ſunt, ſed quas extorſit neceſſitas, non calliditas adinuenit. Vſurpatoriæ ſunt huiuſmodi omnes, non ſubuenientes in neceſſitate, ſed opitulantes iniquitati.*

Quas appellationes D. Bernardus reprahendat: & quas non.

Neceſſitas appellationum.

Quartum locum profert ex lib. 4. cap. 2. & 3. Eò loci hęc primùm de moribus Cleri Romani, quales eſſe debeant, ſcribit. *Clerum illum ordinatiſſimum eſſe decet, ex quo præcipuè in omnem Eccleſiam Cleri forma proceſſit. Deinde omne, quod perperam agitur, te præſente, id tibi turpius. Intereſt gloriæ Sanctitatis tuæ, vt quos præ oculis habes, ita ordinati, ita ſint informati, quatenùs totius honeſtatis, & ordinis ipſi ſpeculum, ipſi ſint forma. Inueniantur præ cœteris expediti ad officia, idonei ad ſacramenta, ad plebes erudiendas ſoliciti, circunſpecti ad ſeſe cuſtodiendos in omni caſtitate &c.* Qualis igitur debeat eſſe Clerus Romanus, vnde forma præſcribitur cœteris, docet, quem alioqui hoſtili animo, & odio pluſquam Vatiniano Mornæus, & Nouatores perſequuntur. Hæc primùm citat Mornæus.

Qualis eſſe debeat Clerus Romanus.

Pag. 304 *Fuerunt ante te, qui ſe totos Ouibus paſcendis exponerent, paſtoris opere, & nomine gloriantes.*

SVpprimit reliqua. *Nil ſibi reputantes indignum, niſi, quod ſaluti Ouium obuiare putarent, non quærentes, quæ ſua ſunt, ſed impendentes. Impendere curam, impendere ſubſtantiam, impendere, & ſeipſos &c.* Si, iudicio aduerſarij, commendandi ſunt huiuſmodi Pontifices, prout ęos tantoperè commendat S. Bernardus à paſtorali officio tàm probe adminiſtrato; miror, qui hactenùs nulli pepercerit, omnes ad vnum, ne vllo quidẽ excepto, repræhenderit. Quantũ ad illud.

Quæ ſupprimat Mornaus.

Pag. 304 *Quem dabis mihi de tota maxima vrbe, qui te in Papam receperit, pretio, ſeu ſpe pretij non interueniente?*

REſpondetur, Eugenium nullo pretio, aut ſpe pretij ſibi Pontificatum comparaſſe, immo prętẹr omnem ſuam expectationem, cum Romæ eſſet Abbas monaſterij Sancti Anaſtaſij trium fontium, à Cardinalibus Pontificem electum fuiſſe, & ipſos Cardinales nulla ſpe pretij impulſos fuiſſe ad eum eligendum: ſed, cùm tùm eſſent varia Romanorum ſtudia, tùm qui ex his initio fauerunt electioni Eugenij contra ſeditioſos Arnaldiſtas in vrbe, id fecerunt fortaſſe, aut pretio aliquo, aut ſpe pretij illecti. Quoad reliqua, quæ citat

Eugenius nec pretio, nec ſpe pretij ſibi Papatum comparauit.

Inter hæc tu paſtor procedis deauratus, tam multa circumdatus varietate. Oues quid capiunt? Si auderem dicere, Dæmonum magis, quàm ouium paſcua hæc. Scilicet ſic factitabat Petrus, ſic Paulus ludebat? Video omnem Eccleſiaſticum zelum feruere ſola pro dignitate tuenda. Honori totum datur, ſanctitati nihil, aut parum. Et poſt: Petrus hic eſt, qui neſcitur proceſſiſſe aliquando, vel gemmis ornatus, vel ſericis, non tectus auro, non vectus equo albo, nec ſtipatus milite, nec circumſtrepentibus ſepius miniſtris; abſque his tamen ſatis credidit, ſatis poſſe impleri ſalutare mandatum; ſi amas me, paſce oues meas, &c. Pag. 305

SEd reſpondetur, S. Bernardum his verbis repræhendere nimium faſtum, & pompam curiæ Romanæ, quæ alioqui non ſit neceſſaria ad munus Pontificis adminiſtrandum. Siquidem Petrus, & primi Pontifices eius ſucceſſores, non incedebant aurati aut vecti equo albo, aut ſtipati ſatellitibus; qui tamen non deerant officio ſibi iniuncto à Chriſto, & hæc tamen non abſolutè improbat, ſed vult Pontifici conuenire, non Apoſtolico iure, aut tanquàm ſucceſſori Petri. *In his (inquit) ſucceſſiſti, non Petro, ſed Conſtantino. Conſulo toleranda pro tempore, non affectanda pro debito. Ad ea te potius incito, quorum te ſcio debitorem. Etſi purpuratus, etſi deauratus incedens, non eſt tamen, quòd horreas operam, curamuè paſtoralem; paſtoris hæres non eſt, quòd erubeſcas Euangelium &c.* Inde igitur conſtat, quo ſenſu loqueretur S. Bernardus, debere ſcilicet Pontificem longè pluris facere, & in id inuigilare, quod ei ex officio incumberet, vt ſucceſſori Petri, quàm quod vt ſucceſſori Conſtantini. Perperam itaque hæc infert Mornæus ex S. Bernardo.

Pompa Curia Romana toleranda, non affectãda pro debito.

Con-

Pag.305 *Conſultius cæteris negotijs vt renuntiet, ſæcularibus nominatim vale dicat, quæ ſuos habeant iudices, Principatus, & Magiſtratus terrenos, vt falce in alienam meſſem immiſſa, ei non ſit opus.*

Falſa Mornai concluſio ex verbis S. Bernardi.

IDenim non vult S. Bernardus, ſed curam ſæcularium poſthaberi curæ paſtorali animarum. An non verò ibidem loci S. Bernardus diſertis verbis aſſerit, vtrumque gladium Pontificis eſſe, & ſpiritualem ſcilicet, & materialem, ſed is quidem (inquit) *pro Eccleſia, ille verò & ab Eccleſia exerendus eſt. Ille Sacerdotis, is militis manu, ſed ſanè ad nutum ſacerdotis, & iuſſum Imperatoris.* Non igitur ita Pontificis officium ſpiritualium limitibus definitur, vt non & in temporalia aliquàdò incumbat; neque verò, ſi Pontifex incedat purpura, gemmis, & ſericis ornatus, & equo albo vectus, &, vt Conſtantini ſucceſſor, regimini Vrbis incumbat, ideò negat eũ S. Bernardus ſucceſſorem eſſe Petri Principis Apoſtolorum, & paſtorem Vniuerſalem Eccleſiæ, in quamcumque partem ſeſe diffundat, immò id paſſim affirmat.

Sed expendamus, q̃ falſo iſte Eugenio obijcit.

Pag.305 *Cùm nihilominus* (inquit) *Eugenius in eo luto hæreat, & quidem à Bernardo tàm ſtrenuè adiuratus, veram, & legitimam Petri hæreditatem, quàm Conſtantini abdicare malit, Oues paſcere dedignatus, orbem mente deuoret. &c.*

Mornai calumnia in Eugenium III. Rom. Pont.

QVæ certe calumnia eſt manifeſtiſſima, nec enim defuiſſe vnquàm ſuo officio paſtorali Eugenium, abunde teſtantur ſcriptores illius temporis: & eo expetente S. Bernardus ſcripſit illos aureos libros de conſideratione, quibus ad rectè adminiſtrandum Pontificatum melius informaretur: etiam Author vitæ Sancti Bernardi lib. 5. cap. 2. hæc de eo ſcribit. *Beatus Papa noſter Eugenius Tertius, eiuſdem Patris Sancti in cõuerſatione ſancta filius, ab hac luce, vel ab hac magis caligine migrauit ad lucem, cuius merita in ipſa, cui inſigniter præfuit, Vrbe miraculis pluribus illuſtrata coruſcant &c.* Otho Phriſingenſis eiuſdẽ temporis ſcriptor, illum virum Religione, ac ſanctitate perſpicuum appellat. Satis mirari nequeo iſtius impudentiam, qui, vt oſtendat, Pontificem Romanum eſſe hominem illum peccati, ſeu, Antichriſtum, citat hæc verba D. Bernardi ex epiſt. 125. *Beſtia illa in Apocalypſi, cui datum eſt os loquens blaſphemias, & bellum gerere cum Sanctis, Petri Cathedram occupat, tanquàm leo paratus ad prædam &c.* Cum tamen de Anacleto Antipapa intruſo, & non legitime electo, hæc ſcribat S. Bernardus, qui & ſcribens ad Epiſcopos Aquitaniæ, contra Gerardum Engoliſmenſem Epiſcopum epiſt. 126. *Velimus, nolimus* (inquit) *impleri quandoque neceſſe eſt veritatem Spiritus Sancti, fierique illam, quæ prophetico ſpiritu prænunciata legitur in ſcripturis diſceſſio! ſed væ homini, per quem venit. Quis verò ille niſi homo peccati, qui ſuper electum à Catholicis Catholicum, & canonicè locum ſanctum inuaſit. Quem tamen non quia ſanctus, ſed quia ſummus eſt, affectauit. Inuaſit inquam, inuaſit, armis, igne, pecunia &c.*

Eugenij ſanctitas celebrata.

Impudentia Mornai in detorquendis ad legitimum Papam. quæ D. Bernardus de Antipapa dixit.

Non igitur Pontificem Romanum vult eſſe hominem peccati, & Antichriſtum, qui Innocentium verum, & ritè ordinatũ Pontificem Chriſtum Domini appellat, cui, qui eſſent Dei, iungerentur, qui tantos labores ſubiuit, vt ei non modò reliquos Epiſcopos, ſed & Imperatorem, Reges, ac Principes obſequentes redderet; ſed de Anacleto Schiſmatico, Sedis Apoſtolicæ inuaſore, hæc ſcribebat. Quæ igitur hæc impudentia ea referre in Summos Pontifices, quæ non niſi de Schiſmatico Antipapa ſcribebat S. Bernardus. At Mornæus.

Sin enim regerunt, de Antipapa illum loqui, annon perpetuò firmum ex hoc loco manet, fieri poſſe, vt Antichriſtus Romæ ſedeat, Cathedram Petri teneat, ita Bernardum credidiſſe, ſenſiſſe. Pag.305

SEd reſpondemus fieri quidem poſſe, vt Antichriſtus Romę ſedeat, id eſt Antipapa aliquis, cuiuſmodi tùm Anacletus: Romam occupet, non tamen vt in Cathedra Petri ſedeat, vel ſit Pontifex Romanus Petri legitimus ſucceſſor: neque id credidit, aut ſenſit de Antipapa Anacleto S. Bernardus, qui ab omnibus ſuſcipiendum pro legitimo Pontifice Innocentium, repudiato Anacleto iudicauit: illum Chriſtum Domini; hunc hominem peccati, & Beſtiam illam de Apocalypſi, cui datum eſt os loquens blaſphemias, pronunciauit.

Fieri non poteſt, vt Antipapa Sedeat in Cathedra Petri.

Quoad controuerſiam obortam inter S. R. E. Cardinales aduerſus Eugenium Pontificem, occaſione capitulorum, quæ ſcripſerat S. Bernardus vna cùm Epiſcopis Gallicanis, tanquàm antidotũ aduerſùs errores Gilberti Porretani Piſtauienſis Epiſcopi; equidem author eſt Otho Phriſingenſis lib. 1. de rebus geſtis Friderici 1. cap. 57. grauiter cõqueſtos eſſe Cardinales apud Eugenium, quòd S. Bernardus ſeorſùm cùm Epiſcopis Gallicanis, ipſo Pontifice abſente, & ipſis Cardinalibus inconſultis, in contemptum Romanæ Eccleſiæ, cuius ſolius eſſet de fide definire, præſumpſiſſet ſymbolum fidei condere, & credendum proponere; Pontificem autem rem geſtam à Bernardo ſciſcitantem, humile ab eo reſponſum accepiſſe, haud ipſum, vel Gallicanos Epiſcopos, ex animo definiendi, cõſcripſiſſe, ſed ſimpliciter, quid ſentiret, expoſuiſſe, eoq; reſponſo Cardinalium indignationem quieuiſſe; ita tamen, vt prædictum ſcriptum, tanquàm inconſulta Romana Eccleſia, prolatum, velut auctoritatis pondere carens, pro Symbolo in Eccle-

De controuerſia inter Cardinales, & Eugenium III. Pontificem.

Digitized by Google

Eccleſia, ſicut in Concilijs, contra hæreſes congregatis fieri ſolet, non haberetur, niſi ab Eccleſia Romana confirmaretur.

Quid inde colligit Mornæus?

Pag. 306

Bernardus (inquit) *crimen purgaturus, Romam cùm magna ſubmiſſione accedere cogitur, & Gallicanæ Eccleſiæ ſymbolũ, bonum licet, & bonis omnibus probatũ, pro nullo habetur.*

Duo falſa Commentus eſt Mornæus.

PRimum falſum eſt, Bernardum coactum fuiſſe ob hanc cauſam Romam accedere; ſiquidem Eugenius cùm Cardinalibus tùm erat in Gallia, vbi Concilium Rhemis celebrauit; in quo condemnatus eſt error Gilberti; prout ipſemet S. Bernardus eſt author, Serm. 80. in Cantica; & hæc altercatio non alibi quam in Gallia contigit. Secundò, falſum, pro nullo habitum illud ſymbolum, ſiquidem, quæ ſcripſerat capita S. Bernardus cùm Epiſcopis Galliæ contra errores Gilberti, erant Catholicæ fidei conſentanea, & quemadmodùm errores illi, Apoſtolico iudicio, & authoritate vniuerſalis Eccleſiæ fuerunt damnati, prout teſtatur Gotfridus lib. 3. vitæ S. Bernardi cap. 5. Monachus Claræuallenſis; ita capita illa à S. Bernardo, & Epiſcopis Galliæ tùm ſcripta, fuere probata. Quid verò nos ex hac tota controuerſia colligimus? Certè S. Bernardum ſeſe humillimè ſubiecisse iudicio, & cenſuræ S. R. Eccleſiæ, & verè iudicaſſe, potuiſſe ſe cùm Epiſcopis exponere, quid ſentiret de erroribus Gilberti, eique ſuam fidem opponere; non tamen ſe potuiſſe cum illis, inconſulta ſede Apoſtolica, aliquid definire de fide, vel condere ſymbolum fidei; hoc enim pertinet ad authoritatem ſummi Pontificis, ad quem maiores, & difficiliores Eccleſiæ quæſtiones referuntur, prout docet S. Thomas 2. 2. q. 1. artic. 10. Dominus enim dixit Petro, quem ſummum Pontificẽ conſtituit: *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Et huius ratio eſt, quia vna fides debet eſſe totius Eccleſiæ ſecundum illud 1. Corint. 1. *Idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata:* quod ſeruari non poſſet, niſi quæſtio de fide exorta determinetur per eum, qui toti Eccleſiæ præeſt, vt ſic eius ſententia à tota Eccleſia firmiter teneatur, & ideò ad ſolam authoritatem ſummi Pontificis pertinet noua editio ſymboli, ſicut & omnia alia, quæ pertinent ad totam Eccleſiam, vt congregare Synodum generalem, & alia huiuſmodi. Aliud itaque eſt, capita illa fidei, quæ oppoſuerat S. Bernardus cum Epiſcopis Galliæ erroribus Gilberti, fuiſſe nulla; aliud vero non habuiſſe robur fidei in Eccleſia, priuſquàm ab ipſo Pontifice Romano confirmarentur. Et ex hac controuerſia, quã viſum eſt Mornæo producere in medium, ſatis conſtat etiam iudicio S. Bernardi, vnius eſſe Romani Pontificis, quæſtiones obortas fidei definire, aut ſymbolum fidei condere. Et ipſemet ſcribens ad Canonicos Lugdunenſes de conceptione Virginis epiſt. 174. in fine. *Quæ dixi* (inquit) *abſque præiudicio ſanè dicta ſint ſanius ſapientis. Romanæ præſertim Eccleſiæ authoritati, atque examini totum hoc, ſicut & cætera, quæ eiuſmodi ſunt, vniuerſa reſeruo: ipſius ſi quid aliter ſapio, paratus iudicio emẽdare.* Et epiſt. 190. ad Papam Innocentium ita ſcribebat. *Oportet ad veſtrum referri Apoſtolatum pericula quæque, & ſcandala emergentia in Regno Dei, ea præſertim, quæ de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi, potiſſimum reſarciri damna fidei, vbi non poſſit fides ſentire defectum. Hæc quippè huius prærogatiua ſedis. Cui enim alteri aliquando dictum eſt: Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua? Ergò quod ſequitur, à Petri ſucceſſore exigitur. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Ea itaque eſt conuentio Mornæi cùm S. Bernardo viro verè Apoſtolico, quem nobis toties obiecit, quæ eſt perfidiæ damnatæ ad ſaluificam Orthodoxam fidem: quæ Belial ad Chriſtum, & tenebrarum ad ipſam lucem.

S. Bernardi iudicio, ſolius Romani Pont. eſt, definire de fide.

D. Bernardus dicta ſua de Conceptione B. V. & eiuſmodi alia ſubycit iudicio Rom. Eccleſiæ.

Idem cenſet, quæ de fide contingunt referenda eſſe ad Roma. Pont. & cur.

Mornæi nulla eſt conuentio cum S. Bernardo.

Nunc Petrum Cluniacenſem, alterum tùm temporis lumen Galliæ, nobis profert.

Pag. 306

Petrus (inquit) *Abbas Cluniacenſis Bernardo Coætaneus, Eugenium Pontificem nunquàm ad ſatietatem laudaſſe videtur; in epiſtola præſertim libri ſexti quadrageſima ſeptima, ad Bernardum, in qua nihilominus ipſa ingenuè. Sed dicet quiſpiam: Eccleſia non habet gladium, Chriſtus illum abſtulit, cum Petro dixit: conuerte gladium tuum in vaginam &c. Verum eſt, inquam, verum eſt; Non habet Eccleſia gladium Regis, ſed habet virgam paſtoris, &c.*

HIs reſpondetur, Petrum Cluniacenſem Abbatem non adulari Eugenio, nec aliqua in illius laudem fingere, vel excogitare falſa, ſed vera in illum tot Enchomia congerere; quantam beneuolentiam, & humanitatem Romæ in tanto Pontifice expertus fuiſſet, pluribus verbis enarrando. Et quidem laudari à tam laudato viro non minus illi honorificum, & glorioſum, quàm nunc à Mornæo vituperari. Quod ad gladium attinet, reſpondetur, ex verbis iſtis Chriſti: (*Conuerte gladium tuum in vaginam*) prout docet ipſe S. Bernardus, lib. 4. de conſiderat. cap. 3. conſtare ipſum eſſe Eccleſiæ, ſeu Pontificis. *Qui tuum negat,* (inquit) *non ſatis mihi videtur attendere verbum domini dicentis ſic: conuerte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo & ipſe, tuo forſitan nutu, etſi non tua manu euaginandus. Alioquin ſi nullo modo ad te pertineret & is, dicentibus Apoſtolis: Ecce gladij duo hic; non reſpondiſſet Dominus: ſatis eſt, ſed nimis eſt. Vterque ergo Eccleſiæ, & ſpiritualis ſcilicet gladius, & materialis, ſed is quidem pro Eccleſia, ille verò & ab Eccleſia exerendus eſt. Ille ſacerdotis, is militis manu, ſed ſanè ad nutum ſacerdotis,*

cerdotis, & iuſſum Imperatoris. Hoc ergo ſenſu intelligit Petrus Cluniacenſis gladium materialem non eſſe Eccleſię, ſeu Pontificis, vt ab eo propria manu educendus, & eodem modo exerendus non ſit, quo exeretur gladius ſpiritualis. Mornæus.

Pag.306 *Mitto* (inquit) *Bernardi, Cluniacenſis Monachi ſatyras, qui Petro Abbati contemporaneus, in quibus, & Pontificem, & curiam Romanam mirificè depingit.*

PAuculos illius verſus citaſſe contentus. Hũc Authorem nobis producunt, & plures illius verſus citant Magdeburgenſes Cent. 12. cap. 7. pag. 1058. 1059. authores ſuſpectæ fidei, & quibus nulla Religio ad carpendos ſummos Pontifices, nouos ſcriptores fingere, nàm alioqui Trithemius non alterius Bernardi Monachi Cluniacenſis meminit, quàm, qui conſuetudines omnes Cluniacenſis Monaſterij in vnum volumen luculento ſermone congeſſerit, & claruerit Henrici Tertij Imperatoris temporibus, anno Domini 1070. longè ante Petrum Abbatem. Sed, etſi carpenda eſſent vitia hominum, & curiæ Romanæ, an ideo inſtitutio ipſa Chriſti, ipſe (inquam) Pontificatus carpendus eſt, aut è medio tollendus? quod tamen vnum Mornæus, & Nouatores tàm acriter contendunt.

De Bernardo iſto Cluniacenſi Monacho.

Obijcit & nobis Græcum illum Philoſophũ, cuius meminit Petrus Diaconus, lib. 4. Chron. Caſſin. cap. 116. & 117. qui canino latratu ſanctam Romanam, & Apoſtolicam ſedem, totamque Occidentis Eccleſiam corrodere cœpit, ac dicere, Romanum Pontificem Epiſcopum non eſſe, Clericoſque Romanos excommunicatos, & anathematizatos; Ad quem conuerſus Petrus cœpit ingentem verborum habere conflictum: & cùm Philoſophus diceret, Catholicum cùm excommunicato non debere conferre ſermonẽ, Petrus Diaconus exiſtimans Grecum contra ſe iaculum excommunicationis intorſiſſe, dixit: contra quem telum excommunicationis acueris, ſi placet, edicito: contra me, an contra omnem Eccleſiam? Græcus: & contra te, & contrà omnem Occidentis Eccleſiam Petrus: Cur quæſo? Grecus. Quia decreta Nicœni Concilij tranſgreſſi eſtis. Petrus: In quo tranſgreſſi ſumus ſtatuta Nicœni Concilij? Græcus: In eo, quod adiunxiſtis Spiritum Sanctum à filio quoque procedere. Petrus: Si nos ideo excommunicati ſumus, quia adiecimus ex filio procedere Spiritum Sanctum; & vos ergo excommunicati eſtis, qui addidiſtis, ex ſolo Patre procedere. Ad hæc Græcus obticuit &c. Mornæus igitur, qui ex ſententia Philoſophi Græci vult, Innocentium Papam excommunicatum eſſe, ſententiã Latinorum condemnat, & cùm Græcis ſchiſmaticis de proceſſione Spiritus Sancti à ſolo Patre idem credit, & ſentit. Itaque extra Occidentis oras è Latinorum prouincijs in Græciam monſtrum iſtud abigendum. Subijcit verba iſtius Philoſophi contrà Innocentium Pontificem.

De Philoſopho Græco quodã, qui totam Occidẽtis Eccleſiam corrodebat.

Mornæus iuſtam ſuſpicionem præbet, ſe Græcis ſchiſmaticis, de proceſſione Spiritus S. aſſentire.

In Occidentali climate propheticum illud videmus impletum: Erit, vt populus, ſic Sacerdos, dùm Pontifices ad bella prodeunt, vt Papa veſter Innocẽtius facit; pecunias diſtribuũt, milites congregãt, purpurã induunt. Pag.307

SEd Philoſophi iſtius Græci nugigeruli, contra Pontificem garrientis tanta eſt apud nos authoritas, quanta ipſius Mornæi. Quis neſcit, iam tùm temporis Græcos ſchiſmaticos fuiſſe, ac Romanæ Eccleſiæ infenſos, quę eorum damnaſſet errores. An non Sanctus Bernardus lib. 3. de Conſiderat. cap. 1. de Græcorum pertinacia ſcribens: *Nobiſcum ſunt* (inquit), *& nobiſcum non ſunt, iuncti fide, pace diuiſi. Quanquam & in fide ipſa claudicauerint à ſemitis rectis &c.* Sed & alios nobis opponit.

Philoſophi illius, & Mornæi par apud nos authoritas.

Qui ab Eccleſia Romana (inquit) *apertè deficiunt, doctrinam eius ipſam aggrediuntur; nec non in Gallia noſtra plures Prouincias ſuis concionibus ex eius faucibus eripiunt; Inde vero in vicinas nationes diffunduntur. In his primus occurrit ſub annum 1126. Petrus Bruis, cui ſuccenturiatur ſub annum 1147. Henricus diſcipulus, presbyter ille, hic Monachus &c.* Pag.307

NOn mirum certè, cùm iſti, ex confeſſione Mornæi, defeciſſent ab Eccleſia Romana, ſi eius doctrinam ſunt aggreſſi: non aliunde certè emerſerunt omnes hæretici. *Non erant ex nobis, ſi fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum.* Quòd attinet ad Petrum Bruem: aduerſus eum Petrus Cluniacenſis lib. 1. epiſt. 1. & 2. duas ſcribens epiſtolas ad illarum partium Epiſcopos, in quibus ſuos ſparſerat errores, egregiè, & fusè refellit quinque præcipua peruerſi illius Hæretici dogmata, quibus aſſerebat, baptiſma nihil paruulis prodeſſe ante intelligibilem ætatem: Templa, & Eccleſias eſſe diruendas, nec eſſe Chriſtianis neceſſaria ad adorandum loca ſacra: Cruces abominationi eſſe debere, atque ſuccindi, quòd in huiuſmodi ſigno Chriſtus tam dirè ſit occiſus: Sacrificium corporis, & ſanguinis Domini quotidie in Eccleſia offerri ſolitum, nihil eſſe, neque Deo offerri debere ſacrificia: Orationes, Eleemoſynas, & alia viuorum pro defunctis fidelibus ſuffragia, & bona opera nihil omninò illis prodeſſe. Hæc Petri illius Bruis deliramenta, quæ & Mornæus, & Nouatores noſtri temporis reuocarunt ab orco. *Sed poſt rogum Petri Bruis*, ait Petrus Cluniacenſis lib. 1. epiſt. 1. *quo* apud

Petrus Cluniacenſis confutauit Petri Bruis errores quos

apud Sanctum Egidium zelus fidelium flammas dominicæ Crucis ab eo ſuccenſas, eum concremando vultus eſt, poſtquàm planè impius ille de igne ad ignem, de tranſeunte ad æternum tranſitum fecit, hæres nequitiæ eius Henricus cū neſcio quibus alijs doctrinam diabolicam non quidem emendauit, ſed immutauit: addebat ſuperioribus hæreſibus, Deum irrideri cantibus Eccleſiaſticis. De eo ita S. Bernardus epiſt. 240. ſcribens ad Hildefonſum Comitem Sancti Egidij. *Quanta audiuimus, & cognouimus mala, quæ in Eccleſijs Dei fecit, & facit quotidiè Henricus hæreticus? Verſatur in terra veſtra ſub veſtimentis Ouium lupus rapax, ſed, ad Domini deſignationem à fructibus eius cognoſcimus illum; Baſilicæ ſine plebibus, plebes ſine Sacerdotibus, Sacerdotes ſine debita reuerētia ſunt; & ſine Chriſto deinde Chriſtiani. Eccleſiæ ſynagogæ reputantur, ſanctuariū Dei ſanctū eſſe negatur; ſacramenta non ſacra cenſentur, dies feſti feſtiuis fruſtrantur ſolēnijs. Moriūtur homines in peccatis ſuis, rapiuntur animæ paſſim ad tribunal terribile, heu, nec pœnitentia reconciliati, nec ſacra communione muniti. Paruulis Chriſtianorum Chriſti intercluditur vita, dum baptiſmi negatur gratia, nec ſaluti propinquare ſinuntur &c.* En quantam perniciem animabus inferret Hæreticus ille, quem ibidem, quis eſſet, deſcribit. *Homo apoſtata eſt, qui, relicto Religionis habitu (nam Monachus extitit) ad ſpurcitias carnis, & ſeculi, tanquàm canis ad ſuum vomitum, eſt reuerſus. Præ confuſione autem habitare inter cognatos, & notos non ſuſtinens, vel potius non permiſſus ob magnitudinem criminis, ſuccinxit lumbos ſuos, & iter, quà neſciebat, arripuit; factus gyrouagus, & profugus ſuper terram. Cumque mendicare cœpiſſet, poſuit in ſumptu Euangelium: nam literatus erat. Et venale diſtrahens verbum Dei, euangelizabat, vt manducaret; Siquid ſuprà victum elicere poterat à ſimplicioribus populi, vel ab aliqua matronarum, id ludendo aleis, aut certe in vſus turpiores turpiter effundebat. Frequenter ſiquidem, poſt diurnum populi plauſum, nocte inſecuta cùm meretricibus inuentus eſt prædicator inſignis: & interdùm etiam cùm coniugatis. Inquire, ſi places, vir nobilis, quomodò de Lauſana Ciuitate exierit, quomodò de Cenomanis, quomodò de Pictaui, quomodò de Burdegali: nec patet ei vſpiàm reuerſionis aditus, vt pote qui fœda poſt ſe vbique reliquerit veſtigia.* En igitur quales nobis opponit contrà progreſſum Romanę Eccleſię noui Euangelj authores Mornæus? Inſignes apoſtatas tùm, damnatos a viris inſigni ſanctitate, & doctrina ornatis, immò & ab Vniuerſali Eccleſia. Ad huiuſmodi monſtrū conficiendum, Henricum (inquam) hæreticum Petrobruſianum Albericus S.R.E. Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis ab Eugenio III. miſſus eſt legatus in prouinciam Toloſanam, quam ille ſuis hæreſibus vehementer corruperat, qui S. Bernardum, Gaufridum Epiſcopum Carnotenſem, & alios Epiſcopos ſanctitate, & doctrina præſtantiſſimos ſecum duxit. Author eſt Gofridus, lib. 3. de vita S. Bernard. cap. 5. S. Bernardū ſuis ſermonibus, immo & miraculis adeò profeciſſe, vt, vbi illa hæreſis maximè vigeret, ſimplices in fide inſtructi fuerint, nutantes roborati, errantes reuocati, ſubuerſi reparati, ſubuerſores verò, & obſtinati ita repulſi, vt ne apparere quidem præſumerent: atque etſi tunc fugerit Henricus, latueritque; ita tamen obſtructas, eſſe eius vias, vt vix alicubi poſtea tutus, tandem captus, & catenis vinctus, Epiſcopo traditus ſit: Ex multiplicibus verò D. Bernardi miraculis, quæ tum edidit in confirmationem fidei Catholicæ, illud non omittendum, quòd benedicens panes ſigno crucis in nomine Domini: *In hoc (inquit) ſcitis vera eſſe, quæ à nobis, falſa, quæ ab Hæreticis ſuadentur, ſi infirmi veſtri, guſtatis panibus iſtis, adepti fuerint ſoſpitatem.* Cùmque Gaufridus Epiſcopus Carnotenſis addidiſſet. *Si bona fide ſumpſerint, ſanabuntur:* ille de Domini virtute nihil hæſitans. *Non ego hoc dixerim,* (ait) *ſed verò qui guſtauerint, ſanabuntur, vt proinde veros nos, & veraces Dei nuncios eſſe cognoſcant.* Tùm vero ingens languentium multitudo, guſtato eo pane, conualuit: adeò certus erat S. Bernardus de veritate fidei Catholicæ, quam tuebatur, & de falſitate perfidiæ hæreticæ, quam inſectabatur, vt in confirmationem illius, & damnationem iſtius, ſponderet a Deo exhibenda fore miracula. Annon verò miracula illa teſtimonia erant diuina? An Deus author mendacij, vel falſitatis teſtis eſſe poteſt? Ita Petrobruſiana, & Henriciana hæreſis tunc damnata eſt, immò & Mornæus, ac omnes Nouatores earumdem hæreſeon aſſertores diuino calculo ſuæ pariter dānationis ſententiam acceperunt.

Quorum malorum cauſſa Henricus Petri Bruis diſcipulus.

Idem Henricus qualis eſſet.

Quales viros Mornæus opponat progreſſus Rom. Eccleſiæ.

Inſigne miraculū ſancti Bernardi ad confirmationē fidei Catholicæ, & damnationem hæreſis Petrobruſianæ, & Henricianæ.

At Bernardus plus æquo credulus (inquit) *illis exprobrat, quòd, Manichæorum inſtar, matrimonij, & carnis vſum damnent; baptiſmum etiam infantibus denegent.* Pag. 307

SEd fallitur Mornæus; neque enim huiuſmodi inſaniam Manichæorum tribuit Henrico, aut Petrobruſianis S. Bernardus, ſed alijs Hæreticis, Apoſtolicis dictis, prout conſtat ex ſerm. 66. in Cantica. Quòd vero Petrus Bruis, & Henricus damnarent baptiſmum infantium, non vnus Bernardus, ſed & Petrus Cluniacenſis, & alij illius temporis ſcriptores teſtantur. An verò S. Bernardus calumniator vnquàm præterquàm ab iſto fœdifrago habitus eſt, aut cuiquam crimen hæreticæ perfidiæ imponere ſolitus? Proſequitur

Error Mornæi de D. Bernardo.

Petrus Bruis, & Henricus baptiſmū infantium damnauerunt.

Vt, & Henrico concubinam, & alearum luſum obijcit, quia & olim fide opinionum, & flagitiorum monſtra primis Chriſtianis impacta apud Tertullianum legimus. Pag. 307

ITaque hæretici illi diuino teſtimonio condemnati, & ab Eccleſia proſcripti, eodem loco Mornęo habentur, quo primum illi Chriſtiani tot ſcelerum à profanis Ethnicis impiè, & falsò accuſati: S. Bernardus vero eodem numero

D. Bernardus apud Mornæum eo eſt loco, quo Ethnici illi, qui Chriſtianos variorum ſcelerum falsò accuſabāt.

quo impoſtores illi Ethnici; nequeo certe me continere, quin cùm S. Auguſtino lib. 3. contrà Creſconium Grammaticum cap. 5. exclamem. *O ſcelus, ò portentum non, vt ait quidem, in vltimas terras deportandum, ſed potius extra omne Cælũ, & omnes terras, (ſi fieri poſſit) abigendũ. Proſequitur*

Pag.307 *Bernardus interim hi* (inquit) *oues ſunt habitu, aſtu vulpes, crudelitate lupi; Hi ſunt qui boni videri, non eſſe, mali non videri, & eſſe malunt.* infert Mornæus *Quorum igitur externam conuerſationem bonam fuiſſe neceſſe ſit.*

AT verò ſuperiora verba citauit ex ſerm. 66. in Cantica, vbi non de Petro Bruis, & Henrico, ſed de alijs Hæreticis, vt dictum eſt, loquitur S. Bernardus, cum tamen illis hæreticis poſſint congruè aptari verba D. Bernardi, qui & de iiſdem hæc ſubijcit. *Mali ſunt, & boni videri volunt, ne ſoli ſint mali: mali videri timent, ne parum ſint mali. Etenim minus certè malitia palam nocuit, nec vnquam bonus, niſi boni ſimulatione deceptus eſt. Ita ergò, in malum bonorũ, boni apparere ſtudent; mali volunt, vt plus liceat malignari. Neque enim eſt apud eos virtutes colere, ſed vitia colorare quodam quaſi virtutum minio. Denique ſuperſtitionis impietatem nomine Religionis intitulant.* & alia huiuſmodi. An verò externa illa conuerſatio bona, quæ fallax eſt, & verè hypocriſis? Si illatio Mornæi admittenda, oportuit vtique & conuerſationem Iudæ bonam eſſe, cùm oſculo filium hominis traderet: & cùm Chriſtus Math. 7. ita moneret ſuos. *Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis Ouium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces*: oportuit vtique iſtos externam bonam habere conuerſationem: Et cùm Math. 23. grauiter increparet Phariſæos his verbis: *Væ vobis, Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris quidem parent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Sic & vos foris quidem paretis hominibus iuſti: intùs autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate.* Oportuit vtique eorum externam conuerſationem eſſe bonam. An non vero ſimulata ſãctitas duplex eſt iniquitas, maximè ſi quis eo ſanctitatem ſimulet fine, vt falſam doctrinam diſſeminet, qui certe finis propoſitus erat Hæreticis illis, de quibus eo loci agit S. Bernardus.

Mores Hæreticorum.

Si Mornæus audiatur, conuerſatio Iudæ bona fuit, dùm Chriſtum traderet.

Falſorum item Prophetarum.

Phariſæorum item.

Simulata ſãctitas duplex eſt iniquitas.

Pag.307 *Fatentur quoque eorum diſcipulos alacriter flammam ſubijſſe, conſtanter ſua fidei cauſa omnia externa perpeſſos eſſe. Hæc cum laſciua, aut vita, aut doctrina nùm cohærere poſſint?*

AT verò vt docet D. Auguſtinus epiſt. 48. 40. 61. 167. lib. 1. contra epiſt. Parm. cap. 9. lib. 3. contra Creſconium cap. 48. Martyrem non facit pœna, ſed cauſa, & non ex paſſione certa iuſtitia, ſed ex iuſtitia paſſio glorioſa eſt; & poteſt eſſe impiorum ſimilis pœna, ſed diſſimilis eſt Martyrum cauſa. Equidem Petrus de Bruis peſtiferæ ſectæ author apud S. Egidium à fidelibus igne crematus eſt: ita vleiſcente numine nefandiſſima ſceleſtiſſimi hominis ſacrilegia, cum inter alia (prout ſcribit Petrus Cluniacenſis) ad inauditam diuinitatis contumeliam, magno de Crucibus aggere inſtructo, ignem immiſiſſet, pyram feciſſet, carnes coxiſſet, & ipſo paſſionis dominicæ die Paſchalem Dominicam præcedente, inuitatis publicè ad talem eſum populis, comediſſet. Certè tàm ſcelerati hæretici diſcipulos eandem decebat ignis pœnã ſuſtinere; Quod ſi illi Martyres, nulla non hæreſis iactabit ſuos Martyres æquè, ac Donatiſtæ olim ſuos Circumcelliones. An verò monaſticam vitam abiecerat Henricus Petrobruſianus, vt vitam magis auſteram duceret? De eo ex S. Bernardo epiſt. 240. hæc iam citauimus. *Homo apoſtata eſt, qui, relicto Religionis habitu (nam Monachus extitit) ad ſpurcitias carnis, & ſeculi, tanquàm canis ad ſuum vomitum eſt reuerſus.* Viuebat ſanctiſſimus ille Abbas eo tempore: Henricum probè nouerat, quem non modò argumentis, ſed & miraculis confutauit: erat præterea vir ſanctitate, & doctrina inſignis, non calumniator, aut impoſtor, ſed veritatis tàm amans, quàm mendax eſt Mornæus cum omnibus Nouatoribus, nimirum ex patre Diabolo, qui in veritate non ſtetit: Iam laſciua igitur vita cũ peſtifera illa doctrina propriè, pertinacia, nõ conſtãtia, Diabolo poſſidente, non perſequente, mortem ſubire ſacrilegi illi non dubitabant, haud dubie coniuncta erat.

Martyrem non facit pœna, ſed cauſa.

Petrus Bruis à fidelibus igne crematus.

Verùm Mornæus

Non aliud (inquit) *eis vulgò obijciebatur, quàm quod hodie; Nùm igitur patres noſtri tàm diù errauerunt, tàm multi hallucinati ſunt?* Pag.307

AT enim illi venerant, vt noua doctrina illuminarent mundum, quam Apoſtoli Eccleſiæ, non tradidiſſent, & eorum ſucceſſores, ac omnes Patres ignoraſſent. Firmiſſimum certè argumentum à doctrina Patrum, & antiquitate contra hæreticos ſemper Patres duxerunt. Tertullianus lib. de præſcript. cap. 29. *Quoquo modò ſit erratum; tàm diù vtique regnauit error, quam diu hæreſes non errant. Aliquos Marcionitas, & Valentinianos liberanda veritas expectabat. Interea perperàm euangelizabatur, perperàm credebatur &c.* paulò poſt. *Sed enim in omnibus veritas imaginem antecedit: poſtremò ſimilitudo ſuccedit. Cæterum ſatis ineptum, vt prior in doctrina hæreſis habeatur: vel quoniam ipſa eſt, quæ futuras hæreſes, & cauendas prænunciabat.* et cap. 31. ex illa parabola Math. 13. argumentum ducit, quæ bonum ſemen frumenti à Domino ſeminatum primo conſtituit: auenarum autem ſterilis fœni adulterium ab inimico Diabolo poſtea ſuperducit; *propriè enim (inquit) doctrinarum diſtinctionem figurat, quia & alibi verbum Dei ſeminis ſimilitudo eſt, ita ex ipſo ordine manifeſtatur*

Argumentum à doctrina Patrum, & antiquitate firmiſſimum.

tur id eſſe dominicum, & verum, quod ſit prius traditum: id autem extraneum, & falſum, quod ſit poſterius immiſſum. Ea ſententia manebit aduerſus poſteriores quaſque hæreſes, quibus nulla conſtantia de conſcientia competit ad defendendam ſibi veritatẽ: Et alibi; *Quis eſtis vos* (inquit) *vnde, & quando veniſtis? vbi tandiu latuiſtis?* Optatus lib. 2. contra Parmen. *veſtræ Cathedræ originem oſtendite, qui vobis vultis Sanctam Eccleſiam vendicare.* Hieronymus in epiſt. ad Pammachium, & Oceanum. *Quiſquis aſſertor es nouorum dogmatum quæſo te, vt parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apoſtolico ore laudata eſt. Cur poſt quadringentos annos docere nos niteris, quod ante neſciuimus? vſque in hanc diem ſine veſtrâ iſta doctrina Chriſtianus mundus fuit &c.* D. Auguſtinus ne nouã doctrinam tradere videretur de peccato originali, agens, contra Pelagianos, diſputat ab authoritate Patrum. *Quod credunt* (inquit) lib. 1. contra Iulianum cap. ſecundo circa medium: *credo: quod tenent, teneo: quod docent doceo: quod prædicant, prædico;* Poſt. *Tantumne apud te poſſunt Pelagius, & Cæleſtius, vt à ſolis ortu vſque ad occaſum tot, ac tantos fidei Catholicæ doctores, & defenſores, antiquos, & noſtræ ætati contiguos dormientes, & manentes non ſolum deſerere, verùm etiam Manichæos audeas appellare? &c.* Quia prout teſtatur idem D. Auguſt. lib. 1. contra eumdem, dicebant Manichæum, eſſe ſenſum confiteri, ex Adam trahere naſcentes originale peccatum. Cùm igitur Petrus de Bruis, & Hẽricus, eorumque diſcipuli, quos tantoperè commendat Mornæus, noua, & prius inaudita dogmata inducerent; quam verò tuebantur Pontifices Romani, S. Bernardus, Petrus Cluniacenſis, qui eos ſcriptis, & miraculis confutarunt, Epiſcopi Galliarum, quibus cohærebat in ijſdem fidei dogmatibus reliquus orbis Chriſtianus, à maioribus traditam accepiſſent: hæc certè bonum erat ſemen, quod ſeminauerat paterfamilias in agro ſuo, ſcilicet doctrina ſalutifera à Chriſto, & à Spiritu Sancto primum Apoſtolis, ab illis deinde per vniuerſum mundum prædicata, & per omnes ætates, à cunctis fidelibus credita: noua verò illa dogmata zizania erant, quæ inimicus homo ſuperſeminauit. An non, quod prius traditum, illud verum, & prior in doctrina veritas fidei, quã hæreſis? Et cum ſacrilegi illi nebulones ab Eccleſia Romana defeciſſent, vnus Presbyter alter Monachus, (prout fatetur aduerſarius) quis eos induxit, vt, tàm grauiter impugnata illius doctrina, nouam prorſus inauditam, ac omninò cõtrariam inueherent? Quibus argumentis, aut ſignis perſuadebant ſibi id reuelatum, quod tota Eccleſia antea ignoraſſet? Nos certè iubemur interrogare. Patres noſtros, vt annuncient nobis, & maiores noſtros, vt dicant nobis; Rectè igitur illis obijciebatur, quod & nunc Mornæo, & Nouatoribus opponimus. *Nùm igitur Patres noſtri tàm diu errauerunt, tàm multi hallucinati ſunt?* Cui interim obiectioni Mornæus minime ſatisfacit, in quem & ſimile argumentum, quod D. Auguſtinus in Iulianum, retorquemus.

Mornæus eodem argumento refellitur, quo Iulianus ab Auguſtino.

Tantumne apud te poſſunt Petrus de Bruis, & Henricus, vt à ſolis ortu vſque ad occaſum tot, ac tantos fidei Catholicę doctores, & defenſores antiquos non ſolùm deſerere, ſed etiã hæreticos audeas appellare? Si enim illi Orthodoxi: Eugenius Pontifex, S. Bernardus, Petrus Cluniacenſis, Epiſcopi Galliarum, ac totius orbis, & qui præceſſere Patres, quorum illi veſtigijs inſiſtebant, erunt hæretici.

Proſequitur aduerſarius.

Pag. 308

Iam, vt à nobis ſæpius notatum doctrinæ labem vna cum huius Myſterij iniquitate perpetuo inualeſcere, exoritur hoc tempore Petrus Abelardus, ſubtiliſſimi vir ingenij, qui Pelagij opiniones, aliaſque conſectaneas reducit &c.

Confirmatio condemnationis errorum Petri Abelardi ab Innocentio Põt. petita.

AN verò Pelagij opiniones, vel praua dogmata Petri Abelardi vnquàm probauit Eccleſia Romana? Certè cum illius errores Epiſcopi apud Senonas damnaſſent, vt ipſorum ſententia ab Innocentio Papa confirmaretur, literis ad eum ſcriptis petierunt, & eſt epiſt. 191. apud S. Bernardum: in qua teſtantur, cum ſedem Apoſtolicam appellaſſe, ideoque ſe Apoſtolicæ reuerentiæ deferentes, nihil in perſonam eius egiſſe, ſed tantummodo capitula librorum eius à Sanctis Patribus condemnata, ne morbus ſerperet: medicinali neceſſitate abiudicaſſe. Eadem ſcribit & S. Bernardus ad dictum Innocentium Papam, vbi condemnare hæreſes, & controuerſias fidei iudicare, docet apertè eſſe Sedis Apoſtolicæ S. R. Eccleſiæ. Et ipſe Pontifex Epiſcopis annuens tàm Abelardum, quam eius praua dogmata, & ſectatores anathemate damnauit, prout legimus epiſt. 194. apud eumdem S. Bernardum.

Innocentius Epiſcoporũ poſtulatis annuit.

Et cùm prædictus Petrus Abelardus proſecuturus appellationem, Romam verſus iter dirigeret, diuertens Cluniacum libenter paſſus eſt, ſe retineri à Petro venerabili illius Monaſterij Abbate, cuius opera non ſolum errores abiurauit, eoſque à ſuis libris expunxit & cùm S. Bernardo pacifica habuit colloquia, ſed & Monachus effectus permiſſus eſt à ſummo Pontifice ibi reliquum vitæ tranſigere. Legi poteſt Petrus Cluniacenſis lib. 5. epiſt. 3. ſcribens ad Innocentium.

Petrus Abelardus errores ſuos abiurauit, ſeque Monachorum familiæ adiunxit.

Immò ipſe Abelardus pœnitens vſque in finem arctiſſima Monaſtica obſeruantia demùm ſancto fine quieuit, vt teſtis eſt locuples idem Petrus Cluniacenſis, ſcribens lib. 5. epiſt. 20. ad Eloyſam Abbatiſſam, eius quondam Coniugem, quæ & ipſa doctrina excellens idem vitæ genus arripuerat.

In qua demùm ſancto fine quieuit.

Quomodo igitur cùm huius Myſterij iniquitate, hoc eſt, ex interpretatione Mornæi, cùm progreſſu Papatus doctrinæ labes inualeſcit, quia eo tempore exoritur Petrus Abelardus, qui Pelagij opiniones, aliaſque conſectaneas reducit? Quid enim cùm Papatu, cùm Eccleſia (inquam) Romana aut eius doctrina, affine habent Pelagij opiniones, ab ea iam olim dãnatæ, & proſcriptæ, aut alia peruerſa dogmata

 ipſius

ipſius Abelardi, quæ & ipſa Sedes Apoſtolica, ad quam ipſe prouocauerat, damnauit? An non & ipſe ſuas abiurauit hæreſes: alioquin ab Eccleſia Romana ipſe damnandus & perpetuò anathemate feriendus? Quoniam verum tum eſſe probatum eſt, quod ſcribebat Cyprianus Romanam Eccleſiam eſſe, ad quam perfidia non poſſit habere accesſum. Quod vero ſubiungit aduerſarius,

Pag. 308 *Petri Abelardi ſchola in ſcholaſticis continuatur, qui eius methodum ita ſecuti, vt illorum pater agnoſcatur.*

Mornei mendaciũ eſt, Abelardi ſcholam in ſcholaſticis continuatam.

FAlſum eſſe conſtat: ſiquidem nec in ſcholis Theologorum legitur aliquod ſcriptum Petri Abelardi, immò inter tot ſcholaſticos Theologos nulla fit illius mentio, neque Theologi ſcholaſtici doctrinam Petri Abailardi profeſſi ſunt vnquam. Refert Trithemius, lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, eum ſcripſiſſe nonnulla opuſcula, quibus ſi errores non miſcuiſſet, vtilitati poſteritatis profuiſſe poterant; *E quibus* (inquit) *extat volumen dialectica oſcuritate ſubumbratum, multis ſententijs varium, quo prænotare voluit Theologiam ſuam, & quædam alia*; quæ tamen non circumferuntur, nec à ſcholaſticis in aliquo pretio habentur. Quod ſcribit aduerſarius, de fide iuſtificante apud ſcholaſticos ſuboſcuram fieri mentionem, & collocare ſalutis arcem in operibus mortuis: ignorantiæ illius tribuendum, qui nec, quid ſit fides iuſtificans, nec quid tradant ſcholaſtici de fide iuſtificante, aut quæ ſint apud eos opera mortua, prorſus nouit; nec eſt, quòd in detegenda, aut ſugillanda iſtius ignorantia amplius immoremur. Legi poteſt Concilium Trident. ſeſſ. 6. vbi de fide iuſtificante, & noſtra iuſtificatione, eiuſque cauſſis ea tradit, quæ hactenus Scholaſtici docuerunt. Proſequitur.

Pag. 308 *Per idem tempus Gratianus Decretum conſarcinat non fælicius, quàm Pandectas Iuſtinianus, ex Canonibus & decretis antiquis &c.*

Lutherus palàm combuſſit ius ciuile, & Pontificiũ cum diplomatis Pontificum.

NOn melius certè ipſe animatus in Ius Pótificium, & Ciuile, quàm Lutherus Nouatorum noſtri temporis Anteſignanus, qui eò infamiæ venit, vt & Ius Ciuile, & Pontificium cum diplomatis Pontificum (vt tradit Surius anno 1520.) Vittembergæ palam incenderet, & exureret. Quod attinet ad Pandectas Iuſtiniani, longe certè aliud virorum doctorum de illis iudicium quam iſtius Rabulæ: vt quemadmodum Cicero in libris de oratore librum duodecim tabularum anteponit omnibus Philoſophorum bibliothecis, ita affirmare non dubitent, nullum ferè librum, ſiuè Græcum, ſiue Latinum extare, qui tantam rerum bonarum, & vtilium copiam complectatur, vt videantur comparandi clypeo Herculis, cuius meminit.

Libri Pandectarũ Iuſtiniani clypeo Herculis comparati.

Heſiodus in lib. cui titulus ἀσπὶς τοῦ ἡρακλέους. Vt enim in clypeo Herculis magna erat varietas rerum inſignium depicta: ita in libris Pandectarum ingens rerum cognitu dignarum copia, & varietas deſcripta reperitur. Alij legum fontes illas appellant. Reſpondent vero Pandectæ decreto Gratiani, quemadmodum Codex ipſe libris Decretalium, in quibus reſponſa habentur Pontificum, vt illic Imperatorum. Claruit Gratianus tempore Eugenij Tertij, & ſcripſit Decretum, ſiue concordiam diſcordantium Canonum: opus valdè laborioſum, in quo Canones plurimos colligit ex ſcripturis, ex reſponſis Pontificum, ex Concilijs & ex Patribus: Et quamuis multi alij Viri docti in hoc genere ſcriptionis laborauerint, vt Dionyſius Exiguus, Iſidorus, Creſconius, Burchardus, Iuo, & alij, ſolus tamen ipſe obtinuit, vt publicè in Gymnaſijs prælegeretur, & multorum doctiſſimorum virorum Commentarijs illuſtraretur, quorum certè iudicium pluris facimus, quàm inſipidi noſtri aduerſarij. Ab Eugenio Tertio approbatum fuiſſe Gratiani decretum, authòr eſt Trithemius. Mornæus.

De Gratiano, eiuſque Decreto.

Haud dubiè (inquit) *qua ſub vnius Pontificis iugum Vniuerſam Eccleſiam redigebat; Bernardi conſiliorum in libris de Conſiderationibus quàm parùm memor.* Pag. 308

ATqui Bernardus paſſim docet, Vniuerſam Eccleſiam Pontifici Romano eſſe ſubiectam, & præcipuè in libris illis de Conſiderat. lib. 2. cap. 1. docet, eum ſuper terram non habere parem. Et cap. 8. eum Sacerdotem magnum, & Principem Epiſcoporum nominat, cui Chriſtus omnes ſuas oues ſine vlla exceptione aſſignarit. Et li. 3. ca. 1. Orbe exeundũ ei, qui fortè volet explorare, quę ad tuã non pertinent curam. Neque vero iugum illud graue eſt, ſed ſuaue Chriſti, & miniſterium magis, quàm dominium, illudque non in vtilitatem priuatam, ſed ſubditorum inſtitutum. Siquidem, vt paſtor eſt vniuerſalis, ita pro omnibus inuigilat, tanquàm de illis rationem redditurus.

Iugum Pontificis non eſt graue.

Petro Lombardo non æquior eſt, quam Gratiano Mornęus.

Eadem methodus (inquit) *Petri Lombardi (Is Gratiani frater) in 4. ſententiarum libris, quas ex Patrum locis hinc inde collectis in certum ordinem cõpingit &c. Vt deinceps vnus Gratianus conſulatur, vnus in ſcholis prælegatur Lombardus; In his tota ſeu Iuriſprudentia, ſeu Theologia Chriſtiana poſita ſit: fontem repetere in ſacris veteris, & noui teſtamenti ſcripturis, in Patrum adeò monumentis, antiquorumuè Conciliorum Actis nemo dehinc curet.* Pag. 308

Equidem

Equidem eodem tempore hi duo floruerunt, & ſicut Gratianus Canones collegit, & Canoniſtarum quaſi magiſter fuit, ſic Petrus Lombardus collegit ſententias ſacrorum Theologorum, & Magiſter ſententiarum, ac Scholaſticorum Theologorum dici meruit: Quòd fratres fuerint, nullo modo probabile: Cùm Gratianus Etruſcus fuerit ex Cluſio ciuitate; Petrus Lombardus ex Nouaria. Sed non mirum, ſi adeò infenſus ſit Mornæus Petro Lombardo; cùm ſcholaſticam Theologiam, qua ſcitur, quemadmodũ fides Catholica & pijs opituletur, & contra impios defendatur, adeò ſectarij auerſentur: nollent enim ſuos errores diſputando refutari, aut conuinci, vt nec ſuam legem Pſeudopropheta Mahometes. Impoſtura vero eſt, quod nemo curet fontem repetere in ſcripturis ſacris, Patrum monumentis, aut antiquorum Conciliorũ Actis: Vnde enim Theologi ſcholaſtici argumentantur, niſi ab authoritate ſacræ ſcripturæ, ſacrorum Conciliorum, ac Patrum tanquàm à locis inſitis? vnde ereuta Theologia Scholaſtica, niſi ex doctrina S. Auguſtini, ac reliquorum Patrũ & ſacrorum Conciliorum? An poſt Magiſtrum ſententiarum vale dixerunt Theologi noſtri ſacræ ſcripturæ, Concilijs, & Patribus? Non minus impoſtor iſte, quàm Caluinus, lib. 5. Inſt. cap. 2. ſect. 2. qui impudẽter ſcribit, ſcholaſticos Theologos, velut obducto velo, Chriſtum texiſſe, & plurima mala illis accepta ferri debere. Notus eſt Demoſthenis apologus de Lupis, ouibus, & canibus, ab eo tùm Athenis recitatus, cùm Alexander, Oratores, qui pro populo Athenenſium, & Græciæ libertate certabant, ſibi tradi poſtularet: ſic lupi iſti rapaces Theologos ſcholaſticos, tanquàm canes oderunt, quorum ſagacitate videant ſe arceri a ſeducendis, & dilaniandis ouibus: Intelligunt inquam fideles in gremio Eccleſiæ retineri, fidem ſalutiferam tàm ſtrenuè defendi, ac peſtiferos ſuos errores tã acriter refutari.

Probabile non eſt Gratianum, & Petrũ Lombardum fuiſſe fratres.

Cur Mornæus Petro Lombardo ſit infenſus.

Impoſtura Mornæi.

Alia eiuſdem generis impoſtura Caluini.

ANTIDOTVM

Contra progreſſum quadrageſ. ſeptimum.

Pag. 309 *Anno 1152. mortuo Conrado ſuccedit in Regno Germaniæ Fridericus Fratris filius.*

Cvrtàm facilè Principes omnes in eius electionem conſenſerint poſt poſito Friderico paruulo Conradi filio, videndus Otho Phriſingenſis lib. 2. de geſtis Friderici cap. 2. & 7. qui & miſſam legationem ab eo ad Eugenium Pontificem tradit; & prout refert Baronius ad annum Chriſti 1152. extant in Bibliotheca Vaticana in volumine quod Cencius Cameralis inſcribitur, antiqua documenta concordiæ inter Eugenium, & Fridericum initæ ex parte quidem Regis pro defenſione Eccleſiæ Romanæ, eiuſque bonorum, ac iurium: ex parte verò Pontificis pro corona Imperij ei impertienda.

Anno 1152. Fridericus Conradi ſucceſſor in Imperio.

Anno 1153. excedente Eugenio ſublegitur Anaſtaſius &c.

Sigonius lib. 12. anno 1152. *Neque Romanos ipſe laceſſens, neque laceſſitus ab eis, per annum & menſes fere quinque pacatè lateranum* obtinuit Platina; *Verùm plura mente deſtinauerat, tum ad dignitatem Eccleſiæ, tùm ad ornatum Vrbis Romanæ pertinentia, ſi ei aliquandiu viuere licuiſſet. Hominem veteranum, & in conſuetudine curiæ Romanæ exercitatum.* Vocat Otho Phriſingenſis lib. 2. de geſtis Friderici cap. 10. Quod ſcribit Mornæus, eum Romanos ſuo iure vtentes non laceſſiuiſſe. Reſpondemus, Anaſtaſium primum quidem nimiæ facilitatis in ſuo Pontificatu notatum fuiſſe. Deinde nec Romanos ſuo iure, ſed vſurpato ſine omni iure tùm vſos fuiſſe.

Anaſtaſius IV. Eugenij III. ſucceſſor.

In eius locum ſubrogatur Adrianus IV. natione Anglus ex Epiſcopo Albanenſi, Nicolaus dictus. Mornæus.

Adrianus IV. Anaſtaſij ſucceſſor

Non prius in Laterano conſecrari vult, quàm populus Arnoldum illum exegerit &c. Senatum etiam illum abdicet &c. quod abnuente populo, ipſe, ſacris interdictis, Vrbe excedit; atque Vrbeuetum cum Aula Cardinalium commigrat.

De Arnoldo hæretico, & ſeditioſis in vrbe Arnaldiſtis iam ſupra dictum eſt. Is cùm Adriani Papæ exordijs rurſum fauore quorumdam peruerſorum ciuium, & Senatorum in vrbem ſe intruſiſſet, atque ipſi Adriano, cœteriſque Patribus inſidiari, & publicè procaciter aduerſari cœpiſſet, adeò, vt Gerardum Cardinalem Sanctæ Pudentianæ, dum iret ad Pontificẽ, quidam ex eius ſectatoribus aggredientes ad interitum vulneraſſent, idem Pontifex Vrbem interdicto ſuppoſuit, & vſque ad quartam feriã maioris hebdomadæ vniuerſa Ciuitas ceſſauit à diuinis. Tunc verò Senatores compulſi à Clero, & populo Romano, accedentes ad Pontificem, ſuper Sancta Euangelia iurarunt, quòd Arnoldum, & eius ſectatores ab vrbe, eiuſque finibus expellerent, niſi obedientes ſe Pontifici exhiberent: ſicque ipſis eiectis, ciuitas abſoluta eſt, & ingenti gaudio repleta. Hæc obſeruat Baronius ad annum Chriſti 1155. ex vetuſto Codice Vaticano Romanorum Pontificum. Addit Platina, Conſules Magiſtratu abdicare ſe coactos, relicta Pontifici libera adminiſtrandæ Vrbis facultate. Etſi igitur initio abnuerit populus imperata facere

Cur Adrianus Vrbem ſuppoſuerit interdicto.

Quo pacto vrbs interdicta, abſoluta.

Digitized by Google

ceere Pontificis; reſipuit tamen poſtea, & eius iuſſis annuit.

Pag.309 *Ex altera parte Fridericus in Italiam coronam accepturus venit, in quo itinere Anſelmo Hamelburgenſi Epiſcopo per mortem Moſis Cleri populique ſuffragijs Rauennatem Eccleſiam attribuit, addito Exarchatus titulo, Vnde ipſe ſe ſeruum ſeruorũ Dei, Rauennatis Eccleſiæ Archiepiſcopum, & eiuſdem ciuitatis Exarchum inſcribit. Hic Adrianus non leuiter commoueri &c.*

SCribit Otho Phriſingenſis lib.2. de geſtis Friderici cap.2. quòd Anſelmus à Græcia reuerſus, (quò ſcilicet ad Emanuelem Imperatorem de accipienda Friderico noua nupta, & de Gulielmo Rege Siciliæ debellando legatus miſſus fuerat) Rauennatem Archiepiſcopatum per Cleri, & populi electionem, ſimul & eiuſdem Prouinciæ exarchatum, laboris ſui magnificam recompenſationem à Principe accepit. Quid verò in Archiepiſcopo Exarchi titulus ſignificet (ait Hieronymus Rubeus hiſt. Rauenn. lib. 5. anno 1154.) Concilij Nicœni ſacri Canones de Epiſcopo Hieroſolymitano loquentes, planè indicant. Reddat (inquiunt) Archiepiſcopo eius loci Cæſarienſi ſcilicet, debitum honorem, & vocetur ille Exarchus (id eſt) maior, quàm Archiepiſcopus: ſic accipiendum in Concilio Sardicenſi, dùm loquitur de Epiſcopo, conſtituere alium populo Epiſcopum renuente. Oportet admoneri per literas Exarchi Prouinciæ, dico autem Epiſcopi Metropolitani. Quod ſe ſeruũ ſeruorum Dei inſcriberet (prout hæc illius inſcriptio, ex vetuſtiſſimis Rauennatis Eccleſiæ, teſte Hieronymo Rubeo, monumentis colligitur) Etſi hanc appellationem Romani Pontifices à Gregorio Magno religioſe, ac conſtanter vſurparint, ac retinuerint, vt, ſi quod Pontificum Reſcriptum ea careat, pro adulterino habeatur, prout poſt alios annotauit Franciſcus Bernardinus Ferrarius Collegij Ambroſiani Doctor; lib. 3. de antiquo Eccleſ. epiſtolarum genere cap. 1. tamen etiam alij Epiſcopi hanc in ſuis epiſtolis appellationem vſurparunt. S. Auguſtin. epiſt. 107. ad Vitalem *Auguſtinus ſeruus Chriſti, & per ipſum ſeruus ſeruorum ipſius*: & epiſt. 121. ad Probam *Auguſtinus Epiſcopus ſeruus Chriſti, ſeruorumque Chriſti*. & apud Henricum Caniſium tom. 5. antiquæ lectionis p. 2. leguntur epiſtolæ Deſiderij Epiſcopi Cadurceni, qui epiſt. 4. ſcribens ad Sigebertum Regem, Et 5. ad Dagobertum Regem, & 10. ad Dadonem Epiſcopum ſe inſcribit: *ſeruum ſeruorum Dei*: ſic igitur hanc appellationem, quæ humilitatem præ ſe fert, vſurpauit Anſelmus Rauennas Archiepiſcopus, quem legimus pallium, quod eſt Archiepiſcopatus inſigne, Pontificis Adriani manu accepiſſe, & quidem eodem die, quo Fridericus Imperator Romæ ab eodem Pontifice in Vaticano coronam accepit: Rubeus hiſt. Rauenn. lib. 5. anno 1154.

Exarchi titulus quid in Archiepiſcopo ſignificet.

Serui ſeruorũ Dei appellatio ab alijs et Epiſcopis, præter Romanum, vſurpata.

Cùm Fridericus Coronam à Pontifice ſuſcepturus cùm exercitu properaret ad Vrbem, Viterbium vſque Pontifex Vrbeueto progreſſus ei fit obuiam, atque ei aduenienti Fridericus ſtrepam de equo deſcendenti ſuſtinuit, manuque in tentorium introduxit. Ibi iuſſu Regis, ac Principum Bambergenſis Epiſcopus ita locutus eſt. *Gratias Deo ſummas agimus, Beatiſſime Pater, qui noſtri nos compotes voti fecit, in eum locum adducens, in quo ſanctiſſimo tuo conſpectu perfrueremur, cuius ſumma iampridem cupiditate flagramus. Notum ergo tibi ſit, quemadmodum hac ex finibus terrarum pro Regni honore collecta Eccleſia Principem hunc ſuum ad tuam Beatitudinem prouehendũ ad culmen imperialis honoris adduxit, virum nobilitate, prudentia, fortitudine, victoriaque præſtantem, rectæ fidei obſeruatorem, pacis cultorem, in primiſque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſtudioſum, quam ipſe amplexatur vt matrem: cuius rei certo eſſe argumenta poteſt humanitas, modò erga tè adhibita, cùm te venientem latus ſuſceperit, & ſolemne officium ad pedẽ inclinatus præſtiterit. Quare petimus, vt & tu, quæ tua ſunt, peragas, id eſt ipſum Imperatoria, quæ deſideratur, corona exornes.* Hanc orationẽ totidem verbis refert Sigonius, lib. 12. de Regno Italiæ anno 1155. ex qua malignè illa expunxit Mornæus, quibus profitetur, Imperatorem ſanctam Romanam Eccleſiam amplexari vt matrem: & ſubiungit idem Author. *Quæ cum dixiſſet, Adrianus iuſtam petitionem eorum eſſe, ac ſe, quod peterent, benignè conceſſurum eſſe, vel ipſius, cuius peterent cauſa, reſpondit. Vnum illud modo poſtulauit, vt Fridericus opem ſibi ad retinendam ſuam aduerſus inſoleſcentes Romanos dignitatem offerret. Quod cùm Fridericus promiſiſſet, ipſe cùm eo Romam verſùs diſceſſit.* Vbi Mornæus.

Fridericus inter cetera, Romanæ Eccleſiæ, vt Matris ſtudioſus.

Quæ malignè expunxit Mornæus ex Sigonio.

Quid Pontifex à Friderico poſtularit.

Sigonius quidem iuſtæ eorum petitioni ſtatim acquieuiſſe dicit, nimirum, nè inſolens Adriani factum prodere cogatur, cuius eum meritò puduit. Pag.309

QVia certè puduiſſet Sigonium fideliſſimũ hiſtoricum, ac rerum geſtarum ſtudioſum indagatorem, impoſtorem eſſe, quod Mornæo tàm familiare, quàm ſcribere. Verùm Helmoldum nobis producit, qui ſcribat, Pontificem reieciſſe tantum Imperatorem, quòd ſiniſtram ſtreguam pro dextra tenuiſſet. Codex Vaticanus ſæpius citatus à Baronio, in Actis Adriani, huius contentionis de tenenda dextra, vel ſiniſtra ſtreguæ nihil meminit; ſed refert, cùm Rex ſtratoris officium non exhiberet, Cardinales inde perterritos, ad Ciuitatem Caſtellanam præſidium munitiſſimum, vnde Pontifex cùm illis ad Regem, Sutrium deſcenderat, confugiſſe; ipſum verò Pontificem in præparata ſibi ſede conſidentem, cum Rex ad eius veſtigia procidiſſet, & deoſculatis pedibus ad pacis oſculum accedere voluiſſet

Mornæus impoſtor.

Fridericus officium ſtratoris Adriano Pont. non exhibuit.

Propterea Pontifex oſculũ pacis ei negauit.

Digitized by Google

voluiſſet, Pontificem illud ei denegaſſe, ob non impenſum ſibi ab eo conſuetum ab Orthodoxis Imperatoribus, pro Apoſtolorum Petri, & Pauli reuerentia, reddi Romanis Pontificibus ſtratoris obſequium; reſpondenteque Rege, ſe ad hoc non teneri, demum, inueſtigata diligenter antiqua conſuetudine, & veteribus monumentis iudicio Principum, qui aderant, decretum eſſe, totiuſque exercitus conſenſu confirmatum, Regem debere Pontifici ſtratoris officium exhibere, & eius ſtregnam, ſeu ſuppedaneum, tenere, dùm conſcenderet equum, aut deſcenderet, idque protinus Fridericum preſtitiſſe, & ad pacis oſculum admiſſum eſſe. Hoc obſequium, ex antiqua conſuetudine ita decernentibus Principibus, à Rege Pontifici exhibitum eſt, idque videmus ſuperiores Imperatores, ac Francorum Reges, quoties Pontificibus occurrerunt, eis exhibuiſſe: non igitur, præter morem, indebitum aliquod officium exhiberi ſibi voluit Pontifex, cuius erat integram, ac nullo modo immutatam tueri ſuam dignitatem. Scribit Otho Phriſingenſis, Romanum Pontificem Adrianum cùm Cardinalibus venientem, ex debito officij ſui, honorificè à Rege ſuſceptum: & quod iunctis ſibi in comitatu rerum apicibus Pontifice ſcilicet, ac Rege, ac per aliquot dies vna procedentibus, quaſi inter ſpiritualem patrem, & filium diuina miſcebantur colloquia, & tanquam ex duabus principalibus curijs vna Republica effecta, Eccleſiaſtica ſimul, & ſecularia tractabantur negotia: Romæ deinde adorato Pontifice ad baſilicam Vaticanam pro gradibus ſedente, ab eodem ad confeſſionem S. Petri deductus, ſecundum rem diutnam ſolemni pompa inunctus, & coronatus eſt, omnibus, qui aderant, fauſtis acclamationibus præconijſque fauentibus.

Fridericus reſpondit, ſe ad id nō teneri.

Refert Mornæus ex Antonino p. 2. tit. 17. ca. 1. ſ. 9. Adrianum dicere ſolitum. *Ambire Pontificatum eſt Romulo ſuccedere in parricidijs, non Petro in paſcendis ouibus. Nunquam enim ea ſedes ſine fraterno ſanguine acquiritur.* Vbi lōge aliter ex Ioanne Sareſberienſi rem narrat Antoninus, nimirum quòd, cum Pontificatus moleſtias recenſeret, ita concludebat. *Ambire ergo ſummum Pontificium, & non ſine fraterno ſanguine ad illud etiā aſcendere, eſt Romulo ſuccedere in parricidijs, non Petro in Ouibus paſcendis &c.* Certe aliqui Pontifices innoxij, tamē non ſine fraterno ſanguine, nempe Chriſtianorum, qui fratres ſunt in Chriſto, aſcenderunt ad Pontificatum cùm illis vocatis à Deo, & legitimè inſtitutis per vim Antipapæ opponerentur. Verùm hoc non eſt nunquā eam ſedem ſine fraterno ſanguine acquiri: hæc certè eſt gloſſa, ſeu impoſtura Mornæi, & in Sedem Apoſtolicam atrox blaſphemia.

Pag. 310

Mornæus in mendacio deprahenſus.

Quod ſcribit, ex Friderici abſentia, & reditu in Germaniā Adrianum ita occaſionē amplexū.

Vt Gulielmus Dux Calabriæ, & Siciliæ Rex, qui in ſuis ditionibus Epiſcoporum inueſtituram ſibi vendicarat, Pontifice præcipuos eius Vaſſallos ad rebellionem concitante, ad pedes prouolutus veniam poſcere, ſequè Ligiū eius Vaſſallum profiteri cogatur.

Pag. 310

PRimum quidem Friderici abſentia non effecit, vt Pontifex Gulielmo bellum inferret, ſiquidem Fridericus non fauebat Gulielmo, ſed Pontifici contra eumdem; etſi enim canicula ſæuiente ac militibus pleriſquē morbo affectis, multiſque etiam prœlijs contra Romanos, & Spoletanos vulneratis, non ſine magno dolore, Italia abire decreuiſſet, Apuliam tamen inire, atque exules reſtituere, quos Gulielmus, aut pater eius vt ſuſpectæ fidei expulerant, rogatus ab Adriano in animo habebat; deinde iuſtum erat bellum Pontifici in Gulielmum; ſiquidem ille inueſtituras Eccleſiarum ſibi in ſuis ditionibus vendicarat, quæ erat iniuria Pontifici illata, non leuis, neque contemnenda: terras etiam, quæ ditionis erant Pontificis in Apulia, vt Beneuentum, & burgos eius vaſtauerat tertio.

Fridericus Pontifici contra Gulielmū fauebat.

Cur bellū iuſtū eſſet Pōtifici in Gulielmū.

Quod ſcribit, Pontificem Vaſſallos Gulielmi ad rebellionem concitaſſe; equidē ex Actis Adriani conſtat, prædictum Siciliæ Regem, cum excommunicationis ſententia percuſſus eſſet, ſuis in contemptum veniſſe, &, cum ſalubria fideliū ſuorum conſilia de ſatisfactione Pontifici præſtanda cōtemneret, maiores eius, eo relicto, Nuncios ad Papam Adrianum, tanquam ad principalem Dominum, deſtinaſſe, rogantes, vt ad illas partes dignaretur accedere, & terram eam, quæ Beati Petri iuris eſſe dignoſcitur, & perſonas, ac eorum bona in manu, & poteſtate ſua reciperet. Cum igitur Pontifex principalis, ac ſupremus eſſet eorum dominus, & illi nuncios ad eumdem, tanquam ad principalem dominum mitterent, idque non vt alienas terras inuaderet, ſed vt ſuas recuperaret, non certè illi rebelles Gulielmo, immò Gulielmus Pontifici fuiſſe rebellis intelligendus eſt, maximè quod, cum titulum Regis Siciliæ, quæ erat de Patrimonio B. Petri, ſine conſenſu Pontificis vſurpaſſet, in quo crimen læſæ Maieſtatis incurrerat: de quo legi poteſt Hieronymus Gigas tract. de crimine læſæ Maieſtatis quæſt. 22.

Nuncij miſſi ad Adrianum, tanquā principalem Siciliæ Dominū, vt ſua reciperet.

Non fuiſſe rebelles Gulielmo, ſed Gulielmum Pontifici.

Pag. 312

Accidit per idem tempus, vt Londonenſis Archiepiſcopus à latronibus in Germania caperetur; nec Fridericus eo facto ſatis commoueri Adriano viſus &c.

ITa habet hiſtoria, quam referunt Radeuicus, lib. 1 de geſtis Friderici cap. 8. & ſeq. & Sigonius lib. 12. de regno Italiæ anno 1157. & 1158. Cum intellexiſſet Adrianus Pontifex, Londonēſem in Anglia Epiſcopum, à Sede Apoſtolica remeantem, in ditione Friderici à quibuſdam impijs ſpoliatum, & captum, peſſimeque habitum fuiſſe, & in cuſtodia adhuc detineri; agi dignitatem Eccleſiæ ratus, Rolandum, & Bernardum Cardinales legatos ad eum, cùm Viſuntio-

De Londonenſi Archiep. à latronibus capto, deque legatione ob id ab Adriano ad Fridericum miſſa.

ac

ne in Burgundia moraretur, miſit, datis literis, quibus de execrabili facinore, in Epiſcopum ab impijs commiſſo, & eius vindicta à Friderico neglecta modeſtè conqueſtus, ſubdubitans, hoc Fridericum diſſimulaſſe in odium Romanæ Eccleſiæ, & Pontificis, ſimpliciter ſuggeſſit, nullam ei ſuppetere eiuſmodi odij occaſionē, quandoquidem non ita pridem eadē Eccleſia, idemq; Pontifex honoris plenitudinem, coronamq; Imperialem ei libentiſſimè contuliſſet, nec ea de ſe ipſum pęniteret, imò & gauderet, ſi maiora ei beneficia cōferre poſſet. His igitur lectis literis, magna, Principes, qui cùm Imperatore aderant, indignatione commoti ſunt, quòd in eis aſſereretur, dignitatis, & honoris plenitudinem Imperatori à Romano Pontifice collatā, & inſigne Imperialis coronę illū de manu eius ſuſcepiſſe, nec ipſum pęnitere, ſi maiora beneficia de manu eius ſuſcepiſſet. Ita enim interpretati ſunt, ac ſi Pontifex diceret, eum regnare ſuo beneficio, ac dono, maximè cùm à nonnullis Romanorum dici, & ſcribi ſciret, Imperium Vrbis, & Regnum Italiæ donatione Pontificum Reges Germaniæ poſſidere: ita legati ignominioſe dimiſſi, & Imperator literis circularibus ad omnes Principes, & Epiſcopos ſcriptis (apud Radeuicum lib. 1. cap. 10.) vehementer in eoſdem inuectus, ipſum quoque Pontificem acriter de præſumptuoſa elatione accuſauit, omneſque ad hanc illatam Imperio iniuriam vlciſcendam excitare conatus eſt, declarans, ſe per electionem Principum à ſolo Deo Regnum, & Imperium tenere, &, quicunque aſſereret, ipſum coronam Imperialem pro beneficio à Papa accepiſſe, mendacij reum eſſe, ſubdolè interim reticens cauſam legationis Apoſtolicæ ad eum miſſæ, nempè ſacrilegium aduerſus peregrinantem ad limina Apoſtolorū Epiſcopum admiſſum, contrà ius gentium, ius diuinum, contrà Ciuiles, & Canonicas leges, relictum impunitum, ipſo Antiſtite in carceris adhuc anguſtijs tabeſcente. Quid verò in literis ſuis ſibi arrogabat Adrianus, vt de his adeò conquereretur, in eumque tàm acriter inueheretur Imperator? Quis faſtus, aut quis error, ſi, quod Romæ nuper feciſſet, conferendo coronam Imperialem ipſi Friderico, ſimpliciter propoſuit, ſeque de eo facto minimè pœnitere profeſſus eſt? Quid horret Fridericus, ab Adriano dictum, pro beneficio collatam eſſe à Romano Pontificè coronam Imperij? Vnde enim à Græcis ad Carolum Magnum, & illius ſucceſſores translatum occidentis Imperium, niſi à Romano Pontifice? In cap. extra *Venerabilem de electione*. Innocentius 3. ait, electionem Imperatoris ad Germanos Principes pertinere. *Verum* (inquit) *illis Principibus ius, & poteſtatem eligendi Regem in Imperatorem poſtmodum promouendum, recognoſcimus* (*vt debemus*) *ad quos iure, & antiqua conſuetudine noſcitur pertinere, præſertim cùm ad eos ius, & poteſtas huiuſmodi ab Apoſtolica Sede peruenerit, quæ Romanū Imperium in perſonam Magnifici Caroli à Græcis in Germanos tranſtulit. Sed & Principes recognoſcere debent; & vtique recognoſcunt ſicut ijdem in noſtra recognouere præſentia, quod ius, & authoritas examinandi perſonam electam in Regem, & promouendam ad Imperium ad nos ſpectat, qui eum inungimus, conſecramus, & coronamus*. Inde perſpicuum ſumitur argumentum, Nam Romanus Pōtifex, Imperium à Græcis ad Germanos tranſtulit; Germanorum Principibus ius, & poteſtatem conceſſit eligendi Imperatorem: electi merita examinat, approbat, confirmat, & ita electum vngit, conſecrat, coronat. De hac quæſtione fusè poſt alios Pater Azor ſp. 2. inſtitut. moral. lib. 10. cap. 2. Vt intelligamus, Pontificem nihil ſibi præter ius arrogaſſe, cum ſcriberet, ſe honoris, & dignitatis plenitudinem Friderico contuliſſe, & coronam Imperialem beneficium eſſe Pontificis.

Principes, qui cùm Friderico erant, ob Adriani literas indignati.

Propterea legati Pōt. ignominioſe dimiſſi.

Adrianus Præſūptuonis accuſatus ab Imperatore, & in eundem vltio attentata.

Fridericus apud eos, quos excitare conatur ad vltionem, ſubdolè reticet cauſā Legationis Adriani.

Querela Friderici de Adriano iniuſta.

Occidentis Imperium nonniſi Pōtificis authoritate trāſlatum ad Carolū Magnum, & illius ſucceſſores.

Poteſtas eligēdi Imperatorem ab Apoſtolica Sede ad Principes Germanos deriuata.

Scribit Mornæus, Principū animos offenſos.

Quaſi Pontifici dicere mens fuiſſet, Imperatorem, hominū iure, Imperium ab eo accipere; Imperium proinde Pontificale feudum eſſe. Poſt *Et vero, eum fuiſſe Adriani ſenſum ex ſuis ad Arnulphum Moguntinum Archiepiſcopum, Fridericum Colonienſem, & Hillinum Treuerenſem literis, liquet, Romanum* (inquit) *Imperium &c.* Pag. 311

HAs literas profert ex Auentino, lib. 6. Annal. & eas ita interpretatur, quaſi Pontifex aſſerat, Imperium beneficium eſſe Romani Sacerdotis. Verùm, vt rectè obſeruauit Bellarminus lib. 1. de tranſlat. Romani Imperij cap. 3. in illis literis nuſquam legitur nomen beneficij, neque Pontifex Adrianus, eo loco aſſerit Auguſtum precario dumtaxat regnare, quin contrà potius affirmat illum habere Regnum ex electione Principum ſuorum; à ſe autem nomen Imperatoris. *Ex electione* (inquit) *Principum ſuorum habet nomen Regni, ex conſecratione noſtra habet nomen Imperatoris*. Quo ſenſu verò beneficium accipere Pontifex, interpretatus eſt ipſemet alijs literis ad eundem Imperatorem miſſis. Subiungit.

Imperium non eſt beneficium Romani Pont.

Imperator Regnū habet ex electione ſuorum Principum, at nomen Imperatoris à Pontifice.

Adrianum eumdem eſſe, qui Henrico Regi Angliæ ſcribens, dicere non verecundatur: Sanè Hiberniam, & omnes inſulas, quibus ſol iuſtitiæ Chriſtus illuxit, ad ius Beati Petri, & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ non eſt dubium pertinere. Pag. 311

VBi malignè ſuppreſſit hæc verba (*quod & tua nobilitas recognoſcit*) Citat in margine Mathæū *Weſtmonaſterieñ.* cùm tamen ex Codice Vaticano ea producat Baronius, ad annum Chriſti 1159. ex quibus cōſtat, & Henricū agnouiſſe ius Hiberniæ eſſe ſub dominio S. Petri, &

Quæ malignè ſupprimat Mornæus.

Henricus agnouit, ius Hiberniæ eſſe ſub dominio S. Petri.

non niſi conſultò, & conſentiente Adriano, in eam inſulã ingreſſum fuiſſe; *Significaſti ſiquidem nobis (fili in Chriſto chariſſime) te Hiberniæ Inſulam ad ſubdendum illum populum legibus, & vitiorum plantaria inde extirpanda velle intrare, & de ſingulis domibus annuam vnius denarij Beato Petro velle ſoluere penſionem, & iura Eccleſiarum illius terræ illibata, & integra conſeruare.* Teſtatur certè Polydorus Virgilius, lib. 13. hiſt. Angl. in Henrico II. quòd cum Hiberni ſeſe vltro Henrico dediſſent, *conuocatis ille Regulis, ac Epiſcopis Dublinum, quæ eſt inſulæ Princeps Vrbs, proficiſcitur vbi agitat de Imperio Inſulæ ſibi, ac ſuis poſteris Regibus perpetuando. Id Hyberni fieri poſſe; niſi authoritate Romani Pontificis, negabant, quod iam inde ab initio poſt Chriſtianam Religionem acceptam ſeſe, ac omnia ſua in eius ditionem dediſſent, atque conſtanter affirmabant, non alium habere ſe Dominum, præter ipſum Pontificem, id quod etiam nunc iactitant: His auditis Rex per legatos Alexandrum orauit.* (Adriani ſucceſſorem) *vt Hyberniam, quam ipſe nuper domuerat, ad Regnum Angliæ ſua authoritate adiungeret, &c.* Certè vera, & voluntaria deditio populorum iuſtus eſt titulus dominij, & Henricus ipſe (cuius maximè intererat) non conqueritur de literis Pontificis, & nonniſi eius beneficio iudicauit, ſe poſſe legitime potiri Hibernia, Quid igitur habet iſte quod adeo impudenter, & inſolenter Adrianum accuſet inuerecundiæ?

Idipſum profeſſi sũt ipſimet Hiberni.

Non igitur Adrianus ſed Mornæus inuerecundia accuſãdus

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quadrageſ. ſeptimam.

Pag. 312 *Vidit inuitus Fridericus in pariete etc.*

FRidericus Imperator cum Romæ eſſet, vidit imaginem depictam quaſi Papæ Innocentij in Cathedra Pontificali ſedentis, coram quo Lotharius Imperator ſe incuruans ab eodem Imperij coronam acciperet. Hinc prima contra Pontificem Romanum Friderici indignatio concepta eſt; ſiquidem imaginem, quæ hiſtoriæ conteſtandæ cauſa pingebatur, velut contumeliæ cauſa factum interpretabatur: Radeuicus lib. 1. cap. 10. *Amica* (inquit) *prius inuectione præcedente, laudamentum à Papa Adriano accepiſſe memoratur, vt & ſcriptura pariter, & pictura illa de medio tolleretur, nè tam vana res ſummis in orbe viris litigandi, & diſcordandi poſſet præbere materiam.*

Vnde prima indignatio Friderici contra Pontificem.

Pag. 312 *Scribit interim Fridericus ad omnes Imperij ordines, de tam inſolenti legatione grauiter conqueſtus &c.*

RAdeuicus lib. 7. cap. 10. *Legatis* (inquit) *ſine efficacia reuertentibus, id quod factum fuerat ab Imperatore per vniuerſum Regni ambitum, prouidè literis declaratur, quarum hic tenor fuit. Cum diuina potentia, à qua omnis poteſtas in cælo, & in terra, nobis Chriſto eius Regnum, & Imperium regendum commiſerit &c.* An Imperatoris iuriſdictio ſit proximè à Deo, vel à Romano Pontifice, aut aliunde, fusè diſſerit Pater Azor p. 2. lib. 10. cap. 1. item an Imperator ſit ſummo Pontifici ſubiectus in his, quæ profana ſunt, temporalia, & ciuilia cap. 6. q. 3. Ex literis Imperatoris eas clauſulas profert Mornæus, quibus multis conuitijs Legatos afficit; at verò, quod idem ſuppreſſit, in ſuis literis Pontificem *caput Sanctæ Eccleſiæ* nominat; vnde certum, eum, vt Catholicum Principem, agnouiſſe primatum Pontificis in Eccleſia. Quod verò concludit: *Quicunque nos Imperialem coronam pro beneficio à Domino Papa ſuſcepiſſe, dixerit, diuinæ inſtitutioni, & doctrinæ Chriſti contrarius eſt, & mendacij reus.* Certè nec ſacræ ſcripturæ, ex qua de diuina inſtitutione conſtat, interpretationem, & ſenſum, nec ipſius S. Petri doctrinam ab Imperatore diſcere, aut petere debemus, & longe aliud ſentiunt Canoniſtæ, & Theologi de poteſtate, & iuriſdictione Pontificis in Imperatorem, quem creat, vt patronum, & defenſorem Eccleſiæ, ideoque ei iuramentum fidelitatis Imperator præſtare tenetur, Clementina I. extat formula iuramenti, & diſt. 63. extat iuramentum Othonis Imperatoris. Quæ verò hæc conſequentia. Scribit S. Petrus, *Deum timete, Regem honorificate,* ergò S. Petri doctrina eſt, coronam Imperij non eſſe beneficium Pontificis, & à ſolo Deo manare dignitatem, & ius Imperij: omnis ſiquidem poteſtas, ſiue ſit à Deo immediatè, ſiue ab eodem per homines, tanquam per illius miniſtros ordinarios conferatur, honorificanda eſt.

Mornæus ex Imperatoris literis ea profert, quibus legatos conuiciatur: ſupprimit verò ea, quibus agnoſcit Pontificis in Eccleſia primatum.

Canoniſtæ & Theologi Friderici ſententiæ oppoſiti.

Fridericus ex doctrina S. Petri perperã cõcludit contra Pont.

Proſequitur Mornæus.

Pag. 311 *Addebat, ratum ſibi eſſe, quod cæperat proſequi, libertatem Eccleſiarum, à manu Ægyptiorum vindicare:* Mornæus ita exponit: *Pontificis vtique vt alterius Pharaonis,* & ſubiungit: *animos igitur, vireſque vt coniungerent, ſerio hortari.*

HÆc certè furore percitus ſcripſit Fridericus; Si tamen mens illius ea eſt, qualem exponit Mornæus, igitur Imperator eum Pharaonem eſſe intelligit, quem tamen *caput eſſe Sanctæ Eccleſiæ* in eiſdem ſuis literis profitetur. Immò ipſe eſt Pharao, qui iniquo animo ferat Pontificis authoritatem, ad eamque opprimendam ſuis circularibus literis totum terrarum

Fridericus magis quã Adrianus, dicendus Pharao.

orbem inuitet, & iiſdem oſtendat, ſe nihil præterea tanto ſtudio laborare, quàm quod præſtitit, cùm data occaſio fuit, vt ſcilicet Dei Eccleſiam ſchiſmate ſcinderet, non ſolum Eccleſiam ab eo ſeparans, ſed & Clerum diuidens. In reliquis conuitijs iactatis ab Imperatore in legatos, diligenter à Mornæo commemoratis, repetendis, vel refellendis non eſt, quòd diutius immoremur. Hoc enim ſcire ſufficit, hæc ab Imperatore perperàm interpretante, literas Apoſtolicas, ac vix ſui compote, vt ira, & furore correpto ſcripta eſſe.

Pag. 312

Legati vt Pontifici hæc retulerunt &c. ad Germaniæ Epiſcopos ſibi ſcribendum ſtatuit. Fridericum igitur literas ſuas ſcrupuloſius interpretatũ conqueritur, verba illa inprimis: inſigne coronæ beneficiũ tibi cõtulimus.

CVm legati Apoſtolici ignominioſè dimiſſi, Romam reuerſi, quæ peracta eſſent renũciaſſent, Adrianus literas ſcripſit ad Epiſcopos Germaniæ, qui erant apud Imperatorem, vt, quoniam in his, non ipſius tantùm Romanæ Eccleſiæ, ſed omnium vbique Eccleſiarum res ageretur, ſeſe murum pro domo Domini opponerent, & Imperatorem monitionibus ſuis conarentur ad rectam ſemitam reducere: verùm ij, vel ex priuata affectione in Imperatorem, vel ſibi ab eo timentes literis ad Adrianũ redditis partim approbarunt, partim excuſarunt, quæ ab eodem Imperatore pro libertate Imperij geſta eſſent, rogaruntque, vt idem Pontifex alijs mollioribus datis literis placare ſtuderet iram Imperatoris. Extant vtrimque datæ literæ apud Radeuicum lib. 1. cap. 15. 16. Vbi obſeruandũ, Germaniæ Epiſcopos ita Pontifici reſpondiſſe, vt, ex Imperatoris mandato, atque eius nomine, dicerent: *Debitam Patri noſtro reuerentiam libenter exhibemus &c.* Agnouit ergo Pontificem Romanum, patrem ſuum eſſe, quem etiam (vt ſupra notauimus) in circularibus ſuis literis *caput ſanctæ Eccleſiæ* vocauerat. Pontifex igitur conſentiens Epiſcopis benignè ſtuduit iratum, licet iniuſtè, Imperatorem placare, legatos ad eum miſſit, (vt Baronius ad annũ Chriſti 1158.) Henricum Presbyterum, & Hyacinthum Diaconum S.R.E. Cardinales, viros ſumma prudẽtia, cum mitioribus literis, quibus ſanctiſſimus Pontifex dans, ex commonitione Apoſtolica, locum iræ, & cedens ad tempus, ita voces (*beneficium, & conferre coronam*) quæ ex prioribus ſuis literis Fridericum, & Principes adeò grauiter commouerant, ita interpretatus eſt, vt *beneficium*: non pro *feudo*, ſed ſimpliciori ſignificatu, pro *bono facto* nec *conferre*, pro *dare pleno iure*, ſed ſimpliciter pro *imponere* acciperetur, ita concitatam diſcordiam magis ſopire ſatagens, quàm augere. Sic benignè excepti legati, Imperator mitigatus, ac Pontifici, & omni Clero Romano reconciliatus. Hæc omnia pluribus narrat Radeuicus cap. 21. 22. 23.

Adrianus ad Epiſcopos Germaniæ ſcribit vt connentur Imperatorẽ ad rectam ſemitam reducere.

Ipſorum reſponſio, in qua Pontificis authoritas à Friderico agnita cernitur.

Adrianus Fridericũ licet iniuſtè iratum placare ſtudet.

Interpretatur ea verba, quę Fridericum, & Principes cõmouerant.

Quo facto Imperator mitigatus.

Proſequitur Mornæus.

Pag. 314

Et ſic his literis non tantùm præcedentes reuocabat, ſed etiam inſcriptionẽ tabulæ Innocentij ſecundi eiurabat.

ALiud certè eſt reuocaſſe literas præcedentes, aliud verò eas mitiori interpretatione expoſuiſſe, quàm eas Imperator accepiſſet, quod fecit Pontifex in ſuis poſterioribus literis. An verò quia, vt daret locum iræ, & leniret Imperatoris iram, interpretatus eſt *beneficium* pro *bono facto*, & *conferre coronam* pro *imponere*, ideò aliam ſignificationem, qua intellexerat Imperator, eiurabat? Etſi nunquam liceat proferre mendacium: at licet aliquando occultare veritatem. *Plerumque enim vera, non mentiendo occultamus, ſed tacendo.* (ait D. Auguſtinus lib. contra mendacium cap. 10.) *Neque enim mentitus eſt Dominus* (Ioann. 16.) *vbi ait: Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis illa portare modò: vera tacuit, non falſa locutus eſt, quibus veris audiendis eos minus idoneos iudicauit.* Ita animus Imperatoris iam malè affecti ex pictura Romæ conſpecta, quæ referebat Imperatorem Lotharium ſeſe incuruantem, ab Innocentio, in Cathedra Pontificali ſedente, coronam accipientem, non erat idoneus audiendæ voci *beneficium* pro *feudo*, aut iure, ſeu priuilegio alicui conceſſo, acceptæ: ab hac igitur expoſitione ſibi abſtinendum putauit Pontifex: quod fuit veritatem tacere, non falſum locutus, cùm *beneficium* pro *bono facto* expoſuit. An quando Abraham Geneſ. 12. & 20. Saram dixit ſororem ſuam, eiurauit eam vxorẽ? *Aliquid veri tacuit* (ait D. Auguſt. loco citato) *non falſi aliquid dixit, cum tacuit vxorem, dixit ſororem.* Sic igitur Adrianus, cùm interpretatus eſt *beneficium* pro *bono facto*, & ſe *contuliſſe coronam* id eſt *impoſuiſſe*; tacuit quidem verum aliquid, quod continebatur in inſcriptione tabulæ Innocentij, 2. non ideo tamen negauit, aut eiurauit, aut etiam adferendo mitiorem interpretationem, quæ magis arrideret Principi, falſum aliquid dixit.

Neque tamen Adrianus cẽſendus eſt literam ſuam, iuxta ſenſum Friderici intellectas, reuocaſſe.

Sed, vt aliquando licet, occultauit veritatem.

Cui audiendæ tũc non erat idoneus Imperator.

Vbi ex Othone Phriſingenſi lib. 2. cap. 13. morem antiquum retulit.

Pag. 314

Vt quotieſcunque Reges Italiam ingredi deſtinaſſent, gnaros quoslibet de familiaribus ſuis præmitterent, qui ſingulas ciuitates, ſeu oppida peragrando, ea, quæ ad fiſcum Regalem ſpectant, quæ ab accolis Fodrum dicũtur, exquirerent &c. Ibidem: *Vt, Principe Italiam intrante, cunctæ vacare debeant dignitates, & magiſtratus, ac ad ipſius nutum, ſecundùm ſcita legum, Iuriſque peritorum iudicium, vniuerſa tractari.* Subiũgit: *Vt igitur Fridericus hæc*

iura

Digitized by Google

iura per officiarios ſibi aſſerit, in Fodro præſertim colligendo, Adrianus quorumdam inſtinctu grauiter indignari cœpit, dicens, ſe pro bonis mala ſuſcepiſſe &c.

Anno 1159

Vnde renouata diſcordia inter Adrianũ Pót. & Fridericum Imp.

ANno Chriſti 1159. nouis obortus occaſionibus, diſcordię inter Pontificem Hadrianum, & Fridericum Imperatorem ſunt renouatæ, tùm ob regalia ab Imperatore de Epiſcopis, & Abbatibus æque ac de alijs exacta eiſdemque ſacramentum apud ſe dicere iuſſis, & ob denegatam à Pontifice cuidam Guidoni S.R.E. Subdiacono, Guidonis Bladeratæ Comitis filio, promotionem ad ſedem Rauennatẽ, Anſelmi morte vacantem, ad quam Imperator illum euehere ſatagebat: tùm etiam quod idem Fridericus, in contemptum, ac contumeliam ipſius Pontificis in literarum ſuarum inſcriptionibus cœpit, contra morem ab antiquo receptum, nomen ſuum præponere nomini Pontificis, & dictionibus ſingularis numeri eumdem alloqui: quod etiam ab Epiſcopis non ſolum fidelitatem, ſed etiam Homagium exigeret, & Cardinalibus à latere Legatis non tantum Eccleſias, verum etiam Ciuitates Regni ſui clauderet: His itaquè de rebus, alijſque diſcordiarum fomentis, cùm multæ ex vtraque parte ſcriptæ eſſent ſatis acerbæ Epiſtolæ, aliæque rurſum pro pace concilianda, miſſa eſt denuò ab Hadriano ad Imperatorem honorificentiſſima legatio quatuor Cardinalium, cùm quibuſdam capitulis de iuribus, & regalibus B. Petri, tam in Vrbe Roma, quàm in reliquis terris, & dominijs, ad eum pertinentibus, ab Imperatore illæſis conſeruandis, deque hominio per eum ab Epiſcopis non exigendo, & vt concordia inita inter Eugenium Papam, & ipſum Imperatorem ſeruaretur. Verùm cum alia ex aduerſo ab Imperatore proponerentur contra Pontificem pro iuribus Imperij, & vrbis dominio, idemque recuſaret ſtare paci cùm Eugenio initæ, res infecta remanſit. Hæc omnia a Radeuico referuntur, a ca. 15. ad 31. qui & literas vltro, citroque ſcriptas recitat: item à Sigonio lib. 12. de Regno Italiæ. Nihil horum Mornæo viſum eſt omittere fautori Friderici, & inſectatori Adriani Pontificis. Hoc enim illius inſtitutum eſt Pontifices ad vnum omnes ſugillare, & condemnare, perſecutores verò Pontificium vel hoc ſolo nomine laudare, & omnia eorum facta probare, ac defendere: Cum tamen certum ſit, Fridericum nihil cauſam Mornæi, & Nouatorum contra Pontificem promouere: nam ille, cùm Guidonem Eccleſiæ Rauennati cuperet præfici, ita ad Adrianum Pontificem ſcribebat (vt Radeuicus lib. 2. cap. 16.) *Et quidem decentiſſimum eſt Sanctam Romanam Eccleſiam, tanquàm matrem omniũ Eccleſiarum filios, qui ſunt fructus ventris, aggregare, & aggregatos ad decorem domus Dei per domos, & familias diſtribuere, quibus etiam noſtrum imperium tanquam ab vtero, & gremio matris noſtræ progredientibus, debeat, & velit congruum honorem impendere &c.* An non ſatis apertè vocat Romanam Eccleſiam vterum, & gremium matris ſuæ, atque adeò matrem omnium Eccleſiarum, cuius ſit Præſules alijs Eccleſijs præficere, quibus & hoc nomine, quòd progrediantur ab vtero, & gremio matris, id eſt præficiantur ab Eccleſia Romana, profiteatur ſe honorem debere. Mornæus.

Legatio ab Hadriano ad Fridericum miſſa, cum quibuſdam capitibus.

Quibus alia aduerſa proponit Fridericus

Vt quiſpiã laudetur à Mornæo, ſatis eſt, ſi Põtificum perſecutor extiterit.

Romanam Eccleſiam Fridericus appellat vterũ gremium matris ſuæ & omniũ Eccleſiarum matrem.

Extant vero apud Nauclerum reciproca Adriani, & Friderici literæ. Poſt *& hæc duæ epiſtolæ apud Nauclerum integræ ex Bibliotheca Hirſaugienſi proferuntur.* Pag. 319

Gener. 39. vol. 2.

HAbentur etiam in Appendice ad Radeuicum ijſdem verbis ex Nauclero recitatæ. Eaſdẽ exſcribit Baronius ad annũ Chriſti 1159. De Friderico conqueritur Pontifex, quod Beato Petro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, non quãtam deberet, videretur exhibere reuerentiam, quòd in literis ſuis nomen ſuum Pontificis nomini præponeret; quòd ab Epiſcopis Homagium requireret, fidelitatem exigeret, & manus eorum ſacratas manibus ſuis innecteret, & Cardinalibus a latere ſuo directis, non ſolum Eccleſias, ſed & ciuitates Regni ſui clauderet &c. Quantum ad nomen Imperatoris præpoſitum nomini Põtificis, Radeuicus lib. 2. cap. 18. refert, Imperatorem, vt hoc modo ſuam indignationem in Pontificem ſolaretur, iuſſiſſe Notario, vt in ſcribendis chartis nomen ſuum præferens, Romani Epiſcopi ſubſecundare, & dictionibus ſingularis numeri ipſum alloqueretur. Videmus quidem C. de ſumma Trinit. & fide Cath. L. *Inter claras*, Pontificem Romanum nomen Imperatoris ſuo præponere. Et L. *Reddentes honorem*, Imperatorem item nomini Pontificis, ſuum præponere; Verùm, vt Radeuicus ſcribit loco citato, hic mos ſcribendi cùm antiquitus in vſu eſſet communi, à modernis, ob quamdam perſonarum reuerentiam putatur immutatus. Equidem Pontifex, cùm ſciret, Fridericum ita ſcribere non modò in odium perſonæ, ſed & in contumeliam, & contemptum dignitatis, meritò eum inſolentiæ aut potius arrogantiæ notauit: nec fuit hæc ambitio in Pontifice, ſed potius zelus illibatæ ſuæ dignitatis conſeruandæ. Meritò eumdem arguerat Pontifex, quòd, cum B. Petro, & ſibi fidelitatem iuraſſet, ab Epiſcopis tamẽ Homagium requireret, fidelitatem exigeret, cum eſſent perſonæ ſacrę, exemptę a poteſtate ciuili, Reſpondebat. Fridericus.

Vſus præponendi nomen Pontificis nomini Imperatoris, ob quandam perſonarũ reuerentiã immutatus.

Adrianus meritò Fridericũ arrogantiæ notauit.

Ab his, qui regalia noſtra tenent, cur Homagium, & regalia ſacramenta non exigamus. Pag. 316

Adrianus cõcedebat, vt Epiſcopi Italiæ ſacramentũ fidelitatis

AT verò vt Radeuicus lib. 2. cap. 30. concedebat Pontifex, vt Epiſcopi Italiæ ſacramentum fidelitatis, ob regalia, ſeu temporalia, conceſſa Eccleſijs in feudum præſtarent domino Imperatori, ſine hominio tamen; id eſt ſine

Imperatori praſtarent: ac ſine hominio & cura id. Imperator iniquè ab Epiſcopis, & Abbatibus hominium, propter regalia exigebat.

perſonarum ſubiectione, quia hominium, ſpecies quædam eſt ſeruitutis, quæ perſonis ſacris imponi non debet: nihil igitur detrahebat de iuribus Imperatoris, ſed Imperator ipſe plus æquo ſibi arrogabat. Addo, quod huiuſmodi regalia, ſeu temporalia conceſſa Eccleſijs, tranſierunt in Dominium Dei, & Eccleſiæ: quo iure igitur ratione eorum ab Epiſcopis, & Abbatibus hominium exigere? Opponebat Fridericus Adriano, Papatum nulla temporalia habere, niſi a Principibus.

Pag. 316 *Quicquid Papatus veſter regalis habere dignoſcitur, a largitione Principum obtinet &c. Reuoluite Annales &c. Nunquid tẽpore Cõſtãtini Syluester regalis aliquid habuiſſe dignoſcitur?*

Argumentum ab Annalibus in ipſummet Fridericũ retorquetur.

VErùm ſi Annales, ad quos prouocat, ipſe conſuluiſſet, haud certe progenitoribus ſuis acceptum tuliſſet Imperium, ſed tantum Apoſtolicæ ſedi: An verò Fridericus ipſe ſucceſſor erat Conſtantini, & non potius Caroli Magni, ad quem à Sede Apoſtolica tranſlatum Occidentis Imperium? An non, ita diſertis verbis poſtulãte, nomine Principum, Bambergenſi Epiſcopo, Pontifex ad culmen Imperialis honoris Fridericum prouexerat?

De morte Adriani hæc ſcribit.

Pag. 316 *Moritur Ananiæ Adrianus anno 1159. menſe Septembri. Hunc Gulielmus Tyrius Synanche correptum ſcribit, Vrſpergenſis, excommunicato de nouo Friderico, fontem obambulandi cauſam petiuiſſe, vbi aquam haurientem muſca in os ingreſſa, medicis fruſtra remedia adhibentibus, eum ſtrangularit.*

De Adriani morte cõmentum.

SEd hoc ridiculum eſſe, & planè nugas, oſtendit Baronius ad annum 1159. eo quod falſum omnino ſit, quod ibi inprimis aſſeritur Imperator excommunicatus fuiſſe ab Adriano, cũ id nunquam potuerit quis aſſerere, cœteris ſcriptoribus omnibus eius temporis repugnantibus.

Adrianus non excommunicauit Imperatorem.

Sic enim Dodechinus eius temporis ſcriptor de rebus geſtis hoc anno. *Adrianus Papa Imperatorem pro coniugij diſſidio excommunicare diſpoſuerat, ſed menſe Septembri morte præuentus eſt.* Porrò huius de muſca fingendæ fabulæ occaſionem inde manaſſe, docet Baronius, quòd (vt teſtatur Vuilielmus Tyrius temporis huius ſcriptor lib. 18. cap. 26.) Ipſe Adrianus Papa mortuus eſt morbo anginæ. Sic igitur hoſtes, eius obitu exultantes, deriſus cauſa, ſcomma illud de muſca iactarunt. Sed Mornæus.

Origo fingendæ muſcæ quæ ſtrangularit Adrianum.

Pag. 316 *Et hic (inquit) ſtomachatur Baronius; cùm tamen non alio magis Authore pro Pontificibus contra Imperatores glorietur.*

VErùm imponit Baronio, qui authorem huius fabulæ non facit Vrſpergenſem, ſed ſchiſmaticum aliquem apud eumdem. Deinde quòd Baronius nullo magis authore pro Pontificibus contra Imperatores glorietur, apertiſſimum eſt mendacium. Nam Tom. 11. ad annũ Christi 1052 *Hic tu primum* (inquit) *Vrſpergenſis ſchiſmatici flatus graueolentes ex bile in ſtomacho putreſcente ſpirantes odium in Romanos Pontifices experire &c.* Et ad annum Christi 1080. *Author ſchiſmaticus Conradus Vrſpergenſis Abbas &c.* Et tom. 12. annum Christi 1105. vocat eum authorem in Germaniæ Principes propenſiorẽ, & in Romanos Pontifices parum æquum: Et ad annum 1111. eumdem peruerſitatis in ſcribendo perſtringit, quòd, ob priuatum erga Henricum quartum Imperatorem affectum, immane eius ſacrilegiũ in capiendo Paſchale 2. Pontifice, voluerit in pietatem conuertere, eundem Henricum Patriarchæ Iacob conferens, quod, ſicut ille Angelum detinuit, & non dimiſit, niſi benediceretur ab eo ita iſte Paſchalem Papam tenuerit, & detinuerit ſanctè pieque, quouſque ab eo, quam petebat benedictionem, acceperit. Aut igitur id per ironiam ſcripſit Mornæus, nullo magis authore pro Pontificibus contra Imperatores Baronium gloriari, aut certè apertè mẽtiri voluit.

Mornæus imponit Baronio.

Baronij iudicium de Vrſpergẽſi.

Subijcit familiare quoddam colloquium habitum inter Adrianum Pontificem, & Ioannem Sariſberienſem Anglum, Epiſcopum Carnotenſem, quod ipſe ſcriptum reliquit in ſuo Polycrat. lib. 6. cap. 24. Vbi cùm familiarius, & diligentius ab eo quæreret Pontifex, quid de ſe, & Eccleſia ſentirent homines, apud eum libertate vſus, mala, quæ in diuerſis prouincijs audierat, patienter expoſuit. Pag. 316

Pag. 317 *Sicut enim dicebatur à multis, Romana Eccleſia, quæ mater omnium Eccleſiarum eſt, ſe non tàm matrem exhibet alijs, quam nouercam: ſedent in ea ſcribæ, & Phariſæi &c.*

VErum ita ſenſerint homines, & de Pontifice, & de Eccleſia, prout referebat Ioannes ille Sariſberienſis: quid inde concludet aduerſarius? Multa certè poterant falſa dici, prout Sectarij noſtri temporis de Pontifice & Sancta Romana Eccleſia, multa mentiri ſolent: ſed & aliena non fuerint prorſus à veritate, tamen ea delicta ſunt perſonarum, non Cathedræ Petri, aut Eccleſiæ Romanæ: & D. Hieronimus, quem iam alibi citauimus, Clerum Romanum aliquando appellauit Senatum Phariſæorum, qui tamen Eccleſiam Romanam, tanquam diuinum oraculum, ſemper ſibi conſulendam putauit: Et S. Auguſtinus lib. 2. contra literas Petiliani cap. 51. retrudens calumniam Petiliani, qui dicebat, Catholicos legem noſſe, ſed in actibus erubeſce-

Narratio Ioannis Sariſberienſis apud Adrianũ, nihil Mornæo prodeſt.

Delicta enim, quæ in ea memorantur, ſunt perſonarum nõ Cathedræ Petri, aut Eccleſiæ Romanæ.

Digitized by Google

re. *Dicis quidem iſta* (inquit) *nihil probans, ſed etſi de aliquibus probares, de his cæteris non præſcriberes. Verumtamen, ſi omnes per totum orbem tales eſſent, quales vaniſſime criminaris, Cathedra tibi quid fecit Eccleſia Romana, in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Anaſtaſius ſedet: vel Eccleſia Hieroſolymitana, in qua Iacobus ſedit, & in qua hodie Ioannes ſedet: quibus nos in Catholica vnitate connectimur, & à quibus vos nefario furore ſeparaſtis? Quare appellas Cathedram peſtilentiæ Cathedram Apoſtolicam? Si propter homines, quos putas legem loqui, & non facere, nunquid Dominus Ieſus propter Phariſæos, de quibus ait dicũt: & non faciunt, Cathedræ, in qua ſedebant vllam fecit iniuriam?* Si quibuſdam erat nouerca Romana Eccleſia, an ideò non mater omniũ Eccleſiarũ? Sed & diſertè in eo Dialogo Sariſberienſis. *Vnũ* (inquit) *audacter (conſcientia teſte) profiteor, quia nuſquam honeſtiores Clericos vidi, quàm in Eccleſia Romana, aut qui magis auaritiam deteſtentur. Quis Bernardi Redonenſis. S.S. Coſmæ Damiani Diaconi Cardinalis continentiam, contemptumque pecuniæ non miretur? Nondum natus eſt, à quo munus acceperit.* Mornæus.

Hicque Bernardum Redonenſem nominat Cardinalem Diaconum, & Prænestinum Epiſcopum. Pag. 317

CVm vnum Bernardum nominet; ita tamen ſubijciat. *Plurium tanta modeſtia, tanta grauitas eſt, vt Fabricio, non inueniãtur inferiores, quem, agnita ſalutis via, modis omnibus anteceãt &c.* Subiungit. *Quia ergo inſtas, vrges, præcipis, cùm certum ſit, quòd Spiritui Sancto mentiri non licet, fateor quia quod præcipis faciendum eſt, etſi non ſitis in omnibus operibus imitandi. Nàm qui à doctrina veſtra diſſentit, aut hæreticus, aut ſchiſmaticus eſt.* Vbi Mornæus ita immutauit hæc verba. *Qui à vera doctrina. &c.* Sed rectè præter opinionem: nam certè non alia doctrina vera eſt, quam doctrina ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, vt in idem hæc duo coincidant, *doctrina vera, & doctrina Romana Eccleſiæ*, vt à veritate iſte non minus abhorreat, quàm a doctrina Romanæ Eccleſiæ alienus eſt. At verò videamus, quid de Romana Eccleſia ſentiat Ioannes ille Sariſberienſis à Mornæo contra Romanam Eccleſiam citatus. In Polycat. lib. 7. cap. 21. de hypocritis agens. *Ad Eccleſiam* (inquit) *Romanam confugiunt, quæ mater pietatis, Religioni conſueuit prouidere quietem*, Et lib. 8. cap. 17. *Eccleſia Romana parens, authore Deo, & matricula fidei, & morum non poteſt ab homine iudicari, & argui cœleſti priuilegio munita*. Et cap. 23. *Quis præſumet ſummum iudicare Pontificem, cuius cauſa Dei ſolius reſeruatur examini? Vtique quiſquis hoc attentauerit, laborare quidem, ſed proficere nequaquam poteſt.* Idem epiſt. 220. ad Alexandrũ 3. Papam Adriani ſucceſſorem ſcribens dicit, vigere in Romana Eccleſia diuinæ legis cuſtodiam, & totius Sacerdotij Principatum. Perperàm igitur nobis tantum virum contra Romanam Eccleſiam aduerſarius obijciebat. Hic Ioannes Sariſberienſis eſt,

Mornæi fraus in mutandis verbis Sariſberienſis, ne ab ipſo maniſeſtè conuictus videatur hæreſis aut ſchiſmatis.

Ioãnis Sariſberiẽſis ſententia de Rom. Eccleſia.

Ioãnes Sariſberienſis, quis.

quem Petrus Bleſenſis epiſt. 114. teſtatur eleganti ſtilo ſcripſiſſe vitam B. Thomæ Cantuarienſis Epiſcopi, & Martyris: ad quem agentem in exilio cùm S. Thoma ſcripſerat epiſtolam. 22. qua eum conſolatur ſpe futuræ remunerationis, monetque, vt fortiter pro Eccleſiaſticæ libertatis defenſione, remoto omni ſtudio vindictæ, certare pergat, qui certe nihil minus, quàm de Romana Eccleſia loquitur illis locis, quæ ex eo producit Mornæus:

Iſtis lex Canonũ nequaquàm poſita eſt. Pag. 318

DE nobilibus potentibus, curialibus, Regalibus, Eccleſiaſticæ libertatis oppreſſoribus, non de Clericis S.R.E. loquens; Et lib. 8. cap. 17. de legatis Pontificis loquens, multa illis fuiſſe impoſita, aſſerit, & probabilitate carere, quæ de illis circunferebantur. *Quis credat* (inquit) *quòd patres Eccleſiæ, iudices orbis, &, vt ita dicam, clariſſima mundi lumina, diligant munera, ſequantur retributiones &c.?* Quare dicit, id nullo modo credendum, contrario omnino ſenſu ab eo, quem obtrudit Mornæus: neque vir Catholicus, & pius per *iniquam gentium Synagogam, & Eccleſiam malignantium.* S. Romanam Eccleſiam vnquàm intellexit, vt ne per ſomnium quidem id cogitaret; ſed impius, & ſacrilegus hæreticus in tam prauum ſenſum verba illius detorſit.

Legatis Adriani Pont. multa impoſita.

Viſum eſt Mornæo vltimò ſubijcere, quæ refert Gulielmus Tyrius de Templarijs ab Adriano Pontifice Patriarchæ Hieroſolymitani iuriſdictioni exemptis. Pag. 319

De Templarijs ab Adriano Põt. exemptis iuriſdictioni Patriarchæ Hieroſolym.

Patriarcham cẽtenario proximum cùm primarijs Epiſcopis Romam venire coactum, vt de iniuria ſibi facta querelam ſuam exponeret; quem Pontifex per affectatas moras diu ludificatum, moerore demùm confectum, & ſumptibus exhauſtum cauſam deſerere coegit.

EQuidem Templarios Tyrius lib. 18. cap. 6. valdè exagitat, quòd, multiplicatis in immenſum diuitijs, per Eccleſiam Romanam à manu, & poteſtate Domini Patriarchæ fuiſſent emancipati, *qua pernicioſa* (inquit) *libertate impetrata, nullum prorſus Eccleſiarum Prælatis deinceps exhibentes reuerentiam, decimas ſibi ex quibuſcunque prædijs ad ſe quocunque iure deuolutis penitùs negabant*. Et paulò poſt. *Ex adipe recalcitrantes ab vberibus piæ matris, quibus ab initio, quaſi modo geniti infantes lacte paſti, & ſolido pro tempore cibo ſaginati, diuiſi ſunt: ita vt merito de his conqueri poſſit Eccleſia* (Iſaiæ 1.) *filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Parcat eis Dominus, & ad cor redire cõcedat, vt matri ſuæ, quam dereliquerunt, diſcant ſeruire in timore.* Ita eorum in Eccleſiam Hieroſolymitanam ingratitudinem perſtringens. Verum non negat Dominum

Ex eiuſmodi exẽptione maniſeſta eſt poteſtas Romani Põt. in Patriarcham Hieroſolymit.

Digitized by Google

minum Papam eos potuiſſe eximere iuriſdictioni Patriarchæ: & id agnouit Dominus Patriarcha, ſeque cum Orientalibus Epiſcopis Romano Pontifici ſubditum eſſe profeſſus eſt, cum eum cauſam Eccleſiæ ſuæ contra Templarios acturus adiuit.

Quòd inducit Mornæus ita ſcribentem Guilielmum Tyrium.

Pag.319 *Templarij Papam muneribus corruperant, ideò pro legitimis illos habebat, Dominum verò Patriarcham cum ſuis adulterinos filios à ſe repellebat quaſi indignos.*

Certe illi imponit, nam ita ille ſcribit lib.18. cap.7. *Dicebant quidem, Dominum Papam, vt eum tædio afficeret, & grauaret ſumptibus, eum ſtudioſè declinare: nam muneribus infinitis corruptus in partem Hoſpitalariorum dicebatur ſe dediſſe proclivem, qui iam ad eum multò antè prauenerant.* Non igitur ità ſcribit, vt Pontificem aſſerat corruptum fuiſſe muneribus, ſed refert id, de Pontifice tùm à quibuſdam dictum fuiſſe, cùm in Hoſpitalarios magis, quàm in Patriarcham propenſum ſe oſtenderet: quod ſubiungit Tyrius: *Illud tamen erat euidens, fauorem ſuum, & familiarium ſuorum, Hoſpitalarijs nimis familiariter indulciſſe, Dominum verò Patriarcham cùm ſuis, quaſi adulterinos filios, faſtu quodam, & indignatione à ſe repellere quaſi indignos.* Quod ſi in hoc erat peccatum aliquod Pontificis, Domino ſuo vtique ſtabat, aut cadebat, nec erat, qui illi ſeſe opponeret, aut diceret: Cur ita facis? nec enim limites ſuæ iuriſdictionis tranſgrediebatur, aut, vtendo iure ſuo, alicui iniuriam inferebat: & longe aliud eſt fauore, aut odio ferre pro aliquo, aut in aliquem ſententiam, aliud verò eam ferre iniuſtam: & aliud eſt Iudicem peccare contra charitatem, aliud vero contra iuſtitiam. Si Pontifex igitur non ita comiter excepit Patriarcham Hieroſolymitanum, & Epiſcopos Orientales, & eos faſtu quodam à ſe repulit, non habita ratione dignitatis eorum, aut tot itinerum, quæ confecerant, vel periculorum, quæ euaſerant, id certè parum charitati conſentaneum erat, at nihil propterea iniuſtitiæ vel in Eccleſiam Hieroſolymitanam, vel in Patriarcham Hieroſolymitanum, aut Orientis Epiſcopos commiſiſſe iudicandus eſt.

Mornæus Gulielmo Tyrio imponit.

Adrianus ſi quid peccauit in Patriarcham Hieroſol. peccauit contrà charitatē, at non contra iuſtitiam.

ANTIDOTVM

Contra progreſſum quadrageſ. octauum.

Pag.319 *Adriano non tàm immoritur, quàm inardeſcit hoc incendium. Cardinales ſciſſis ſtudijs in ſeditionem conuerſi, alij Octauianum S. Cæciliæ Cardinalem eligunt, quem Victorem quartum nominant; Rolandum alij S. Marci, quem Alexandrum Tertium &c.*

Adriano Papa defuncto grauiſſimum Schiſma in Eccleſia obortum eſt: Nam vt ex Codice Vaticano docet Baronius, anno 1159. cum Epiſcopi, & Cardinales de ſubrogando ei ſucceſſore tractaturi in Eccleſia S. Petri conueniſſent, & per trium dierum ſpatium de electione, ſicut moris eſt, pertractaſſent, omnes præter Octauianum tituli S. Cæciliæ, Ioannem tituli Sancti Martini, & Guidonem Cremenſem tituli S. Calliſti Presbyteros Cardinales, in perſonam Rolandi, tituli S. Marci, & Apoſtolicæ Sedis Cancellarij, ab Eugenio Tertio, creati, patria Senenſis, ex patre Rainutio vnanimiter conſenſerunt, aſſentiente pariter reliquo Clero, & populo Romano, eumdemque Alexandrum Tertium nominarunt. Extat epiſt.334. S. Bernardi ad eumdem, cùm ab Eugenio Tertio creatus eſſet Cancellarius in qua eum egregiè laudat, eidemque Pontificatum ſubobſcurè prænuntiare videtur. Verùm duo prædicti Cardinales Ioannes, & Guido, poſt electionem Alexandri, Octauianum procaciter nominarunt, qui ad Pontificatum iamdiu aſpirauerat. Adeò vt, cùm, neglecta ipſorum nominatione, reliqui Alexandrum fugientem & omnino reluctantem papali manto induerent, ipſe Octauianus in tantam proruperit væſaniam vt mantum ipſum tanquam arreptitius à collo eius violenter abſtulerit, ſecumque aſportare tentauerit: Verùm cū ab alijs ei ereptum eſſet, aliud, quod per Capellanum ſuum paratum haberi, iam antea prouiderat, ſumpſit, reſeratiſque portis Eccleſiæ, conductos milites introduxit, opera quorumdam Senatorum, quos pecunia corruperat, & fauore illorum, qui Friderico Imperatori adhærerent, cui ipſe ſemper ſeſe addictiſſimum, etiam contra Pontifices, & Eccleſiam Romanam exhibuiſſet, putans haud dubiè, ſeſe illius auxilio, & fauore Pontificatum facilius adepturum: Horum interim metu Epiſcopi, & Cardinales in munitionem Eccleſiæ cum Alexandro electo ſeſe recipiētes ibi nouem diebus, nè poſſent exire, ab Octauiani ſatellitibus ſunt obſeſſi: Verùm inſurgente pro ipſis vniuerſo populo, & Octauianum inuaſorem, ac hæreticum proclamante, inde educti, rurſumque in arctiorem cuſtodiam incluſi, ex eaque pariter erepti, cum magna hominum frequentia Nymphas, non longè ab vrbe peruenerunt, vbi ſimul congregatis Sabinenſi, Oſtienſi, Portuenſi, Albanēſi, alijſque Epiſcopis, nec non Cardi-

Adriani Papæ obitum ſequitur ſchiſma in eligendo ſucceſſore.

Alexāder 3. legitimè in Pontificē electus.

Rolandus qui poſtea Alexāder 3. à S. Bernardo laudatur.

Rurſus Octauianus procaciter Pontifex nominatur.

Octauiani væſania.

Octauiani vis, & conatus, vt Pontificatum obtineat.

Digitized by Google

Cardinalibus, Presbyteris, & Diaconis, ſimulq; Abbatibus, Iudicibus, Scriniarijs, & Primicerio cum ſchola Cantorum, Nobilibus quoque, & plurima parte populi Romani, Alexander ab Epiſcopo Oſtienſi, ad quē ſolum Romani Pontificis conſecratio pertinet, conſecratus eſt in ſummum Pontificem, &, ſecundùm morem, Regno coronatus. Cum ex alia parte ipſe quoque Octauianus cum ſuis Ioanne, & Guidone Eccleſiam Sancti Petri occupans, poſtquam per ſpatium quatuor hebdomadarum, tam per ſe, quàm per milites, & conſanguineos ſuos, (erat enim patria Romanus, genereque nobili, nempe ex Tuſculanorum Comitum, oriundus) inceſſanter laboraſſet pro alliciendis ad ſe aliquot Epiſcopis, à quibus conſecraretur, tandem reperto Malphitano quodam Epiſcopo fugitiuo, in finibus Anconæ latitante, & Epiſcopo Ferentinate, iam olim Alexandri inimico, atq; Epiſcopo Tuſculano, qui ab Alexandro defecerat, in cuius electionem conſenſerat initio, idem Octauianus ab eis execratus magis, quam conſecratus eſt, & Victor nuncupatus. Hæc omnia Baronius ad annum Chriſti 1159. ex Codice Vaticano, quæ ex Epitome Henrici Spondani, viri de Republica Chriſtiana, quā optimè meriti exſcripſimus, quæ etiam apud Radeuicum lib.2. cap.51. eadē narrantur, præter conſecrationem, aut potius execrationem ipſius Octauiani, in epiſtola Alexandri ad Epiſcopum, & Clerum, & Doctores Bononiæ tunc ſcripta, cùm nondum Octauianus ipſe conſecratus eſſet; ex qua hęc de ipſo Octauiano ſcripta citat Mornæus.

Rolandus, qui Alexander 3. cōſecratur Pontifex: quorū conſenſu.

Octauianus item conſecratur ſiue potius execratur: à quibus.

Pag.319

Ipſe Antichriſti tempora præfigurans, vſque adeò erectus eſt ſupra ſe, vt etiam in templo Dei ſederit, oſtendens ſe tanquàm ſit Deus, & multi abominationem deſolationis, ſtantem in loco ſancto non ſine multa lachrymarum effuſione corporeis oculis inſpexerunt. Et ſubiungit: *Et de Alexandro Victorem idem ſenſiſſe nemo dubitet, vt proinde vterque aduerſariæ partis iudicio ſit Antichriſtus, quo nomine ſeſe inuicem accenſis candelis Eccleſiæ communione excludunt. &c.*

IN epiſtola citata ad Bononienſes ſcribit Alexander Pontifex, ſe inuaſorem illum ſedis Apoſtolicæ excommunicaſſe. *Nouerit inſuper diſcretio veſtra, quòd nos ſupranominatum Octauianum Apoſtaticum, & ſchiſmaticum in octauo die à conſecratione noſtra (hunc enim terminum ei reſipiſcendi, & ad vnitatem matris Eccleſiæ redeundi præfiximus) tanquam inobedientem, & contumacem, & illos qui ei manus præſumerent, non dicimus conſecrationis, ſed execrationis imponere, & de communi fratrum noſtrorum Epiſcoporum, & Cardinalium voluntate, atque conſilio, accenſis candelis, & cœtu Clericorum in Eccleſia congregato, vinculo anathematis, & excommunicationis aſtrinximus, & eos cum ſuo authore Diabolo condemnauimus.* Et hæc quidem veri, ac legitimi Pontificis in inuaſorem ſedis Apoſtolicæ ſententia. Idipſum aduerſus Alexandrum, & qui ei adhærerent, præſumpſiſſe Octauianum, Radeuicus tradit lib.2.cap.70. & Gulielmus Naubrigenſis, rerum Anglicarum lib.2.cap.9. vterque in alterum excommunicationis, & damnationis ſententiam promulgauit. Ita Salmoneus apud Virgil. 6. Æneid.

Alexāder. 3. Octauianum excōmunicat.

Idipſum præſumit Octauianus in Alexandrum.

Flammas Iouis, & ſonitus imitatur Olympi.

Nec verò vterque Antichriſtus, quia alter in alterum vibraſſet fulmen excommunicationis. Nam conſiderandum inprimis cuius iuſta eſſet ſententia, quis eorum legitimè eſſet inſtitutus, & ritè conſecratus, & vocatus à Deo tanquam Aaron; quis vero intruſus, & Apoſtolicæ ſedis inuaſor, deniq; Antipapa, & ſchiſmaticus: nam ſi duo de Regno contendant, & alter alteri moueat bellum, non ideò iudicandum, vtrumque eſſe tyrannum, aut Regni inuaſorem, ſed examinandum, cuius iura ſint potiora, & à quo ſtet iuſtitia belli: ita iuſtum anathema Alexandri in Antipapam illum intruſum, & Cathedræ Sancti Petri inuaſorem.

Non vterque tamen eſt Antichriſtus, ſed ille tātum cuius ſententia non eſt iniuſta.

Exemplū.

Alexandri ſententia iuſta.

Pag.319 & 320.

In his Fridericus vtriq; ſignificat, nolle ſe de tanta controuerſia iudicare, potius Eccleſiæ iudicio ſtare velle. Quare, antiquorum Imperatorum exemplo, authoritate ſua Concilium, ineunte anno 1160. Papiæ congregat, adque citationem amborum venerabiles viros, ac prudentes Danielem Pragenſem, & Hermanum Verdenſem, Epiſcopos cum literis dirigit, quibus neutri præiudicium fiebat, eoquè etiam Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Antiſtites non ex Imperio tantùm, ſed ex Gallia, Anglia, Hiſpania, Hungaria, Dania inuitat; omnibus & ſecurum conducturū ſe præſtiturū, & ſinceram iuſtitiā ante oculos habiturum proteſtatus. &c.

Anno 1160

HÆc pluribus proſequitur Radeuicus, lib. 2.cap.53.54.55. Quòd dicebat Fridericus de antiquis Imperatoribus, Synodos indicentibus; Equidem Synodos illi, ſi catholici fuerunt, non niſi Pontificibus annuentibus indixerunt: neque in re tam manifeſta, & quæ nullo examine opus habebat, Synodus indicenda erat: Verum ille erga Octauianum propenſiſſimus, nihil non molitus eſt, quo poſſet illi ſedem ſtabilire: vnde

Fridericus in cauſa Alexādri 3 & Octauiani Synodum, citra neceſſitatē, indicit: & eu

vnde

Digitized by Google

vnde etiam hunc prætextum inueniens pacis Eccleſiæ conciliandæ, & firmandæ concordiæ, Concilium indicit penes ſe celebrandum, ita impietatem quoquo modo velamine contegens pietatis: nam ſi ille re uera fuiſſet concordiæ reſtituendæ Eccleſiæ ſtudioſus, facilè intelligere potuiſſet initio, legitimè electum fuiſſe Alexandrum, & intruſum Octauianum. Quò ſpectant quæ ſcribit Vuilielmus Neubrigenſis eius temporis fidelis, & accuratus author lib. 2. rerum Anglicarum cap 9. *Poterat ſanè ſciſſura illa citò reſarciri, poterat multitudini paucitas cedere, atque vniri, niſi Fridericus Imperator veteri Rolandi odio Alexandrum non ferens, partem Octauianam tuendam, fouendamque modis omnibus ſuſcepiſſet. Denique ſuæ ditionis Epiſcopos ſcilicet Italicos, & Teutonicos præcipit Papiam conuenire, tanquam ad diſcuſſionem, & examen, cuiuſnam partis merita præponderarent; re autem vera, vt Alexandri parte depreſſa, partem alteram approbantes dicti Victoris præmaturam victoriam celebrarent; partibus quoque mandauit, vt adeſſent, Concilij ſuſcepturæ decretum: Et dictus quidem Victor tanquam ſubiturus iudicium affuit. Alexãder verò iudicium, quod ei ſub nomine iudicij parabatur, non ſolùm cautè, ſed etiam liberè recuſauit. Itaque ex Teutonico ſimul, & Italico Regno Epiſcopi Imperiali iuſſione cum ingenti multitudine Prælatorum inferioris ordinis Papiæ congregati in gratiam Imperatoris, qui cum ſuis ducibus terribilis aderat, quæcunque cauſam Alexandri iuuare poterant, cum pro eo nemo allegaret, vel ſilentio ſupprimentes; quòd pro parte altera minus de veritate ſuppetebat, arte ſuppleuerunt, & dictum Victorem tanquam verum B. Petri ſucceſſorem ſolemniter recipientes, in Alexandrum tanquam ſchiſmaticum, & Deo rebellem ſententiam generali decreto tulerunt.* Hæc de conciliabulo illo, & qua occaſione à Friderico indictum ſit, Neubrigenſis. Acta etiam illius conciliabuli refert Radeuicus lib. 2. cap. 67.

Victor tanquam ſubiturus iudiciũ affuit Concilio: Alexãder verò tale iudicium liberè recuſauit.

Quàm vitioſa ſententia pro Victore contra Alexãdrum lata.

Quod ſcribit Mornæus, Fridericum,

Pag. 320

Concilio ſe ſubduxiſſe. Eccleſiæ & Eccleſiaſticis totũ examen permiſiſſe &c.

ITa quidem profeſſus eſt verbis in eo Conciliabulo; verùm ante iudicium Epiſcoporum iam præiudicauerat, declarando ſcilicet Alexandrum intruſum, dum eum per legatos, ac literas ſpreuit, & per eoſdem probans Octauianũ Pontificem Pontificalibus honoribus coluit. Nam cum Epiſcopi, Pragenſis, & Verdenſis miſſi fuiſſent à Friderico, vtrumque Papam ad Concilium inuitaturi, primo Anagniam venerunt ad Alexandrum, ac cum in preſentia eius, & Cardinalium, aliorumque plurimorum ex Clero, & populo ſediſſent, nulla exhibita reuerentia, literas præterea Imperatoris legerunt quibus Octauianum appellabat Romanum Pontificem, Alexandrum verò tantummodo Rolandum Cancellarium, & cum Signiam ad ipſum Octauianum acceſſiſſent, ad pedes eius prociderunt, & vt legitimum Pontificem adorauerunt. Cum igitur præiudicata iam eſſet Imperatoris ſententia, ob idque nullum reliquum eſſet iudicium ſubeundum, Alexandro (etſi omnes aliæ cauſæ ceſſaſſent) aduerſariorum arbitrio, vel poteſtati nullo modo ſe committere debebat. Interim à Mornæo dicitur,

Fridericus ante iudicium Epiſcoporum Alexãdrũ declarauerat intruſum.

Iure Alexãder huius Concilij indiciũ recuſauit.

Contumaciter abnuiſſe ſe præſentare Concilio.

Pag. 320

CVm contumaces non videantur, niſi qui, cum obedire deberent, non obſequuntur, id eſt, qui ad iuriſdictionem eius, cui negant obſequi, pertinent; D. *De re iudicata L. contumacia.* Verùm Alexander neque Friderici, neque Concilij, ab eo Papiam indicti, iuriſdictioni erat ſubiectus.

Ac primum adducit Canonicorum S. Petri, qui Romæ ſunt, epiſtolã &c.

Pag. 320

APud Radeuicum extat epiſtola Canonicorum S. Petri Romæ pro parte Victoris ad Fridericum, & Patres in Concilio Papienſi congregatos, haud dubiè Octauiani arte procurata, & pro arbitrio eius commenta, quam vbi exſcripſit Baronius ad annum Chriſti 1160. *Hactenus Epiſtola Canonicorum* (inquit) *ſummam infamiæ notam ſuæ ipſorum æſtimationi, tanta mendaciorum aggregatione compoſita, irrogãtium.* Inter cœtera apertiſſimè mentiuntur ſcribendo, Dominum Octauianum Cardinalem, à ſaniori parte Cardinalium electum, & manto indutum; cùm à tribus dumtaxat Cardinalibus electus fuiſſet, & Alexander à vigintitribus; & cum ſcribunt, dominum Cancellarium nunquam manto indutum fuiſſe. Vbi Mornæus.

Epiſtola Canonicorum S. Petri pro arbitrio Octauiani commenta, & mendax.

Hic lepidam Theologiam notet lector, vt à manto illo, in humeros ſeu iure, ſeu iniuria, ſponte, an per vim proiecto, argumentum de electione legitima, an illegitima ſumatur; eius preſertim, qui ſummus Eccleſiæ Chriſtianæ Pontifex habeatur.

Pag. 320

QVi verò vnquàm ſanciuerunt, aut Canones ſtatuerunt, ex Manto iudicium ferendum, de electione Pontificis legitimane ſit, an illegitima? Extabat conſtitutio Nicolai ſecundi Pontificis, prohibens omninò, ne ſine Epiſcopis Cardinalibus electio Romani Pontificis fieri poſſet, per quos alij Cardinales Presbyteri, ac Diaconi adhiberentur, cœteraque ſtarent iura, pro eorumdem Romanorum Pontificum electione à prædeceſſoribus conſtituta, quorum authoritate maioris partis Cardinalium deberet adhiberi conſenſus; vbi nulla de manto habetur mentio. Verum in Octauiano refragantibus omnibus Epiſcopis Cardinalibus vno excepto Tuſculano, qui ab Alexandro reſilijt, & contradicentibus omnibus Presbyteris, & Diaconis; duobus dumtaxat exceptis, quomodo potuit eius facta intruſio, vel inuaſio dici legitima electio? In Alexandri verò electione omnia ſanctè, piè, ritè, atque legitimè facta noſcuntur, vt nihil penitus deſiderari potuerit: qui & ab Epiſcopo Oſtienſi conſe-

Inter Conſtitutiones de electione Pontificis manti mentio nõ habetur.

Electio Octauiani illegitima: legitima Alexandri

Digitized by Google

conſecratus fuit, ad quem Romani Pontificis ſpectabat conſecratio. Inde igitur, non autem ex manto iudicandum erat, quæ legitima, vel allegitima eſſet electio. Cùm de electione legitima Alexandri luce meridiana clarius conſtaret; Epiſcopi tamen Papienſis Conciliabuli, opera Principis tenebrarum collecti, & eius ſpiritū ducti, in tam clara luce cæcutientes, peruulgandam in Orbem terrarum ſententiam conſcripſere, qua eumdem Octauianum, Victorem dictum, legitimum declararunt Pontificem; Rolandum autem Cancellarium (nempe Alexandrum) ſchiſmaticum, & excommunicatum, vna cum eius fautoribus; tùm quòd peremptoriè citatus, cauſæ ſuæ diffiſus, noluiſſet comparere; tum ob coniurationem, vt fingebant illi, cum hoſtibus Imperatoris aduersùs illum factam: Eorum hac de re circularem epiſtolam recitat Radeuicus lib. 2. cap. 70.

Mendaciū in ſubſcriptionibus Conciliabuli deprehenſum.

Subſcriptionibus, quas ſubijcit, aduerſarius etiam falſa immiſcuit: nam inter cœteros docet, Hellinum Treuerenſem Archiepiſcopum ſubſcripſiſſe. Habetur quidem in ſubſcriptionibus. *Ego Hellinus Treuerenſis Archiepiſcopus cum meis ſuffraganeis conſenſi*. Sed rectè ſubijcit Baronius anno 1160. *Hoc eſſe mendacium apertiſſimum, conuincitur ex literis Bambergenſis Epiſcopi, inferius recitandis*. Literas illas recitat ex Radeuico lib. 2. cap. 71. vbi hæc inter cętera. *Solus Treuerenſis de Regno noſtro ſupereſt in parte illa de numero Archiepiſcoporum, qui non conſenſerit:* Et in alijs literis, quæ apud eumdem immediatè ſubijciuntur: *Abſentes, quos prænotauimus, Archiepiſcopi pro ſe, & ſuis ſuffraganeis plenariè conſenſerunt, excepto Treuerenſe, qui, cùm iter cœpiſſet, infirmitate præpeditus, excuſatorias tantummodò literas direxerat*. Quemadmodum refert D. Auguſtinus in collatione Catholicorum cum Donatiſtis, in collatione primi diei cap. 14. in vtriuſque partis ſubſcriptionibus falſitates in Donatiſtis fuiſſe depręhenſas, & eorum numerum Epiſcoporum minorem, quàm qui ſubſcripſiſſe oſtendebantur: ita planè in ſubſcriptionibus Conciliabuli illius Papienſis falſitas manifeſtè depræhenditur, cum literis illis ſubſcripſiſſe fingitur Hellinus Treuerenſis Archiepiſcopus, qui nec interfuit, nec per literas, aut ſuffraganeos ſuos ſubſcripſit. Ita non dubium, ab eiſdem Patribus fingi, ſubſcripſiſſe legatos Regum Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Daniæ, Dominorum mandatis ſubnixos; cùm ex epiſtola citata Epiſcopi Babenbergenſis apud Radeuicum conſtet, Nuncium Regis Francorum promiſiſſe pro eo, neutrum ſe recepturum, vſque dum Nuncios Imperatoris recipiat: & Nuncium Regis Anglorum idem promiſiſſe: Et Vilhelmus Neubrigenſis lib. 2. rerū Anglic. cap. 9. vbi retulit Acta illius Conciliabuli Papienſis, Friderici authoritate fulcita, ſubiungit: *Illuſtres quoque Francorum & Anglorum Reges omnibus modis ſollicitare curauit, vt ad perpetuandam amicitiā mutuam ſibi in hac parte concordes exiſterent. Illi verò inflexi ſententia cautè ſuſpenſa, donec rei tam ſcrupuloſæ plenius veritatem agnoſcerent, celebrem & ipſi ex vtroq; Regno Epiſcoporum, & nobilium, loco & tempore congruo, conuentum fecerunt*.

Aliud itē mendaciū.

Conuentus Epiſcoporū, & Nobilium Regni tùm Franciæ, tùm Angliæ, in quo, Alexandrū eſſe Legitimum Pontificem, apparet.

Subijcit ei conuentui adfuiſſe ex parte Octauiani duos principales eius complices, qui eius fuerant electores, ſchiſmatiſque authores, Guidonem Cremenſem, & Ioannem de Sancto Martino Cardinales; nam Tuſculanus Epiſcopus iam vitauerat hominem; & a parte Domini Alexandri tres Cardinales, Henricum Piſanum, Ioannem Neapolitanum, Guilhelmum Papienſem, ac tandem ex eorum mutua altercatione totius negotij veritatem ita claruiſſe, vt neuter vlterius Princeps cunctaretur, repudiata parte Octauiani, Dominum Alexandrum recipere, & cum Regnis ſibi ſubditis de cœtero in his, quæ Dei ſunt, tanquam Patri parere: Et ſubijcit vltimo: *Parebat ei* (Alexandro) *in eis, quæ ad curam ſpectant paſtoralem totus orbis latinus, exceptis Prouincijs Alemaniæ ditionis: Imperator enim ex priuata ſimultate ſemel in reprobum ſenſum datus & vel à ratione vinci indecorum Imperatoriæ reputans maieſtati, multo tempore diſtulit palmam dare perſpicuæ veritati.*

Friderici obſtinatio.

Veriſimile igitur eſt, falſitatem eſſe in ſubſcriptionibus, cum legati Regum Angliæ, Hungariæ, Boemiæ, Daniæ dominorum mandatis ſubnixi ſubſcripſiſſe dicuntur. Ex primarijs etiam Antiſtitibus ita ſubſcripſerunt aliqui, nempè Patriarcha Aquileienſis, Germaniæ Epiſcopi, Bambergenſis, Patauienſis, atque Ratiſponenſis, eūdem Patriarcham imitati, vt tamen ſuam ipſorum ſententiam ſubiecerunt cenſuræ, impoſterū ab Eccleſia Catholica faciendæ. Id conſtat ex epiſtola iam citata cuiuſdam Religioſi viri ad Epiſcopum Salzburgenſem, de ea re apud Radeuicum lib. 2. cap. 72.

Qua conditione nonnulli in Cōciliabulo Papienſi ſubſcripſerint.

Ludouicus etiā VII. Rex Francorum (quod Regnum nunquam ſchiſmatibus pollutum fuiſſe recolitur) Alexandro vt vero Pontifici adhæſit, eique author fuit, vt in Franciam confugeret: vt certè mirer, qui Mornæus Concilium illud Papienſe Friderici iuſſu indictum, quo, reprobato Alexandro, proclamatus fuit Pontifex Octauianus, tanti facere videatur, cum in Gallia Acta Papienſis Concilij, atque Friderici, qui Pſeudopapā Victorem adorarat, fuerint damnata. Et Saxo Grammaticus lib. 14. in ſua hiſtoria Daniç dicit, in hoc Germanis Gallos religioſiores fuiſſe. *De Vrbis Pontificatu* (inquit) *controuerſia inter Gallos orta, varia prouinciarum ſuffragia ferebantur. Nam Gallia Alexandro obtentui fuit, Germania, authore Cæſare, Octauiani partibus obſecuta eſt. Sed iuſtior, Religionique propior Gallorum ſequacitas fuit*. Non deberet certè homo Gallus tam iniquus eſſe patriæ, cui ſcriptor externus iuſtitiæ, & Religionis id teſtimonium perhibet.

Ludouicus VIII Rex Francorū Alexādro vt vero Pōtifici adhæſit.

Acta Papienſis Synodi & Friderici, damnata in Gallia.

Vnde & Galli religioſiores, quam Germani.

Mornæus patriæ iniquus.

De aduentu Pontificis Alexandri in Franciā, & Cōcilio Turonis habito, hęc habet Vilhelmus Neubrigenſis lib. 2. cap. 14. *Eodem tempore Romanus Pontifex Alexander de Apulia liquido itinere venit in Gallias. Poſt; Occurrentibus ei præſulibus, & nobilibus Regionū Gallicanæ Eccleſiæ multorum deſiderijs expectatus aduenit. Magni quoque Francorum, & Anglorum Reges aduentum eius ſolemni honorantes occurſu, qualia Regiam decebant*

De aduentu Alexādri in Galliam: de honore à Regibus Galliæ, & Angliæ ei præſtito deq; Concilio Turonenſi.

magnificentiam, inſigni exſuli, hilariter obſequia præſtiterunt. Principum itaque fauore adiutus conuocatis Eccleſiarum Paſtoribus in Octauis Pentecoſtes generale Concilium cum multa gloria Turone celebrauit anno ab Incarnatione Domini 1163. Deinde cap. 15. Concilij illius Turonenſis inſerit decreta. Hinc conſtat perſpicuè, falſum eſſe, quod ſcribit Mornæus, Ludouicum Iuniorem, & Henricum ſecundum, Angliæ Regem tùm adhuc nutaſſe, & dubios animi fuiſſe; cùm conſtet, in conuentu habito Epiſcoporum vtriuſque Regni poſt cōciliabulū Papienſe, vtrumq; Regē cū ſuis ſubditis, repudiato Octauiano, ſine mora ad Alexandrū Tertiū animū adieciſſe, eumque inuitatu Ludouici in Galliam ſe transtuliſſe.

Mornai error.

Pag. 321

De morte Victoris Antipapæ, & ſubrogatione alterius in eius locum hæc Mornæus.

Pag. 322 *At Victore, exeunte anno 1163. fato functo, Cardinales ſui nulla mora Vidonem Cremonenſem Cardinalem tituli Sancti Calliſti, eligunt. Is Paſchalis 3 in Concilio demū VVirtzburgenſi anno 1165. approbatus.*

De morte Octauiani qui Victor Antipapa.

EX Codice Vaticano in Actis Alexandri Tertij, hæc referuntur à Baronio ad annum 1164 de morte Antipapæ Octauiani. *Eodem tempore infœlicis memoriæ Octauianus hæreſiarcha infirmatus eſt apud Lucam Ciuitatem circa feſtum Paſchale, & impœnitens, & excommunicatus de hoc mundo migrauit ad inferos, licet à quibuſdam dictum fuerit, quòd Sacerdotem Catholicum vocauerit, qui prohibitus à ſchiſmaticis ad eum intrare non potuit.* Deinde ſubiungitur alterius Antipapæ in eius locum ſubrogatio, nempe Guidonis Cremenſis dicti Paſchalis Tertij, quem Imperator pertinax in ſchiſmate, ſua authoritate confirmauit, vt etiam ſuper Sancta Dei Euangelia iurauerit, ſe dictum Guidonem, eiuſque ſucceſſores habiturum Catholicos Papas, Alexandrū autem, & ſucceſſores ſemper vt ſchiſmaticos reiecturum, & ad idem impium ſacramentum alios, quoſcunque potuit, viros Eccleſiaſticos adegit. In literis Nuntij S. Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis, qui erat apud Alexandrum, ad ipſum Archiepiſcopum ſcriptis, aſſeritur, Antipapam Octauianum quarta feria poſt Octauas Paſchæ obijſſe in Vrbe Tucenſi, & ſepultum eſſe in Monaſterio extra Ciuitatem, eò quòd Canonici Maioris Eccleſiæ, & Regulares Canonici S. Fridiani ei ſepulturam negaſſent, præeligentes à ſuis migrare ſedibus, quàm admittere corpus ſchiſmatici, quem crederent, in inferno eſſe ſepultum; à ſatellitibus autem Imperatoris, & familia propria ad miſeros Monachos cadauer perlatum eſſe, ipſumque Octauianum quindecim diebus, antequam moreretur, phreneticum effectum eſſe, & in tantam verſum inſaniam, vt nec Dei, nec ſui memor eſſet, & Alexandrum, audita eius morte, velut alterum Dauid perſecutorem ſuum defleuiſſe extinctum, & Cardinales de ea exultantes durius increpaſſe, eò quòd iactura animæ irreparabilis ſit, vbi culpa per pœnitentiam non deletur.

De Guidone Cremēſi, qui Paſchalis 3. Antipapa Victori ſubſtituto ab Imperatore Friderico.

De Octauiani ſepultura, de quo eius morbis, antequam moreretur.

Alexāder audita Octauiani morte ipſū defleſt.

Quoad decretum illud citatum ab aduerſario ex Auentino lib. 6. Annal. Boiorum ſancitum in conuentu VVirtzburgenſi.

Nullum poſthac fore Pontificem Maximum, niſi qui more maiorum, conſenſu Imperatoris creetur, atque nuncius dumtaxat Chriſti, ſucceſſorque Petri, non etiam Cæſarea potentia pertinax æmulus eſſe velit.

SIgonius lib. 14. anno 1165. longè alia forma decretum editum refert, nempè, vt Paſchalis pro iuſto Pontifice in perpetuum haberetur &, eo mortuo, nemo niſi ex eius parte ſubelegeretur, & ſi contigiſſet vt Fridericus ex hac vita decederet, nemo ei ſubſtitueretur, niſi ſe eam partem defenſurum iuraſſet. Sed huius decreti conſtituendi nullam authoritatem habuit Fridericus, vt nec ſanciendi, ſchiſmaticum Antipapā pro iuſto Pontifice habendum eſſe: & tam validum fuit illud decretum quàm Paſchalis verus erat Pontifex.

De decreto Friderici Imp. circa Romanum Pont.

Eius conſtituendi non habuit authoritatem.

Veniſſe poſtea in Italiam Fridericum, vt, quē admiſerat Antipapam, in Cathedram Petri intruderet, conſtat ex epiſtola 185. Ioannis Sareſberienſis ad Magiſtrum Girardum. *Eo propoſito* (inquit) *in Italiam profecti ſunt, vt Cremenſem hæreſiarcham intrudant in Sedem Petri, & Vicarium Chriſti, aut comprehendant, aut eijciant, aut occidant; Verumtamen oratio ſine intermiſſione fit ab Eccleſia ad Deum pro eo, vt ſupra modum timere non debeat à duabus caudis fumigantium titionum Friderico & Reginaldo, qui ponentes carnem brachium ſuum Sanctum Iſrael blaſphemare non ceſſant. Profectò vbi humanum deeſt, diuinum auxilium neceſſitatibus Eccleſia ſuffragatur.* Is vero Reginaldus Archiepiſcopus erat Colonienſis, de quo paulo ſupra ſcripſerat: *Cum toti mundo*, iam innotuerit quantus contemptor Eccleſiæ ſemper, quantus incentor, & author ſchiſmatis, ex quo potuit, fuit ille Colonienſis præſumptor Eccleſiæ maximus inter locuſtas beſtiæ, quarum poteſtas eſt in linguis, & caudis earum defecerat illud ſchiſma pacem fuerat Tyrannus veſter Eccleſiæ redditurus, niſi eum Colonia etiam adhuc aduerſus Eccleſiam incitaret, vt pari voto non tàm Pontificis vitam, quàm Petri dignitatem conentur extinguere &c.

De reditu Alexandri in Italiam, & fœdere inter Ciuitates Lombardiæ inito, adiunctis etiā Venetis pro repetenda libertate, & propugnanda Eccleſia aduerſus Fridericum, eoque cedere, atque Italia diſcedere coacto, non eſt, quod plura hoc loco repetamus: totam hiſtoriam pluribus perſequitur Sigonius lib 14. de Regno Italiæ: Radeuicus verò Canonicus Friſingenſis, eius temporis ſcriptor, qui poſt Othonem Friſingenſem res geſtas Friderici perſequi inſtituerat, vbi ipſum audiuit ſententia Alexandri, anathemate eſſe mulctatum, detectiſque mendacijs, iam in

Cur Radeuicus res geſtas Friderici ſcriptis proſequi deſtiterit.

Eccleſia

Digitized by Google

Eccleſia Catholica recipi, atque coli Pontificem Alexandrum, deſiſtit vlterius progredi, & eiuſdem Friderici res geſtas ſcriptis proſequi, quem videret per deuia errantem extra Eccleſiam, cum ſchiſmaticis rem agentem, eoſdemque indefeſſo ſtudio protegentem.

Quæ Emanuel Orientis Imp. obtulerit Alexandro 3. ſi Occidentale Imperium rurſus cū Occidētali cō iungeret.

Cùm Fridericus Occidentali præeſſet Imperio, & ſchiſmaticos foueret Antipapas, Emanuel Comnenus, qui tum Orientale Imperium gubernabat, Alexandro Pontifici ſemel, atque iterum per legatos obtulit magnam vim pecuniarum, exercitum non contemnendum, & quòd pluris erat, faciendum, vnionem Eccleſiæ Græcæ cùm Latina ſub vno Summo Paſtore Romano Pontifice, ſi modò is Occidentale Imperium, à quo Fridericus excidiſſe videbatur, iterum cum Orientali coniungeretur, & Imperatori Conſtantinopolitano reſtitueretur. Teſtes ſunt Blondus, lib. 2. decadis. 5. & Abbreuiator Blondi Aeneas Syluius ibidem, Platina in Alexandro Tertio, Nauclerus generat. 39. Sigonius lib. 14. de regno Italiæ anno 1168. Mornæus.

Pag. 322 *Cum vtique Alexandro neutrum conſtituere, vtrumque euertere conſilium eſſet.*

Mornæi calumnia in Alexādrū. Quid Alexander Orientis Imperatori reſponderit.

QVæ certè calumnia eſt manifeſtiſſima; nàm, vt iidem Authores referunt, reſpondit Alexander, ſe nolle in vnum coniungere, quod olim de induſtria maiores ſui disiunxiſſent. Non fuit igitur illi conſilium euertendi Imperium Occidentis. Interim agnouit Imperator Græcus, potuiſſe iure Pontificem transferre Imperium Occidentis, illudque iterum cum Orientali coniungere. Mornæus.

Pag. 322 *In his moritur Paſchalis, cui ſuccedit Joannes Vngarus Calixtus III. dictus, quem Romani eligunt &c.*

Ioannes Vngarus furto infamis, Paſchali Antipapæ ſub ſtitutus, non à Romanis ſed à ſeditioſis quibuſdā.

LOnge aliud fide digniſſimi ſcriptores tradunt, nempe mortuo Guidone, Paſchali dicto, Romæ in Baſilica S. Petri, quam magno Friderici præſidio adhuc obtinebat, non a Romanis, ſed a ſeditioſis quibuſdam ſuffectum Ioannem Strumienſem ex Pannonia Abbatem, virum pridem furto infamem, quem Callixtum vocarunt. De tribus his Antipapis hæc ſcribit Petrus Bleſenſis. Epiſt. 48. ad Gulielmum Cardinalem Papienſem. *Erectus fuerat Octauianus in contumeliam Eccleſiæ Chriſti, & cecidit: Sathanas enim Sathanam expulit &c. Poſt hunc exaltatus eſt Guido Cremanus, & corruit. Poſt ipſum eleuatus eſt Ioannes Struma, & deiectus atque confractus euanuit. Ecce Idolum Dagon, quod iuxta arcam domini fuerat eleuatum, prius cecidit proſtratum, erectum ſecundò corruit ex magna parte confractū, eleuatum vero tertiò tandem totum confractum inuentum eſt, & toto corpore diſſipatum.* Vbi de ſchiſmate ſub Alexandro Tertio, Pōtifice, tribus Antipapis à Friderico intruſis, continuato, ac tandem penitus extincto loquitur.

De tribus Antipapis ſub Alexādro 3. antea iſſis à Friderico Imp.

Pag. 323 *Is (Fridericus) legationem ad Alexandrum expedit &c.*

Fridericū conſiliū de conciliādo ſibi vero Pontifice Rom.

Anno 1175

INuitus tandem Fridericus de pace reddenda Eccleſiæ, & vero Pontifice ſibi conciliando conſilium iniuit: nam primum anno 1175. cùm Alexandriæ obſidionem ſoluere, & fuga ſibi conſulere coactus fuiſſet, videretque, omnia ſibi ſiniſtrè ſuccedere, pacis ſtudium cùm Sancta Romana Eccleſia ſimulans tres ex præcipuis Cardinalibus Papiam accerſiuit, nempè Oſtienſem, & Portuenſem Epiſcopos, ac Presbyterum S. Petri ad vincula, quos cum humaniſſimè excepiſſet, & ſalutaſſet, minimè tamen ab eis reſalutatus eſt ob excommunicationem, qua erat conſtrictus, paciſque tractatio irrita fuit, cùm iniquas pacis conditiones. ac maximè in ſpiritualibus nonnulla poſtularet, quæ nulli vnquam laico inuenirentur eſſe conceſſa. Verùm anno ſequenti accepta a Mediolanenſibus ingēti clade, quæ diuturnis Longobardiæ calamitatibus finem tandem attulit, adeo vehementer a ſupremo iudice contritus eſt (vt referunt Acta Alexandri) vt pacem Eccleſiæ, quam hactenus in duplicitate cordis popoſcerit, toto animi affectu ab Alexandro ſuppliciter poſtulare decreuerit.

Fridericus ob excommunicationem nō reſalutatus.

Anno 1176

Friderici Legatio ad Alexādrū propter ſtudia de pace Eccleſiæ.

Cuius rei cauſa miſit ad eum tunc Anagniæ in Campania agentem, quatuor ex præcipuis Imperij Principibus Eccleſiaſticis, nempè Magdeburgenſem, Moguntinum, & Vuormatienſem Antiſtites; atque protonotarium Regni, cum pleniſſima poteſtate tractandæ, & componendæ pacis inter Eccleſiam, & Imperium. Pacis tabulas prout Ananiæ ſeruantur, recitat Sigonius lib. 14. de Regno Italiæ anno 1176. *Fridericus Imperator Alexandrum Pontificem in Catholicum, & Vniuerſalem Pontificem recipiet, ac debitam ei reuerentiam adhibebit, perinde ac Catholici ipſius anteceſſores, catholicis eius anteceſſoribus præſtiterunt, eamdemque ſucceſſoribus eius catholicè incumbentibus exhibebit. Reddet veram pacem Alexandro, & omnibus ſucceſſoribus eius, & vniuerſa Romana Eccleſia &c.* Verùm cùm rem ad exitum perduci non poſſe appareret, niſi Pontifex, & Imperator in congreſſum venirent, placuit, vt Fridericus Mutinam Pontifex Bononiam, communis colloquij cauſa, procederet. Atque ne reliqua proſequamur, quæ intericcta fuere, viſum eſt vtriuſque dignitati, & ſecuritati, vt in vrbe Venetiarum congrederentur, atque ibi, Senatu ipſo præſtantiſſimo aſtante, atque authoritatem ſuam interponente, diſcordijs modus imponeretur. Ibi igitur primum Fridericus, Archiepiſcopi, Epiſcopi, alijque Germaniæ Principes ſchiſmati renunciarunt, ac per Epiſcopos, & Cardinales iuſſu Alexandri expiationem ab Eccleſia receperunt, inde poſtea ad Baſilicam S. Marci, palatio Ducis, in quo hoſpitabatur, continentem progreſſus; vbi ex compoſito Alexander Cardinalibus Epiſcopiſque circumfuſus ſedebat, ſolemnem, quæ Pontifici ab Imperatore debetur, reuerentiam, atque obediētiam ad pium pedum oſculum inclinatus exhibuit, atque ab eo pacis oſculum retulit. Hæc inter

Tabula pacis.

De Congreſſu Alexandri Pōt. & Friderici Imp.

Fridericus aliique ſchiſmatici reuertuntur ſanctique Alexandri expiantur.

Fridericus Alexādro debitam exhibet reuerentiam.

ter

ter cęteros Sigonius, lib. 14. de Regno Italiæ anno 1177. de quo Mornæus.

Pag. 323

*Cætera præ pudore addere non auſus; Alexandrum nimirum Imperatori proſtrato collum pede comprimentem dixiſſe; Super Aſpidem, & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem; & cum illi Fridericus; non tibi (*inquit*) Sed Petro, cuius ſucceſſor es pareo, Pontificem reſpondiſſe; & mihi, & Petro.*

Inſultatio Alexãdri in Fridericum fabuloſè conficta.

VErùm ſuæ hiſtoriæ fabulam non debuit inſerere Sigonius. *Et abhorrens eſt* (vt Baronius ad annum 1177.) *à tanti Chriſti Vicarij manſuetudine, turgens faſtu facinus, penituſque alienum ab ipſius moribus tot actionibus probe notis.* Et ſi quid huiuſmodi per Alexandrum Papam fieri contigiſſet, non pręternuſiſſent referre ſcriptores illi, qui minima quæque proſecuti ſunt, aut ſaltem ęmuli aduerſarij rem nouitate ſingularem, indecentia monſtruoſam minimè reliquiſſent ſilentio penitùs obuolutam. Et cùm Pontifex tanto cùm labore, induſtria, arte, patientia, cum prudentia tot annis in hoc ipſum laboraſſet, vt vel aliquod ſaltem leue pœnitentiæ ſignum extorqueret, ab obſtinatiſſimo perſecutore, qui credendum, iam ipſum ad hoc inductum Imperatorem, atque ſuaſum eo modo exaſperatum factis, & dictis inurbanis, inuſitatis, duris, aſperis per Pontificem exacerbatum, vt (quantum in ipſo fuit) eum à pœnitentię remedio procul abigeret, quem iam abſolutum recipiſſet in Eccleſia pœnitentem? Verum de Inſultatione illa Pontificis in Imperatorem Authores citat Mornæus. Nec certe negamus, aliquos id referre; verùm nec illi rebus geſtis interfuerunt, nec ea, ſcripſerunt, quæ viderunt, ſed tantùm, quæ audierunt; qui nullo pacto conferendi ſunt cum Authoribus illius temporis, qui & ipſi interfuerunt, aut certè ab illis, qui interfuerant, fideliter relata ſcripſerunt. De pace illa hæc ſcribit Gulielmus Neubrigenſis lib. 3. rerũ Anglic. cap. 2. *Anno à partu Virginis 1177. Pontificatus autem Domini Alexandri Papæ 18. Friderici Imperatoris in eundem venerabilem Pontificem inueterata rabies conquieuit. Maledictus furor eius, quia pertinax; & indignatio eius, quia dura Benedictus autem Dominus, qui tangit montes, & fumigant, ipſum enim, & pertinacem domuit, & durum molliuit. Siquidem principalibus ſchiſmatis iudicio Dei abſorptis, Octauiano ſcilicet, qui Papatum prior inuaſerat, & Guidone Cremenſi, qui eiuſdem vaſaniæ ſucceſſor extiterat, cum quidam Ioannes Strumenſis Tertius continuaret errorem, compunctus tandem Imperator per viros ſapientes, & nobiles tractare cœpit de pace. Itaque duo magni Principes, Sacerdotij ſcilicet, & Imperij ſolemniter conuenientes, Deo propitio, in patrem, & filium tranſierunt 9. kalend. Auguſti, ſicque Eccleſia vnita eſt, cunctis iam ſchiſmatis authoribus, atque fautoribus extinctis, ſiue compunctis.* Et Gulielmus Tyrius lib. 18. belli ſacri cap. 26. de hoc diuturno ſchiſmate locutus. *Tandem anno 19.* (inquit) *redeunte ad vnitatem Eccleſiæ Friderico Romanorum Imperatore, qui parti oppoſitæ auxilium ſuggerebat, & conſilium, & Domino Alexandro Papa plena caritate reconciliato, reddita eſt pax Eccleſiæ, & depulſis errorum tenebris, reſplenduit tranquillitas, quaſi ſtella matutina in medio nebulæ. Sic igitur tot perſecutionibus tandiu vexata Eccleſia Romana triumphum reuexit, & ferox ille perſecutor Pontifici tandem cedere, ac humiliter ſubijcere ſeſe coactus fuit. Sic quippè Dominus per Prophetam:* (Iſaiæ 54.) *Omne vas, quod fictum eſt contra te, non dirigetur, & omnem linguam reſiſtentem tibi in iudicio condemnabis; Et gens, & Regnum, quod non ſeruierit tibi, peribit, & gentes ſolitudine vaſtabuntur; Et venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi &c.* Petrus Bleſenſis epiſt. 48. ſcribens ad Gulielmum Cardinalem Papienſem. *Petri Nauicula denſiſſime tempeſtuoſis fluctibus aſtuauit, cumque mirabiles eſſent elationes maris, mirabilis in altis Dominus, ſtatuit procellam in auram. Effuſa enim contentione ſuper Principes cum errarent in inuio, & non in via, ille qui imperat ventis, & mari, imperauit Imperatori, qui cũ nuper in Eccleſiam Dei efferata rabie deſæuiret, hodie per gratiam Chriſti decrudeſcit in eo feueritas, & iracundia eius manſueſcit in gratiam; hodie per gratiam Redemptoris perſecutor Eccleſiæ factus eſt filius, de lupo factus eſt agnus, de hoſte amicus, de ſuperbo deuotus: humiliauit eum, qui eſt ante ſæcula, qui humiliat omnem altitudinem extollentem ſe aduerſùs ſcientiam Dei. Nimis oppreſſerant, & in conculcationem dederant Chriſti Eccleſiam ſeculares; ſed hodie erecta eſt in ſuperbiam ſeculorum, & amodò ſuperborum, & humilium corda calcabit, ſicut dicit Dominus per Prophetam;* (Iſaiæ 60.) *Ponam in ſuperbiam ſæculorum, non vocaberis vltrà derelicta, ſed ciuitas ſancta.*

Nec quidquam attinet, quòd aliqui poſtea ſcriptores eam vti veram conſcripſerint.

Anno 1177

Fridericus reconciliatur Pontifici, & Eccleſiæ.

Quid de hac Friderici conuerſione ſcriptores.

At verò quorsùm hactenus in defendēda cauſa Friderici contra Alexandrum adeò laborauit Mornæus? Etſi enim ille in perſona errauerit (vt Sanderus de viſibili Monarch. lib. 7. art. 872. perlubet.) Octauianum Alexandro 3. legitimo Pontifici præferens, peccaueritque grauiſſimè, ei mortuo, qui author ſchiſmatis fuerat, Guidonem Cremenſem ſubſtituens, nec id tantùm, ſed ei extincto ſubrogans Ioannem illum Strumienſem, furto etiam infamem; at verò non ideò voluit nullum eſſe ſummum Pontificem in Eccleſia, aut eam iudicauit ſine illo capite poſſe conſiſtere, qui non modo Adrianum IIII. Pontificem ita veneratus eſt, vt ad eius pedem primò venerabundus accederet, deinde ex quo deſcendenti ſtapedem teneret, prout refert Albertus Scrantzius lib. 6. Saxoniæ cap. 16. Verùm etiam idem poſtea fecit Victori, quem verum Pontificem cum ſchiſmaticis eſſe exiſtimabat, prout Radeuicus ſcribit lib. 2. cap. 70. *Religioſiſſimus Imperator ante ianuas Eccleſiæ eum ſuſcepit, & deſcendenti de equo ſtrepam humiliter tenuit, & appraben-*

Friderici error inſtitute Mornæi inutilis, & ab errore ſectariorum longè diuerſus.

Friderici ſententia de ſummo Pōtifice Rom. eiuſque in Eccleſia neceſſitate.

prehenſum per manum vſque ad altare perduxit, & pedes eius eſt oſculatus. Apud eumdẽ Radeuicum, lib. 1. cap. 10. epiſt. ad omnes Imperio Romano ſubiectos Romanum Pontificem. *Caput Sanctæ Eccleſiæ* nominat. Et Epiſt. ad Adrianum Pontificem apud eumdem libro ſecundo, capitulo decimoſexto. Romanam Eccleſiam *Matrem omnium Eccleſiarum, & ipſius Imperij* vocat: Et libro ſecundo, capitulo 56. Epiſtol. ad Hermanum Epiſcopum Brixinenſem, vbi deplorat ſchiſma, quod in Eccleſia Romana erat exortum. *Cum vnus Deus* (inquit) *vnus Papa, vnus Imperator ſufficiat, & vna Eccleſia Dei eſſe debeat, quod ſine dolore dicere non poſſumus, duos Apoſtolicos in Romana Eccleſia habere videmur.* Ex ſententia igitur Friderici vnus Papa eſſe debet, iſque Romanus Pontifex, qui toti Eccleſiæ præſit, & cui regimen totius Eccleſiæ debeatur, a qua ſententia Mornæus, & Nouatores plurimùm abhorrent. Mornæus.

Pag. 323

Romani ſanè in vim huius ſubmiſſionis per Legatos eum Romam inuitant, quod ea lege accipit, vt Senatores ab illis eligendi, antequàm munus ſuum adeant, Romanæ Eccleſiæ fidelitatem iurent. Et ſic anno 1178. Vrbem ingreſſus anno deinde 1180. Laterani Concilium indicit &c.

Alexãder Romam redie rogatus.

COd. Vatic. à Baronio ſæpè citatus in Actis eius pluribus narrat, quomodo anno 1178. Indiſt. 11. à Clero, Senatu, populoque Romano rogatus in vrbem redire, eò acceſſit 4. Idus Martij, & cum ingenti lætitia, & honore receptus eſt ab omnibus, cui & Senatores olim refractarij fidelitatem, & homagium fecerunt, & regalia ab eis occupata reſtituerunt. Quòd ſcribit aduerſarius, Synodum Lateranenſem anno 1180. indictam fuiſſe, Baronius ad annũ Chriſti 1179. redarguit aſſertione Gulielmi Tyrij, lib. 21. cap. 26. vt pote qui interfuit, &, vt ipſe ait, rogatu Patrum ſtatuta Synodi, & Epiſcoporum nomina, numerum, & titulos deſcripſit, & affirmat, eam habitam eſſe anno Chriſti 1179. Pontificatus Alexandri 20. Indict. 12. die 5. Menſis Martij, eique interfuiſſe 300. Epiſcopos. Decreta huius Concilij referunt Gulielmus Neubrigenſis, lib. 3. rerum Anglic. cap. 3. Et Rogerius de Houedem, Annal. p. poſt. anno 1179. in Henrico II. Et Sigonius lib. 14 de Regno Italiæ. Ac primum fuit, vt nonniſi electus a duabus partibus Cardinalium habeatur verus Pontifex: electus autem à minori numero gerens ſe pro Papa, vna cum ſibi adhærentibus excommunicationi ſubiacent, & totius ſacri ordinis priuatione mulctantur, ita vt viatici etiam eis communio denegetur &c. & hæc conſtitutio inſeritur ext. de electione cap. licet de vitanda. Secundò conſtitutum eſt, vt ordinationes ab Octauiano, & Guidone hæreſiarchis, nec non & à Ioanne Strumẽſi, qui eos ſecutus eſt, factæ, & ab ordinatis ab eis, irritæ cenſerentur. Vbi Mornæus.

Synodus Lateranenſis ab Alexandro habita anno 1179.

Decretum quoad electionẽ Pontificis.

Ordinationes factæ à tribus Antipapis, & ab ordinatis ab ipſis irritæ.

Pag. 324

Unde iudices lector, in pociore Europæ parte, quem ſcrupulum conſcientijs ex illis irritis ordinationibus relinqueret, an defigeret.

Neque tale decretũ reprahendendũ eſt.

O Candidum, & religioſum hominem, qui ſcrupulos conſcientijs relinqui tam iniquo animo ferat? Immò ita ſtatuit Pontifex, exemplo prædeceſſorum ſuorum, & ad deteſtationẽ ſchiſmatis, & vt conſcientijs hominum conſuleret. An verò potior pars Europæ Antipapis illis, & non potius Alexandro III. vero Pontifici adhæſerat?

Pag. 324

Moritur vero paulò poſt (vel ipſo Sigonio teſte) inimicitijs Friderici, quas non tam moderatè exercuit, quàm fortiter ſuperauit, virtutis, memoriaque inſignis.

Alexandr. III. Pont. obitus, & enchomia.

COntigit illius mors anno Domini 1181. poſt ſui Pontificatus digniſſimam functionem, cùm ſediſſet annis 22. minus decem diebus, de eo (quod ſuppreſſit Mornæus) Sigonius dicit, *vir acer in primis & in ſuſcepta Eccleſia defenſione conſtans*, quod virtuti tribuendum. Et qui totam percurrerit hiſtoriam rerum geſtarum inter Alexandrum III. & Fridericum, quàm moderatè ſe geſſerit Pontifex, in perferendis Imperatoris iniurijs, facilè intelliget.

Sanctorum Canonizatio ſolis Põtificib. Roman. ab Alexãdro aſſerta: & meritò.

Statuit Alexander III. Pontifex vt non liceat aliquem pro Sancto, abſque Romanæ Eccleſiæ auctoritate, venerari, etiamſi per eum miracula fierent, & habetur ext. de *Reliquijs, & venerat. Sanctorum*, cap. Audiuimus. Moruæus igitur.

Pag. 324

Nec hic præterire fas (inquit) *in papalis authoritatis argumentum, & augmentum, hunc ipſum Alexandrum legis authorem fuiſſe, qua Sanctorum Canonizatio ſolis Pontificibus Romanis aſſeritur.*

ET id quidem merito; nam ad eum ſpectat proponere toti Eccleſiæ, quid ſit credendum, & quid agendum in ijs, quæ ſunt Religionis, qui toti Eccleſiæ præeſt. cuiuſmodi fuit ſemper vnus Romanus Pontifex, ergo declarare, qui ſint habendi Sancti, & ſolemni ritu, ac publica veneratione in Eccleſia colendi, quod eſt eos Canonizare, ad eum vnum pertinet. Impius verò, & ſacrilegus homo hæc ſubiungit.

Quid ſit Canonizare Sanctos.

Pag. 324

Qua quidem lege priſcorum apud Ethnicos Pontificum poteſtatem ſibi vendicauit, qui, quos vellent, in Deorum numero collocabant.

Impia Mornæi calumnia in Alexandrum 3. Pont.

QVæ verò conuentio Chriſti ad Belial, aut lucis ad tenebras? quæ (inquam) Pontificum Idolorum, mancipiorum Diaboli, cum

Pontifice

Digitized by Google

Pontifice, Chriſtianæ ſacroſanctæ Religionis, & Chriſti Dei viuentis miniſtro? aut impiorum hominum, quos diuinis honoribus aſtu diaboli decepta coluit antiquitas, cum his, quos ſanctitate & miraculis inſigniès in Diuos retulerunt Summi Pontifices, quos Dei filiós Scriptura Sacra vocat, quos Chriſtus Dominus non iam ſeruos, ſed amicos appellat, nec dedignatur fratres appellare? fatetur interim S. Bernardum, ab Alexandro III. in Diuos relatum, ſanctimonia celebrem fuiſſe. Eius canonizatio extat in fine operum eius. Quòd verò Thomam Cantuarienſem ab eo Martyrem pronunciatum ſcribit.

Pag. 324 *Quòd Pontificias vſurpationes contrà Regalia iura in Anglia propugnaſſet.*

Thomas Cantuarienſis cur pronunciatus Martyr.

IMmò quòd ab impijs ſicarijs pro libertate Eccleſiæ defendenda fortiter mortem oppetijſſet. Nec certè vnquam Regalia iura impugnare ſibi propoſuit, ſed ob Eccleſię libertatem à Rege Angliæ Henrico II. nedum exilium pati, verùm & mortem oppetere. Legi poſſunt verba ipſius ad Regem Henricū in Concilio ſuo apud Chinum à Rogerio de Houedem parte priore Annal. in Henricó ſecundo, ſcriptis prodita, quibus Regem non aliud obteſtatur, quam vt, ſi ſalutem animæ ſuæ deſiderat, Eccleſiæ ſeruet libertatem, iuxta profeſſionem, quam fecerat, & poſuerat ſuper altare ſcriptam, quando conſecratus fuerat, & vnctus in Regem à ſuo prædeceſſore Archiepiſcopo Cantuarienſi: vt Eccleſiam Cantuarienſem in qua promotionem, & conſecrationem acceperat, in eum ſtatum, & dignitatem reſtitueret, in quibus fuerat tempore prædeceſſorum ſuorum: poſſeſſiones ad ipſam Eccleſiam pertinentes, villas Caſtella, prædia, res etiam ablatas in integrum reſtitueret, ſe verò ei tanquam chariſſimo Domino, & Regi fideliter, & deuotè ſeruire paratum eſſe. Quæ certè non ſunt Antiſtitis in regalia iura quidquam molientis, immò ſaluberrima conſulentis ipſi Regi opprimenti Eccleſiam, & res eius vſurpanti. Sed de Sancto illo Martyre ad ſequentem Progreſſum plura dicendi locus erit.

Ridiculum quod refert.

Pag. 324 *Notatu* (inquit) *dignum, in Sorbona noſtra, poſt eius Canonizationem, publicè diſputatum, eum, quòd Regi Dei miniſtro rebellaſſet, damnatū eſſe.*

Mornæi lapſus memoriæ.

LApſus hic memoriæ, cùm nedum Sorbonæ nomen Collegio illi inditum eſſet, ſiquidē Robertus à Sorbona, author nominis, aliquot poſt annos ſub Ludouico IX. in Diuos poſtea relato, vixit; Et certè diſputatur, an ſit Deus, an ſit vnus an gerat prouidentiam huius vniuerſi, an ſint tres perſonæ in diuinis an Chriſtus ſit incarnatus, & an ſint ſeptem Eccleſiæ ſacramenta apud Catholicos; multo igitur magis diſputari poterat, an Archiepiſcopus Cantuarienſis fuiſſet aliquando rebellis Regi, an iure ab eodem in exilium pulſus, an iuſtè illi mors inflicta, quod tamen nunquam noſtra Sorbona (cum qua Mornæo, & Nouatoribus nihil commercij) definiuit, aut definiet aliquando, vel eius contrarium ſtatuet, quod S. R. E. decreuerit: fieri quidē potuit vt ceruicoſus temerarius, ac reprobus aliquis, inſtar Mornæi iudicium Eccleſię non probaret & S. Martyrem iiſdem calumnijs, quibus ille impeteret. Obedire Deo magis, quam hominibus, & reddere Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & quæ ſunt Dei, Deo, nunquid hoc eſt eſſe rebellem Regi? Verùm quomodo diſputatum id Pariſijs? cùm anno 1179. vt refert Rogerius de Houedem parte poſt. Annal. in Henricó 2. anno 1179. recentem illum Martyrem Deus magis illuſtrare volens Philippo filio Ludouici Regis francorum ægrotante ad mortem, ipſius patrem Ludouicum in ſomnijs admonuerit, vt, ſi ſanari filium vellet, deuota peregrinatione adiret S. Thomā Cantuarienſem: qui, petita ab Henrico Rege Angliæ ſecuritate, transfretans in Angliam, viſitauit Cantuariæ ſepulcrum S. Martyris, ingens vas aureum obtulit, aliaque dona, & priuilegia Monachis illius Eccleſiæ in perpetuum contulit, ac in Galliam reuerſus filium ſuum reperit integræ ſanitati reſtitutum. Mornæus.

Nunquàm in Sorbona definitum contrariū eius, quod Eccleſia Rom. de S. Thom. Cāt. definiſſet

Ludouicus Francorū Rex in ſomnijs monitus, vt ſi Philippum filium ſuū ſanari vellet, deuotè peregrinaretur ad S. Thomā Cātuarienſem. Inde Ludouicus redijt, & prædictum fuerat, inuenit.

Pag. 324 *Aliā etiam legē condidit, ne quis, niſi præſtito Pontifici fidelitatis iuramento pallium Archiepiſcopale accipere poſſet.*

Lex, ne quis palliū Archiep. poſſet accipere, niſi præſtito Rō Pontifici fidelitatis iuramento, iuſta eſt

EMeritò quidem, nam Archiepiſcopi ſuam iuriſdictionem habent à Romano Pontifice, & per pallium confertur illis ab eodem plenitudo poteſtatis, & tempore ſchiſmatis multi ab eo defecerant, & adhæſerant Friderico, & Antipapis, vnde Papienſem Epiſcopum, crucis, & pallij dignitate priuauerat eò quòd Ciuitas Octauiano hæreſiarchæ, & Friderico Imperatori tamdiu adhæreret: Iuſta igitur fuit illa lex, & habetur illud iuramentum in Pontificali Romano.

Papienſis Epiſcopus dignitate Crucis, & pallij priuatus ab Alexādro 3. & cur.

Quod ſcribit aduerſarius Alexandrum 3. ad Synodum Lateranenſem conuocaſſe omnes Occidentis Eccleſias. Immò Robertus de Monte eius temporis author Append. ad Sigebertum ſcribit, eum miſiſſe ſubdiaconos, nempè Cardinales; ad Orientem, & Occidentem, & Meridiē, & Septentrionem, vt conuenirent ad Conciliū illud generale, quod erat futurum proxima quadrageſima in Ciuitate Romæ: & quoſdā Tranſmarinos adfuiſſe, ac nonnullos Epiſcopos de Græcia Legatos ſuos eodem tranſmiſiſſe, tradit Auctarium Aquicinctinum ad Sigebertum. Aliquos item Epiſcopos ex Oriente ad id Conciliū ſe tranſtuliſſe, refert Gulielmus Archiepiſcopus Tyri lib. 21. cap. 26. de bello ſacro. Quòd vero ſcribit Alexandrum.

Pag. 324

Alexāder, ad Synodū Lateranenſem qui cōuenirent, euocauit ex Oriente Occidente Meridie, et Septentrione.

Ijs, qui aut propter locorum diſtantiam, aut propter aliud impedimentum comparere non potuerunt, pecuniariam mulctam, qua abſentiæ ſuæ culpam redimerent, indixiſſe.

Calumnia

Alexādrū pecuniariam mulctam ẽſſe indixiſſe, qui ad Concilium nō veniſſent, manifeſtiſſimū eſt Mornai calumnia, munita mendacio.

CAlumnia eſt manifeſtiſſima, neque id tradit Neubrigenſis lib. 3. rerum Angl. cap. 2. cuius verba hæc ſunt. *Quod autem conuocandi Concilij intentio ſatis ſincera non fuit, Romanæ auaritiæ artificioſa prouiſio patefecit. Multi enim euocati quibus iter eundi ad Concilium difficile, vel intolerabile videbatur, interuentu pecuniæ, impudentius, turpiuſque exactæ, quàm præſtitæ relaxari meruerunt.* Sed non dicit, aut mulctam à Pontifice impoſitam, aut ab eodem, vel ex eius commiſſione exactam fuiſſe; Verùm ab illius miniſtris, huc illucque ad conuocandos Eccleſiarum Antiſtites miſſis, illo minimè conſcio, exactam fuiſſe, intelligendum eſt. Et fuiſſe rectam, ac ſinceram in Pontifice intentionem conuocandi illud Concilium, conſtat ex hiſtoria eodem præfixa Tomo 4. Conciliorum Romæ editorum, & extant 27. Canones eiuſdem Concilij, Eccleſiæ ſanè vtiliſſimi. Hæc vltimò ſubiungit.

Pag. 324 *Meminerimus eum, Vicarium vtique illius, qui in Euangelio, Hæc omnia Regna tibi dabo, ſi me proſtratus adoraueris, Alphonſo primo Portugalliæ Duci, tituli Regij ius contuliſſe; & ea quidem lege, vt ei hominium præſtaret, & cenſus annui loco, duas auri marcas perſolueret.*

Impia Mornai vox in iniuria nō ſolum Romani Põt. ſed multis etiam Regibus, & Regnis.

HÆc certè impia vox, non modò in iniuriam Pontificis, ſed & multorum Regum, ac Regnorum, ab impio, ac ſacrilego homine prolata; nam & alij Reges à Romanis Pontificibus titulum regium acceperunt, immò & Imperatores Occidentis inde à Carolo Magno titulum Auguſti, & Imperatoris, Pontificis beneficio, conſequuntur; quibus certè impium eſt dicere, immò horret animus cogitare, à Sathanæ Vicario titulum tantæ dignitatis conferri, & Chriſtianos Sathanæ Vicario deferre honores omnes qui Romano Pontifici tribuuntur. Alphonſus primus igitur Dux Portugalliæ ab Alexandro 3. Pontifice titulum Regis accepit, ob res aduerſùs Saracenos præclarè geſtas. Qui cùm iam antea ſub Lucio II. Romano Pontifice Ducatum ſuum vectigalem feciſſet Romanę Eccleſiæ, ſub annuo cenſu vnciarū auri quatuor, rurſum hoc tempore noua dignitate inſignitus obtulit Regnum ſuum eidem Eccleſiæ, ſub cuius protectione perpetuò conſiſteret, perſoluturum perpetuis temporibus, annis ſingulis, loco cenſus, duas auri Marchas. Falſum verò eſt, Alexandrum hanc legem perſoluendi annui cenſus Alphonſo impoſuiſſe, immò ipſemet, ex deuotione ergà Romanam Eccleſiam, & ad grati animi ſignificationem, ſibi hunc cenſum impoſitum voluit. Nec aliud colligitur ex epiſtola Innocentij ad Sancium Regem Portugalliæ, quam hic citat aduerſarius; Sic enim ſcribit. *Serenitatem Regiam volumus non latere, nos in regeſtis bonæ memoriæ Lucij II. Romani Pontificis reperiſſe, quod recolendæ memoriæ Alphonſus pater tuus quatuor auri vncias annuatim Romanæ Eccleſiæ conſtituit cenſuales, ad quarum ſolutionem ſe, & hæredes ſuos in poſterum obligauit. Cæterùm cùm idem pater tuus vſque ad tempora fælicis memoriæ Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri Ducis eſſet nomine appellatus, ab eodem meruit obtinere, vt tam ipſe, quàm eius hæredes Regio nomine vocarentur. Vt autem idem pater tuus ſacroſanctam Romanam Eccleſiam matrem ſuam honore debito præueniret, & vt deuotionem, quam circa ipſam habebat, oſtenderet in effectu, centum Bizantios annuatim Romanæ Eccleſiæ conſtituit cenſuales &c.* Subiungit deinde, ſe Rainerio dediſſe in mandatis, vt ad ſolutionem illius cenſus diligenter eum moneat, & inducat, &, ſicut expedire viderit, appellatione remota compellat, nulla tamen facta mentione expreſſa de cenſuris Eccleſiaſticis. Nunc à Progreſſu ad Oppoſitionem.

Dux Portugalliæ Regis titulum accipit ab Alexandro 3.

Annuum cenſū duarum Marcharum auri, non Alexander 3. impoſuit Alphonſo, vt mentitur Mornæus, ſed ipſe ſibi impoſuit.

Innocentius in exigendo hoc annuo cenſu expreſsè non meminit Eccleſiaſticarum cenſurarum.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quadrageſ. octauam.

Craſſus error Mornai.

MIrum; quod ſcribit aduerſarius ſtatim initio Oppoſitionis, Paſchalis Tyrannidi Imperatorem obnixè reluctatum eſſe; cum conſtet Paſchalem illum Antipapam, nimirùm Guidonem Cremenſem ſucceſſiſſe Octauiano, Victori à ſchiſmaticis nuncupato, eique impensè fauiſſe Fridericum, & eum in Concilio Virtzburgenſi contra Alexandrum admiſiſſe in Pontificem, atque in Italiam cum exercitu veniſſe annò 1167. vt, eiecto Alexandro Pontifice, Antipapam illum Romæ ſtabiliret. Quod ſcribit ex Auentino.

Pag. 324 *Pleroſque, quorum maxima pars fuit, neutrum Pontificem recepiſse.*

In ſchiſmate neutrū Põtificem recipere, par flagitiū eſt ac Antipapæ adhærere.

CErte tam graue flagitium erat neutrum recipere, quam Antipapæ adhærere: & ſcire tenebantur, quis eorum legitimè inſtitutus eſſet Pontifex, cui adhęrendum tanquam paſtori, quis verò intruſus, ac Sedis Apoſtolicæ inuaſor, à quo, tanquam à Lupo, fugiendum. Solon in Republica eos honoribus abdicabat, qui orta cõtentione inter ciues, neutram factione ſecuti fuiſſent: multò certè magis damnandi illi, qui, cum ſcirent ex inſtitutione Chriſti vnum eſſe debere ſupremum moderatorem Reipublicæ Chriſtianæ, neutri parti ſeſe addicebant: & qui adhærebant Antipapæ errabant in perſona; ſedtamen aliquem Summum Pontificem, qui ſucceſſor eſſet Petri, & præeſſet toti Eccleſiæ ex inſtitutione

Solon quod à ciuibus vellet, orta contentione inter ciues.

ſtitutione Chriſti recipiendum eſſe iudicabant: qui verò neutrum agnoſcebant, hi diuinam inſtitutionem prorsùs reijciebant. Mornæus,

Pag. 324

Addit Gerochum Epiſcopum Richembergenſem de hac controuerſia multa ſcripſiſſe, libroque titulum indidiße: De Antichriſto.

Cur Gerochus librū ſuum ediderit, ſub titulo: de Antichriſto.

ITa Auentinus lib. 6. Annal. Boiorum. *Gerochus Richembergenſis præſul de hoc diſſidio cōplura ſcripſit, quibus titulum de Antichriſto dedit.* Et meritò quidem, cùm videret, Imperatorem gerere figuram Antichriſti, futuri ſæuiſſimi perſecutoris Eccleſiæ, de hoc diſſidio loquens librū ſuum cōgruè admodum de Antichriſto inſcripſit: & cum cerneret Eccleſiam ipſam tam diram perſecutionem in capite ſuo pati à ferociſſimo hoſte, tum fortaſſe iudicauit, inſtare tēpora Antichriſti. Quod verò ſubiūgit, Gerochū eſſe illū,

Pag. 325

Quem apud Sigonium legimus Epiſcopum Halberſtatenſem factum, mox, in vim pacis cum Alexandro inita, Vlrico in eius locum inſtituto, depoſitum fuiſſe.

CErtè ille in tabulis pacis inter Alexandrū, & Fridericum apud Sigonium non Gerochus, ſed Gero dicitur. Sunt enim hæc verba. *Gero nunc dictus Alberſtatenſis deponetur, & Vlricus reſtituetur:* Et puto, alium eſſe à Gerocho, qui Auentino Richembergenſis præſul.

De diſſidio inter Henricum II. & Thomā Cantuarienſem.

Deinceps agit de diſſidio inter Henricum ſecundum Angliç Regem, & Thomam Cantuarienſem exorto.

Pag. 325

In Anglia anno 1164. Henricus ſecundus primates Cleri Clarandoniæ auitas conſuetudines confirmaturus conuocat, quæ inter Cleri vſurpationes, & Regni iuſticiarios repaguli cuiuſdam ſint inſtar, & hæ conſuetudines ſexdecim capitibus comprehenſæ, à Mathæo Pari recenſentur. Poſt: *In has ſolemniter iurarunt omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, ac Comites, Barones, & Magnates Regni &c. Vnus Thomas Bequetus Cantuarienſis Archiepiſcopus, qui primus iurauerat, aliquot poſt diebus ab Alexandro tertio corruptus, qui in Concilio Turonenſi ad ſuam eum dexteram collocarat, ſententiam reuocat, abſolui poſtulat, &c.*

Cōſuetudines, quas Rex confirmari volebat, vocatæ ab Auctore deteſtabiles, & iniquæ.

HÆc Mornæus. Verùm has conſuetudines in quas iurarant tùm Eccleſiaſtici, tùm laici Regni proceres, idem à Mornæo citatus Author, & ſexdecim eas capitibus complexus, quç exſcribit etiam Baronius tom. 12. ad annum 1164. notans quæ Alexander Papa damnanda, & quæ toleranda cenſuit, iniquas vocat, & deteſtabiles coràm Deo, laicis ipſis conculcantibus iura Eccleſiaſtica, & in bona, ac perſonas eorum ius ſibi arrogantibus, vix tacentibus, & murmurantibus Epiſcopis, nedum huic oppreſſioni ſeſe manifeſtè opponentibus: ideòque Thomam Archiepiſcopū Cantuarienſem, reſilijſſe à promiſſo ſuo, quo ſe obſtrinxerat Regi, conſuetudines illius ſe ſeruaturum. Author vitæ S. Thomç apud Surium 29. Decembris cap. 6. iniquarū Regis cōſtitutionum ſex capita recenſet. Primo. *Quòd non appelletur ad Sedem Apoſtolicam ſine licentia Regis.* Secundo. *Quod non liceat Archiepiſcopo, & Epiſcopo exire è Regno, & venire ad vocationem Domini Papæ, ſine licentia Regis.* Tertio. *Quòd non liceat Epiſcopo excommunicare aliquem, qui teneat de Rege in capite, ſine licentia Regis; vel terram illius, vel officialium ſuorum ſub interdicto ponere.* Quarto. *Quòd non liceat Epiſcopo coercere aliquem de periurio, vel læſa fide.* Quinto. *Quod Clerici trahantur ad ſecularia iudicia.* Sexto. *Quòd laici, ſeu Rex, ſiue alij tractent cauſas de decimis, vel Eccleſijs.* Eadem capita referuntur à Ioanne Saresberienſi epiſt. 159. ad Dominum Exonenſem, & quas conſuetudines auitas dicunt, vocat prauitates malignantium aduerſus Eccleſiā. Rogerius de Houedem Annal. parte poſt. in Henrico 2. anno 1164. teſtatur, Thomam Cantuarienſem pro ſe, & alijs initio reſpondiſſe Regi, quod ipſi leges illas, quas auitas vocabant, reciperent, & bona fide ſeruarent, ſaluo in omnibus ordine ſuo, & honore Dei, & Sanctæ Eccleſiæ; quæ certè reſponſio Regi ſatisfacere, immo grata eſſe debebat: Verùm tantum abeſt, vt conuentio illi accepta fuerit, vt plurimum diſplicuerit, & omnibus modis conatus fuerit efficere, vt Epiſcopi ei promitterent, ſe leges illas ſeruaturos ſine vlla exceptione. At Cantuarienſis Archiepiſcopus hoc nullo modo concedere voluit, ſed crebris impetitus multorum Epiſcoporum, & Abbatum ſuaſionibus, aſſerente ei vno ex eis Abbate, Alexandrum Papam ita fieri conceſſiſſe, cum de his altercationibus audiuiſſet, his tandem perſuaſis, ad euitandā grauiora mala, ad Regem accedens, verbum, quod ei ſcandalo fuerat, pro Regijs conſuetudinibus obſeruandis, ſe mutaturum promiſit. Vnde Rex aliquantùm ſedatus, id fieri volens in generali conuentu totius Regni, omnes Antiſtites, & proceres, magiſtratuſque Clarandonam conuocauit, vbi, cum inſtantius vrgeret, vt promiſſa adimplerentur, rursùm Thomas valde timens libertati Eccleſiaſticæ reſilijt, nec vllis furentis Regis minis, aut blandientis promiſſis induci potuit ei acquieſcere, donec iterum continuis Epiſcoporum, aliorumque tàm ex Clero, quàm ex proceribus precibus, & lachrimis victus, eis potius, quàm Regi obedire acquieuit,

Earū ſumma.

Eaſdem Saresberienſis vocat prauitates malignantium aduersùs Eccleſiam.

Quo modo Thomas Cantuarienſ. ſe geſſerit quoad ſubſcriptionem conſtitutionū Regis.

primuſq;

primuſque ante omnes iurauit Regias conſuetudines obſeruare *bona fide*, ſuppreſſo verbo cõtentioſo: *Saluo ordine*. idque ipſum ſigillatum vniuerſi Pontifices iurauerunt. Sicque Thomas (ait quadripartita ipſius hiſtoria citata à Baronio ad annum Chriſti 1164.) *ne victor in lite per ſuperbiam intumeſceret, inde deficiens, vnde proficere debuiſſet, derelinquitur ad horam ſcilicet, vt cadat, & poſt caſum reſurgat, vt poſt modum fragilitatis propriæ memor, fortior reſurgeret ad pugnam: nam cum in ſcripto redigi Rex iuſſiſſet leges illas, ſeu conſuetudines, præcepiſſetque Archiepiſcopis, & Epiſcopis, vt ſigilla ſua apponerent illi ſcripto, cæteris pronis ad id faciendum, Archiepiſcopus Cantuarienſis iurauit, quod nunquam ſcripto illi ſigillum ſuum apponeret, nec leges illas confirmaret. Et quia inconſultè fecerat* (ait Rogerius de Houedem) *ipſe ſeipſum ſuſpendit à celebratione diuini officij ab illa hora vſque dum ipſe, vel nuncius eius locutus fuiſſet cum Domino Papa.* Vnde minus verum eſſe depræhenditur, quod idem Rogerius ait, illicitam promiſſionem ſuaſione Papæ Alexandri factam eſſe Regi, nec enim ſi ita fuiſſet, tanquam de maximo facinore perpetrato Thomas apud eumdem Pontificem de ijs pœnitentiam egiſſet, quorum ille author ipſi extitiſſet. Minus verũ quod ſcribit Mornæus Thomam cum primum iuraſſet in leges Henrici.

Rogerius de Houedẽ erroris cõuincitur ex ſuamet hiſtoria.

Illicita Thomæ promiſſio non ex ſuaſione Alexandri Pont.

Aliquot poſt diebus ab Alexandro tertio corruptum, qui in Concilio Turonenſi ad ſuam eum dextram collocarat, ſententiam reuocaſſe, abſolui poſtulaſſe.

NAm certè cùm Turonis adiuit Alexandrũ, & Concilio interfuit, nondum Henricus conſuetudines illas auitas, vt vocabat, propoſuerat ſubſcribendas S. Thomæ, & alijs Epiſcopis; nam Concilium Turonenſe celebratum fuit anno 1163. Conuentus autem Clarandoniæ in Anglia conuocatus anno 1164. Si igitur corruptus fuiſſet ab Alexandro, non primò in illas leges iuraſſet, quas poſtea, iniecto conſcientiæ ſcrupulo, eiurauit. Leguntur quidem Alexandri literæ tam ad ipſum, quam ad reliquos Angliæ Epiſcopos, quibus eos monet, ne quid Regi indulgeant contra libertatem Eccleſiaſticam & quod Regi contra eamdem libertatem promiſerant, ne ſeruarent. *Si Illuſtris Anglorum Rex quidquam à vobis aliquo tempore requiſierit, quod contra libertatem Eccleſiaſticam exiſtat, hoc ei facere nullatenus attentetis. Nec vos illi in aliquo, & maximè contra Romanam Eccleſiam, obligetis aut nouæ promiſſionis ſeu iuramenti formam inducere præſumatis, præter id, quod Epiſcopi ſuis Regibus facere conſueuerunt. Si autem iam dicto Regi ſuper huiuſmodi in aliquo vos aſtrictos cognoſcitis, quod promiſiſtis, nullatenùs obſeruetis, ſed hoc potius reuocare curetis, & de promiſſione illicita Deo ſtudeatis, & Eccleſiæ reconciliari.* Verùm id non erat eos corrumpere, ſed tanquam Ducem exercitus commilitones ſuos ad officium reuocare, & hortari.

Falſa Mornæi cauſſa, cur Thomas ſententiam de ſubſcribendo reuocauerit.

Alexãdri Pont. admonitio ad Epiſcopos Angliæ.

Grauiter igitur deliquerat Thomas in conſentiendo Regi, & prodenda Eccleſiaſtica libertate, vnde non mirum ſi ſententiam reuocarit, & ab Alexandro abſolui poſtularit. Ita Ioannes Saresberienſis epiſt. 211. ad Petrum ſcriptorem. *Pollicitationem Clarendonæ, ad quam de conſilio Epiſcoporum impulſus eſt, purgare non poſſum, quia non fuerat vtique facienda: ſed offenſam confeſſio diluit accepta ſolenniter pœnitentia à ſummo Pontifice, qui peruerſas illas conſuetudines multis audientibus authoritate Apoſtolica condemnauit.*

Thomas abſolutionem delicti ſui in ſubſcribendo poſtulauit ab Alexandro Pont. qui & eas conſuetudines condemnauit.

Quod ſcribit Mornæus, Thomam

Id præcipuè vrſiſſe; Vti, Clerici in publico flagitio ab Officiarijs Regis deprehenſi, Epiſcopo, nulla inflicta pœna, traderentur, Rege contra ſanciente; vt qui ab ipſis Epiſcopis deprehenſi forent, in præſentia ſui iudicis, degradati, Curiæ Regiæ puniendi dederentur.

Pag. 325

CErte Neubrigenſis lib. 2. cap. 16. plus æquo propenſum ſe prodit in Regem, dum vnã tantummodò cauſam illam refert diſſidij inter S. Thomam, & Regem; nam etſi iſta interceſſerit, plures tamen, & aliæ iuſtiſſimæ cauſæ præceſſerunt, quibus ei Rex infenſus fuit; vt quòd Eccleſiæ prædia à laicis vſurpata, malè verò à prædeceſſoribus alienata recuperare laboraret; quodque prauam conſuetudinem, quæ in Anglia inualuerat, vt fructus vacantium Eccleſiarum Regius fiſcus ſibi vendicaret: vnde fiebat, vt Eccleſiæ diu vacantes permanerent, abolere ſatageret; itemque quod creatus Archiepiſcopus ſe à munere Cancellariæ, iuxta conſilium Apoſtoli, abdicaſſet, ne militans Deo implicaret ſe negotijs ſæcularibus, nam Rex optabat eum ſibi retinere miniſtrum. Denique quòd homicidam Presbyterum damnatum minimè tradidiſſet curiæ ſæculari, ſed exauctoratum incluſiſſet monaſterio. & pariter alium quemdam Canonicum facinoroſum; non, ſicut Rex cupiebat, pœnas dare compuliſſet, ſed cenſuris tantùm cohibuiſſet Eccleſiaſticis: Et cum Rex inſtanter poſtulare cœpiſſet, vt eiuſmodi facinoroſi Clerici, poſt pœnam Canonicam in eos irrogatam, traderentur Curiæ ſeculari, nõ ſolum Thomas, ſed & reliqui Epiſcopi ſunt ei refragati. Non igitur ea fuit vnica, vel præcipua cauſa odij Regis in ipſum. Mornæus

Neubrigẽſis plus æquo propẽſus in Regem.

Cauſſa odij Regis in S. Thomam.

Pro hac cauſa qui moritur, amabò lector, num Sanctus, aut Martyr?

Pag. 325

REſpondetur vtique, verè Martyrem fuiſſe, qui pro defendenda libertate Eccleſiæ, ad mortem vſque dimicarit. An non S. Ioannes Baptiſta verus Martyr, qui pro repræhenſione adulterij mortem ſubiuit? An non & Sanctæ illæ Martyres, quæ pro virginitate ſeruanda, vel caſtitate tuenda mortem pertulerunt? & quemadmodum docet D. Thom. 2. 2. q. 124. artic. 5.

Qui pro defendẽda Eccleſia libertate moritur, Martyr eſt.

M ad 1.

Digitized by Google

ad 1. vt Chriſtianus patitur non ſolum qui patitur pro fidei confeſſione; quæ fit per verba: ſed etiam quicunque patitur pro quocunque bono faciendo, vel pro quocunque peccato vitando propter Chriſtum, quia hoc totum pertinet ad fidei proteſtationem: at ac certè propter Chriſtum patiebatur, qui pro defendenda libertate Eccleſiæ ipſius mortem ſuſtinebat. Proſequitur.

Pag. 325 *Thomas itaque, inſcio Rege, omnibus Angliæ Epiſcopis ſuffraganæis ſuis eiurantibus, nedum inconſultis, ex Anglia in Galliam ad Alexandrum traijcit, qui Regem offendere veritus &c. reſponſionem differt, quin & Archiepiſcopo Eboracenſi Legationis diploma concedit &c.*

Thomas à quodā Cōciliabulo damnatus appellat ad Alexādrū Rom. Pont.

CVm Sanctus Thomas ab Epiſcopis Regis adulatoribus, & ab alijs in Conciliabulo Northanton, quòd Regias conſuetudines, ſicut promiſerat, obſeruare nollet, ſententia depoſitionis, tanquam periurus, ac Regi infidelis, damnatus eſſet, tam Regis, quàm ipſius Concilij publicè declinans iudicium, & Romanum Pontificē appellans, conteſtatus, ſe minimè cedere Eccleſiæ ſuæ, vniuerſam cauſę cognitionem Sedi Apoſtolicæ reſeruauit, ad quam & ipſos Coepiſcopos ſuos vocauit, quod elegiſſent magis obedire hominibus, quàm Deo. Inde in Belgium transfretauit, ac poſtea contulit ſe ad Alexandrum Papam, apud quem cauſam ſuam perorans cum ei obtuliſſet conſuetudines de quibus controuertebatur, ſeu potius tyrannicas vſurpationes, omnes in eam iuerunt ſentententiam, in perſona Archiepiſcopi Cantuarienſis ſuccurrendum eſſe Eccleſię Vniuerſali, quæ per huiuſmodi conſuetudines in duriſſimam Regum, & Principum Laicorum, ipſorumque miniſtrorum ſeruitutem deduceretur. Immò Pontifex acutè eum redarguit, quòd non ab initio elegiſſet omne ſuſtinere diſcrimen, quàm tyrannicis huiuſmodi vſurpationibus vllum præbere aſſenſum. Cum eum, tanquam fugitiuum, criminarentur nonnulli, & obijcerent, quòd tantis periculis expoſuiſſet Eccleſiam ſuam, pro qua Sacerdotibus animam ponendam eſſe prænouerat; Reſpondit Ioannes Sareſberienſis epiſt. 211. ad Petrum ſcriptorem. *Fuga quidem habet authorem Chriſtum, & Apoſtolum eius, qui dimiſſus in ſporta perſequentium manus euaſit, ſciens à facie perſonam, non cauſam perſequentis ab vna Ciuitate fugiendum eſſe in aliam. Videbat enim, Reges, & Principes conueniſſe aduersùs Dominum, & aduersùs Chriſtum eius. Confugit ergo ad Romanum Pontificem, quem appellauerat, vt eius præſidio validius opitularetur Eccleſiæ naufraganti, quam in Anglia (vt dicitur) principes Sacerdotum maximè ſubmergebant. Hoc autem non fuit Eccleſiam exponere, ſed liberationi eius operam dare: niſi fortè & ille tibi nauem relinquere videatur, qui eam, vt ad portum pertrahat, ſcapham ingreditur*: Vt intelligamus, nullam fuiſſe in Archiepiſcopo culpam, neque tanquam mercenarium fugiſſe, cui non eſſet cura de ouibus. Quoad diploma legationis conceſſum Eboracenſi Archiepiſcopo, id fecit Pontifex, vt Regi aliquo modo ſatisfaceret; ita tamen vt Eboracēſis nullum ius in perſonam, vel diœceſim Archiepiſcopi Cantuarienſis haberet, nec ideò exempti eſſent Epiſcopi ab obedientia eiuſdē ſui Metropolitani; cùm tamen non alia de cauſa Rex Eboracenſi Legationem Angliæ procuraſſet, niſi vt authoritate Apoſtolica Thomam deponeret, ſed ita ſpe ſua excidit; cum tamen Rex non niſi authoritate Apoſtolica deijci poſſe Cantuarienſem Archiepiſcopum profiteatur.

Quid Alexander, & alij, re cognita, ſtatuerint.

Crimen à fuga perperàm obiectū S. Thomæ.

De diplomate Legationis ab Alexādro Pont. conceſſo Archiep. Eboracenſi.

Hæc aduerſarius producit ex epiſtola ipſius Thomæ ad Archiepiſcopum Moguntinum.

Matrem Romam factam eſſe meretricem, & pro mercede proſtitutam, vnde infert; *& hinc iudicemus, alij Angliæ Epiſcopi quid dicerent, cum Thomas Pontificius mox Martyr talia effatus.* Pag. 325

CVm per Legatum ſuum vt Baronius anno 1167 aliquot auri libras Romam Rex Anglorum miſiſſet erogandas in Cardinales, aliqui acceperunt turpiter, alij verò laudabiliter abſtinuerunt omnino, quòd eiuſmodi Regum munera in ignominiam cederent Apoſtolicæ Sedis, quod & contigit: ſiquidem inde grauiſſima illata ſunt ſcandala, & denigrata valde facies ſponſæ Chriſti, Sanctæ Eccleſiæ. Hæc occaſio fuit Thomæ querelas ſcribendi ad Archiepiſcopum Moguntinum. *Ego dolendo dico rem dolendam nimis. Capta eſt vrbs inclyta, quæ iam ferè totum ſubegerat orbem, ſubuerſa humanæ gratiæ cupiditate, & quæ gladio perire non poterat, Occidentali veneno infecta ſuccumbit. Proh dolor, ipſius occaſu fit vndique diſpendium libertatis Eccleſiæ compendio temporalium: Itur in ipſius ruinam per anfractus diuitiarum proſtituta eſt vt fornicaria, quæ multorum libidini patet in platea: fornicantur cum ea quilibet potentum.* Hæc S. Thomas, occaſione miſſi auri ab Anglorum Rege ad corrumpendā Romanam Eccleſiam. Vbi certè non Eccleſiam ipſam, ſed ipſius miniſtros, & perſonas exagitat; nec enim vnquam id probauit Romana Eccleſia, aut, auro poſſe prodi libertatem Eccleſiæ, ſanciuit: neque vitia perſonarum aſcribenda ſunt Eccleſię, nec certe omnes adeò turpiter corrumpi ſe permiſcere. Extat eiuſdem S. Thomæ epiſtola ad Cardinales Humbaldum, & Hyacinthum, vbi de auro ab ipſis contempto inferitur honorifica mentio; cùm ipſi non ſolùm ab auro Regis Angliæ laudabiliter ſe abſtinuerint, ſed ſuum, quod haberent, profuderint in Anglos ipſos, pauperes, exules cauſa Eccleſiæ laborantes: neque huiuſmodi corruptiones erant ex ſententia Alexandri Pontificis; nam, vt teſtatur Rogerius de Houedem annal. p. poſt in Henrico ſecundo annum 1165. cùm poſt diſceſſum S. Thomæ ex Anglia Legati Regis apud Ciuitatem

Aliquot auri libræ ab Angliæ Rege ad corrumpenda iudicia Romā miſſa: & quid ijs effectū.

Hinc querela S. Thomæ ad Archiep. Moguntinum.

Humbaldus, et Hyacinthus Cardinales non corrupti Regis pecunia. Eorundem liberalitas.

Alexāder, pecunijs corrūpi iudicia, non probans.

Senonen-

Digitized by Google

Senonenſem eum conueniſſent, & multa falſa aduerſùs S. Thomam dicerent, ille nullo modo eis credidit: videntes igitur illi, ſe nihil proficere, petierunt à Domino Papa, duos Legatos mitti in Angliam ad cognoſcendam cõtrouerſiam, quæ erat inter Regem, & Archiepiſcopum Cantuarienſem, & ad eam determinandam ad honorem Dei, & Sanctæ Eccleſiæ, & Regni. *Sed Dominus Papa* (inquit) *nullũ Cardinalẽ nec aliquem legatum mittere voluit, ſciens, quod Rex Angliæ potens erat in opere, & ſermone, & quod Legati ex facili poſſent corrumpi, vt pote qui plus aurũ, & argentum ſitiunt, quàm iuſtitiam, & æquitatem.*

Inde Legatis Regis poſtulātibus, vt duos Legatos mitteret in Angliam, non conſenſit.

Proſequitur Mornæus.

Pag.325 *Interim Henrico ſecundo, quem Thomas aduerſarium ſibi vltrò conſtituebat, Petrus Bleſenſis Archidiaconus Bathonienſis, & Cantuarienſis Cancellarius &c. præclarum teſtimonium perhibet. Nemo* (inquit) *eſt argutior in conſilijs &c.*

EQuidem non dubitamus, multa fuiſſe laudanda in Henrico Rege, ſed & multa etiam repræhendenda, de quo & eadem epiſt. Petrus Bleſenſis. *Oculi eius orbiculati ſunt, dùm pacati eſt animi, columbini, & ſimplices: ſed in ira, & turbatione cordis quaſi ſcintillantes ignem, & in impetu fulminantes.* Idem ad Rogerium Decanum ſcribens epiſt. 75. *Agnus eſt, dum pacati eſt animi, leo verò, aut leone truculentior eſt dùm vehementiùs excandeſcit.* Id reipſa oſtendit, cùm adeò ſæuijt in S. Archiepiſcopum, quòd eum ad ſubſcribendum legibus iniquis, & tyrannicis vſurpationibus aduerſùs iura Eccleſiarum non potuiſſet inducere: vbi omnes S. Thomam à vitæ ſanctitate, ſed & præſertim à conſtantia in defendenda libertate Eccleſiaſtica contra Regem mirificè commendant. De eius virtutibus præter eos, qui illius vitam deſcripſerunt, legi poſſunt, quæ ſummatim ſcribunt Rogerius de Houedem, Annal. parte poſt in Henrico 2. & Petrus Bleſenſis epiſt. 27. eius temporis ſcriptores. Quoad defenſionem Eccleſiaſticæ libertatis, hæc Ioannes Sareſberienſis qui tunc viuebat, epiſt. 186. *Quid aliud nunc in Cantuarienſi Archiepiſcopo perſequuntur, niſi quia in conſpectu Regum auſus eſt Dei iuſtitiam proteſtari, tueri legem, Eccleſiæ libertatem? Certè dum magnificus erat nugator in curia, dum legis contemptor videbatur, & Cleri, dum ſcurriles cum potentioribus ſectabatur ineptias, magnus habebatur, clarus erat, & acceptus omnibus, & ſolus digniſſimus ſummo Pontificio ab vniuerſis conclamabatur, & ſingulis: ſed ex quo in Pontificem ſublimatus, ſuæ memor conditionis, & profeſſionis exprimere voluit Sacerdotem, & verbo Dei maluit vti magiſtro, quã populo, factus eſt eis inimicus, vera dicens, & vitam corrigens, vt & hi impleant menſuram Patrum ſuorum, qui ex cauſſa ſimili Prophetas, & Apoſtolos perſecuti ſunt.* Poſt. *Qui perſequuntur in hac cauſſa Cantuarienſem Archiepiſcopum, nõ hoc perſequuntur, quòd Thomas eſt, quòd natione londinẽſis, Clericus profeſſione, gradu Sacerdos, Epiſcopus dignitate; ſed quòd annunciat populo Dei ſcelera eorum; & vt legem Dei audiant Principes Sodomorum, & populus Gomorrhæ. Quid eſt ergo, quod perſequuntur? profectò Apoſtolorum ſpiritus, & Prophetarum, ſpiritus iuſtitiæ, & veritatis, ſpiritus Patris, & Filij, indubitanter, Spiritus Sanctus.* Vt quo ſpiritu moueretur ad defenſionem Eccleſiaſticæ libertatis, quidque in eo potiſſimũ hoſtes odiſſent, ac perſequerentur, intelligamus. Idem Petro ſcriptori epiſt. 264. *Dominus Cantuarienſis communem omnium procurat vtilitatem, pro libertate Eccleſiæ dimicat, pugnat ad beſtias ſanguinem Sacerdotij ſitientes, ſuum, & totius generis ſui ſanguinem minoris facit, quam cauſam Dei, dum legem ipſius ad ſubuertendas fictas, aut inolitas prauitates conſtanter auſus eſt profiteri.* Hoc certè dicit, quia omnes conſanguinei, amici, fautores Thomæ cuiuſcunque ætatis expulſi ſunt è Regno, ijs, quibus liceret per ætatem, iureiurando adſtrictis, ſe omnes Thomam adituros, ſi fortè miſerabili ſuorum calamitatis aſpectu moueretur; qui tamen non reſpexit carnem, & ſanguinem, nec a Sancto Propoſito vllis priuatis incommodis deterreri vnquam potuit. Hoc eſt, quo idem Sareſberienſis Regem alibi perſtringit. *Quæ iuſtitia proſcripſit innocentes ſine delectu profeſſionis, & ordinis, ætatis, aut ſexus. Quis vnquam tanta immanitate diſtraxit copulam nuptiarum.* Idem ad Ioannem Pictauienſem Epiſcopum ſcribens de S. Thoma poſt eius mortem. *Religioſus Archiepiſcopus Britanniarum primus, Sedis Apoſtolicæ Legatus, iudex incorruptiſſimus, vt pote nec acceptor perſonarum, nec munerum, aſſertor Eccleſiaſticæ libertatis, & quaſi turris erecta in Hyeruſalem contra faciem Damaſci.* Poſt. *Si cauſa Martyrem facit, quid ſanctius, quid iuſtius cauſa eius, qui opes, & omnem mundi gloriam, qui amicorum, & totius cognationis affectionem pro Chriſti amore contemnens exilium ſubijt, ſe, & ſuos omnes expoſuit periculis, & paupertati; qui pro lege Dei ſui tuenda, & euacuandis abuſionibus veterum Tyrannorum certauit vſque ad mortem, nec in aliqua obligatione, poſtquam ſemel lapſus eſt, captus inſidiantium dolo induci potuit, vt aliquid eorum, quæ ab ipſo exigebantur, promitteret, quin in omnibus adijceret, honorem Dei, & honeſtatem Eccleſiæ ſaluam fore.* Petrus Bleſenſis epiſt. 22. ad M. Ioannem de Sareſberia ſcribens. *Quoties communes Eccleſiæ Anglicanæ preſſuras, Dominique veſtri Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis exilium diligenter attendo, plurimum mihi addit ad ſolatium, quòd pro iuſtitia Dei, & pro Eccleſiæ libertate ſe murum opponit, & ex ipſa perſecutione finem merebatur glorioſum &c.* Mornæus.

In Henrico II laudāda multa, multa reprahendenda.

S. Thomas Cantuar. laudatus, & maximè propter defenſionẽ Eccleſiaſticæ libertatis: & vituperati, qui ipſum perſecuti ſunt.

De Thomæ ipſius cæde, qui tot facinoribus iniurijſque eius indignationem prouocarat. Dico vobis (inquit) *in verbo Domini &c* Pag.326

ITa impio iſti facinoroſus erat Moyſes, qui pro ſalute populi Dei apud Pharaonem tanta

S. Thomas minimè facinoroſus in Regem licet indignationem Regis prouocarit.

libertatè laborabat, vt eius indignationem prouocaret. Ita facinoroſus Elias, qui pro teſtimonio fidei, iuſtitiæ profeſſione, & exterminio Idololatriæ, Achab, & Iezabel in ſe iram prouocauit: ſic Ioannes Baptiſta, Prophetæ, Apoſtoli Domini, ſancti Dei Martyres omnes, facinoroſi erunt iſti perfido, qui in ſe Regum, ac Principum indignationem prouocarunt. Quæ enim facinora aliquando commiſit Sanctus Thomas in Regem, aut quibus eum iniurijs lacerauit, vt eius indignationem prouocaret? Legantur verba eius, quæ habuit ad Regem in Concilio ſuo apud Chinum, quæ refert Rogerius de Houedem Annal. p. poſt, in Henrico 2. pag. 496. & 503. quanta Modeſtia, & obſeruantia eum alloquatur. Eiuſdem epiſtola ad Regem quanti obſequij, & obſeruantiæ erga eum ſit plena. An in Sacerdotalem dignitatem, in authoritatem, in diſciplinam bonorum morum tuendam incumbere, vt certè incumbebat S. Thomas, quem admodum tradit Polydorus Virgil. in Henrico 2. quò ſcilicet Henricus, & alij Principes eius imitatores non introducerent peſſimos quoſque in ſacerdotum collegia, non imponerent illis ſuo iure & arbitratu leges, non vterentur alienis opibus pro ſuis, ſed contenti ſuis imperijs finerent, Epiſcopos ritè conſtitui, & conſtitutos ſuas obtinere prouincias, officioque fungi, an, inquam, hoc eſt facinoribus, & iniurijs indignationem Regis prouocare? Hoc agebat hoc pugnabat bonus Antiſtites. Hæc illius facinora, hæ iniuriæ Regi illatæ. Si indignationem prouocauit Regis, certè quia nouerat, melius eſſe incidere in manus hominum, quàm in manus Dei viuentis.

Henricus II ſi nō cōſcius mortis illata S. Thoma fatetur tamen, ſe aliquam ei occaſionē dediſſe.

Quod citat aduerſarius Petrum Bleſenſem pro Regis innocentia, quod non fuerit conſcius cœdis Thomæ illatæ, id ſcribit epiſt. 66. ad Gualterum Archiepiſcopum Panormitanum. De eadem cœde, & duobus Cardinalibus Legatis in Anglia à Sede Apoſtolica ad inquirendum de tanti facinoris authoribus, & purgatione Regis, legi poſſunt Rogerius de Houedem, Annal. p. poſt, in Henrico 2. & Gulielmus Neubrigenſis anno 1171. & 1172. lib. 2. cap. 25. Iurauit Rex ſuper ſacroſancta Euangelia, ſe neque mandaſſe, neque voluiſſe, vt S. Thòmas occideretur, &, audita eius morte, vehementer doluiſſe; verumtamen, quod exiſtimaret, ſe frequentibus vultus ſui commotionibus, & querelis aduersùs eumdē ſanctum virum ſæpiſſime cum iracundia repetitis occaſionem præbuiſſe interfectoribus eum aggrediediendi; idcircò in expiationem huius reatus, ſicut à Legatis præſcriptum eſt, præter alias prauas conſuetudines, eas, quæ in diebus ſuis in Eccleſias inductæ eſſent, penitùs abrogauit, &, ſi quæ eſſent antiquiores illicitæ, ad mandatum Pontificis correcturum iurauit; omneſque Epiſcopos ſoluit promiſſione, quam fecerāt de his conſeruandis. Poſſeſſiones Cantuarienſis Eccleſiæ integrè reſtituere, & omnibus, qui occaſionæ S. Thomæ eiecti, aut ſpoliati fuiſſent, pacem, & bona concedere, atque appellationes ad Sedem Apoſtolicam liberas omnibus relinquere promiſit. Mornæus hoc ita interpretatur.

Quid Rex egerit in expiationē huius reatus.

Legatos eò Regem adegiſſe, vt abſolutionem ſuam Regni diſpendio redimeret, conſuetudineſque illas ſe aboliturum, & appellationes ad Sedem Romanam permiſſurum in remiſſionem peccatorum ſuorum, polliceretur. Pag. 326

CVm tamen ad id Rex nulla neceſſitate, aut vi adactus ſit, ſed ſponte hæc ſe præſtiturum iurauerit: nec vllum erat Regni diſpendiū prauas conſuetudines, quæ contrariæ eſſent diuinis legibus & ſacris Canonibus, & quæ libertatem Eccleſiaſticam opprimerent, abrogare.

Et quidem nulla vi adactus, ſed ſponte.

Quod ſubiungit Mornæus.

Exegit faſtuoſa bellua, vt abſolutionem petiturus, carnem ſuam nudam diſciplinæ virgarum ſupponeret, & a ſingulis Viris Religioſis, quorum multitudo magna conuenerat, ictus ternos, vel quinos reciperet. Pag. 326

HÆc mera eſt impoſtura: nam vt teſtis eſt Neubrigenſis, lib. 2. cap. 25. cum ſe purgaſſet apud Legatos, vltrò hæc dixit: *Diſciplinā non refugio Chriſtianam, decernite quod placuerit, deuote amplectar, exequarque decretum. Quo dicto & veſte abiecta, iuxta morem publicè pœnitentium, nudum ſe Eccleſiaſticæ ſubmiſit diſciplinæ. Hac tanti Principis humilitate delectati, & præ gaudio lachrimati Cardinales collachrimantibus, & Deum laudantibus plurimis, conſortata eiuſdem Principis conſcientia, & fama minus laborante, ſoluerunt conuentum. Idemque* (apud eundem cap. 34. *poſtea recordatus, quantum in Eccleſiam Cantuarienſem deliquiſſet, eandem adijt, & ad ſepulchrum B. Pontificis Thomæ, fuſis vbertim lachrimis orauit. Ingreſſuſque Capitulum Monachorum proſtratus humi, humillimè veniam poſtulauit, & propria petitionis inſtantia a cunctis per ordinem fratribus virgis eſt vir tantus corporaliter caſtigatus.* Si propriç petitionis inſtantia; nō igitur id *exegerat faſtuoſa Bellua*, vt ſcribebat Mornæus. Proſequitur Neubrigenſis. *Sequenti nocte cuidam venerabili eiuſdem Eccleſiæ Monacho ſeniori dictum eſt in ſomnijs: Nonne vidiſti hodie humilitatis Regiæ tā grande miraculum? Scito, quod in breui quantum hæc Regia humilitas Regi Regum placuerit, rerum, quæ circa ipſum geruntur, exitus declarabit.* Poſt. *Ipſe, qui tangit montes, & fumigant, illam montis fumigantis deuotionem quanti appenderit, inſigni mox indicio claruit. Quippe ipſa die, atque ipſa (vt dicitur hora) qua mons ille Cantuariæ fumigauit, hoſtem eius immaniſſimum, ſcilicet Regem Scotorum in extremis Angliæ finibus virtus diuina peſſundedit, vt merces pij operis non conſecuta ipſum opus, ſed comitata potius videretur, nulluſque ſuper hoc ambigere ſineretur.* Sanderus lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſ. num. 886. his citatis. *Debuit* (inquit) *Neubrigenſis ab hac generali oratione ſua Caluiniſtas excepiſſe, qui adeò nihil iſtorum aut probant aut fecerunt*

Quo pariter modo carnē ſuā nudam diſciplinæ virgarum ſuppoſuit.

Quantum Regis humilitas Deo placuerit, Monacho reuelatū, & re ipſa declaratum.

Caluiniſtæ crimen Regis in S. Thomam laudāt pœnitentiā vi ſuperant.

Digitized by Google

vt Regem contendant in procurando cædem tanto Martyri præclarè feciſſe, in agendo autem pœnitentiam vehementer peccaſſe. Ex quo & ſepulcrum B. Thomæ diruerant, & nomen eius ex libris eius deleuerunt, & memoria ipſius notam proditoris inurere non erubuerunt. Ex horum ſchola prodijt Mornæus, qui non mirum, ſi eandem in Sanctum Dei Martyrem impietatem demonſtrat. Quem non modò Eccleſiam propriam, ſed vtramque prouinciam Anglorum miraculis multis irradiaſſe ſcribit Ioannes Saresberienſis epiſt. 286. Petrus Bleſenſis, quem citabat aduerſarius in commendationem, & defenſionem Henrici Regis, contra S. Thomam, ſcribens ad Richardum Siracuſanum Epiſcopum, epiſt. 46. eum confert cum S. Thoma Apoſtolo. *Thomam Apoſtolum India, & Orientalis regio iactitabat. Sed Occidentalem reſpexit Eccleſiam, qui in Cælis habitat & humilia reſpicit. Dedit Dominus Angliæ Thomam noſtrum non inuidemus Indiæ Thomam ſuum. Sit Thomas Apoſtolus in India; ſit Thomas Martyr noſter in Anglia, vt per hos duos teſtes Chriſti ab ortu ſolis vſque ad occaſum ſit laudabile nomen Domini. Eat qui voluerit in Indiam ad ſuffragia B. Apoſtoli: tàm longa peregrinatio minus laborioſa eſt mihi: mihi ſufficit Thomas meus. Ille palpauit latus Domini, & fixuras clauorū, ille quia vidit credidit: beatus qui non vidit, & credidit, nec dubitauit, atque holocauſtum Chriſto, & pro Chriſto ſe obtulit. Non laboro Martyrem Apoſtolo comparare, cùm Apoſtolus ſit maior Martyre, ſed glorioſum eſt, nos habere Martyrem, qui Apoſtoli nomen habeat, & Apoſtolum miraculis aut imitetur, aut vincat: Non indignatur Apoſtolus, quia nec indignatur Dominus Apoſtolorum, & Martyrum, ſi quandoque Spiritus Sanctus in operatione virtutum plenius & crebrius alicui ſe infundit: & hæc* (inquit Dominus Io. 14.) *facietis, & maiora horum facietis*. Agnouerat ille Author pius, ac doctus in Anglia S. Thomam in vita, & hæc ſcribebat, cùm ille poſt mortem tot clareret miraculis, & in Diuos ab Alexandro Pontifice relatus fuiſſet: qui cum reliquis ſcriptoribus Anglicanæ hiſtoriæ fide digniſſimus, longè aliter de ſanctitate, & miraculis S. Thomæ iudicat, quàm impij Centuriatores Cent. 12. cap. 10. pag. 1565. qui de miraculis S. Thomę ita ſcribunt: *Author hiſtoriæ paſſionis eius refert, leproſos ab eo mundatos, mortuos reſuſcitatos; Dæmones fugatos, hydropicos, paralyticos, Surdos, mutos, cæcos, alioſque male habentes ſanitati reſtitutos: quæ omnia* (inquiunt) *cuius generis ſint* (*ſi modo vera ſunt*) *pius Lector dijudicabit; ſiquidem pro ſtabiliendis erroribus iſta facta ſint, vt non immeritò præſtigiæ appellentur*. Potuitnè vnquam atrocior blaſphemia in Deum, & ſanctos proferri? Nam cum tot Scriptores referant, hæc miracula a S. Thoma edita, vt non auderent ea apertè negare præſtigias tamen diabolicas ea vocant: Certè vt Chriſtus probaret, ſe eum eſſe, qualem Ioannes præcurſor illius volebat ſuis diſcipulis, & mundo innoteſcere, non aliud, præter hæc miracula, argumētum proponebat. *Euntes* (inquit) Math. 11. *renunciate Ioanni quæ auditis, & videtis. Cæci vident, claudi ambulabant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, &c.* Et idē aliquando Iudæis loquens Io. 10. *Si mihi non vultis credere, ſaltē operibus credite. Sed tamen illi: In Belzebut* (inquiunt) *principe Dæmoniorū eijcit Dæmonia*: Ita Apoſtolorū, & ſeruorū Chriſti miracula ad confirmationem ſacræ noſtræ Religionis edita, Gentiles aſcribebant magicis artibus: ſic iſti eadē impietate ſancti iſtius Martyris Chriſti miracula præſtigias diabolicas vocāt, quia inquiūt.

Reſumd… Mornæus. [margin note, partly illegible]

S. Thomas Cantuarienſis cum S. Thoma Apoſtolo comparatus.

Centuriatorum blaſphemia de miraculis S. Thomæ Cantuar.

Chriſtus miraculis in argumētū veritatis vſus.

Matth. 11. luc. 11.

Centuriatores Iudæis, ac Gentilib⁹ quoad iudiciū de miraculis, impietate pares.

Pro ſtabiliendis erroribus facta ſunt.

QVæ, obſecro, ſunt miracula, niſi ſint iſta, cœcis viſum, claudis greſſum ſurdis auditum, leproſis munditiem, mortuis vitam reſtituere? quæ certè nonniſi ſupra naturam, & virtute diuina fieri poterant; vt certiſſima eſſent ſigna veræ fidei, quam S. Thomas in Eccleſia Romana profeſſus erat in vita, non verò (vt iſti aſſerunt) pro ſtabiliendis erroribus facta. Quantò nos igitur rectius cum Nicodemo Ioann. 3. *Nemo poteſt iſta ſigna facere, niſi fuerit Deus cum eo.* Sed ex tota hiſtoria S. Thomæ mirabiliter elucere doctrinam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & confirmari primatum Romani Pontificis, Mornęus, & aduerſarij adeò ægre ferunt.

Miracula S. Thomæ edita in cōfirmationē fidei Romanæ Eccleſiæ.

Proſequitur iſte ex Othone Phriſingenſi, in prologo lib. 4. Chron. quid tùm temporis ſapientiores aliqui de poteſtate Paparum ſentirent.

Duæ (*inquiunt perſonæ à Deo in Eccleſia ſunt conſtitutæ, Sacerdotalis, & Regalis, quarum vna, Chriſti debet tractare Sacramenta, ac Eccleſiaſtica ſpirituali gladio exercere iudicia; altera gladium materialem contra hoſtes Eccleſiæ, pauperes, Eccleſiaſque Dei, ab incurſione malorum defenſando, ſceleratos puniendo, ad ſæcularia iudicia exercenda portat. Hi ſunt duo gladij, qui in paſſione Domini leguntur, ſed vno tantùm Petrus vſus inuenitur. Sicut ergo ad ſpiritualem gladium ſpirituales quoque poſſeſſiones pertinent, id eſt decimæ, primitiæ, poſſeſſiones fidelium, & alia huiuſmodi, ſic materiali, omnes terrenæ dignitates, Ducatus, Comitatus, & huiuſmodi ſubiacēt &c.* Pag. 327

SEd quid mirum, ſi tùm maieſtati Eccleſiæ aliqui inuiderent, & Regalia in eam eſſe collata, iniquo animo paterentur. Certe eos ſapientiores nō vocat Othō Phriſingēſis, ſed ita viſum eſt Mornęo eos appellare. *Quidā Religionis obtẽtu* (inquit Phriſing.) *alij verò ſæcularis dignitatis, qua Regni authoritas imminuta cernitur, intuitu hanc gloriam, honoremq; temporalem Sacerdotibus Chriſti*

Mornæus eos fingit ſapientiores qui maieſtati Eccleſiæ inuidebant.

ſti, quibus cœleſtis Regni gloria promittitur, non licere antumant &c. Sed eorum argumenta, quæ illo loco adfert, valde ſunt debilia, quibus & ipſe reſpondet, *quod mundiali dignitate, quæ Regalia dicuntur, Dominus Eccleſiam ſuam honorare voluit*: Et ex Dei ordinatione id factum declarat. *Nàm cum Dominus multis tentationibus, ac perſecutionibus attritam vellet exaltare Eccleſiam, perſonam potiſſimùm, per quam id habiliùs facere poſſet, elegit; proinde Romonorum Imperatorem, ad quem tunc vniuerſus reſpiciebat orbis* (Conſtantinum intelligit) *ad id faciendum ordinauit, eique non ſolum fidem, qua ab errorum tenebris diſcedendo, ad veram lucem cognoſcendam veniret, ſed & dilectionem, qua ciuitatem ſuam multis honoribus exaltaret, multis facultatibus, ac poſſeſſionibus locupletaret, dedit. Et vt cognoſcamus* (inquit) *non fortuitis caſibus, ſed Dei profundiſſimis, ac iuſtiſſimis iudicijs id factum; vide pridie latitantem, ac quemlibet infimæ conditionis virum fugientem, breui tantæ authoritatis fieri* (Pontificem Romanum intelligit) *vt Regibus imperet, de Regibus iudicet. Vide, tantæ à ſeculo venerationis haberi, vt veniãt curui, veſtigiaque pedum eius in ſolio ſedentis adorent orbis Domini. Denique credendum non eſt, Chriſtum, Eccleſiam ſuam, ſponſam ſuam corpus ſuum, cui in arrham ſpiritum ſuum dediſſe creditur, ſpiritu erroris decipi, permiſiſſe, cui ſpiritum veritatis contulerat. Præterea probatæ ſanctitatis viri inueniuntur, qui hæc habuiſſe, qui cum his Regnum Chriſti acquiſiuiſſe, creduntur. His ergo, alijſque modis* (inquit) *quos longum eſt exequi, probatur, & Conſtantinum Eccleſiæ iuſtè Regalia contuliſſe, & Eccleſiam licitè ſuſcepiſſe.* Et cum illi obijcerent, nonniſi ex gratia, & donatione Regum Eccleſiam poſſeſſiones habere; *Dùm ab eis* (inquit) *quærimus, quo iure id Reges habeant; reſpondere ſolent, ex electione populi, & ordinatione Dei.* Infert. *Si ergo Deus ordinando, quod Regibus prædictus honor impenderetur, iniuſtè non fecit; quantò magis & id ordinando, vt ab illa perſona ad Eccleſiaſticam traduceretur, iniuſtus dicendus non eſt? Denique. Si ad hoc, quod ipſe ordinauerat, tàm hic, quàm ibi, voluntati ſuæ electionem populi. & inſuper hic traditionem Principis concordare voluit, nec ipſum iniuſtè diſpoſuiſſe, nec Principem malè tradidiſſe, nec Eccleſiam illicitè ſuſcepiſſe credendum eſt. Et Sanctos Apoſtolicæ fidei, ac meriti viros, Syluestrum, Gregorium, Vlricum, Bonifacium, Lampertum, Gothardum, alioſque complures ea cognoſcimus habuiſſe.* Mornæus *miſeras has rationes* appellat, quibus Otho Papam defendere conatur. Sed miſer homo non aliud habuit, quod reſponderet. An miſeræ rationes, quæ ducuntur à conſenſu totius Chriſtiani orbis, ab Eccleſiæ authoritate, ab ipſa pietate Regum, & Principum Chriſtianorum, & ab exemplis ſanctorum virorum? tandem de ſuo ſenſu ita loquitur. *Vtrum magis Deo placeat hæc Eccleſiæ ſuæ, quæ nunc cernitur, exaltatio, quàm prior humiliatio, prorſus ignorare me profiteor. Videtur quidem ſtatus ille fuiſſe melior, iſte fœlicior.* gloſſa Mornæi

Iudicium Othonis Phriſingēſis de Regalibus Eccleſiæ collatis.

Othonis rationes pro Papa miſeras Mornæus miſerè appellat.

Vt cum illa potius temporali proſperitate, quàm cum Apoſtolis, & ſanctis patribus, ſpirituali fruatur. &c. Pag. 327

QVaſi Eccleſiæ exaltationi, & poſſeſſioni Regalium repugnet ſpiritualis proſperitas. Annon Abraham, Dauid, Ioſaphat, Ezechias, Ioſias, Conſtantinus Magnus, Carolus Magnus, Ludouicus Pius, & tot alij Reges, qui temporalibus diuitijs affluebant, ſpirituali nihilominus proſperitate, cum religioſe Deum colerent, fruebantur? tandem Otho concludit. *Aſſentior tamen Romanæ ſanctæ Eccleſiæ, quam ſupra firmam Petram ædificatam non dubito, credendaque quæ credit, licite poſſidenda, quæ poſſidet, credo. Quod enim nullo errore decipi poſſit, ex hoc probari poteſt; Et portæ inferi non præualebunt aduersùs eam. Quod autem fides in æternum maneat, ex hoc intelligi datur quod Petro dictum eſt: Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Quod verò omnis controuerſiæ ipſius authoritate, & exemplo ſoluatur ſcrupulus, in hoc rurſùm latenter innuitur, quòd Petro dicitur; Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam,* gloſſa Mornæi

Poſſeſſioni Regalium nõ repugnat ſpiritualis proſperitas.

Otho Phriſingēſis iudiciũ ſuũ attemperat Romanæ Eccleſiæ.

Latenter nimirum adeò, vt totis quingentis annis, & prioribus, & melioribus veterum doctorũ nemo hoc arcanum animaduertere potuerit. Pag. 327

SEd interpretamur illud (*latenter*) quia in verbis Chriſti latebat myſterium, & quod prioribus quingentis annis quilibet animaduertit, omnes veteres doctores agnouerunt, nimirum ad Catholicam Petri Sanctam Romanam Eccleſiam omnes fidei controuerſias referendas eſſe. Proſequitur Mornæus.

Vox latenter quid hic ſignificet.

At in Gallia noſtra hoc ipſo tempore caput exerunt qui Vualdenses, ſeu Albienſes dicuntur, ſerioquè Eccleſiam Romanam aggreſſi traditiones eius apertè damnant, cæremonias reſpuunt, diſertis verbis Babylonem, de qua in Apocalypſi, Matrem fornicationum Eccleſiam Romanam, Papam Germanum Antichriſtum &c. pronunciant. Pag. 327

SEd non mirum, cum hæretici eſſent, & damnati ab Eccleſia Romana eos ita id impudenter de ea, & eius Præſule aſſeruiſſe; ſiquidem refert Vrſpergenſis, Vualdenſes dictos *pauperes de Lugduno* confirmationẽ ſuæ ſectæ a Romano Pontifice quæſiuiſſe, quæ ab eodem meritò reprobata fuerit. Hinc igitur cum iſti hypocritæ viderent, ſe non potuiſſe fallere Romanã Eccleſiam, illam omnino oppugnarunt, ne, ſi ab incepto deſiſterent, victi eſſe viderẽtur. Mornæus in vnum cõfundit Vualdenſes, & Albienſes, cum tamen diuerſæ ſectæ fuerint, & diuerſos pro-

Vualdenſes cur oppugnarint Rom. Eccleſiam.

Vualdēſes alij ab Albienſibus.

ſos profeſſæ errores, licet vtreque ſectæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ bellum indixerint: quemadmodum & nunc Lutherani, Caluiniſtæ, Anabapriſtæ, & cœteræ huiuſmodi peſtes ſe ſe mutuo perſequuntur, in hoc tamen omnes conueniunt, quod Romanam Eccleſiam Babylonem Apolypticam, & Pontificem Romanum impudenter Antichriſtum appellant, & quod Miſſæ ſacrificium eiurant. De ea ſecta Guido Carmelita in ſumma de hæreſi. Secta (inquit) *Vualdenſium incæpit circa annum Domini 1170. fuit enim quidam Ciuis Lugdunenſis nomine Vualdenſius, ſeu Vualden, qui diues exiſtens diuitias reliquit, vt pauper fieret, & Chriſtum ſequeretur, & Euangelicam perfectionem ſeruaret; Sed errore prauæ intelligentiæ ſcripturarum abductus à veritate demens ipſe, & eius ſequaces ab vnitate, & obedientia Eccleſiæ alienati per ſchiſma in hæreſim ſunt prolapſi:* Et Trithemius in Chron. anno 1160. *His temporibus pernicioſa hæreſis pauperum de Lugduno, quæ alio nomine Vualdenſium nuncupatur, cæpit per quemdam Ciuem Lugdunenſem diuitem, qui relictis omnibus, paupertatem Euangelicam profitebatur, tranſlatiſque ex latino quibuſdam Sacræ Scripturæ libris in ſermonem Gallicum officium ſibimet Apoſtolatus aſſumpſit, & tā per ſe, quā per ſuos in errore cōplices, ſcripturas male intellectas prædicauit &c. Tandem contumaces, & in malis erroribus pertinaces ab Eccleſia pulſi, excommunicati, & hæretici declarati ſunt.* Horum errorū aliquot refert S. Antoninus 4. p. tit. 11. cap. 7. §. 2. plures referunt Guido Carmelita. & Sanderus, lib. 7 de viſib. monarch. Eccleſiæ hæreſi 150. & Prateolus C. V. *pauperes de Lugduno*: Eorum errores damnati ſunt in Concilio generali Lateranenſi ſub Alexandro Tertio celebrato anno Domini 1170. Iidem excōmunicantur à Gregorio IX. ext. *de hæreticis, excommunicamus, & anathematizamus omnes hæreticos, Catharos Patharenos, pauperes de Lugduno &c.* Quod ſubiungit Mornæus.

De origine Vualdenſium.

Vualdēſes ab Eccleſia declarati hæretici.

Pag. 328 *Tantam enim multitudinem ab Alpibus ad Pyraneos vſque diffuſam ex Petri de Vualdo doctrina vno die, quaſi ex ouo excludi, omnem fidem, omnem rationem ſuperat.*

QVid mirum iſtud? *Modicum fermentum* ad Galat. 5. *totam maſſam corrumpit.* In quem locum Apoſtoli D. Hieronymus li. 3. comment. in Epiſt. ad Galatas. *Nolite putare, paucorum hominum, qui de Iudæa venientes illud docent, inſidias contemnendas? Scintilla res parua eſt, & penè dum cernitur non videtur, ſed ſi fomitem comprehenderit, & nutrimenta ſui quamuis paruus ignis inuenerit, mænia, Vrbes, latiſſimos ſaltus, regioneſque conſumit, fermentum quoque res modica uidetur, & nihili; ſed cum farinæ conſperſum totam maſſam ſuo vigore corruperit, in illius vim tranſit omne, quod mixtum eſt: ita & doctrina peruerſa ab vno incipiens vix duos, aut tres primùm in exordio reperit auditores, ſed paulatim, vt cancer ſerpit in corpore &c.* ibidem. *Arius in Alexandria vna ſcintilla fuit ſed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbē eius flamma populata eſt.* Quid igitur mirum ſi per tot loca in momento Vualdenſium peſtifera doctrina propagata ſit? *ſimulata Religio* (ait quidam) *inſtar torrentium eſt, qui nullis obicibus retardari queunt, quo minus campos inundent, & aliquādiu noceant*; cùm tamen certum ſit, nonniſi aliquot annorum interuallo hanc peſtem pullulaſſe. Sed apertè ſibi contradicit Mornæus, cum poſtea Petri de Vualdo doctrinam ſcribit eandem eſſe, quæ à Petro Bruis', & Henrico eius diſcipulo Toloſam iam aliquot ante annis inuecta fuerat, quamque potius ab alijs ipſe didicerit: non igitur ex Petri de Vualdo doctrina tanta multitudo, quaſi ex ouo vno die excluſa. Sed qui tantus Doctor Mornæo Petrus de Vualdo, traditur à ſcriptoribus fide dignis fuiſſe plane idiota, qui cum quoſdam libros ſcripturæ vulgari, ac materna lingua cum quibuſdam Sanctorum Patrum teſtimonijs ſibi conſcribi feciſſet, eos libros non ſanè intelligens, ſuo inflatus ſpiritu Apoſtoli officium prædicando vſurpauit. Cùm itaque multos ſibi aggregaſſet diſcipulos, & aſſeclas, peſſimos errores diſſeminare aggreſſus eſt, Eccleſiæ Prælatos, &, Clerum aſpernando. En quantus magiſter, ex cuius doctrina tanta multitudo excluſa ſit.

Errorum propagatio quā facilis

Mornæi contradictio.

Petrus de Vualdo planè idiota.

Ab eo Vualdenſes (inquit) *dicti ſunt, non ſecus ac qui Albij concionabantur Albienſes; aliquot ante annis à Petro Bruitzio, & Henrico eius diſcipulo, qui Toloſæ publicè profitebantur; Toloſanorum nomine inſignes.* Pag. 328

INde conſtat, eos fuiſſe hæreticos ex regula certiſſima S. Hieronymi lib. aduerſus Luciferianos ſub finem. *Sicubi audieris eos, qui dicuntur Chriſti non à Domino Ieſu Chriſto, ſed à quodā alio nuncupari, vt puta Marcionitas, Valentinianos, Montenſes ſiue Campitas, ſcito non Eccleſiam Chriſti; ſed Antichriſti eſſe Synagogam ex hoc enim ipſo, quòd poſtea inſtituti ſunt, eos ſe eſſe indicant, quos futuros Apoſtolus pronunciauit.* Quo eodem diſcrimine hæreticos à Catholicis diſcernendos eſſe S. Auguſtinus, lib. 1. contra Creſconium, & Epiphanius hæreſi 70. docuerunt. De Toloſanis hæc habet Rogerius de Houedem Annal. p. poſt in Henrico 2. anno 1176. immediatè poſt epiſtolam Manuelis Imperat. ad Archiep. Angliæ. *Eodem anno damnata eſt Arriana hæreſis* (Manichæa legendum) *quæ ferè totam Prouinciam Toloſanam fœdauerat, coram Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & alijs religioſis viris, & honeſtis ſubſcriptis. Erant itaque in Prouincia Toloſana quidam hæretici, qui ſe appellari faciebant bonos homines, proponentes, & docentes populum contra fidem Chriſtianam, dicentes etiam, quod non recipiebant legem Moyſi, neque Prophetas, neque pſalmos, neque vetus teſtamentum, neque doctores noui teſtamenti, niſi ſolummodo Euangelia, & Epiſtolas Pauli, & ſeptem Canonicas Epiſtolas, & Actus Apoſtolorum, & Apocalypſim.* Et ſubiungit ibidem, eos conuictos eſſe

Nota hæreticorū proprium nomen.

de

Toloſani veritatem doctrinæ Chriſtianæ non ſeruarunt illibatam, vt iactat Mornaus.

de hæreſi, & tamquàm hæreticos ab Epiſcopis damnatos. Referuntur eorum ſex capita condẽnata, quorum vnum erat. Virum & Mulierem non poſſe ſaluari, ſi carnaliter miſceantur. Contra, pauperes de Lugduno, ſeu Vualdenſes, inter cęteros errores hunc profitebantur, vtente carnis libidine, omnem carnalem comixtionem tã inter viros, quàm mulieres eſſe licitam. Aſſerebant iidem, nullum Iudicem poſſe damnare aliquem hominem ad vllum ſupplicium, aut pęnã: ſic enim ſcelerati homines ſuis ſceleribus impunitatẽ optabant, vt ſecurius, ac liberius quęcunque flagitia eis admittere liceret. Aſſerebant itẽ omnem poteſtatẽ, tàm laicalẽ, quã Eccleſiaſticã amitti per peccatũ mortale, vt non ſit ei parendum, qui reus ſit peccati mortalis. Vt hinc conſtet, quàm pernicioſa eſſet ſecta non Religioni modò, ſed & Reipublicæ. Hæc, qui dicebantur Toloſani, non aſſeuerant; Albigenſes cum Manichæis duo credebant principia, videlicet Deum bonum, & malum, id eſt Diabolum, quẽ dicebant, omnia creare corpora, ſicut Deum bonum, omnes animas.. Corporum reſurrectionẽ cum Saducæis negabant; ſiquidem animam vna cum corpore interire aſſerebant, Baptiſmum prorſus abijciebant, velut inutilem, & ſuperuacaneum. Nolo reliquos errores repetere, in quibus moderni hæretici Mornæus, & alij cum illis conueniunt; ſed ex illis à nobis recitatis quilibet iudicet, an verum ſit, quod eſſerit hoc loco, illos puritatem, veritatem, & ſimplicitatem doctrinæ Chriſtianæ illibatam ſeruaſſe. Quæ verò tanta impudentia, aſſerere in illis montibus, & conuallibus Allobrogum, Prouinciæ Narbonenſis Galliæ, Aquitaniæ illibatam ſeruatam puritatem, & veritatem Doctrinæ Chriſtianæ, ad quos Paparum corruptelis, & commentis penetrare minus facile? Quid hoc aliud eſt, quàm reliquum Orbem terrarum erroris condemnare, & ad certos angulos doctrinæ Chriſtianæ veritatem coarctare, eadem impudentia, qua Donatiſtæ periſſe Eccleſiam Chriſti de reliquo Orbe; & ad partem Donati in Africa redactam eſſe, nugabantur? Quo verò authore, aut quibus argumentis id docet Mornæus? Nam certè, teſte Apoſtolo: Epheſ. 4. *Quoſdam Deus dedit in Eccleſia ſua Paſtores, & Doctores, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris*. Quibus igitur Doctoribus, & Paſtoribus apud illos populos puritas, & veritas doctrinæ Chriſtianæ illibatæ permanſit.

Hos ab antiquitate Mornæus commendare velit, authore citato Fratre Rainerio, qui contra Vualdenſes circa annum 1250. ſcripſit, cuius hæc ſunt verba.

Pag. 328 *Inter omnes ſectas, quæ ſunt, vel fuerunt, nõ eſt pernicioſior Eccleſiæ Dei, quàm pauperum de Lugduno, tribus de cauſis. Prima quia diuturnior; quidam dicunt, quod durauerit à tempore Sylueſtri, alij dicunt à tempore Apoſtolorum* Gloſſa Mornæi, *Nempe quatenùs integritas perpetuò corruptionem antecedit, quam illis ſeruare datum, &c.*

Vualdenſium hæreſis quomodo antiqua.

IMmo quatenùs cum pater familias ſeminaſſet bonum ſemen in agro ſuo, inimicus homo ſuperſeminauit zizania. *Non ante certè hæreſes, quàm vera doctrina; Sed enim in omnibus veritas imaginem antecedit, poſtremò ſimilitudo ſuccedit. cæterum ſatis ineptum, vt prior in doctrina hæreſis habeatur, uel quoniam ipſa eſt, quæ futuras hæreſes, & cauendas prænunciauit*. Ait Tertullianus, lib. de præſcript. cap. 29. Sed quo argumento iſte oſtendet doctrinam illam, quam in pleriſque illis montibus, & conuallibus Allobrogum, Prouinciæ, Narbonenſis Galliæ, Aquitaniæ populi profitebantur, fuiſſe antiquiorem doctrina, quã Romana Eccleſia cum reliquis toto orbe Chriſtiano Eccleſijs profitebatur, vt illam puram, ſinceram, & veram, hanc corruptam fuiſſe credamus? *Quod apud multos unum inuenitur* (ait idem Tertul. lib. de præſcrip. cap. 28.) *non eſt erratum, ſed traditum*. Sed cum de eorum antiquitate, vel teſte Mornæo, non conſtet, cùm alij dicant, duraſſe a tempore Sylueſtri, alij à tempore Apoſtolorum; quo argumento nobis perſuadeat, eorum doctrinam, eſſe illam Chriſtianam, puram, veram, & ſinceram? Nam certè doctrina Chriſtiana pura, & vera ſine vlla labe præceſſit ipſum Sylueſtrum; & tempore Apoſtolorum quo ab illis veritas fidei Chriſtianæ ſine vlla erroris admixtione Mundo fuit tradita, hæretici non nulli caput exeruerunt, qui, loco verę, & puræ doctrinæ Chriſtianæ, ab Apoſtolis traditæ, damnatos errores docuerint: non igitur inde puram, & integram eſſe quæ corruptionem anteceſſerit, probat Mornęus quia vel à tempore Sylueſtri durauit, vel etiam a tempore Apoſtolorum. Sed rectè ſane eorum antiquitatem refert ad tempora Apoſtolorum, ſiquidem à Simone Mago trahunt primam ſuam originem, nam vt ſcribit Irenæus lib. 1. cap. 30. *Omnes qui quoquo modo adulterant ueritatem, & præconium Eccleſiæ lædunt, Simonis Samaritani Magi diſcipuli, & ſucceſſores ſunt*: Et hęc quę ad diuturnitatẽ.

Vualdenſiũ doctrina nõ antiquior, quã qua Eccleſia Rom.

Vitioſum argumentum Mornæi ex antiquitate doctrinæ Vualdenſium.

Hæretici omnes Simonis Magi diſcipuli, & ſucceſſores.

Secunda, quia eſt generalior; fere enim nulla eſt terra, in qua hæc ſecta non ſerpat: Cùm interim identidem quærant (ait Mornæus) *quo loco Eccleſia noſtra fuerit.* Pag. 325

Vitioſum item eiuſdem argumentum ex generalitate.

QVid verò ex generalitate illa concludet Mornæus? An ſinceram, puram, & veram doctrinam Chriſtianam Vualdenſes, ſeu Albigenſes illibatam conſeruaſſe? At (inquit Vincentius Lirinenſis lib. aduersùs hæreſes cap. 6.) *Arrianorum uenenum non iam portiunculam quãdam, ſed penè orbem totum contaminauerat, adeò ut, propè cunctis latini ſermonis Epiſcopis, partim vi, par-*

Digitized by Google

vi, partim fraude deceptis, caligo quædam mentibus offunderetur; quidnam potiſſimùm in tanta rerū confuſione ſequendum foret. Et D. Hilarius lib. contra Conſtantium Auguſtum refert, centum, & quinque Epiſcopos tùm Arrij perfidiam fuiſſe ſecutos. Si igitur valet argumentum Mornæi ab ea generalitate ductum: certè doctrina Arrianorum, diſſimilis eſſentiæ filium à Patre profitentium, erat ſincera, pura, & vera doctrina Chriſtiana. Annon verò & in montibus illis, & conuallibus Allobrogum, Prouinciæ Narbonenſis, Galliæ, Aquitaniæ, vbi iſti populi puritatem, & veritatem doctrinæ Chriſtianæ, ex aſſertione Mornæi, illibatam ſeruabant, erant & innumeri, qui doctrinam Romanæ Eccleſiæ ſequebantur, quam & in alijs vbique Regnis, & Prouincijs Chriſtiani profitebantur? quæ nota certiſſima eſt, apud eos, non fuiſſe Chriſti Eccleſiam, quæ Canonicarum ſcripturarum diuinis, & certiſſimis teſtimonijs in omnibus gentibus deſignata eſt. *Hæreſes* (inquit D. Auguſtinus lib. de vnit. Eccleſ. cap. 2. *Singulæ in multis gentibus, vbi iſta eſt, non inueniuntur, hæc autem quæ vbique eſt, etiam vbi illæ ſunt inuenitur*; qua eadem nota, & alijs locis, vt lib. 2. contra lit. Petil. cap. 55. lib. 3. contra Creſconium cap. 67. & lib. 4. cap. 60. & 61. Eccleſiam Chriſti ab hæreſibus diſcernit: igitur etſi in anguſtijs illis montium, & conuallium Allobrogum, Prouinciæ, Narbonenſis Galliæ, Aquitaniæ non eſſet vlla Terra aut Villula, aut territorium, vbi hæc ſecta non graſſaretur; tamen & ibi fuiſſe Chriſtianos Catholicos doctrinæ Romanæ Eccleſiæ aſſertores, qui cum reliquo orbe Chriſtiano in eadem doctrina, iiſdemque Sacramentis communicabant, ex ſcriptoribus illorum temporum fide dignis ſatis conſtat. Nam cùm Petrus Bruis, & Henricus eius diſcipulus multos in partibus Toloſanis ſuis prauis dogmatibus corrupiſſent. S. Bernardus Toloſam eſt profectus, vt eos concionibus ſuis ad depellendos improbæ ſectæ defenſores hortaretur; & extat ipſius ad Toloſanos Epiſtola, qua eorū per id tempus, in hæreticos odium commendat. Quam igitur doctrinam illi ſeorſum à reliquis Chriſtianis aſſerebant, hæreſis erat; quam verò & in illis partibus, & vbique gentium profitebātur omnes Chriſtiani, ſincera, pura, & vera erat doctrina Chriſtiana; & quando Mornæus vult, Eccleſiam illam Vualdenſium, & Albigenſium, quos in vnum confundit, fuiſſe ſuam puriorem, & reformatam, fateor ingenue, tàm apud Morneum, & Caluiniſtas eſſe Chriſti Eccleſiam, quā fuit tunc temporis apud Vualdenſes, & Albigenſes, à reliquis Chriſtianis proſcriptos, & damnatos hæreticos; Sed Mornæo ex Vualdenſibus, Albigenſibus, & Nouatoribus ſuis vnam Eccleſiam conſtituere æquè facile erit, ac ex Phariſæis, & Saducæis vnam ſectam componere, aut Manichæos, Arrianos, Donatiſtas, Pelagianos in vnum coniungere: nam neque Vualdenſes illi, & Albigenſes in eiſdem pœnitus dogmatibus ſibi inuicem conſentiebant, licet in multis conſpirarent: neque Nouatores, omnes ad vnum eorū errores iam pridem damnatos (vt cuique eorum dogmata conferenti patebit, quæ non eſt illius loci omnia recenſere) profitentur.

Vbi Vualdenſium ſecta graſſabatur, aderant & innumeri ſectatores doctrinæ Romanæ Eccleſ.

S. Bernardus Toloſanos hortatur ad depellendos ſectæ Vualdenſium defenſores.

Vbi Eccleſia Vualdenſium & Albigenſium ſuam eſſe indicat Mornæus.

Quo pacto ex ijs componi poſſit vna Eccleſia.

Ex Fratre Rainerio proſequitur.

Tertia, quod omnes aliæ, cum immanitate blaſphemiarum, in Deum horrorem inducant, hæc Leoniſtarum magnam habens ſpeciē pietatis, eo quòd coram hominibus iuſtè viuant, & bene omnia de Deo credant, & omnes Articulos, qui in Symbolo continentur; ſolam Romanam Eccleſiam blaſphemant, & oderunt, cui multitudo facilis eſt ad credendum. Infert inde, *Vt hoc modo in fumum abeant calumniæ omnes, quæ contra eos in vulgus ſpargebantur, illas licet Baronius Monachorum quorundam fidem ſequutus renouare non vereatur, qui eos modò Arrianos, modò Manichæos fuiſſe fingunt; Et immerito quidem, vt vel ipſe agnoſcit &c.* Pag. 328

SEd reſpondetur, eos eſſe de quibus Apoſtolus 2. Timoth. 3. *habentes quidem ſpeciem pietatis virtutem autem eius abnegantes*: Si coram hominibus iuſtè viuebant; ita Angelus Sathanæ transfigurat ſe in Angelum lucis: & coram hominibus iuſtè viuebant Phariſæi, quos Dominus Matth. 23. ſepulcris dealbatis aſſimilabat, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt, oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia: *Sic & vos* (inquit) *a foris quidem paretis hominibus iuſti; intus autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate*; ita de hæreticis omnibus ſentiendum, qui veniunt ad nos in veſtimentis ouium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces: hi ſunt, qui iuxta Apoſtolum 1. ad Timoth. 4. in hypocriſi loquuntur mendacium, cauteriatam habentes conſcientiā. D. Hieronymus epiſt. 94. ſcribens ad D. Auguſtinum; *pernicioſiſſima* (inquit) *hæreſis ſemper ſimulat pœnitentiam; vt docendi in Eccleſijs habeat facultatem, ne ſi aperta ſe luce prodiderit, foras expulſa moriatur.* An rectè de Deo ſentirent, conſultandi eorum temporum ſcriptores haud dubiè fide digni S. Bernardus, & Petrus Cluniacenſis, qui ex inſtituto contra Petrobruſianos, ſeu Henricianos ſcripſit, de quibus iam alibi diximus, & alij, qui Vualdenſes, & Albigenſes ſcriptis confutarunt, aut eorum hiſtoriam deſcripſerunt. Vt faciliùs incautos deciperent, profitebantur, ſe omnes articulos, qui in Symbolo continentur, credere. Omnes certè, præter reliquos errores, quibus referendis nolo immorari, eis hæreticis tribuunt, quod vetus teſtamentum negarent, & more Manichæorum duo principia ſtatuerent, Deum ſcilicet bonum, & malum, cum Saducæis reſurrectionem corporum nega-

Hæretici a foris iuſti, intrinſecùs peſſimi.

Vualdenſium, et Albigenſium errores.

rent Baptiſmum inutilem, & ſuperuacaneum dicerent; horrendas verò eorum in Deum blaſphemias in confutatione præfationis me referre memini; vt non ſint calumniæ ea, quæ contra eos in vulgus ſpargebantur; neque enim viri docti, & fide digni ea ſcriptis ſuis inſerunt, quæ vulgò circumferuntur; ſed quæ certò depræhenderint eſſe vera. Quod ſolam Romanam Eccleſiam ipſi blaſphemaſſent, & odiſſent, hoc certè veteres hæreticos imitati ſunt; nam Petilianus Donatiſta hæreticus apud D. Auguſt. lib. 2. contra eundem cap. 51. Cathedram Romanam vocabat *Cathedram peſtilentiæ*. Vnde verò omnes hæreſes cæperunt, niſi à contemptu Romani Põtificis. D. Cyprian. epiſt. 55. ex edit. Pamelij ſcribens ad Cornelium Papam. *Non aliunde* (inquit) *hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quã inde, quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur*. Et lib. de vnit. Eccleſiæ cap. 3. inde hæreſes naſci docet, *dum ad veritatis originem non reditur, nec caput quæritur, nec Magiſtri Cæleſtis doctrina ſeruatur*. Subiungit poſtea de Petro, cui dominus poteſtatem ligandi, & ſoluendi in terra tribuerit ſuper *illum vnum ædificat Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat oues ſuas*, vt velit, non aliunde, quàm à Cathedra Petri veritatem inquiri; vt qui blaſphemant, & oderunt Romanam Eccleſiam, non mirum, ſi in multos errores miſerè labantur.

Hæreſes omnes cæperũt à contemptu Rom. Pont.

Vualdẽſes meritò dicti Manichæi.

Nec certè fuit calumnia, hæreticos illos vocare Manichæos; cùm inſanos Manichæorum errores iam quidem damnatos ab Eccleſia, ipſi profiterentur. Et Baronius ipſe ad annum 1176. art. 3. ex Rogerio de Houedem hæc recitat. *Eodem anno damnata eſt Manichæa, Arriana hæreſis, quæ ferè totam Prouinciam Toloſanam fœdauerat &c.* Sed Mornæus.

Pag. 329 *Licet Baronius Monachorum quorumdam fidem ſecutus (illas calumnias) reuocare non vereatur.*

AN verò quia Monachi, ideò fides illis detrahenda, ſi quid S. Auguſtinus, S. Gregorius, S. Bernardus, S. Thomas, S. Bonauentura ſcripſerint, quod Mornæo non probetur, hæc erit euaſio facilis, & in promptu, eos fuiſſe Monachos. Quod verò ſubijcit; Baronium agnoſcere eos hæreticos immeritò habitos fuiſſe modò Arrianos, modò Manichæos. Equidem ſic habet Baronius. *Hoc item anno 1176. detecti ſunt hæretici Toloſates, ſeu Albienſes dicti, Manichæis potius, quàm Arrianis affines (licet Arriani nominati inueniantur) examinatique ab Epiſcopis conuicti ſunt contra Catholicam doctrinam ſapere*. Quocunque igitur nomine cenſerentur, manifeſti erant hæretici, hæreſeon iampridem damnatarum aſſertores, ſed magis affines Manichæis, quàm Arrianis, vt qui potius hæreſim Manichæorum profiterentur, quam Arrianorum. Si lege diuæ memoriæ Conſtantini, prout in Cod. habemus, De hæret. & Manich. l. 6. Arriani ab Arrio ob ſimilitudinem impietatis, Porphiriani à Porphirio nuncupantur, & participes nefariæ ſectæ Neſtorij Sunomani vocentur, vt cuius ſcelus ſunt in deſerendo Deum imitati, eius vocabulum iure eſſe videantur ſortiti; meritò certè hæretici illi Manichæi, cum eorum profiterentur errores, dicebantur.

Quoad locum, quem citat ex Iacobo de Riberia in Collectaneis de Vrbe Toloſæ, illum Authorem non habeo præ manibus, quem certè puto & de Vualdenſibus, quos hæreticos apertè pronunciat, alia ſcribere, præter ea, quæ citauit Aduerſarius, quem ſi quis confutare velit, neceſſe eſt, habeat authores præ manibus; nam egregiè morem reliquorum hæreticorum æmulatur, qui (vt ſcribit S. Cyprianus) lib. de vnit. Eccleſ. cap. 7. *extrema ponunt, & ſuperiora prætereunt partis memores, & partem ſubdolè comprimentes: vt ipſi ab Eccleſia ſciſſi ſunt: ita capituli vnius ſententiã ſcindunt*: Sed ſi fuerint illi in tanta exiſtimatione, & honore, quales nobis indicat locus ille Iacobi de Riberia: ſic acutè diſputabant de Religione, vt præ illis ignari viderentur Sacerdotes, qui nec illis ingenio pares eſſent: & multi certè hæretici ſuos errores defendendo, & veritatem Catholicam oppugnando, viſi ſunt aliquando acuti, & fuerunt in exiſtimatione; cum nihil aliud ſibi proponerent, quàm auram popularem, & hæreticus eſt, prout definit D. Auguſtinus, lib. de vtilitate credendi cap. 1. *qui temporalis alicuius commodi, & maximè gloriæ, Principatuſque ſui gratia, falſas, ac nouas opiniones vel gignit, vel ſequitur*. Subiungit Mornæus.

Multi hæretici viſi aliquando acuti.

Hæreticus qui ſit.

Ab aduerſario nàm vllum expectari potuit teſtimonium, aut clarius, aut grauius? Pag. 329

ATqui eos aduerſarius ille pronunciat apertè hæreticos, quo certè nullum apud Chriſtianos grauius, aut atrocius crimen vnquam iudicatum fuit, & cui decretum ignis ſupplicium. Quod ſcribit, Vualdenſium confeſſionem exhibitam Regibus Bohemiæ,

Iacobus de Riberia Vualdẽſes pronũciat hæreticos.

Ab his, qui ex Gallia eliminari, ſatis eſſe conſonam ſuarum Eccleſiarum (ideſt Caluiniſtarum) *profeſſioni.* Pag. 329

QVemadmodum illi iuſtiſſime ex Gallia iam olim à Regibus Chriſtianiſſimis ſunt eliminati, & ſacræ Religionis, ac Regni hoſtes iudicati: ſic iſti ex Galliæ finibus pelli, ac proſcribi debuerunt, cum Vualdenſibus ſuis parentibus iam olim hæreſeos condemnati. Et quemadmodum peſtifera Albigenſium ſecta, Regum Chriſtianorum ſtudio, ac Epiſcoporum vigilantia, tandem in momento concidit, vt ne nomen quidem ſupereſſet in Gallia, ſic (Deo propitio) hanc, quæ iam per aliquot annos tot calamitates Regno intulit, cuius aſſertor, & vindex eſt Mornæus, breui extinguendam ſperamus. Sed ſi cõſona eſt profeſſio Mornæi, & illius ſymmiſtarum in Gallia, profeſſioni Vualdenſium, & Albigenſium; atqui iſti, præter cæteros errores,

Caluiniſtæ cum Vualdenſibus ſuis è Gallia eliminandi.

res,

Digitized by Google

Quot errores à Mornæo tenendi ſint cũ ſuis Vualdenſibus.

res, cum Manichæis duo principia aſſerebant, Deum bonum, & Deum malum: reſurrectionẽ carnis negabant: Baptiſmum inutilem, & ſuperuacaneum dicebant μετεμψύχωσιν illam animarum, ſeu tranſmigrationem de corpore in corpus ponebant; Chriſtum nec fuiſſe verum Deũ, nec verum hominem aſſerebant: mundum ſemper fuiſſe: Matrimonium malum eſſe: nullos antè Chriſti aduentum bonos fuiſſe affirmabant. Hęc igitur eadem profitetur Mornęus cum ſuis. Si reſpondeat, hæc illis ab Authoribus imponi, qui de illis ſcripſerunt, æque mihi facilè erit omnem penitùs fidem illis Authoribus detrahere, & negare, vnquàm fuiſſe in Gallia, aut Vualdenſes, aut Albigenſes, aut eos fuiſſe ab Epiſcopis conuictos de hæreſi, & abijsdem condemnatos, vel ex Gallia eliminatos, quia aliam doctrinam profitebantur, quàm S. Romanæ Eccleſiæ, & Eccleſiarum tùm Galliæ, quæ cum illa in eadem fidei doctrina conſentiebant; nam ſi iſta credo, quia authores illi id referunt, vtique & eis credam referentibus, Vualdenſes, & Albigenſes eandem cùm Manichæis ſenſiſſe, & docuiſſe hæreſim. Eſt igitur profeſſio Mornæi, & Eccleſiarum eius, conſona errori Manichæorum. Addo, in confeſſione illa Vualdenſium, exhibita Regi Bohemiæ Vladiſlao, non auſos fuiſſe illos apertè profiteri apud Regem ſuos errores: aut ſi vera fuit confeſſio, eos longè aliam fuiſſe ſectã ab Albigenſibus, aut ab illis Vualdenſibus, vel certè errores multos reuocaſſe. Nam & in illa confeſſione, cum admittant ſeptem Eccleſiæ ſacramenta, quomodo confeſſio illa conſona profeſſioni Mornæi, & Eccleſiarum eius?

Quæ fides habenda ijs, qui de Vualdẽſibus ſcripſerunt.

De confeſſione Vualdenſium exhibita Vladiſlao Regi Bohemiæ.

Profert locum Rainerij de Vualdenſibus:

Pag. 329

Viri, & mulieres, parui, & magni, nocte, & die, non ceſſant diſcere, & docere &c.

ID certè contra preceptum Apoſtoli 1. Corint. 14. *Mulieri in Eccleſia loqui non permitto.* Iam olim conquerebatur D. Hyeronimus ſcribens ad Paulinum Presbyterum, quod ſcripturam ſacram omnes ſibi paſſim vendicarent. *Hanc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, docent, antè quàm diſcant. Alij adducto ſupercilio grandia verba trutinantes, inter mulierculas de ſacris literis philoſophantur. Alij diſcunt (proh pudor) à fœminis, quod viros doceant.* Idem ſcribens ad Cteſiphontem aduerſùs Pelagianos docet, miſerarum mulierculàrum opera, peccatis oneratarum, multas fuiſſe promotas hæreſes. Non igitur nouum aliquid, ſi & inter Vualdenſes hæreticos mulieres æquè, ac viri docerent. Et inter eorum errores is recenſetur, liberam eſſe cuique Chriſtiano verbi Dei prædicationem, adeò quidem, vt quantumuis fuerit alicui à ſuperiore ſuo inhibitum, ne id agat, ille tamen liberè poſſit, concionari, & ad populum verba facere. Sed Mornæus ſuppreſſit verba præcedentia Rainerij: *Hæreſis* (inquit) *ſeptem ſunt cauſæ. Prima eſt inanis gloria: ea via enim viderunt doctores in gloria honorari, ideo & ipſi appetunt honorari: eſt hæc igitur prima origo hæreſeos Vualdenſiũ.* Quod refert de Vualdenſi quodam, qui ſumma hyeme fluuium Ibin natando tranſibat, vt quendam Catholicum ſua hæreſi inficeret: nihil mirum, cùm & multi hæretici pro ſua hæreſi extrema quæque ſupplicia ſint paſſi. Itaque quod ſcribit, non ita fideles doctores zelare fidei Catholicæ veritatem, ſicut Leoniſtæ zelant infidelitatis errores; arguit quidem incuriam noſtrã, ſed nihil hæreticorum patrocinatum hic Zelus infidelitatis errori. Ex eodem Rainerio refert errores Vualdenſium.

Sacram ſcripturã non omnes ſibi vendicare debēt.

Vualdenſes prędicationẽ verbi Dei cuique Chriſtiano liberam fecerunt.

Rainerij verba à Mornæo ſuppreſſa.

Qui poſteà (inquit) *in illis refutandis immoratur, & multas obiter calumnias interſerit; ſed à quibus Æneas Syluius, Pius poſtea ſecundus, eos abundè vindicat &c.* Pag. 329

EAdem nos facilitate reſpondemus, neque calumnias illis Rainerium, aut falſa crimina obijcere, neque eorum vindicem, & defenſorem eſſe Pium ſecundum, qui hiſtoriæ Bohemiæ cap. 35. loco citato à Mornæo *impiam* Vualdenſium ſectam *inſanam, peſtiferam, ac iam pridem damnatam factionem* appellat; Et ſubijcit iniqua aliquot eorum dogmata.

Quæ (inquit Mornæus) *dextrè expoſita, à vera doctrina minimè degenerant &c.* Pag. 330

APud eos certè, qui dicunt bonum malum, & malum bonum. Potuit autem Rainerius, qui ex inſtituto contra eos ſcripſit, aliquot eorum errores referre, quos Æneas Syluius, qui poſtea, Pius Secundus, omiſerat, qui non ideò tamen eos ab illis erroribus vindicat. Quod ſcribit, per calumniam errores illis tribui contra debitum Magiſtratibus obſequium, contra legitimum iuſiurandum, inter Vualdenſium errores hi referuntur: quod nullum omninò iudiciũ ſanguinis, aut cuiuſcunque corporalis ſupplicij ferrent, quia ſcriptum ſit: *Nolite iudicare &c.*: quod omne iuramentum prorſus illicitum eſſe dicerent. Scio, Mornæum hos errores non profiteri; nec ideò tamen Vualdenſes debet ab eis vendicare, ſed corrupta forſitan erat purioris, & reformatæ Eccleſiæ in Vualdenſibus doctrina; nunc autem, in Mornęo, & Caluiniſtis, eorum poſteris, prodijt emendatior, quod ſignificare videtur, cum ſcribit dogmata Vualdenſium, quæ recenſet Æneas Syluius.

Errores Vualdenſium cõtra Magiſtratus, & iuſiurandũ.

Suis verbis inuidioſè, pro odio, quo in illos toto capite feruet, Pag. 330

ENucleatiùs in confeſſione ſua, & ſuorum proponi. Sed ſi illi puritatem, veritatem, & ſimplicitatem doctrinæ Chriſtianæ illibatam ſeruabant, vt ſuperiùs ſcribebat, quid opus fuit eam enucleatiùs addi, vel detrahi?

Digitized by Google

Pag. 330 *Tanto magis à ſortilegijs* (inquit) *quorum nomine, temporum malignitate, malè audiebant; vt ſortilegi, & malefici in pluribus Prouincijs Vualdenſes & vocarentur, & etiam nunc vocentur; à luminum quoque extinctione, promiſcuoque concubitu.*

Cur Vualdenſes ſortilegij audirent.

QVod ad iſta attinet: memorāt Annales Gallici anno 1488. apud Atrebates in ipſa ciuitate præcipuas fuiſſe detectum Vualdenſium conuentum, quem dicebant: *la Vualderie*, & aſſerebant, qui ex factione eſſent Vualdenſium, (hi pauperes de Lugduno etiam dicti) cuiuſcumque ſexus, ſe tranſportare inuiſibili modo arte diabolica in locum deſertum, vbi comparebat Dæmon quidam forma hominis, facie tamen velata, qui legeret mandatum, & quemadmodū orare, atque obſequi deberent, proptereaque iubere, eos poſteriora ſua exoſculari, ſingulis dans pecuniæ quidpiam modicum, quo facto extinctis faculis, & lumine, concubitu ſeſe polluebant, & ſuam quiſque comprimebat, & ſubinde ad ſua reuertebantur. Hinc factū, vt ſortilegij Vualdenſes omnes audirent. Teſtis eſt Petrus Greg. Tholoſanus in Syntagmate iuris vniuerſi li. 34. cap. 2. num. 23. Addo, ex erroribus Vualdenſiū fuiſſe hunc, vrente carnis libidine, omnem carnalem concubitum eſſe licitum: non igitur per calumniam, aut à ſortilegijs, aut à promiſcuo cōcubitu Vualdenſes male audierunt.

Cur item promiſcui concubitus.

Sed objicit Mornæus.

Pag. 330 *Quas olim technas priſcis Chriſtianis traducendis Satan, pro ſua indole commentus, Deo Euangelij ſui lucem reſtituente, eodem inſtituto renouare ſatagit.*

Hæc crimina aliter obiecta olim Chriſtianis quā fuerint Vualdenſibus.

VErum quidem eſt, hæc crimina, & plura alia olim Chriſtianis obiecta fuiſſe, prout Tertullianus in apologet. cap. 2. & Minutius in Octauio, & alij referunt, ſed ſola confeſſione nominis, nempè quòd Chriſtiani eſſent gentibus inuiſi, & non examinatione criminis, hæc illis opponebantur. Conſtabat equidem de impoſtura; cùm Chriſtiani numquàm in huiuſmodi flagitijs deprehenſi fuiſſent. At non ita de Vualdenſibus, quos ex Actis publicis conſtat, aliquando in huiuſmodi flagitijs depræhenſos fuiſſe. Ac tàm verum eſt, Deum ſui Euangelij lucem, per Vualdenſes, aut Caluiniſtas, eorum iniquitatis ſucceſſores, reſtituere voluiſſe, quàm verum eſt, lucem tenebras, & Chriſtum Belial eſſe. Nobis itaque in miſeros eorum ſequaces illud Pauli ad Galatas primo vſurpare licet. *Miror quod ſic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiā Chriſti in aliud Euangelium: quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Chriſti. Sed licet nos, aut Angelus de Cælo euangelizet vobis, præter quàmquod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico; Si quis vobis Euangelizauerit præter id, quod accepiſtis, anathema ſit.* Anathema igitur Vualdenſibus, Mornæo, & eius Symmiſtis, qui cum aliud præter Euangelium Chriſti tradant, & peſtiferos errores inducant, lucem ſe Euangelij reſtituere, impudenter mentiuntur. Quod ait, Federicum ſecundum Imperatorem in ſuis contra eos Conſtitutionibus id ſolum imputare.

Quod ab Eccleſia Romana, eiuſque cultu, & cæremonijs receſſerunt; vti ex Epiſtolis Petri de Vineis Cancellarij ſui perſpicuum. Pag. 330

Imperatorum leges contra hæreticos nō omnes eorum errores exprimunt.

VErùm, quoties Chriſtiani Imperatores iuſtiſſimas leges tulerunt in hæreticos, ſatis fuit illis exprimere crimen hæreſeos, & eos ab Eccleſia Chriſti proſcriptos, & damnatos eſſe; non tamen opus erat ſingula, quæ aſſererent, impia dogmata ſuis legibus complecti. Id conſtat ex legibus, quæ contra eos feruntur in Cod. Iuſtiniani *de hæreticis*, & Manich. lib. 1. tit. 5. & in Cod. Theodoſij lib. 16. tit. 5. *de hæreticis*. Et Fedèricum ſecundum id illis imputare, quod ab Eccleſia Romana, eiuſque cultu diſceſſiſſent, erat vtique eos proclamare hæreticos eſſe, ac veræ Religionis exortes. Sed & in Epiſtolis Petri de Vineis alia præterea de illis aſſeruntur. Quod Claudius Seiſſellienſis eos profitetur,

Homines probos, integros, innocētes &c.

EOs deſcribit, quales hominum conſpectibus apparebant, ſanctitatem ſimulantes, hypocritas, non quales re ipſa eſſent. Scribit eos ad Concilium Lateranenſe citatos, non cōparuiſſe.

Quod Pontificem iudicem, ſimul & aduerſarium fuiſſent habituri. Pag. 330

Cur Vualdenſes citati ad Concilium nō venerint.

ITa reus coram Iudice numquàm comparebit, quem ſibi malè conſcius putat, ſe aduerſarium habiturum: non comparebant illi citati ad Concilium, quod ſuæ cauſæ diffiderent; alioqui enim doctrinam Chriſtianam veram, & puram ſi profitebantur, debebant intrepidè coram omnibus profiteri. Quoad colloquium illud, quod vltimo loco ſcribit Mornæus.

Regiomonte in Albienſibus habitum, in quo ex parte Vualdenſium, aut ſi mauis Albigenſium Ponticus Iordanus, Arnoldus Auriſanus, Arnoldus Otho, Philibertus Caſſienus, & Benedictus Thermenſis; ex altera Petrus de Caſtronouo, Monachus Ciſtercienſes, & Legatus Pontificis, Rodulphus etiam quidam ab eodem deputatus; Didacus Epiſcopus Erenenſis Pag. 331

nenſis, & Dominicus eiuſdem Eccleſiæ Canonicus, Hiſpani ambo; arbitris ex nobilitate, Bernardo de Villanoua, & Bernardo Darrenſi; populari ordine Raimundo Gondeo, & Arnoldo Riberia delectis. Ibi aiunt; Doctores Vualdenſium conſtare affirmarunt Eccleſiam Romanam non eſſe Sanctam Eccleſiam &c. ac ita diſceſſum, vt inter ſe nullatenus conuenire poſſent.

Hæretici vinci poſſunt, ſed non perſuaderi.

SEd nihil id mirum, ſiquidem vt ſcribit S. Hieronymus *hæretici vinci poſſunt, ſed non perſuaderi*. Poſt collationem illam habitam inter Catholicos, & Donatiſtas in Africa, quàm poſteris ſcriptam reliquit D. Auguſtinus, Cognitoris definitiua ſententia pronunciatum eſt, confutatos a Catholicis Donatiſtas omnium documentorum manifeſtatione: An ideò perſuaſi ſunt Donatiſtæ, vt, abiuratis erroribus, & præſertim ſuo ſchiſmate, Catholicis aggregarentur, & ad vnitatem redirent Eccleſiæ? Et in nobili illo Colloquio fontis Bellaquęi anno 1600. 4. Maij habito coram Rege Chriſtianiſſimo, & Proceribus Regni, Mornæus falſarius hæreticus conuictus eſt, & confuſus abijt inde: an ideò perſuaſus, vt hæreſim abiuraret? ſic neque Vualdenſes etſi victi in Colloquio illo, Regiomonte in Albienſibus habito; & hæretici illi non modò rationibus, ſed & miraculis fuerint aliquando confutati: qui tamen non magis à ſua inſania reſipuerunt, quàm Pharao miraculis Moſys commotus fuit, aut infelices Iudæi viſis tot miraculis, à Chriſto in vita, & in morte editis, ad eum ſunt conuerſi.

Sic Donatiſtæ. *Sic Mornæus in colloquio fontis Bellaquæi.* *Sic Vualdenſes.*

ANTIDOTVM

Contra progreſſum quadrageſ. nonum.

Anno 1181

ALexandro Tertio, de quo in ſuperiori progreſſu, vita functo anno Domini 1181. & ſui Pontificatus 22. Cardinales ex eius lege proximè lata, Comitia habuerunt, ac poſt biduum Hubaldum Epiſcopum Hoſtienſem, virum vt ætate, ſic prudentia grauem, Pontificem ſubelegerunt, qui vt erat patria Lucenſis, ita ſe Lucium tertium appellauit.

Lucius 3. Alexãdro 3 ſucceſſor

Scribit Mornæus Henricum patri Friderico Imperatori authorem fuiſſe.

Pag. 331

Vt quod ad pacem Italiæ faceret, nihil non amplecteretur, in primis vero, remouendis obicibus, amicitiam ſibi Lucij tertij, quauis arte conciliaret.

Cur Henricus Friderico patri Imp. ſuaſerit pacem cum Romano Pont.

FAcilè intelligebat Henricus, ſe vix poſſe coronam Italici Regni, quam eximio ſtudio affectabat, obtinere, niſi pace compoſita cum Lombardis, hanc verò vix componi poſſe, niſi Romani Pontificis ſibi conciliaret amicitiam. Vnde cùm Fridericus (quod tradit Sigonius li. 14. de Regno Ital. anno 1183. Legatos in Italiã de pace componenda miſiſſet, & hi eiuſdem tabulas protuliſſent, in quibus ſcriptum erat, *ſe arbitrium pacis inter ſe, & ſocietatem Lombardiæ redintegrandæ eis permittere, quæque ipſi ſtatuiſſent, ea ſe rata in perpetuum habiturum*; Hæc prima lex à Ciuitatibus poſtulata fuit, *vt Fridericus pacem haberet cum Eccleſia Romana*. Deinde docuerat ſatis experientia, quanto ſuo, vel Imperij damno Fridericus ſchiſma fouiſſet, & Alexandro tertio bellum intuliſſet, vt nihil hoc eſſet aliud, quã θεομαχεῖν aut more Gigantum, Iouem è Cælo deturbare velle, aut contra ſtimulum recalcitrare. Rectè igitur conſultum putabat filius patri, ſi pacem cum Pontifice iniret. *Quis enim reſtitit ei, & pacem habuit, & ipſo concedente pacem, quis eſt qui condemnet?* Iob. 9. Inde famoſam illam conſtitutionem Fridericus ſanciuit à loco denominatam: *de pace Conſtantiæ*, eò quod celebrato Conſtantiæ conuentu de illa pace ſtabilienda cum ſuis egiſſet. Lucius Pontifex, vt ciues ſuos Lucenſes eximio aliquo beneficio inſigniret, tantam ſibi dignitatem, miſſa ad ſe Legatione honeſtiſſima gratulantes, Friderico aſſentiente, illis indulſit, vt pecuniam cuderent Tuſcię Marchię, Romaniæ, Campaniæque communem; nam cum Ciuitas iuris eſſet Imperij, conſenſus acceſſit Imperatoris Friderici, vt ius haberet cudendæ monetæ, quæ Prouincijs illis eſſet communis.

Priuilegiũ Lucẽſibus datũ à Lucio Pont.

Pag. 331

Nec interim meliùs, quàm antecesſoribus Lucio, cum Romanis, conueniebat &c. Qui ſibi aduersùs eos proſpecturus, Sarraceni belli prætextu Concilium anno 1184. Veronam indicit, cui Fridericus Imperator ipſe adfuit.

Anno 1182.

NOuo Pontificatu, (vt Sigonius lib. 14. de Regno Italiæ anno 1182.) *nouum Romani bellum mouerunt: quæ reliquiæ veteris ipſorum cũ Pontifice diſſenſionis fuere, atque aliquot poſt per annos ipſam haud mediocriter Eccleſiam turbauere*: de quibus certè tùm experientia compertum, verum fuiſſe illud Diui Bernardi lib. 4. de conſiderat. c. 2. de proteruia Romanorum: *Gens inſueta paci, tumultui aſſueta, gens immitis, & intractabilis, & vſque adhuc ſubdi neſcia, niſi, cum non valet reſiſtere.* Scribunt alioqui, vt Platina, Roma

De diſſidio inter Lucium Pont. & Romanos.

De proteruia Romanorum.

Digitized by Google

ma Lucium eiectum, dum, fauentibus quibuſdã ciuibus Romanis, abolere Conſulum nomen annititur, & fautoribus eius in Vrbe deprehenſis oculos fuiſſe effoſſos. Alij vt Rogerius de Houedem Annal. an. 1183. diſſidium ortum narrant eſſe ſuper quibuſdam conſuetudinibus, quas prædeceſſores Lucij facere ſolebant, iurante tamen illo, huiuſmodi conſtitutiones nunquam ſe facturum. Alij deniquè, vt Sigonius loco mox citato, quod cum Romani cladis aliquando a Tuſculanis acceptæ recordati, exercitum ad Tuſculum admouiſſent, ac ſeſe, ni deditio fieret, oppidũ oppugnaturos oſtenderent: Lucius eam ſibi rem diſplicere, ac pro viribus ſe vlturum eſſe, denuntiauit; verùm illi, mandatis eius neglectis, veteri ſuperbia inuitati, ac vindictæ cupiditate incenſi, oppugnationem oppido admouerunt, & Tuſculanos omnibus premere incommodis inſtiterunt. Qua re permotus Lucius, cum ſe Romanis odio, & contemptui eſſe animaduerteret, ne manens in Vrbe iacturam dignitatis Pontificię faceret, prædeceſſorum exemplo Roma abijt, ac Velitris, proximiſque in locis conſedit.

De Actis in Concilio Veronę anno 1184.

Anno Domini 1184. Cõcilium Veronam indixit, Sigonius lib. 15. de Regno Italiæ, cui raro exemplo Pontifex, & Imperator interfuere, in quo de illis potiſſimùm rebus, quæ ea tempeſtate premebant Eccleſiam, eſt relatum; nempe de contumacia Romanorum, bello Saracenis inferendo, & Romanæ Eccleſiæ ditione. Romani, vt hoſtes Eccleſiæ, diro Senatuſconſulto notati: Chriſtianis in Aſia laborantibus auxilia ſubminiſtranda, omneſque ad eorum, qui quondam Hieroſolima receperunt, virtutem, pietatemque imitandam excitandos eſſe, decretum. Plus nimirùm dedecoris contracturos eſſe Chriſtianos, ſi partem, fortè Sepulcri poſſeſſionem amittant quam glorię adepti ſint cũ pepererint. Lucio poſtulanti, vt Fridericus Mathildis hæreditatem, cęteraque, quæ Eccleſiæ iuris teneret, reſtitueret, ille abnuit. Eidem vero petenti, vt Henricus filius Rex Auguſtalibus inſignibus ornaretur; diſertè item à Lucio denegatum, ſicq; exulceratis vtrinque animis, Concilium dimiſſum eſt. Scribit Khrantzius lib. 6. Saxon. cap. 47.

Cur Lucius Põt. Imperialem coronam Henrico Regi denegauit.

Pontificem filio coronam Imperij denegaſſe, quòd indecorum videretur, non ab illo depoſitã Imperij infulam alteri conferre, quaſi in vno corpore monſtruoſo gemina capita figerentur, & quieuiſſe ſuper ea re Imperatorem. Quoad petitionem Imperatoris de ordinatis ab Antipapis in gratiam recipiendis, annuit primo Pontifex; verum poſtea mutauit conſilium, quòd diceret, in Conſilio Venetiano decreta non poſſe, niſi alio Concilio irritari, promiſit autem proximè alium à ſe euocandum cętum, in quo ſuper his conſtitueretur. *Audita ſunt Germanorum mina* (ait idem ibidem) *pro ſua conſuetudine; ſed nihil ea re moti ſunt Cardinales, & credebatur ea conſilij mutatio à Conrado Moguntino, & Vuormatienſi Poncificibus prodijſſe.*

Lucius Imperatoris petitioni tandem renuit.

Pag. 332 ☞ Quod verò ex Krautzio ſcribit Mornæus; *Timorem fuiſſe, ne Eccleſia in peſſimum ſchiſma (vt olim) laberetur, quod malum qui propius nouerunt, magis horruerunt.*

Vnde exstiterit periculũ ſchiſmatis ſub Lucio Pot. & Friderico Imp.

Non inde periculum ſchiſmatis imminebat, quod denegaſſet Pontifex reconciliationem ordinatis ab Antipapis, ſed occaſione Eccleſiæ Treuirenſis, qua vacante, ad eam à ſaniori parte canonicè electus eſt Volmarus, qui à Rodulpho, quem minor pars elegerat, moleſtiam paſſus, ſedem appellauit Apoſtolicam, & peruenit ad ſũmum Pontificem; Rodulphus autem ſe contulit ad Imperatorem, qui facilè inueſtiuit de rebus Eccleſiæ ad ſe confugientem: ſed Volmarus ſecutus eſt ſedem Apoſtolicam, & Pontificem vrgebat, vt Rodulphum de Iuſtitia reſponſurũ ad iudicium vocaret. Noluit Imperator, vt in contumacia perſiſteret, & miſſi cum eo quatuor viri vtriuſquè Iuris peritiſſimi Legiſtę, & Canoniſtæ; Legiſtæ, vt pro Iuribus Imperatoris decertarent; Canoniſtæ, vt electionem, tamquam canonicè factam, defenderent. Allegata plurima in vtramque partem; ſed tanta fuit pertinacia, vt, nullo fine facto, Rodulphus diſcederet: Ideò igitur timebatur, ne Eccleſia denuò in aliquod peſſimum ſchiſma elaberetur; nam cum Pontifex fauendo Volmaro eſſet propenſior; verebatur tamen, cum Imperator ſemel dixiſſet, ſi Volmarus ſublimaretur, omnem inter Principes concordiam in peſſimum facinus euaſuram. Agnouit tamen Imperator cauſam hanc referendam fuiſſe ad Pontificem, & voluit, coram eo ſuam cauſam agere illum, cui fauebat, Rodulphum, Volmaruſquè poſtea ab Vrbano Lucij ſucceſſore anno M. C. LXXXV. inuito Imperatore, cõſecratus eſt Epiſcopus Treuirenſis.

Imperator cauſã Rodulphi, cui ipſe fauebat, referri voluit ad Romanum Pont.

Lucius dum Verone promouet expeditionẽ in Orientem, ad ſubueniendum Chriſtianis contra Saracenos, ex hac vita migrauit, cum ſediſſet annos quatuor menſes duos, & dies viginti octo, in cuius locum ſuffectus eſt Lambertus Mediolanenſis, idemque Cardinalis Præsbyter, qui mox conſecratus Vrbanus tertius eſt appellatus. Sed de Lucio id non omittendum putauit Mornæus, vt notatu dignum.

Lucio 3. ſuccedit Lambertus Mediolanenſis, qui Vrbanus 3.

Eum Vualdenſes, & Albienſes excommunicaſſe, quòd ſandalia in pedibus, & cappam induerentur; Apoſtolorũ ſimplicitatem immitari ſe dicentes. Pag. 332

ET in hoc ſe profiteri monaſticum quoddam genus diſciplinæ aſſerebant, quod nec Mornæus probaret. Subiungit igitur.

Verùm alter haud dubiè irarũ cauſa.

ET citat Abbatem Vrſpergenſem in Chronico: Legi poteſt anno M. CC. XII. vbi refert, quod cùm pauperes Lugduni, qui & Vualdenſes, petijſſent, à ſede Apoſtolica ſectam ſuam confirmari, dicentes, ſe gerere vitam Apoſtolicam, nihil volentes poſſidere proprium, aut certum locum habere, Dominus Papa Lucius tertius quædam ſuperſtitioſa in conuerſatione ipſorum obiecit, videlicet quod calceos deſuper pedes præcingebant, & quaſi nudis pedibus ambulabant,

Qua Lucius Pont. obiecerit Vualdenſibus, confirmationẽ ſuæ ſectæ ab eo poſtulantibus.

Digitized by Google

bulabant, præterea cum quaſdam Cappas portarent quaſi Religionis, capillos tamen non attondebant, niſi ſicut laici; hocque inſuper in illis criminoſum videretur, quòd viri, & mulieres in via ſimul ambulabant, & plerumque ſimul manebant in vna domo; ita vt de ipſis diceretur, quod quandoque ſimul in lectulis cubabant, ipſis tamẽ aſſerentibus, hæc omnia ab Apoſtolis deſcendiſſe. Ibidem ſcribit Vrſpergenſis, quod Lucius Pontifex inter hæreticos eos adſcribebat, eo quòd ſuperſtitioſa dogmata, & obſeruationes in illis inuenirentur: in prædicationibus quoque, quas frequenter faciebant in latibulis, plerumquè Eccleſiæ Dei, & Sacerdotio derogabant: vnde conſtat, quam falſum ſit illud quod ſcribit Mornæus, non alia illis crimina Lucium Papam impoſuiſſe, præterquam, quòd Sandalia in pedibus, & cappas induerentur. Porrò pergit aduerſarius.

Mornæi error de Lucio Pontifice.

Pag. 332

Extat & alia eius lex; Clericus de omni crimine debet coram Eccleſiaſtico iudice conuenire, nec valet conſuetudo contraria.

Lex de Clericis ab Eccleſiaſtico iudicandis conſona legi Imperatoris.

CItat Gregorium nonũ, ext. *de Iudicijs* cap. *Clerici*; vnde legem integram referemus. *Cùm Imperator dicat, non dedignari leges, ſacros Canones imitari, in quibus generaliter traditur, quod de omni crimine Clericus debeat coram Eccleſiaſtico Iudice conueniri, non debet in hac parte Canonibus ex aliqua conſuetudine præiudicium generari.* Malignè itaque ex hac lege Mornæus ſuppreſſerat, quod hæc lex ſit conſona legi Imperatoris, & quod Imperator velit tantam rationem haberi ſacrorum Canonum. Extant etiam eiuſdem Pontificis alia decreta, quæ refert D. Antoninus. 3. p. Chronic. tit. 18. cap. 9. §. 2. Quoad illud Epigramma, in quo Lucius ad Lucium piſcẽ alluditur, quia alios deglutiat, hoc dicimus, quod quemadmodum Mornæo perpetuum mẽtiri; ita:

Pictoribus, atque Poetis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Scribit, Vrbanum

Pag. 332

Ob turbas, quas vndique parabat, Turbani *nomen conſecutum.*

Vrbanus Papa immerito vocatus Turbanus.

ET illi non placuiſſe Matrimonium Conſtantiæ Rogerij Regis Siciliæ filiç, cum Henrico Friderici filio. Verũ inſpiciamus, vnde meruerit nomen *Turbani*, aut quas parauit turbas: Conſtabit ex his, quæ ſcribit Arnoldus Lubecenſis lib. 3. hiſt. Slanorum cap. 16. *Inter hæc defuncto Papa Lucio, Dominus Vrbanus in ſedem Apoſtolicam ſublimatus eſt, cumque inter ipſum, & Dominum Imperatorem colloquia celebrarentur pro negotijs ſupra memoratis, quæ adhuc minimè determinata fuerant, Dominus Papa, vt zelator iuſtitiæ pro defenſione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ conſtanter agebat, nec terreni imperij metuens principatum, quæ ſui iuris erant, intrepidus requirebat. Arguebat ſanè Imperatorem de patrimonio Dominæ Mathildis, quod ab ipſo iniuſtè dicebat occupatum; Affirmabat etiam, quod Epiſcoporum exuuias iniuſtè acciperet, quæ dum ipſis mortuis de Eccleſijs rapiantur, Eccleſiæ quaſi corroſæ, & expoliatæ ab Epiſcopis ſubintrantibus inueniuntur, itaut ex neceſſitate quadam raptores iniuſti inueniantur, dũ ablatis ſtipendijs, quæ confiſcata fuerant, de nouo reſarcire cogantur. Tertium etiam contra eum proponebat articulum, quod Abbatiſſarum Congregationes plurimas in diſperſionem dediſſet, dùm propter enormitatem ipſarum ſub emendationis occaſione vſurpatis ſibi ſtipendijs, perſonas quidem remouiſſet, nec alias ad honorem Dei, & Eccleſiæ augmentum ſub meliore profeſſione reſtituiſſet.* An Turbani nomen merebatur, vel turbas parabat, qui ius ſuum proſequebatur, & non magis, qui aliena iura vi occupabat? Achab obijciebat Eliç Prophetç Domini, quod turbaret Iſrael; ſacram enim Religionem reſtitui, & Idolatriam eliminari ſtudebat è Regno Iſrael, quam fouebant iniqui Achab, & Iezabel: ita turbas parabat Vrbanus Pontifex, qui pro iuribus Eccleſiç defendendis, & ditionibus retinendis inuaſorem Imperatorem aggrediebatur. Idem Author ſcribit Vrbanum excommunicare voluiſſe Imperatorem legitimè citatum pro capitulis ſupra dictis, ad quem accedentes Veronenſes dixerunt: *Pater, Domini Imperatoris amici, & ſerui ſumus, rogamus ſanctitatem veſtram, vt eum in Ciuitate noſtra, nobis præſentibus non excõmunicetis, ſed banc ſententiam reſpectu noſtri ſeruitij reſeruetis; qui faciens iuxta petitiones ipſorum diſceſſit, & cũ eum in proximo excommunicare vellet, morte præuentus ſententiam diſtulit, ſicque Imperator maledictionis iaculum euaſit.* Non igitur Veronenſes his verbis, quibus fingit Mornæus aggreſſi ſunt Pontificem, vt ei ſignificarent, ſe non eſſe paſſuros, eum vibrare iaculum anathematis in Imperatorem; ſed ſuper hac re rogarunt Pontificem, non dubium, quin ea humilitate, qua cum Pontifice agere debuerunt. An ægrè tulerit Vrbanus nuptias Henrici Friderici filij cum Conſtantia Rogerij filia, id parum iuuat ad cauſam Mornæi promouendam, aut noſtram leuandã.

Lucij 3. ſucceſſor Vrbanus 3.

Veronenſes, ne Imperator apud ipſos excommunicaretur, Vrbanum reuerẽtiùs allocuti, quàm fingat Mornæus.

Pag. 333

Succedit anno 1187. Cardinalis Albertus, demortui Cancellarius, Ferrariæ à Cardinalibus electus &c.

De morte Vrbani Pont.

ROgerius de Houedem Annal. p. poſt. anno 1187. ſcribit, Vrbanum triſti adeò nuntio de captis Hieroſolymis perculſum in ægritudinem incidiſſe, & mortuum eſſe decimotertio Kal. Nouembris apud Ferrariam.

Verùm Neubrigenſis eiuſdem temporis Author lib. 3. de Rebus Anglicis cap. 21. aſſerit, nõ priùs nuncium de captis à Saladino Hieroſolymis veniſſe, quàm obijſſet Vrbanus. Cęterùm eo mortuo, ſequenti poſt die electus eſt in locum eius Albertus Cardinalis Presbyter tituli S. Laurentij in Lucina patria Beneuentanus, dictuſque eſt Gregorius Octauus, *vir planè, & ſapientia, & vita ſinceritate conſpicuus, æmulationem Dei habens in omnibus ſecundum ſcientiam*: Ait idem Neubrigenſis cap. 20. eiuſdem libri paucis diebus,

Albertus, qui Gregorius 8. Vrbani ſucceſſor.

Gregorij 8. præconia, & præclarè geſta.

Digitized by Google

bus, quibus ſedit, digna pietatis monimenta reliquit; in primis ſcripſit ad omnes Chriſti fideles pro ſubſidio Terræ ſanctæ literas tanto Pōtifice dignas, quas recitant Rogerius de Houedem, & Neubrigenſis: ibidem deinde alias adiecit, quibus ad placandum offenſum numen omnibus quinquenale ieiunium indixit, ita vt toto eo tempore cuncti fideles per omnes ſextas ferias ſaltem quadrageſimale ieiunium obſeruarent, feria autem quarta, & Sabbato a carnibus abſtinerent; ipſe verò, & Cardinales ſecunda quaq; feria cum familijs ſuis ſimiliter ab eſu carnis abſtinebant: hocquè adeò fuit obſeruandum, vt quicunque tranſgreſſor eſſet, niſi ægritudo, aut magna ſolemnitas, aut aliqua euidens cauſſa intercederet, quaſi præuaricator quadrageſimalis ieiunij haberetur. Verùm cùm talis Pontifex, tamquam ſapientiſſimus architectus magnæ molis conſtruendæ feciſſet fundamenta, cùm eſſet Piſis, de hac vita migrauit, nondum in Pontificatu duobus menſibus expletis.

Clemens 3. Gregorio 8. Subrogatus.

Anno 1188. Paulus Cardinalis Epiſcopus Præneſtinus natione Romanus electus eſt ſummus Pontifex in locum nuper defuncti, dictuſque Clemens tertius. Hunc eo nomine inſignem fuiſſe, ſcribit Mornæus.

Pag. 333

Quòd Romanorum cum Pontificibus diſſentionem, quæ iam quadraginta annos durauerat, extinxerit, ea lege, vt Patricium haberent quidē, ſed Senatores, & Prefecti Vrbis ab illis creati, non ante munus ſuum obirent, quàm per mantum à Pontifice inueſtirentur.

Diſcordia inter populum, Pontificeſque Rom extincta à Clemente 3.

ID teſtatur Onuphrius annot. ad Platinam in Clemente tertio. *Perpetua per annos plus minus quinquaginta inter populum, Pontificeſque Romanos ab Innocentio ſecundo vſque ad Clementem tertium diſcordia ciuilis fuit, regiminis Vrbani occaſione excitata; cùm populus Romanus Pontifici ſuo ab Vrbis adminiſtratione ſubmoto, Senatores qui Reipublicæ præeſſent, cum Patritio quodam ſumma cū authoritate creaſſent, vt Otho Phriſingenſis, & Abbas Vrſpergenſis authores ſunt: ex cuius rei occaſione Innocentius ſecundus, & Cœleſtinus ſecundus animi dolore defecerunt, Lucius ſecundus penè eſt interfectus, Eugenius tertius Alexander tertius, & Lucius tertius Vrbe pulſi, Vrbanus tertius, & Gregorius Octauus exules fuere, donec nouiſſimè tanti diſſidij vtraque parte pertæſa, populus Romanus cùm Pontifice populari ſuo Clemente tertio pacem æquis conditionibus facit, Senatoribus confirmatis, Patritij verò loco Præfecto, quem Magiſtratus aboleuerant, refecto.* Verùm non eo nomine tantum inſignis, ſed etiam, quòd indictam à prædeceſſore expeditionem in Terram ſanctam ad perfectionem ducere laborauerit, & indulgentiam confirmauit, vt quicunque ea de cauſa ſacram Crucem ſuſciperet, ab omnibus peccatis, de quibus pœnitens confeſſus eſſet, liber eſſet, & abſolutus: idemque ſtatuit, vt ab vniuerſa Eccleſia fieret oratio ad Dominum pro pace, & recuperatione Hieruſalem, ac liberatione Chriſtianorum captiuorum, qui apud Saracenos in vinculis detinebantur. Cuius etiam hortatu maximi Principes Europæ maximis, & ingentibus copijs in Orientem tranſierunt, & in primis Fridericus Imperator; accepta Cruce de manu Henrici Cardinalis Albanenſis, prouidè itineri neceſſaria parans, recōciliauit ſe Deo, Sanctæ Eccleſiæ, & eius Pontifici Clementi; Proſequitur.

Ab eodem laboratū pro expeditione in terram ſanctam.

Indicta etiam preces toti Eccleſiæ.

Fridericus Imp. accepta cruce parat iter in Orientē.

Pag. 333

Friderici Imp. obitus.

Moritur verò Fridericus anno 1190. in hoc itinere, quem, poſt res multas præclarè geſtas, Amnem quemdam, Seram nomine, refrigerandi gratia ingreſſum; ſubitaneum frigus æſtui nimio ſuperueniens extinguit; Princeps ab omnibus Hiſtoricis à pietate, virtute, clementia, iniuriarum obliuione commendatus, eoque nomine magnum ſui deſiderium omnibus relinquens, quo tamen nemo à Pontificibus plura, aut iniquiora paſſus.

Fridericus Imp. Romanis Pont. infeſtiſſimus: ſchiſmatis fautor, non ſine crimine.

HÆc ſigillatim non opus eſt diſcutere; hoc tamen vnum non prætermittam, ab Hiſtoricis omnibus referri, eum Pontificibus infeſtiſſimum fuiſſe, ſchiſmaque in Eccleſia diuturnum, magno animarum, & Eccleſiaſticæ Reipublicæ diſpendio fouiſſe, moleſtiſſima demùm Pontificibus intuliſſe non ab eis paſſum eſſe. Relata eius morte Guilelmus Neubrigenſis lib. 4. rerum Angliæ cap. 13. *O abyſſus multa iudiciorū Dei* (exclamat) *vir tantus, & qui diuino quodam feruore, relictis diuitijs, opibuſque Imperij, mille ſe expoſuerat pro Chriſto periculis, tàm ſubitò, miſeroquè caſu abſumitur; Peccatum tamen eius tantum, & tale elucet, quod fortè in Imperialibus non potuerit delitijs expiari, ideoque oportuerit, ne æternaliter plecteretur, pia diuinitatis prouiſione in hac vita ſeueriùs caſtigari: ſiquidem nefarij ſchiſmatis ſub venerabili Papa Alexandro principalis fautor extiterat, & pacis Eccleſiaſticæ per Imperialem potentiam multo tempore perturbator; tandem verò perſpicue dans palmam veritati, minùs tamen in delitijs palatij piaculare malum defleuerat. Porrò ne propter hoc grauia poſt mortem ſupplicia lueret, ſed potiùs tàm grande malum momentaneæ mortis caſus acerbus perfectè dilueret, illa inſigni deuotione, qua propter Chriſtum, relicto Imperio, tantis ſe immerſit periculis, actum credo.* Extat epiſtola Petri Bleſenſis 169. qua infauſtam eius mortem acerbiſſimè deplorat; de eo Sigonius lib. 15. de Regno Italiæ anno 1190. *Fridericus Germanos omnes Imperatores virtute, ac gloria ſuperaſſet, ſi Othones potiùs in tuenda, quam Henricos in oppugnanda Eccleſia ſibi æmulandos putaſſet.*

Neubrigēſis iudiciū de Friderico eiuſque morte.

De eodem iudicium Sigonij.

Digitized by Google

ſet. Etſi igitur laudari aliunde poſſit; hoc tamen non minimum eius gloriam, & rerum geſtarum magnitudinem obſcurauit, quod veris Pontificibus hoſtiæ fuærit, & Antipapas illis oppoſuerit. Pergit Aduerſarius.

Pag. 333 *Ex eius obitu Henrico filio tàm in Germania, quàm in Italia multæ parantur moleſtiæ; In quibus grauius eum premebat adeundi Regni Siciliæ cura, cuius hæreditatem per Gulielmi obitum, Conſtantiæ vxoris nomine cernere ſatagebat. Quod quidem Clemens Papa, deficiẽte prole maſcula, ad Eccleſiã pertinere cõtendebat etc.*

Anno 1189 ANno 1189. Gulielmus Siciliæ Rex (vt tradit Platina in Clemente 3.) Panhormi mortuus eſt, cuius morte Regnum ad Eccleſiam redimebat, nullo legitimo filio relicto; ſed Inſulæ Proceres Tancredum ſuffecerunt ex Rogero Normanno, & pellice quadam genitum, hominem tantæ ſocordię, vt illum nequaquàm ex Rogero patre Gulielmus genitum dixerit. Repetiturus igitur ſua iura Clemens Pontifex, copias eo quam celeriter miſit, quibus dum reſiſtit Tancredus, rapinis, & cædibus omnia ſunt impleta. Scribit tamen Neubrigenſis libro tertio cap. 28. Et Arnoldus lib. 4. cap. 5. Romanum Pontificem fauiſſe Tancredo, eique inueſtiturã, more maiorum, conceſſiſſe. Non eſt igitur, quod Mornæus Pontificem increpet, quaſi minus obſeruantem.

Gulielmo mortuo, regnum Siciliæ datum Tancredo.

Clemens 3. non reprehendendus quod Siciliæ regnũ repeteret.

Pag. 333 *Anteceſſoris pollicitationem, qua omnibus Palæſtinam adeuntibus, ſuas ditiones, ſuaque iura ſarta tecta præſtiturum receperat.*

NAm cum Regnum Siciliæ ad Eccleſiam recideret, nonniſi, quod erat ſuum, Pontifex repetebat, nec illud in alium transferre tenebatur. De Henrico quomodo ad Regnum Siciliæ aſpirauerit, variant Authores. Siquidem Gotfredus Viterbienſis ſcribit anno Domini 1186. Regem Henricum Friderici filium cum Conſtantia filia Rogerij Regis Siciliæ, virgine triginta annorum Mediolani nuptias celebraſſe. Idẽ ſcribit Otho de Sancto Blaſio, in ſupplemẽto Chronici Othonis Phriſingenſis, & Abbas Vrſpergenſis; ſicque, mortuo Gulielmo Siciliæ Rege, putauit, vxori, tamquam vnicæ, & legitimæ hæredi, deberi illud Regnum. Contra Blondus, Platina, & alij ſcribunt, Cœleſtinum tertium Clementis tertij ſucceſſorem, ægrè tuliſſe, Siculos Regnum Tancredo detuliſſe, ideoque coronato Henrico in Imperatorem, eas conditiones adiieciſſe, vt Regnum Siciliæ citra, vltraque fretum proprijs recuperaret ſumptibus, & cenſum ſolueret annuum iure feudi; idque quò facilius conſequeretur, Conſtantiam Gulielmi Regis Siciliæ ſororem, Rogerij filiam, virginem in Monaſterio Panhormi agentem educi curauit, eamque iam pænè ſexagenariam Apoſtolica diſpenſatione illi in matrimonium copulauit. Nauclerus priores Authores ſequitur, quia negotijs illis omnibus fuerunt contemporanæi: Et Baronius ad annum 1186. art. 25. meritò reputat fabuloſum; & commentum, quod Conſtantia Monialis fuerit, & Apoſtolica diſpenſatione Henrico nupſerit. Anno 1190. mortuo Clemente tertio, cum geſſiſſet Pontificatum annos tres, menſes duos, dies 20. ſuffectus eſt in eius locum Iacyntus Cardinalis Archidiaconus, ciuis Romanus, ac Cæleſtinus tertius appellatus. Henricus ab eo Imperiali corona eſt exornatus. Mornæus. Anno 1190

Quomodo Henricus aſpirauerit ad Regnum Siciliæ.

Cæleſtinus 3. ſuffectus in locũ Clementis 3.

Coronationis huiuſcè forma notari digna. Pag. 333

REfert Rogerius de Houedem ad annum 1191. his verbis: *Sedebat Dominus Papa in Cathedra Pontificali, habens coronam auream Imperialem inter pedes ſuos, & Imperator inclinato capite recepit coronam, & Imperatrix ſimiliter de pedibus Domini Papæ; Dominus autem Papa ſtatim percuſſit cum pede ſuo Coronam Imperatoris, & deiecit eam in terram; ſignificans quod ipſe habet poteſtatem eiciendi eum ab Imperio, ſi ille demeretur; ſed Cardinales ſtatim accipientes coronam ipſam, impoſuerunt capiti Imperatoris*. Baronius his citatis ex Rogerio ſubijcit ad annum 1191. art. 10. *Porrò huiuſmodi factum Pontificis auſpicandi Imperij, ſcias ea ratione recens adhibitum, quòd ſucceſſor, & filius illius eſſet, qui poſt tantum ab Eccleſia acceptum beneficium, in Imperij corona eidem impartita, de ipſa tamen malè meruiſſet, vt autem id fixum menti hæreret, nempe dare, cuſtodire, conſeruare, & auferre, ſi cauſa exigeret, Imperium eſſe in voluntate Romani Pontificis, eiuſmodi voluit eum exemplo commonuiſſe*. Ergo Mornæus.

Quid ſeruatũ à Cæleſtino in Imperiali coronatione Henrici

Quam ob cauſſam.

Vt perpetuò ſuperciliosum hoc myſterium ſibi gradum ad faſtigium facit. Pag. 334

IMmò hoc erat dignitatem, authoritatemque ſuam velle ſartam tectam, illibatamque ſeruari, & Henricum ſui officij erga Eccleſiam monere, cui tantum beneficium acceptum referre debebat, & non contra eam, patris exemplo, recalcitrare, cum tamen non ſit adeò certum Pontificem in coronatione hac forma vſum eſſe, neque id alij Authores referant. Proſequitur.

Iam ex obitu Tancredi nothi, facilior Henrico ad pacatum totius Siciliæ Imperium aditus. Pag. 334

NOn ſine ſumma crudelitate illud adeptus: nam cùm Tancredus ſuperſtitem reliquiſſet vxorem cum puero, & duabus puellis, promiſſis ad ſe allectis Siculis, partim quoque conuentis Reginam matrem cum puero, & puellis in ſuam poteſtatem redegit, ac periurus mox eoſdem vinculis alligauit, puerum excæcauit, & matrem cum puellis cuſtodiri mãdauit. Author

Henrici crudelitas

O eſt

eſt Rogerius in Annalibus, eumdem iuſſiſſe, effodi corpora Tancredi, & Rogerij, regijſque nudari coronis, quas illegitimè accepiſſe aſſerebat. Hanc crudelitatem in Henrico, quaſi minùs pōderanda ſit, non retulit Mornæus, Pontifici interim vitio vertens, ſi in eo coronando Imperatore, iuſtis de cauſis, nouum aliquem morem adhibuit. Subiungit.

Pag. 334 *Et iam Henrico Cæleſtinus anathema intendebat non minus, quàm Philippo fratri, ni mors eum interclusiſſet; vetere nempe prætextu, quod Comitiſſæ Mathildis terras vſurpaſſet.*

Quo iure Cæleſtinus Henricum à piorum communione amouerit.

HEnricus, in detrimentum Romanæ Eccleſiæ Philippum fratrem, Ducem Tuſciæ, ac terræ Mathildis, Marcoaldum verò Ducem Rauennæ, & Anconę Marchionem, Corradumquè Spoleti Ducem conſtituit: Philippuſque Ciuitates Tuſciæ, quæ in fide Eccleſiæ permanſerant, oppugnare, atque ditionibus adiungere Imperij ſtudebat; iure igitur à Cęleſtino piorum communione amotus eſt, qui poſtea etiam ob alias cauſas Henricum anathematis ſententia condemnauit, in qua miſer ad mortem vſque permanſit. Mornæus.

Pag. 334 *Henrico ex Conſtantia vnicum filium, eumque anniculum relinquente, Regnique ſucceſſione variè implicita, Cæleſtino, vel potius Innocentio tertio ſucceſſori in vniuerſa Italia quiduis audere, in fraudem Imperij Senium licuit.*

De Henrici morte, & ſepultura.

ROgerius de Houedem. *Henricus Imperator Romanorum obijt in Sicilia apud Meſſanam in vigilia Sancti Michaelis, excommunicatus à Cæleſtino Papa propter captionem, & redemptionem Regis Angliæ Richardi, & ideo prohibuit Papa, ne corpus illius ſepeliretur, licèt Archiepiſcopus Meſſanæ pro ipſo multum oraſſet: ſed reſpondit Cæleſtinus Papa, quod non permitteret, corpus Imperatoris ſepelliri, niſi de conſenſu Regis Angliæ, & niſi pecuniæ, quas ipſe de Rege Angliæ acceperat, redderentur. Cum Pontificem etiam rogaret ipſe Archiepiſcopus, vt Fridericus præfati Imperatoris filius, coronaretur de Regno Siciliæ, reſpondit, quod conſentiret, ſi fratribus Cardinalibus id placeret: & factum eſt ita, datis ſummo Pontifici mille marcis argenti ad opus ipſius, & mille ad opus Cardinalium.* Ibidem Rogerius. *Defuncto Henrico Romanorum Imperatore, magna pars Tuſciæ, quam prædictus Imperator, & eius prædeceſſores Romanis Pontificibus abſtulerant, reddita eſt Domino Cæleſtino ſummo Pontifici, redditaque ſunt illi Sicilia, Calabria, Apulia, & omnes terræ, quæ fuerunt Regis Siciliæ, vt proprium patrimonium Sancti Petri, de quibus conſtituit Fridericum Henrici Romanorum Imperatoris filium Regem.* Baronius ad annum 1197. art. 9. recitat ex actis Innocentij tertij, fragmentum

Fridericus Henrici filius coronatur de Regno Siciliæ qua conditione.

Idem conſtituitur Rex de ijs, quæ defuncto patre, reddita ſunt Cæleſtino Pont.

teſtamenti Henrici Imperatoris valdè pium, vt quem pænituiſſet in primis perſecutionis, quam Romanæ Eccleſiæ intuliſſet, & quod aliter non potuit, eo ſaltem teſtamento ſatisfaciendum curauit, id igitur inter cœtera conſtituebat. *Imperatrix conſors noſtra, & filius noſter Fridericus Domino Papæ, & Eccleſiæ Romanæ exhibeant omnia iura, quæ à Regibus Siciliæ haberi conſueuerūt, & Domino Papæ, & Eccleſiæ Romanæ ſeruitutem faciant, ſicut cæteri Siciliæ Reges facere conſueuerunt, ſi verò prædicta conſors noſtra præmoriatur, filius noſter ſecundum ordinationem noſtram remaneat, & ſi filius ipſe ſine hærede deceſſerit, Regnum Siciliæ ad Romanam Eccleſiam deueniat. De Imperio ordinamus, quod Dominus Papa, & Eccleſia Romana, illud filio noſtro confirment, & pro hac confirmatione Imperij, & Regni volumus, quod tota terra Comitiſſæ Mathildis reſtituatur Domino Papæ &c.*

Pium Henrici teſtamentum in fauorē Eccleſiæ Rom.

Quid igitur nugatur aduerſarius, Cæleſtinū, vel potius Innocentium tertium, in vniuerſa Italia quiduis auſum in fraudem Imperij? ſi, ſtimulante conſcientia, Imperator Henricus, iam vitæ exitui proximus ea, quę erant Romanæ Eccleſiæ, reſtituenda curauit; Marcoldus nihilominùs Romaniam, & Marchiam Anconitanam, Philippus Tuſciam, Corraduſque Ducatum Spoletanum occupabant, nec repetitas res reſtituebant; certè iuſtis armis, & cenſuris Eccleſiaſticis eos Pontifex ad obſequium compulit, non vt aliena inuaderet, ſed vt, quæ erant Eccleſiæ, recuperaret: nec eos poterat Imperator de terris, ac ditionibus inueſtire, quę ſui iuris non erāt, nam res eius eſſe debet, qui beneficium dat, ne ſi rei alienæ beneficium detur, fur dicatur. Quod ſcribit Aduerſarius Pontificem à Conſtantia Henrici vidua Sacramentum extorſiſſe, id iure ſuo fecit, nec fuit extortum, ſed ſponte oblatum Sacramentum Pontifici, atque ſuperiores Siciliæ Reges illud idem præſtiterunt, & ita teſtamento ſuo cauerat Henricus Imperator, vt ſupra vidimus. Extant literæ Innocentij tertij, lib. 1. ad Conſtantiam Imperatricem, & Fridericum filium in hanc ſententiam datæ. *Quoniam Regnum Siciliæ in Apoſtolicæ Sedis fide adhuc permanſit, & Rogerius quondam pater tuus, Vuilelmus frater, & Vuilelmus nepos Apoſtolicam Sedem, & prædeceſſores noſtros ſumma conſtantia coluerunt, ob has res vobis, atque hæredibus veſtris, qui prout Vuilelmus frater veſter prædeceſſori noſtro Adriano, nobis, & ſucceſſoribus noſtris, & Eccleſiæ Romanæ fidelitatem, & hominium voluerint exhibere, & quæ ſubſcribuntur, obſeruare, concedimus Siciliæ Regnum, Ducatum Apuliæ, & Capuæ Principatum. Cum autem tu fili Rex ad legitimam ætatem perueneris, nobis, ac ſucceſſoribus noſtris, ac Romanæ Eccleſiæ fidelitatem, & ligium hominium exhibebis cenſum vero ſexcentorum ſquifatorum de Apulia, & Calabria, quadringentorum verò de Marſia vos, & hæredes veſtros ſtatuiſtis Eccleſiæ ſoluturos:* Quod ſcribit, Conſtantia mortua, Innocentium tertium, ſeipſum ipſius Regis tutorem geſſiſſe: immò ipſamet Conſtantia decedens Innocentium pueri Friderici tutorem teſtamen

Nec Cæleſtinus, nec Innocentius quicquā auſi in fraudē Imperij.

Sacramentū Conſtātiæ non à Pontifice extortum, ſed ei ab ipſa ſponte oblatum.

Innocētius à Conſtantia inſtitutus tutor Regis.

Digitized by Google

to reliquit. Extat eodem lib. 1. Epiſtola ipſius Innocentij tertij ad eumdem Fridericum Siciliæ Regem, qua conſolatur ipſum ob vtriuſque parentis præmaturam mortem, ipſique ſuum pollicetur auxilium, inter cætera hæc ſcribens.

Nos, qui præter debitum officij paſtoralis, quo ſumus ſingulis, & præſertim pupillis, & orphanis debitores, te tàm ea ratione, quòd inclitæ recordationis Conſtantia mater tua noſtræ te tutelæ commiſit, quàm eò quòd Regnum Siciliæ ad patrimonium ſpectat Eccleſiæ, diligere volumus, & fouere, ad honorem, & incrementum Regiæ celſitudinis, ſtatum Regni, & tuorum fidelium profectum, dante Domino, efficaciter intendemus, & circa te paternam curabimus ſollicitudinem exercere. Extat etiam Epiſtola eiuſdem ad Gulielmum S. Mariæ in porticu Cardinalem, Apoſtolicæ Sedis Legatum, qua ei gubernationem Regis minoris, & totius Regni curam committit. *Quod ad præſens circa tutelam chariſſimi noſtri in Chriſto filij Friderici Siciliæ Regis Illuſtris, & Regni diſpoſitionem per nos ipſos perſonaliter implere non valentes, id tibi fiducialiter duximus committendum, ſcientes, quod in his, ſicut, & alijs negocijs tuæ curæ commiſſis, honorem Sedis Apoſtolicæ vtiliter, & efficaciter promouebis.*

Innocentius Gulielmo Cardinali gubernationem Regis, & Regni curam cõmittit.

Quantum autem Friderico profuerit Pontificis tutela, inde conſtat, quòd cum Marcoaldus, excluſo puero, ſibi vendicare Siciliæ Regnum niteretur, Pontifex Innocentius, cuius fidei Regnum, Rexque à Matre fuerat commendatus, illi ſua authoritate reſtitit, cumque infinita illi munera offerret, contemptus eſt à viro ſanctiſſimo, iuſtitiæ vindice, & auaritiæ perſecutore acerrimo. Subijcit Mornæus.

Pontificis tutela Friderico vtilis.

Pag. 334

Epiſcopis Germaniæ mandat, obſides, quos Henricus ex Sicilia ſecum abduxerat, reddi curent; Sybillam nominatim Tancredi viduam cum liberis, & Salernitanũ Archiepiſcopũ.

HEnricus Imperator, Regno Siciliç potitus, deceptos ſuis Sacramentis Principes, ac nobiles Siciliæ bonis, & dignitatibus, diuerſiſque cruciatibus exagitatos in Germaniam ſecum vinctos duxit vna cum Sybilla Tancredi vidua, eiuſdemque puero, & duabus puellis, vniuerſoque theſauro, ac Salernitano Archiepiſcopo. Extant igitur lib. 1. epiſt. Decretal. tres Epiſtolæ ad Spirenſem, Sutrinenſem, & Vuormatienſem Epiſcopos pro liberatione Salernitani Archiepiſcopi. *Ne detentio Archiepiſcopi Salernitani* (inquit) *vobis de cætero imputetur, ſi circa liberationem eius inuenti fuerimus negligentes, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, & diſtrictè præcipimus, quatenùs nobilem virum Vuicel. de Berc. ex parte noſtra diligenter moneatis, & eumdem Archiepiſcopum à detentionis ſuæ carcere abſolutum, ad nos cum honore remittat:* Et infra. *Quod ſi (quod non credimus) admonitionem veſtram, & venerabilis fratris Sutrinenſis Epiſcopi, & dilecti filij Abbatis Sancti Anaſtaſij, quos ad hoc ſpecialiter deſtinamus, eum dimittere fortè noluerit, excommunicatum ipſum publicè nuntietis.* Altera ad Sutrinenſem Epiſcopum, & Abbatem Sancti Anaſtaſij, prò reconciliatione Philippi Sueuiæ Ducis, & eiuſdem Epiſcopi liberatione, vbi ipſis mandat, quatenùs eidem Archiepiſcopo libertati priſtinæ reſtituto, & recepto à Duce iuxta formam Eccleſiæ iuramento, quod ſuper omnibus, pro quibus fuit communione amotus, mandatis Apoſtolicis, omni dolo, & excuſatione poſthabitis, debeat obedire; munus abſolutionis ipſi, authoritate freti Apoſtolica, impẽdatis. Tertia ad eoſdem, pro liberatione nobilis mulieris Sybillç Tancredi viduæ, filij, & filiarum eius, & aliorum captiuorum Regni Siciliæ, qui in Germania detinebantur: *Venerabilibus* (inquit) *fratribus vniuerſis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filijs nobilibus veſtris Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & alijs Alemaniæ Principibus dedimus in mandatis, vt dilectam in Chriſto filiam noſtram mulierem nobilem Sybillam, filium, & filias eius, cæteroſque Siculos iſtic detentos, à detentionis ſuæ vinculis abſolutos, ad nos liberos, excuſatione, & dilatione ceſſante, remittas:* Et iubet Epiſcopo Sutrino, & Abbati Sancti Anaſtaſij Legatis ſuis, vt alioquin in eorum detentores excommunicationis ſententiam proferant, & in terris ipſorum, immò totam diœceſim, in qua ipſi tenentur, vel ad quam fuerint fortè tranſlati, interdicto ſubdant, numquam relaxaturi, donec ipſi liberati fuerint, & priſtinæ libertati reſtituti. Pergit Mornęus.

Innocentij ſtudiũ pro redemptione ſiculorũ ex Henrici captiuitate.

Excommunicandos præcipit detentores ſi captiuos remittere recuſent.

Pag. 334

Sicque (inquit) *res Siciliæ pro libidine ſibi compoſiturus videtur.*

SIc omnia facta Pontificum, etſi nonniſi pietatem, ac ſummam in proximum charitatem ſpirent, ſiniſtrè interpretare ſolitus. Quid, quæſo, magis decebat Pontificem, quàm miſeris per ſummam iniuriam in vinculis detentis ſuccurrere, ſuamque authoritatem, etiam cenſuris adhibitis Eccleſiaſticis, interponere? Quæ verò ex eorum liberatione Pontifici maior acceſſit authoritas, vt inde pro libidine, Siciliæ res ſibi compoſiturus videretur? De Philippo Imperatoris fratre, & Othone Saxoniæ Duce, contendentibus de Imperio in Germania, opportunior ſeſe offeret dicendi locus. Vltimò ſubiungit Mornæus.

Mornæus omnia facta Pontificum ſiniſtrè interpretari ſolitus.

Pag. 334

Et hic vides lector, rerum Orientalium quàm ſtudioſi eſſent, quæ, dum ſuis plus æquo intenti ſunt, quotidie in peius ruunt.

SEd quid quæſo magis in votis habuerunt Cœleſtinus tertius, & Innocentius tertius, eius ſucceſſor, quam Terram illam ſanctam, vbi ſalutis noſtræ miſteria ſunt peracta, ex barbarorum manibus acceptam in Chriſtianorum ditionem redigere? Ideoque cùm animaduertiſſet Innocentius, quanto impedimento foret inimicitia Regis Franciæ, & Angliæ, quominus Terra Sancta recuperari poſſet, Dominum Petrum Capuanum Diaconum Cardinalem ad reforman-

Cœleſtinus & Innocentius tertij redimendæ Terræ Sanctæ ſtudioſiſſimi

dam inter eos pacem in Gallias miſit, qui eò veniens, etſi pacem reformare non potuit, effecit tamen, vt induciæ in quinque annos inirentur: & ab eodem Pontifice in mandatis habuit, vt ſuis exortationibus Galliæ Principes, & populos ad ſubſidium Terræ Sanctæ ferendum induceret, & animaret: quod ita præſtitit, vt innumera peditum, & equitum multitudo Crucis ſignum acceperit. Sed ſi redarguendi videntur Mornæo Romani Pontifices, quòd rerum Orientalium minimè ſtudioſi eſſent, quæ, dum plus æquo ſuis intenti ſunt, in peius dilabuntur, oportet igitur, concedat, debuiſſe ex officio Pontifices conſulere rebus Chriſtianorum in Oriente, ſicque præfuiſſe Reipublicæ Chriſtianæ; alioquin enim nulla eorum fuiſſet culpa, non ſe immiſcere rebus ad ſe non pertinentibus, nec magis repræhendendi eſſent, quàm reliquarum Eccleſiarum Antiſtites, immò multo minus, quàm Chriſtiani Reges, & Principes, qui tunc magno Chriſtianæ Religionis damno diſcordias inter ſe alebant, quibus illi conciliandis intenti erant.

Poteſtas Rom. Pont. in Chriſtianos Orientales concluditur expoſitione Mornæi

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quadrageſ. nonam.

NVnc oppoſitionis præcipua capita nobis examinanda. In limine ipſius oppoſitionis hæc ſcribit.

Pag. 335 *Omitto lubens crebras inter Imperatores, & Pontifices hoc tempore contentiones; quid de Eccleſia Romana meliores ſentirent, referre ſatis habens.*

A Philippo igitur Rege Franciæ auſpicatur, qui Legato Clementis tertij Pontificis Ioanni Anagnino Cardinali in Gallias miſſo, vt pacem inter ipſum, & Regem Angliæ componeret, atque vtrumque ad expeditionem in Terram Sanctam perurgeret, minitanti, niſi de pleno cum Rege Angliæ componeret, totam terram eius ſub interdicto ponendam, reſpondit, *ſe ſententiã eius non timere, nec tenere, cũ nulla æquitate niteretur:* dicebat enim, quod *non pertinet ad Eccleſiam Romanã in Regno Frãciæ per ſententiam, aut alio modo animaduertere, ſi Rex Franciæ in homines ſuos demeritos, & Regno rebelles, iniurias ſuas, coronæque dedecus vlciſcendi cauſſa, inſurgat.* Adiecit etiam quod *præfatus Cardinalis iam Eſterlingos Regis Angliæ olfecerat, &c.* Non negat igitur Rex, vtpotè Catholicus authoritatem Romani Pontificis in Regnum Franciæ, quam habet eandem à Chriſto ſibi conceſſam in cætera Regna, aut poteſtatem animaduertendi cenſuris Eccleſiaſticis, aut interdicto ſubijciendi, ſi ſit iuſta cauſſa, Regnum; ſed contendebat, tunc non fuiſſe iuſtam cauſſam, cum iuſtum bellum gereret aduerſùs Regem Angliæ, hominem ſuum fęudatarium, cui conditiones pacis præſcribere deberet, non accipere: & ſi Cardinalem obiter perſtrinxit, non ideò malè ſenſit (vt neque poſteriores, neque ſuperiores Reges Chriſtianiſſimi) de auctoritate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Philippus 2. nõ negat Rom. Pont. autoritatem in Regnũ Galliæ ſicut neq; poteſtatem excommunicãdi &c. vbi iuſta ſit cauſa.

Secundo loco obijcit, quæ Richardus Angliæ Rex Octauio Cardinali Hoſtienſi, Clementis tertij nomine obuiam facto, oppoſuit.

Pag. 335 *Improbando Romanis Simoniam, quod ſeptingentas marcas debuerant habere pro conſecratione Epiſcopi Cenomanenſis, & mille, & quingentas marcas pro legatione Elieenſis Epiſcopi, & pecuniam magnam, ne deponeretur Burdegalenſis, qui à Clericis ſuis accuſabatur in crimine.*

QVæ ſi vera ſunt (ait Baronius ad annum 1190. art. 1.) *Erit profectò, vt laudanda ſint tempora noſtra, quibus quicquid ſimoniacum ſuſpitione tantùm auditur, procul abijcitur, & aliæ exactiones aliqua iuſta cauſa prætenſæ, ſunt modeſtiores.* Et hæc quidem crimina poterat miniſtris obijcere, non Eccleſiæ, quæ nunquàm aut ſimoniæ fauit, aut ſimoniacis: nam Pontificum Canones directè contra eos militant. Quid verò ſentiret de Eccleſia Romana, vel ex eius Epiſtola ad Clementem Pontificem, de pace facta inter ipſum, & Tancredum, conſtat.

Simonia obiecta Miniſtris, non Eccl. Rom.

Richardi Regis Angliæ ſentẽtia de Romana Eccleſia.

Reuerendiſſimo Domino, & Beatiſſimo Patri Clementi, Dei gratia Sanctæ Eccleſiæ Apoſtolicæ ſummo Pontifici, Richardus, eadem gratia Rex Angliæ, ſalutem, & ſinceræ in Domino deuotionis affectum. Iuſtum exitum facta Principum ſortiuntur, cùm à Sede Apoſtolica diriguntur, & ab Eccleſia Romana robur, & fauorem accipiunt &c. Vbi ipſum rogat pro diſpenſatione inter Arcturum Britanniæ Ducem, & Ioannam Tancredi Regis Siciliæ filiam.

Tertio quoad expoſitionem illã eo loco Apocalypſis de Antichriſto allatam, ab Abbate Ioachimo coram Richardo Rege Angliæ; nihil certè iuuat cauſſam Mornæi. At verò (inquit) vbi draco dicitur habere capita ſeptem, Ioachimus interpretatur ſeptem Principes Eccleſiæ perſecutores, & ex illis ſeptimum interpretatur Antichriſtum, *qui (inquit) iam natus eſt in Ciuitate Romana, & in Sede Apoſtolica ſublimabitur, & de iſto Antichriſto dicit Apoſtolus: extollitur, & aduerſatur ſuper omne, quod dicitur Deus.* Refert iſta Rogerius de Houedem Annal. parte poſteriori ad annum 1190. Sed hanc expoſitionem meritò impugnarunt doctiſſimi præſules tùm præſentes,

De expoſitione loci Apocalypſis de Antichriſto, allata à Ioachimo Abbate.

Ea eſt à doctiſſimis Præſulibus refutata: nec conſona eſt authoritati Patrum.

tes,

Digitized by Google

tes, in diuinis ſcripturis benè eruditi, nec conſona eſt authoritati Patrum, vt ibidem docet Rogerius. Sed & ſi in Ciuitate Romana tum recenter natus erat poſt alios perſecutores Eccleſiæ, & in Sede Apoſtolica ſublimandus erat, ergo Pontifex Romanus nondum erat Antichriſtus, nec promouebat myſterium iniquitatis, quod tamen vult Mornæus. Addo, Ioachimum interpretari ſeptem capita Draconis, ideſt Diaboli, quod ſint Herodes, Nero, Conſtantius, Mahumet. Melſemutus, Saladinus, & Antichriſtus. Quomodo igitur Pontifex Romanus Antichriſtus connumerandus illis perſecutoribus Eccleſiæ, cùm Romani Pontifices ſint illi, qui & Conſtantio, & omnium hæreticorum perſecutioni reſtiterunt, quique contra Mahumetanos, & Saladinum præſertim, pro Chriſtiana Eccleſia iuuanda in partibus vſque Orientis Chriſtianorum arma ſua authoritate concitauerunt? alia etiam ad Apocalypſeos interpretationem futilia Ioachimus ille retulit, quæ referre ſuperuacaneum eſſet. Sed Mornæus.

Pontifex eius temporis nō fuit Antichriſtus.

Pag. 336 *Tangit quidem* (inquit) *Baronius hanc hiſtoriam, ſed à præcipuis clauſulis ſibi cauit, quæ Papam Romanum digito commonſtrabant.*

Certè nugas illas contempſit Baronius ad annum 1190. art. 5. nec dignas exiſtimauit quas ſuis Annalibus insereret, ſed validiſſimis rationibus oſtendit, eum fuiſſe nugacem, & Pſeudoprophetam; nam prędixit, pleraque ventura, quæ tamen caruerunt euentu, quod quidem ſignum Deus dedit populo ſuo ad cognoſcēdum verum Prophetam à falſo. Deuteron. 18. *Quod in nomine meo Propheta prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non eſt locutus, ſed per tumorem animi ſui Propheta confinxit.* Nam Regi falsò prędixit, Hieroſolymam, poſt ſeptem annos ab eo tempore, quo capta eſt à Saladino, quem interpretabatur vnum ex ſeptem capitibus Beſtiæ, per Chriſtianos, eo deuicto fore recuperandam: item ex ea peregrinatione Deum exaltaturum Regem ſuper omnes Reges terræ; cùm tamen in reditu captus ab æmulo Principe Imperatore, ſit ab eo diu detentus in vinculis, nec ſolutus, niſi ingenti auri ſumma à ſuis redemptus. Eum tamen inuitum, ac reluctantem vult Mornæus in hanc ſententiam pertrahere, vt per Antichriſtum Pontificem Romanum intellexerit: atqui illi initio ſuorum operum ſe illam fidem tenere, quam Romana tenet Eccleſia, conſtanter aſſerit, & idem vult, vt quæcunque ſcripſerit, vel ſcripturus ſit, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ iudicio ſubijciantur, quæ illa approbet, reijciat, & emendet: idque refertur in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio tertio: non igitur malè ſenſit de Eccleſia Romana, eiuſque Pontifice.

Ioachimus Abbas Baronio nugax, & Pſeudopropheta.

Nota veri Propheta à falſo.

Falſa Ioachimi prædictiones.

Quantum Ioachimus detulerit Rom. Eccl. eiuſq; Pontifici.

Quarto opponit nobis Aduerſarius, quæ ſcribebat Eleonora Regina Angliæ ad Cæleſtinum tertium, cum in vinculis detineretur Richardus Angliæ Rex, eius filius, ab Henrico Imperatore; nam cùm Richardus anno 1191. paſſus in Hadriatico ſinu naufragium, ex quo vix ſaluus cùm paucis euaſit, ab expeditione Hieroſolymitana rediens, compendioſiori via per Germaniam tranſire conſtituiſſet in Angliam, cum Viennæ territorium attigit, quantumlibet incognitus iter faceret, cognitus tamen, à Leopoldo Auſtrię Duce captus eſt, & ad Henricū tranſmiſſus. Hiſtoriam pluribus proſequuntur Rogerius de Houedem Annal. part. poſt. in Richardo primo: & Neubrigenſis lib. 4. cap. 31. & ſeq. Regina Eleonora prædicti Regis mater, & Epiſcopi ditionis eius, inſtanter pulſabant fores Apoſtolicæ Sedis pro illius liberatione de manibus Henrici Imperatoris: & extant amariores literæ præfatæ Reginæ ad Cæleſtinum Pontificem apud Petrum Bleſenſem, Epiſt. 144. 145. 146. Sed ridiculum, quod fingit Mornæus, Eleonoram Reginam Cæleſtinum Papam, adhuc cum Henrico amicitiam colentem, ad hoc facinus conniuere, fuiſſe arbitratam, cum id nullo argumento, aut teſtimonio nitatur, immo omni prorſus probabilitate careat: ab earum verò literarum præcipuis clauſulis ſibi cauit Mornæus, quæ in Reges, Principes, & Imperatores, æquè ac in ſubditos Pontificiam authoritatem demonſtrant. Epiſt. 144. *Cum ſitis Vicarius Crucifixi, ſucceſſor Petri, Sacerdos Chriſti, Chriſtus Domini, Deus etiam Pharaonis &c.* Epiſt. 145. *Nonnè Petro Apoſtolo, & in eo nobis à Deo omne Regnū, omnisque poteſtas regenda committitur? Benedictus autem Dominus, qui talem poteſtatem dedit hominibus: non Rex, non Imperator, aut Dux à iugo veſtræ iuriſdictionis eximitur.* Et in Epiſt. 146. *Princeps Apoſtolorum adhuc in Apoſtolica Sede regnat, & imperat, & in medio eſt conſtitutus iudiciarius rigor, illudque reſtat, vt exeratis in maleficos Pater gladium Petri, quem ad hoc conſtituit ſuper gentes, & Regna Chriſti. Crux antecellit Cæſaris Aquilas, gladius Petri gladio Conſtantini, & Apoſtolica Sedes præiudicat Imperatoriæ poteſtati:* Ex quibus certè conſtat, quid de Eccleſia Romana, & eius Pontificibus ſentiret Eleonora Regina: quæ etiā ſe ibi excuſat, ſi nimio dolore oppreſſa, vſura ſit apud Pontificem aſperioribus verbis. *Silere* (inquit epi. 144.) *decreueram, ne inſolentiæ, & præſumptionis arguerer, ſi fortè aduersùs Principem Sacerdotum verbum aliquod minus cautum abundantia cordis, & vehementia doloris eliceret. Sane non multùm ab inſania differt dolor, dum in impetu ſuæ accenſionis eſt, Dominum non agnoſcit, ſocium non veretur, nec defert, nec parcit alicui, ſed nec ſibi. Nemo ergo miretur, ſi verborum modeſtiam uis doloris exaſperet.* Quòd verò ſcribit ad finem epiſt. 146. *videt hoc Summus Pōtifex, & gladiū Petri ſupprimit in vagina repoſitum, ſic addit cornua peccatori, ipſa eius taciturnitas præſumitur ad conſenſum: videtur enim conſentire, qui cum poſſit, non corripit, & diſſimulatrix patientia ſocietatis occultæ ſcrupulo non carebit.* At non diſſimulauit Pontifex; ſiquidem præcepit, Imperatorem cum tota terra ſua anathemati ſubijci, niſi quantociùs Regem Angliæ liberaret: & ingenti pacta redemptionis pecunia, quam ipſe Rex Imperatori, & Leopoldo perſolueret, datiſque pro ea obſidibus,

Richardus à Leopoldo captus, & ad Henricū Imp. trāſmiſſus

Eleonora eius mater & Epiſcopi Angliæ ad ſede Apoſt. pro eius liberatione cōfugiunt.

Mornæi figmentum de Eleonora Regina.

Qua cautione Mornæus citauerit Eleonoræ literas.

Eleonoræ reuerentia erga Rom. Pont.

Pontifex nō diſſimulauit Richardi captiuitatē, quin effecit, vt dimitteretur.

Digitized by Google

bus, permiſſus eſt liber abire, poſtquam detentus fuiſſet in cuſtodia anno vno, ſex hebdommadis, & triginta diebus, prout Rogerius numerat. Cœleſtinus Papa ab eodem Legatione interpellatus, aduerſus Leopoldum Ducem Auſtriæ, pro reſtituenda pecunia, quam ille ab eodem Rege pro ſua ipſius liberatione exegiſſet, & pro dimittendis obſidibus, qui pro alia pecunia adhuc ſoluenda in vinculis detinebantur; idem Pontifex poſt trinam admonitionem, quam Dux exaudire recuſauit, eum nominatim excommunicauit, & eius terram interdicto ſubiecit: quæ omnia cum ipſe contemneret, diuinus eum furor apprehendit, vniuerſamque eius terram incendijs, inundationibus, ſterilitate, ac mortalitate diutiſſimè afflixit, quibus plagis, cum cor eius quaſi alterius Pharaonis magis induraret, ipſe etiam terribiliter percuſſus eſt: ſiquidem, eo equitante, equus, cui inſidebat, violenter pedem offendens, tibiam cum pede inſanabiliter contriuit, nec valuit vlla Medicorum arte effici, quin ignis, quē infernalem vocant, tumori adiectus, etiam poſt abſciſſum pedem, totum corpus inuaſerit; ex quo tandem vel inuitus culpam agnoſcens, ſuadentibus Epiſcopis, qui aderant, præcepta Pontificis impleuit, & ab ipſius excomunicationis ſententia abſolutus, cum maximo cruciatu animam exalauit. Eius vero corpus diutius inhumatum iacuit, donec horribilibus vermibus ſcateret, eo quod filius mandatis ipſius de reddenda pecunia, & obſidibus obedire nollet, quod tamen, ab amicis compulſus, fecit. Hæc Rogerius de Houedem Annal. part. poſt. in Richardo primo & Neubrigenſis lib. 5. Rerum Angliæ cap. 6. En, impie Mornæe, quid de authoritate Romani Pōtificis, & cenſuris Eccleſiaſticis ſit ſentiendum. Nec abſtinuit idem Pontifex à cenſura Henrici Imperatoris; ſed cùm pariter contra eum inſtaret Rex Angliæ, vt, quod male ab eo exegiſſet, redderet, quod verò exigendum remaneret, remitteret, & ille de his a Pontifice commonitus non obediret, eundem anathematis ſententia condemnauit.

Cæleſtinus aduerſus Leopoldū à Richardo interpellatus.

Cæleſtinus excommunicationi Leopoldū ſubijcit, eius Regnū interdicto.

Diuina in Leopoldū vindicta.

Leopoldus agnita culpa, Pontificis præcepta implet & abſolutus emoritur.

Eius filius iiſdem præceptis tandē obedit.

Cæleſtinus ab eodē Richardo interpellatus excommunicat Henricū Imp.

Quinto aliquot loca Petri Bleſenſis producit, quaſi ille perperàm ſcribebat de Eccleſia Romana: Primum locum erat ex Epiſt. 25.

Pag. 337 *Deſcribit* (inquit Mornæus) *in Officialis perſona Eccleſiæ Romanæ habitū.*

EO loci hortatur Officialem Carnotenſis Epiſcopi, vt ſuſceptum officium, ob multos, ac graues illi coniunctos abuſus, deſerat: vbi prolixè fraudes, ac technas illorum deſcribit: ſed quid hoc ad Eccleſiam Romanam? Canones producant, quibus huiuſmodi technas, & fraudes Romani Pontifices conſtituerint, vel probarint. Idem ſequenti Epiſt. Aduocatorum abuſus ita deſcribit: *Hodie ſoli Auaritiæ militant patroni cauſarum, illudque quondam venerabile nomen, & glorioſa profeſſio Aduocati notabili venalitate viléſcit, dum miſer, & pedibus linguam vendit, lites emit, legitima matrimonia diſſoluit, amicitias rumpit, ſopitarum litium cineres reſuſcitat, pactiones violat, retractat tranſactiones, priuilegia frangit, & in capturam pecuniæ pedicas, & retiacula tendens, iura omnia interuertit;* Impudens ſanè fuerit, qui in Parlamenta, ad iuſtitiam exercendam ſanctiſſimè inſtituta, hos abuſus referat: ſic referre Officialiū abuſus in Eccleſiam Romanā: & Aduocatorum nobile erit officium in Republica commendandum; ſi quod ibidem ſcribit Bleſenſis, Aduocatus, quod gratis accepit, gratis det, aduocet pro pupillo, & vidua, pro vtilitate Reipublicæ, pro Eccleſiæ libertate, nihil exigens, ſponte oblata ſuſcipiens, eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenum, & pauperem a diripientibus eum. Ita nec improbabit Petrus Bleſenſis munus Officialis, ſi arceantur huiuſmodi abuſus, qui illi non ſunt annexi neceſſario, etſi Officialis magis ab officio nomine, quàm ab officio verbo, vocabulum mutuetur. Duo loca de Epiſcopis, ſubijcit ex eodem Petro Bleſenſi.

Quæ de Officialibus, & Aduocatis dicuntur, Mornæus perperam traducit ad Romanam Eccleſiam.

Exemplū.

De Epiſcopis (ait) *nihilo mitius; Epiſcopi domo* (inquit) *vt cum familia Dominum comprahendam, nihil eſt damnabilius ad meritum, nihil inhoneſtius ad mores, nihil ſordidius ad conſcietiam, nihil culpabilius ad famā, nihil pernitioſius ad exemplū.* Pag. 337

LOcus eſt Epiſt. 18. vbi grauiter perſtringit mores, ingenium, & vitam cuiuſdam Epiſcopi, ad cuius aulam ab amico inuitabatur. *Inſtanter* (inquit) *me reuocas ad domum Epiſcopi tui, & ad execrabilem eius menſam: non tanti facio Epiſcopum tuum, vt pro eo me perdam.* Poſt: *Domum Epiſcopi decet ſanctitudo, ſed hac domo, (vt cum familia dominum comprahendam) nihil eſt damnabilius &c.* Quod igitur priuatim de quodam Epiſcopo ſcribebat, ita eſt a Mornæo productum, ac ſi de Epiſcopis in vniuerſum id aſſereret: vbi imponit illi authori, & Epiſcoporum ordinem vniuerſum inſectatur, procul à mente Petri Bleſenſis. Alterum locum citat Mornæus in hunc ſenſum.

Quid de vno Epiſcopo dicitur, Mornæus transfert ad omnes.

Principes Cleri Syriam, Edom; vitulos Bethel, Idola ægypti, pingues Samariæ, Sacerdotes Baal, identidem appellat, eoſq; acerbè ad officiū reuocat. Pag. 337

VBi certè alius eſt ſenſus Petri Bleſenſis; ſiquidem de laicis eo loci, conqueritur, qui libertatem Eccleſiæ conculcant. *Irruunt* (inquit) *laici in Sancta Sanctorum, Sanctuarij verò lapides diſperguntur in capite omnium platearum, conuertuntur hodie clauſtra in caſtra, & fora, Religioſi in Ethnicos, paſtores in lupos, lilium in ſpinas, frumentum in lolium, aurum in Scoriam, vinum in acetum, Oleum in amurcam. Reſpiciat Dominus in faciem Teſtamenti ſui, & non det in conculcationem vineā, quam plantauit dextera eius, Eccleſiam, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Suſcitet ſpiritum Moyſi, & erigat cornua illius vnicornis, Epiſcopi illius vnicè ſummi, & ſingulariter generalis, quatenus iudicium*

Quæ de Laicis dicūtur Mornæus detorquet ad Epiſcopos legitimè conſtitutos.

arripiat

Digitized by Google

arripiat manus eius, & cornu ſuo ventilet Syriam, intonet contra Edom, fulminet contra vitulos Bethel contra Idola ægypti, contra pingues vaccas Samariæ, contra Sacerdotes Baal, contra paſtores paſcentes ſeipſos, contra iudices, qui condunt iniquas leges, contra canes mutos non valentes latrare, contra amphoram Zachariæ, contra vaſa paſtoris ſtulti, contra ambitionem Simonis Magi, contra tyrannidem ſæculi, & ambitionem clauſtri, contra præuaricantes, contra arrogantes, contra oppreſſores pauperum, contra turbatores Eccleſiaſticæ pacis, & fidei ſubuerſores &c. Ex quibus fraus, & dolus detegitur aduerſarij: non enim per Syriam, Edom, vitulos Bethel, Idola ægypti, pingues Samariæ, Sacerdotes Baal, Principes Cleri, ſeu Epiſcopos intelligit, ni fortè malos, & indignos paſtores potius intruſos, quam legitimè inſtitutos. Vbi interim notandum, quod Romanum Pontificẽ appellat, *vnicè ſummum, & ſingulariter generalem*, cuius ſit omnes abuſus ab Eccleſia procul arcere, eandem in libertatem aſſerere, ac ſæculi tyrannidem ab ea repellere.

Pontifex Rom. à Bleſenſi dictus vnicè Summus, & ſingulariter generalis.

Alium locum producit ex Epiſt. 68. quæ eſt Archiepiſcopi Cantuarienſis ad Alexandrum tertium Papam, vbi accuſat Abbatem Malmesburienſem, quòd ſe ab obedientia ſui Epiſcopi ſubtraxerit, deinde fusè deplorat, quanta mala ſecuta ſint ex exemptionibus Abbatũ quorundam per Romanos Pontifices à iuriſdictione ſuorum Epiſcoporum: & de eodem conqueritur, quòd vnicam Abbatiam, quam habebat in ſua diœceſi, Monaſterium ſcilicet Sancti Auguſtini, Eccleſiæ Cantuarienſi ſubduxiſſet &c. Nõ negat tamen, id potuiſſe pro ſua authoritate Summum Pontificem, licet iudicet, non expedire, nec diffitetur, ob quietem monaſteriorum, & Epiſcoporum tyrannidem has exemptiones à Romanis Pontificibus plerumque eſſe indultas: & cum paulò liberius locutus fuiſſet, mox ſe ipſum corrigit: *Si ex turbatione Spiritus, & abundãtia cordis os loquitur, inconſulto calori miſericorditer indulgere velitis, clementiſſime Pater; dolor enim noſter in conſpectu veſtro eſt, & gemitus noſter non eſt à vobis abſconditus.* Quid vero de Eccleſia Romana ſentiret, initio illius Epiſtolæ docet. *Sicut eminentiam Apoſtolicæ Sedis omnium Eccleſiarum Magiſtram profitemur: ſic ab ipſa in ambiguis conſilia, in anguſtijs ſolatia, reſponſaque in iudicijs expectamus:* Ac dicit, Romanum Pontificem innumeras habere oues, & Eccleſias orbis poſſidere vniuerſas, quod non tantum de facto, ſed de iure etiam eſt intelligendum.

Pag. 337

Cantuarienſis Archiepiſc. Pontificis factũ arguit vt non expediens.

Suam loquendi libertatem apud ipſũ excuſat.

Cantuarienſis Archiepiſc. ſenſus de Romana Eccleſia.

Tertium locum Petri Bleſenſis producit ex Epiſtola illius 158. ad Ioannem Carnotenſem Epiſcopum, qua grauiter conqueritur, in Curia Romana quoſdam muneribus corruptos, hominem illiteratum, & laicum contra Canones præficere conatos eſſe Abbatiæ, ſed fruſtra. Primùm igitur contra Canones Romanorum Põtificum id tentarunt. Deinde etſi tentarunt illi, de quibus conqueritur, illicita; minime tamen ad effectum perduxere, vt iuſtitia tandem obtinuerit: & inde certum eſt, longè plures in Eccleſia Romana fuiſſe munerum abſtinentiſſimos. Nec id quidquam præiudicat Romanæ Eccleſiæ primatui, vel authoritati, ſi in Curia Romana muneribus aliqui corrumpantur, & iniuſtitiam, vel ſimoniam committant, non magis certè, quàm, ſi Magiſtratus in Republica venales, id Regis ſupremam minuit authoritatem. Scribit eadem Epiſtola, quod B. Martyr Thomas pro libertatibus, & dignitatibus S. Matris Eccleſ. Cantuarienſis vſque ad mortem certauit, eaſquè moriens confirmauit in cerebri ſui effuſione, & ſanguine proprio rubricauit. Subiungit aduerſarius manifeſtiſſimam impoſturam.

Pag. 338

Alius locus Bleſenſis inutiliter à Mornæo allatus

Martyr iſte (inquit) *pro Pontificis authoritate propriè paſſus, qui ſi audiatur Petrus Bleſenſis, Phariſæorum exemplo eius ſepulcrum deaurat, vt Eccleſiam plauſabiliùs expilet.* Pag. 339

NEc enim vſquàm hoc ſcripſit Bleſenſis, ſed iſte non minus hoſtis eſt gloriæ Martyrum, quam quondam impius ille Vigilantius.

Quartum locum citat ex eodem: ſiquidem ille ſcripſit Canonem Epiſcopalem ſeu tractatum de inſtitutione Epiſcopi, quem inſcripſit Ioanni VVigornienſi Epiſcopo; vbi inquit Mornæus.

Non omittendum, quos locos Eccleſia Romana ad Pontificem coarctat, eũ ad omnes omninò Epiſcopos extẽdere. Pag. 339

SIquidem eum hæredem, & villicum Chriſti appellat, & Vicarium Petri vocat. Sed facile reſpondetur, etſi illi, vt omnibus Epiſcopis, doceat demandatam eſſe curam animarum; non tamen negare differentiam eſſe inter Epiſcopos. Quis enim negat, omnes legatione fungi pro Chriſto? ſed cœteri aſſumpti ſunt in partem ſolicitudinis, Pontifex verò in plenitudinem poteſtatis: Et hæc ſcribit inter cœtera eo loci de Pontifice Romano. *Ille ſeruorum ſeruum ſe reputat, qui tenet Eccleſiæ principatum.* Ex his locis, quid de Eccleſia Romana, eiuſque Pontifice ſentiret, iudicare procliue. Quod vero ſubiungit Mornæus,

Omnibus Epiſcopis demandata cura animarum non tamen ſine ipſorũ differentia

Mornæi calumnia in Rom. Pont.

Quod tunc omnem ſæcularem poteſtatem violenter ad ſe contrahebat. Pag. 339

CAlumnia eſt: nam certè Pontifices à tyrannide aliquando Imperatorum ſuam poteſtatem, iuraque aſſeruere, non tamen vnquam leguntur ſæcularem poteſtatem ad ſe contraxiſſe, vel Regum, aut Magiſtratuum deprimere voluiſſe. Non ignorabat Mornæus, apud Petrũ Bleſenſem, cuius loca proferebat, multa eſſe, quæ Romani Pontificis poteſtatem, & primatum oſtenderent; ſed,

Ad ſæculi (inquit) *tyrannidem interdum ſtilum adtemperare cogebatur.* Pag. 339

SEd vnde, aut à quibus cogebatur? quo teſtimonio, argumentovè nobis id perſuadeat?

nugæ

nugæ itaque iſtius ſunt magis ridendæ, quàm à nobis confutandæ. Mornæus.

Pag. 339 *Ad Innocentium tertium veniamus.*

Anno 1198. Innocētius 3. Cœleſtini ſucceſſor.

ANno 1198. 6. Idus Ianuarij Cœleſtinus Pôtifex è vita migrauit, in eius locum autem ſuffectus eſt Romanus Pontifex Lotharius Diaconus Cardinalis SS. Sergij, & Bacchi, Patria Anagninus ex Comitibus Signiæ, doctrina, & pietate inſignis, dictuſquè Innocentius tertius. Iſte tunc erat inter Cardinales Iunior, Pontificatu tamen, ſi quis alius, digniſſimus, vtpote ſanctitate, & doctrina perſpicuus, qui tamen non effugit Aduerſarij calumnias. à quibus nobis eſt vindicandus. Citat locum Abbatis Vrſpergenſis de eius auſpicijs, quòd dixerit ipſe Pontifex.

Pag. 339 *Quoniam Philippo diadema Regium ablaturus erat, vel ipſe ſibi Papa inſigne Apoſtolicum.*

SEd quorſum hunc locum citat, vel quid cauſam eius promouet? nec enim id aſſerit Vrſpergenſis, ſed ex relatione aliorum id accepit. Et ſubijcit citatus author;

Cæterum quamuis non ſit credendum, quod voluntatem ſuam diuinæ voluntati prætulerit; conſtat tamen, quia omni tēpore aduerſabatur eidē.

Vrſpergenſis Innocentio 3. infeſtus.

NOn mirum, ſi Innocentio tertio infeſtus eſt Vrſpergenſis; ſiquidē fouebat partes Philippi, quem reiecerat Innocentius, prælato illi, & coronato Othone Saxoniæ Duce. Vnde verò Vrſpergenſi conſtabat, in hoc Pontificem voluntatem ſuam præferre voluntati diuinæ? An Propheta erat, & diuinæ voluntatis interpres? Mornæus.

Pag. 339 *Et notat, Innocentium Sedis Apoſtolicæ authoritatem ideò Philippo oppoſuiſſe; vt genus Regiū deperiret. Auentinus vero cognatas acies colliſiſſe.*

Auētinus nullam meretur fidē.

SIc habet Auentinus: *Spectante, & concitante Romano Sacerdote; Philippus, & Otho cognatas acies committunt.* Sed nec Auentinus, cum ſit author ab Eccleſia prohibitus, vllam apud nos fidem meretur, præſertim cùm de Pontificibus agitur; namque ſi fauebat Pontifex Othoni, aſpirante Philippo ad Imperium; non tamen bellorum inter eos incentor dicendus eſt: non enim illi deerat ratio, cur Othonem præferret, qui etiā per eos, ad quos ſpectat, videbatur legitimè electus, qui & Pontifici per literas Othonis electionem inſinuarunt, & eundem rogauerunt, vt probaret, authoritateque ſua confirmaret; vt tradit Arnoldus Lubecenſis lib. 6. Chron. Slauorum cap. 1. Quod de quæſtu Romanæ curiæ citat ex Vrſpergenſi, eidem opponimus S. Antoninum, 6. Chron. tit. 18. cap. 5. & alios fide dignos authores. qui teſtantur, Innocentium tertium exoſam habuiſſe venalitatem, & auaritiam, tanquàm malorum omnium radicem, & vt eam a Romana curia penitùs profligaret, mox edictum propoſuit, ne quis Officialium ſuæ curiæ quidquam à quoquam acciperet, præter Apoſtolicorum diplomatum ſcriptores, quibus tamen certum præſcripſit modum, diſtrictè ſingulis præcipiens, vt ſinguli officium ſuum gratis impenderent. Etſi igitur litigioſæ eſſent Eccleſiæ in Germania, & Romam deducerētur ipſæ cauſæ; non ita tamen ſub Innocentio 3. venalis erat Curia Romana, aut auaritia laborabat, vt ſcribit Vrſpergenſis.

Innocētius 3. venalitatis, & auaritia inimicus.

De Legato in Palæſtinam miſſo ab Alexādro 3.

Regreditur ad Alexandrum tertium à quo miſſus in Palæſtinam Legatus Ioannes, vir admodum literatus, Romanæ Eccleſiæ presbyter, & Cardinalis tit. SS. Ioannis, & Pauli: & cum occaſione ſchiſmatis inter Alexandrum tertium, & Octauium, dictum Victorem, Orientales etiā diuiſi eſſent, alijs Domino Papæ, alijs oppoſitæ parti fauentibus, Rex Hieroſolymitanus in ea erat ſententia, neminem eorum eſſe ſuſcipiendum, quod ſchiſma recens eſſet, & nondum orbi innotuiſſet, vter eorum cauſam foueret potiorem: pernicioſum autem eſſe in re dubia ſibi partem ex ſententia diligere, & in re incerta deſinitiuam præcipitare ſententiam, neque Legato opus eſſe in Regno qui Eccleſias, & Monaſteria grauet impenſis, extorſionibus attenuet. Hęc Gulielmus Tyrius lib. 18. cap. 29. Sed quid per hoc conſequitur Mornæus: nam illorum præualuit ſententia, vt ibidem refert Tyrius, qui Legatum recipiēdum eſſe aſſerebant. Deinde: Rex & Prælati illi, qui cum illo erant, & idem ſentiebant, non dubitant de Primatu, & authoritate Romani Pontificis in Eccleſias Orientales; ſed cum eſſet ſchiſma in Eccleſia, quis habendus eſſet verus, & indubitatus Pontifex, ex propria ſententia ſibi definiendum non iudicarunt, ideoque Alexandri Legatum renuebant admittere.

Hieroſolymitani Regis ſententia, neque Alexādrū tertiumne que Octauium recipiendū pro Pontifice: & cur.

Rex tamen & quicum eo erāt, nō dubitabāt de primatu Romani Pont.

ANTIDOTVM

Contra progreſſum quinquageſimum.

Pag. 340 *Vt igitur bellum inter Philippum, & Othonem accendit Innocentius, huiuſquè contra illum partes ſuſcipit.*

Qui Othonem, qui Philippo adhæſerunt.

POſt mortē Imperatoris Henrici ſexti, Philippus frater eius, Dux Sueuiæ, & Otho Dux Saxoniæ, per contentionem Reges Romanorum ab alijs, atq; alijs Germaniæ Principibus electi ſunt. Othonis partem ſequebantur

Digitized by Google

tur Colonienſis Archiepiſcopus, & eius ſuffraganei, plureſque alij Germaniæ Epiſcopi. Dux item Louanienſis, Dux Limburgenſis, Comes Palatinus Rhæni, & Lantgrauius Thuringiæ: Philippo cœteri Principes adhærebant & Rex Galliarum fędus cum Philippo pepigit, eò quòd intellexiſſet, Anglorum Regem fauere Othoni.

Innocētius tertius approbat Othonis electionē, multiſq; mandat, vt eū ſequantur

Pontifex Innocentius 3. Othonis electionem approbauit, & eum Imperio digniſſimum iudicauit atque *dilectum filium ſuum* vocauit, miſſiſq; Epiſtolis omnibus Prælatis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus regalia tenētibus, vt Othonem ſequerentur, mandauit. Verum inde multa mala conſurgunt, dum Principum multi ſententiam Pontificis non probant, ſed Philippi cauſam obſtinatè tuentur.

Multi Prīcipes Innocentij ſententiam nō probant.

At cum Philippus non multò poſt anno, 1208. ab Othone Comite Palatino Vuitelsbach Bambergæ miſerè interfectus fuiſſet, omnes Principes Imperij in electionem Othonis conſenſere, atque ille Romæ in Eccleſia maiori S. Petri Apoſtoli ab ipſo Innocentio Papa in Imperatorem coronatur anno 1209.

Mortuo tamen Philippo probans & Otho coronatur.

Pag. 340

Adolphus meritò depoſitus, & excommunicatus.

Quod de Adolpho Colonienſi Archiepiſcopo ſcribit aduerſarius, eum ab Innocentio depoſitum, & anathemate percuſſum, id merito quidē: nam Adolphus ille omnium primus Othonem elegerat, deinde inunxerat in Regem, & à Pontifice poſtulauerat, vt electionem illam ſua authoritate confirmaret, eiquè obedientiam præſtiterat; poſtea verò muneribus, & promiſſis à Philippo allectus, Sacramentum, quod dudum Othoni fecerat, paruipendens, periurium, & excommunicationem Papæ non metuens, ipſi Philippo iuramentum fidelitatis præſtitit, & Aquiſgrani eum, vna cum Maria vxore, Imperatoris Conſtantinopolitani, filia, magna cum ſolemnitate vnxit & coronauit. Hac de cauſa igitur à Siphrido Archiepiſcopo Moguntino, & Cameracenſi Antiſtite, à Sede Apoſtolica Commiſſarijs, & iudicibus conſtitutis, excommunicatus à Papa publicè denunciatur Coloniæ, & niſi infra menſem ab hac denuntiatione facta ſe Romam conferret, officio deſtitueretur, & alius in eius locum eligeretur Antiſtes. Adolpho in ſua pertinacia perſiſtente, Pontificiſque cenſuras contemnente, Canonici, vt mandatis Apoſtolicis obſequerentur, Brunonem Colonienſem Archiepiſcopum elegerunt, qui poſtea à Philippo captus, & in vincula coniectus ab eodem liberatus eſt, & Romam ire permiſſus, & inde Coloniam rediens à populo, & Clero Colonienſi cum maximo gaudio ſuſcipitur, & Adolphus olim Archiepiſcopus ad eum veniens, illi obediētiam iuxta mandatum Apoſtolicum promiſit.

Canonici Brunonem in Archiepiſcopum eligunt.

Adolphus obedientiā promittit.

Rom. Pontificis authoritas quanta fuerit hac in re apparet

Qua in re perſpicuè cernitur, quanta fuerit Pontificis authoritas: ſiquidem illi ſtatim obtemperatum à Canonicis alium eligentibus: Clerus, Populuſque probauit eius ſententiam in depoſitione Adolphi: Philippus ille, cuius cauſa anathemate notatus, & è ſua dignitate eiectus fuerat, Adolphus ipſe etiam Pontificis authoritati cedere coactus: & Pontificis in ſe ſententiam ipſemet Adolphus poſtea probauit, cum ab excommunicatione ſolutus, ad examen Sedis Apoſtolicæ pro ſatisfactione ſe contulit, & obedientiam Brunoni iuxta mandatum Apoſtolicum promiſit. Nauclerus generat. 41. anno 1207. Adolphum ſugillans. *Proh Principum, & Curialium* (inquit) *hac eſt ſpes mercedis potiundæ, hoc mercantur, qui Principum malefactis dulciter blandientes, quidquid audent, laudant, atque bonum malum, & malum bonum dicunt; non verentes, animam Stigijs in aquis præfocari, dummodo temporales cum auri, argenti, & cæteris muneribus honores conſequantur, etſi Reſpublica in perditionem, & ad nihilum redigatur.* Quod ſcribit.

Adolphus à Nauclero reprahēſus.

Innocentium, vt Philippum prælio victorem intelligit, quin & pluribus certaminibus inferiorem, Othonem, ex incendiario pacis arbitrium euaſiſſe, eoque Hugolini Hoſtienſis Epiſcopi, & Leonis Cardinalis titulo S. Crucis, operam adhibuiſſe. Pag. 340

INnocentium incendiarium fuiſſe calumniatur Mornæus; quod pacis arbiter fuerit, certè ab ipſiſmet Germaniæ Principibus conſtitutus. Siquidem Regni aduerſitatibus, ac Regum diſcordia fatigati, communi inter ſe habito conſilio, Philippo ipſo annuente, Legatos ad Romanum Pontificem miſerunt, vt pacem inter Philippum, & Othonem conciliaret. Miſſi igitur duo Cardinales ad reformandam pacem, Hugo, ſcilicet Hoſtienſis Epiſcopus, & Leo Presbyter tit. S. Crucis: conuentus Principum Auguſtæ à Philippo coactus, *vbi multa de pace, & compoſitione Regum tractata ſunt* (ſcribit Trithemius ad annum 1207.) *Sed nihil fuit concluſum, quia ad examen Sedis Apoſtolicæ omnia media pacis erant præferenda.*

Innocētius non incendiarius, vt Mornæus calumniatur, ſed arbiter pacis fuit, à Principibus Germaniæ cōſtitutus.

Quod autem ſcribit Nauclerus, & hoc loco Mornæus, pacem his conditionibus eſſe compoſitam, vt Philippi filia, Othoni deſponſaretur, ipſeque Otho, quandiu viueret Philippus, Regni titulum ei cederet, ſucceſſurus, ſi eidem ſuperſtes in vita maneret, poſtea ſecutum fuiſſe oportet. Scribunt tamen Otho de S. Blaſio in Append. ad Othonem Phriſingenſem cap. 50. & Arnoldus Lubecenſis lib. 6. Chron. Slauorum cap. 14. tum, cum Bambergæ cæſus eſt ab Othone Palatino Philippus, eum, iam ſubiectis ſibi penè omnibus Othonis fautoribus, ipſum poſtremò perſequi deliberaſſe: vnde conſtat, aut pacem inter eos non fuiſſe compoſitam, aut certè poſtea a Philippo turbatam: & quod tum ſublatus è medio fuerit Philippus, diuina miſericordia factum eſſe, ſcribit Arnoldus: *Deus miſerator, & miſericors* (inquit) *motus de diuina concuſſione eccleſiæ, quam peccatis exigentibus exceperat, vel etiam tactus ſuſpirijs, & precibus ſuorum fidelium, his cladibus finem facere dignatus eſt hoc modo.* Et ſubijcit cædem ipſius Philippi, quomodo, & qua occaſione illi ſit illata.

De conditionibus pacis inter Othonem, & Philippum antea ita ſe habuerit.

Philippum diuina miſericordia è medio ſublatum eſſe ſet Arnoldus Lubecens.

Proſequitur aduerſarius.

Notat Vrſpergenſis, Innocentium legitimam Luitpoldi Epiſcopi Moguntini Pag. 340

Digitized by Google

tini electionem, in odium Philippi irritam feciſſe, quod in capite, Bonæ memoriæ, Ext. de Electis adhuc legitur; non iudicium facientem (inquit) *ſed iniuriam.*

VErum Vrſpergenſis vbique ſe oſtendit partis Henrici ſtudioſum, & Pontificis aduerſarium: hoc itaque in negotio parum habet apud nos authoritatis. Deinde Luitpoldus ille erat Epiſcopus VVormatienſis, itaque cum propriæ alligatus eſſet Eccleſiæ, ad aliam tranſitum facere non poterat, ſicquè non eligendus, ſed poſtulandus erat, & ſolius eſt Papæ electos, & confirmatos Epiſcopos de vna Eccleſia transferre in aliam, non poterat igitur eſſe legitima electio Luitpoldi Epiſcopi VVormatienſis in Archiepiſcopum Moguntinum, & prout legitur in dicto capite, *Bonæ memoriæ*. Poſtulationem factam Legatus Apoſtolicæ Sedis meritò irritam nunciauit, & poſtulationis caſſationem ratam habuit Pontifex. Addo, indignum fuiſſe, qui vel eligeretur, vel poſtularetur in Archiepiſcopum Moguntinum, prout de eo ſcribunt authores longè fide digniores Vrſpergenſi. Cęſarius Heiſterbachenſis lib 2. cap. 9. *In Vuormatia* (inquit) *ante paucos annos quidã Epiſcopus fuit nomine Luitpoldus, ſolo quidem nomine Epiſcopus, opere autem Tyrannus vaniſſimus, nihil habens in ſe pietatis, nihil religioſitatis.* Ac Paulò poſt: *Luitpoldus iſte ità Diabolus erat, vt tempore ſchiſmatis, quod erat inter duos Reges, Othonem ſcilicet, & Philippum, cum ſibi vſurpaſſet Epiſcopatum Maguntinenſem, eiuſdem Philippi authoritate: & multis intereſſet bellis, non parceret Eccleſijs, non cameterijs: & cùm milites ſui ei dicerent: Domine, non licet nobis ſpoliare cameteria, reſpondit; Si oſſa mortuorum tollitis, tunc primũ cameteria ſpoliatis. Qui cum eſſet priuatùs ab officio, & beneficio ab Innocentio Papa, propter eam inuaſionem dicti Epiſcopatus, auxilio Philippi fretus, collecto exercitu, profectus eſt in Italiam, ipſum Papam debellare, quem etiam (quod dictu horribile eſt) diuerſis locis candelis ardentibus excommunicauit.* Et Trithemius in Chronico ad annum 1203. & 1208. eum, vt militem, pugnaſſe, ſpoliaſſe pauperes, & neque Monaſterijs, neque Eccleſijs pepercisſe, ſcribit, quia homo ſceleratus erat. En igitur qui dignus Epiſcopatu, cuius legitima electio, & cui non iudicium, ſed iniuriam, Vrſpergenſis iudicio, & Mornæi, Papa fecerit. Mornæus.

Luitpoldi electio in Archiep. Moguntinum illegitima.

Luitpoldus tali electione, vel etiam poſtulatione indignus, ob ſuã perfidiam.

Pag. 341 *Verùm iuuat videre, Otho, quem contra Philippum tutatus erat, cùm Imperij iura ſibi aſſerit, nùm Innocentium magis propitium experiatur.*

EXcommunicatus, & depoſitus eſt de Imperio ab Innocentio tertio, à quo prius in Imperatorem coronatus fuerat, non quòd Imperij ſibi iura aſſereret (vt fingit aduerſarius) ſed quòd cum iuramentum præſtitiſſet, ſe Ditiones, & Oppida Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ ſui anteceſſores vſque ad id temporis occupauerant, reſtituturum, non ſano vſus conſilio rupit fœdus iuramenti, quod cum Papa inierat, occupando ſibi bona Eccleſiæ, quin & Apuliam, & Calabriam, quas poſſidebat Fridericus, qui Pontificis tutelæ commiſſus erat, ſibi ſubijciendo: cumquè ſæpius fuiſſet admonitus à Pontifice, ac eius mandata paruipenderet, excommunicationis primùm, deinde depriuationis in eum lata ſententia, ac Siphrido Moguntino Archiepiſcopo iniunctum, vt per totam Alemaniam eum excõmunicatum, & ab Imperio depoſitum denunciaret, quod & fecit; qui cum Archiepiſcopum perſequens, nec de abſolutione petenda, neque de tranſactione ineunda quidquam curaret, quem primùm in omnibus fouerat, & in Imperium ſublimauerat Pontifex; Fridericum ex Sicilia euocatum in Germaniam miſit, omnibus Imperij Principibus mandans, vt eum in Imperatorem ſuſciperent. Dum autem Otho cum exercitu occurrit Friderico, à ſuis derelictus, loco cedere, & in Saxoniam ſecedere coactus eſt; Fridericus vero ab omnibus, tanquam Rex, in conuentu Principum Aquiſgrani habito ſuſcipitur. Hęc Antoninus, Nauclerus Krantzius Blondus in Decade ſecunda. *Otho* (inquit) *cum ab Innocentio coronam ſuſcepiſſet Imperij poſtea, eò quòd, contra iuſiurandi religionem, multa Oppida Romanæ Eccleſiæ occuparet, Regnum quoque Neapolitanum legitimo hæredi auferre cuperet, à Pontifice, poſt multas admonitiones, excommunicatus, Imperij etiam titulis priuatur: Vnde Rex Bohemiæ, Lantgrauius Turingiæ, Dux Auſtriæ, Archiepiſcopi Moguntinus, & Treuerenſis, & ex militibus præſtantiores quique Othonem deſeruerunt.* Sanderus lib. 7. de viſib. Monarch Eccleſiæ num. 916. *Quod ſi manus Dei Pontificis Romani ſententiam, & in euehendo, & in deturbando eodem Othone, apertè confirmauit: quis eſt, qui neget, Eccleſiæ Romanæ primatum non modò Euangeliorum authoritate, & Patrum aſſenſione, verùm etiam rerum ipſarum, & factorum pulchrè euentu ſtabilitum, & conteſtatum eſſe?* Nec dubium, Othoni, ex contemptu Romani Pontificijs, & cenſuræ Eccleſiaſticæ, infœliciter deinceps omnia ceſſiſſe. Scribit Krantzius Saxoniæ lib 7. cap. 35. quod cum eximio apparatu bellum gereret cõtra Philippum Auguſtum, Regem Franciæ, vna cum Rege Angliæ, & Comite Flandriæ, Rex ipſe Franciæ conuerſus ad ſuos ait: *Otho contumax Eccleſiæ iram Dei meritò ſuper ſe contremiſcit; nos etſi peccatores, Eccleſiæ tamen paremus. Quocirca eius auxilium ab alto benè ſperantes præſtolamur:* Et ibidem Krantzius. *Othoni hoc contigiſſe infortunatum bellum quis non videt, ob contumeliam in Romanam Eccleſiam?* Poſt: *Otho Imperator in Saxoniam reuerſus, ſibi ſæpè indignatus, quod conſilium ſumpſerit oppugnandæ Romanæ Eccleſiæ.* Polydorus Virgilius lib. 15. hiſt. Angl. in Ioanne: *Creditum eſt* (inquit) *Othonem Imperatorem, Ferdinandum Flandriæ, Reginaldum Boloniæ, & Gulielmum Sariſberienſem Comites apud Buuinum Pontem eo infeliciter dimicaſſe, quia ab Innocentio iampridem, vt Dei, ac legum nihil metuentes, impij iudicati, & ex Chriſtianorum cœtu*

eiecti

Cur Othò (contra figmentum Mornai) ab Innocẽtio fuerit excommu.

nicatus, & de Imperio depoſitus.

Fridericus de mandato Innocentij ſuſceptus in Imperatorem.

Philippi Regis Frãcię de Othone, tùm cõtumaci Eccleſiæ.

Quod Otho malè pugnauerit, id mul tis in excõmunicatio nem retulerunt.

electi fuiſſent. Iuſtam igitur fuiſſe ſententiam in Othonem, & Philippus Rex Franciæ, & Principes illi Imperij cognouerunt, qui etſi prius illi iuramentum fidelitatis præſtitiſſent; poſtea tamen, ad nutum Pontificis omnes ab eo defecerunt, & in eius locum Fridericum, in Imperatorem elegerunt. Ex Blondo citat aduerſarius duas huius Pontificis leges; Vnam,

Othonis excommunicationem fuiſſe iuſtã Rex Franciæ, & alij cognouerunt.

Pag. 341 *Quoties orbis Principes alter in alterum deliquerent, correctionem ad Romanum Pontificem ſpectare, quæ in cauſa* (inquit) *Regum Franciæ, & Angliæ, inter ſe diſſidentium, lata, Decretalibus poſtea inſerta eſt:*

HAbetur hæc lex ext. de Iudicijs cap. *Nouit*. Quid verò habet, quod repræhendat in hac lege? *Non putet aliquis* (inquit) *quod iuriſdictionem Illuſtris Regis Francorum perturbare, aut minuere intendamus, cum ipſe iuriſdictionem noſtrã nec velit, nec debeat impedire; ſed cum Dominus dicat in Euangelio: Si peccauerit in te frater tuus; vade, & corripe eum, inter te, & ipſum ſolum; ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum: ſi te non audierit, adhibe tecum vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum: Quod ſi non audierit, dic Eccleſiæ, ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus; & Rex Angliæ ſit paratus ſufficienter oſtendere, quod Rex Frãcorum peccat in ipſum, & ipſe circa eum in correctione proceſſit ſecundum regulam Euangelicam, & tandem quia nullo modo profecit, dixit Eccleſiæ, quomodo nos, qui ſumus ad regimen vniuerſalis Eccleſiæ ſuperna diſpoſitione vocati, mandatum diuinum poſſumus non exaudire, vt non procedamus ſecundùm formam ipſius, niſi forſitan ipſe coram nobis, vel Legato noſtro ſufficientem in contrarium rationem oſtendat? Non enim intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipſum ſpectat iudicium, niſi forte iuri communi per ſpeciale priuilegium, vel contrariam conſuetudinem aliquid ſit detractum, ſed decernere de peccato, cuius ad nos pertinet ſine dubitatione cenſura, quam in quemlibet exercere poſſumus, & debemus*, An igitur ius ſibi aliquod Regis arrogabat Pontifex: annon lex eius legi Chriſti maximè cõſentanea eſt? Iudicium de peccato ſpirituale eſt, quẽadmodũ de feudo tẽporale. Proſequitur ibidem Innocentius: *Cum non humanæ, ſed diuinæ innitamur potius conſtitutioni, quia poteſtas noſtra non eſt ex homine, ſed ex Deo; nullus, qui ſit ſanæ mentis, ignorat, quin ad officium noſtrum ſpectet de quocunque peccato mortali corripere quemlibet Chriſtianum, & ſi correptionem contempſerit, per diſtrictionem Eccleſiaſticam coercere. Sed fortaſſe dicetur, quod aliter cum Regibus, & aliter eſt agẽdum cum alijs. Cæterùm nouimus ſcriptam in lege Diuina*, Deuter. 8. *Ita magnum iudicabis, vt paruũ, nec erit apud te acceptio perſonarum*. Certè Reges ipſi ſubditi erant legi Euangelicæ, & poterat peccaſſe Rex Franciæ contra Regem Angliæ, & correptionem contempſiſſe: & quærimonias detulerat ad Pontificem Rex Angliæ contra Regem Franciæ: an igitur iuſtæ eſſent, necnè, erat Summi Pontificis iudicare, quem audire Rex ipſe, vt Chriſtianus, tenebatur: Et infra: *Poſtremò cùm inter Reges ipſos reformata fuerint pacis fœdera, & vtrinque præſtito proprio iuramento firmata, quæ tamen vſque ad tempus prætaxatum ſeruata non fuerint, nunquid non poterimus de iuramenti religione cognoſcere? quod ad iudicium Eccleſiæ non eſt dubium pertinere, vt rupta pacis fœdera reformẽtur.* Quid igitur habet Aduerſarius quod tanto Pontifici, & legi, præcepto Domini adeò conſentaneę opponat? *Si peccauerit in te frater tuus* (ait Chriſtus dominus Math. 18.) *vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum: ſi te non audierit, adhibe tecum duos teſtes: ſi eos non audierit, dic Eccleſiæ: ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus*: Annon & fratris nomine, cuius ſalus cuilibet curæ eſſe debet, & cui correptionem impendere debemus; Rex, qui Chriſtianus eſt, intelligitur? Eccleſiæ verò nomine, quam ſi non audierit, Ethnicus ſit, & publicanus, haud dubiè Prælatos Eccleſiæ intelligere debemus, quibus poſtea à Chriſto dicitur, Ioan. 20. *Quodcunque ligaueritis ſuper terram, erit ligatum & in cælis*, qui ſunt Apoſtoli, & qui in locum eorum ſucceſſerunt, & qui Eccleſiæ gubernatores ſunt, & totam Eccleſiam repręſentant, Eccleſia vocantur, vt D. Chryſoſtomus homil. 32. in epiſt. 1. ad Corinth. Et Euthymius in cap. 38. Matth. monuerunt: quemadmodum & Magiſtratus, qui Remp. publicam gerunt, Reſpublica vocantur: & quod ab illis fit à Republica factum eſſe dicitur. Innocentius igitur Pontifex, ſuo munere fungebatur, & ſaluti Regis conſulebat. Et hæc de prima lege.

Innocentij lex de Principũ inter ſe offenſis à Pontifice corrigẽdis.

Conſentanea Legi Chriſti.

Gubernatores Eccleſiæ dicti Eccleſia.

Alteram; quod, data paritate vocum eligentium, nec accedente maiori concordia, Papa poteſt gratificari, cui vult. Pag. 341

HAbetur hæc lex ext. de Elect. cap. *Venerabilem*. & iuſtiſſima quidem; cùm Imperium Romanum Pontificis authoritate in Germaniã tranſlatum ſit; & eius ſit electum à Principibus Imperatorem examinare, approbare, vngere, conſecrare, & coronare: &, vt ibidem habet Pontifex, cùm Lotharius, & Corradus in diſcordia fuiſſent, electi Romanus Pontifex Lotharium coronauit, & Imperiũ obtinuit coronatus, Corrado tunc demum ad eius gratiam redeunte; vt non modo rationibus, ſed exemplis lex nitatur.

Eiuſdẽ lex quoad electionem Imperatoris, iuſtiſſima.

Innocentius III. fuit doctiſſimus, qui multa ſcripſit vtiliſſima, & pietatis, ac doctrinæ plena. Aduerſario viſum eſt aliquot citare loca ex eius libris.

Qui, hoc myſterium (inquit) *quantum promouerint, faciunt fidem.* Pag. 344

PRimum locum citat ex Sermone primo in feſto Sancti Sylueſtri.

Romanus Pontifex in ſignum Imperij vtitur regno, in ſignum Pontificij,

Digitized by Google

mitra: ſed mitra ſemper, & vbique vtitur, regno verò nec vbique, nec ſemper quia Pontificalis authoritas; & prior eſt, & dignior, & diffuſior, quã Imperialis &c. Petro ſingulariter dixit: Tu vocaberis Cephas, hoc eſt caput, in quo ſenſuũ plenitudo cõſiſtit.

Suppreſſa à Mornæo. *QVia cum cæteri vocati ſint in partem ſolicitudinis, ſolus Petrus aſſumptus in plenitudinem poteſtatis.* Hæc ſuppreſſerat Mornæus, ſicuti & illa ſuperiora: *Petro fuit dictum à Domino, & in Petro ſucceſſoribus Petri: Tibi dabo claues Regni Cælorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Nihil exclusit, qui dixit:* quodcũque; *propter quod alibi dixit: Paſce oues meas, non diſtinguens inter has oues, & illas; vt oſtenderet, ad oues ſuas minime pertinere, qui Petrum recuſat habere paſtorem.* At Mornæus.

Pag. 342. *Quis, rogo, vnquàm talem Theologiam audiuit.*

Innocentij Theologia qualis ſit. SEd nos reſpondemus, quod talis Theologia non auditur in ſcholis Caluiniſtarum: vt neque virtus definitur in ſcholis Epicureorum. Sed rogo, hæc Theologia nonne è ſacro Euangelio depromitur? nonne Chriſtianus orbis hactenus cognouit Romanum Pontificem illius eſſe Vicarium, qui in Apocalypſi cap. 19. vocatur, *Rex Regum, & Dominus Dominantium*. Et pſal. 109. *Sacerdos in æternum ſecundum Melchiſedech:* vt poſſit ſpiritualiter intelligi dictum ad ipſum, & ad ſucceſſores ipſius, quod ait B. Petrus Apoſtolus, primus, & præcipuus prædeceſſor ipſorum. *Vos eſtis genus electum, Regale Sacerdotium:* Petri 2. *hos enim elegit Dominus, vt eſſent Sacerdotes, & Reges*. Et hanc Theologiam certè (vt Hieronymi verbis vtar) *doctus Plato neſciuit, & eloquens Demoſthenes ignorauit*. Non mirum igitur, ſi infidelis Mornęus, myſteriorumq́; noſtrę ſacræ religionis rudis, hanc omninò ignoret. Subiungit aduerſarius.

En verò tibi adhuc peiorem.

Pag. 342. ET ſubijcit alterum locum ex eiuſdem Innocentij 3. Sermone 2. in feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli.

Altitudo maris iſtius, de qua Chriſtus (inquit ad Petrum;) *Duc in altum, eſt Roma, quæ Primatum, & Principatum ſuper vniuerſum ſæculum obtinebat, & obtinet; quaſi diceret; Vade Romam, & te cum tuis transfer ad Vrbem.*

VBi Mornæus hæc verba ſuppreſſerat; *quam in tantum diuina dignatio voluit exaltare, vt cùm tempore paganitatis ſola dominium ſuper omnes gentiles habuerit, Chriſtianitatis tempore ſola magiſterium ſuper fideles habeat vniuerſos. Dignum ergo Deus prouidit, & congruum: ſed & congruum prouidit & dignum, vt ille, qui Princeps erat Eccleſiæ, ſedem conſtitueret apud vrbem, quæ tenebat ſæculi Principatum.* Quomodo verò Theologia iſta peior eſt? nonne verum eſt Romam antiquitùs obtinuiſſe principatum orbis? Romanum Imperium apud Danielem ſignificatur per ferrum, quod comminuit, & domat omnia: item per quartam illam beſtiam, quæ erat terribilis, & mirabilis, & fortiſſimus, dentes ferreos habens, comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcans: nonne & Romana Eccleſia caput eſt, & magiſtra omnium Eccleſiarum, quam omnes vndique Patres, & ſacra Concilia in rebus fidei controuerſis conſuluerunt? Hæc ibidem ſubiungit Innocentius; *Ecce liquido patet, quantũ Deus iſtã Vrbẽ dilexerit, vt eadem eſſet & Sacerdotalis, & Regia, Imperialis, & Apoſtolica, obtinens, & exercens non ſolum dominium ſuper corpora, ſed etiam Magiſterium ſuper animas. Longè nunc maior, & dignior poteſtate diuina, quàm tunc erat poteſtate terrena, per illam habens claues Regni cælorum, per iſtam orbis terrarum regens habenas*. Diſrumpatur, & inſaniat Mornæus: hæc Theologia eſt veriſſima, quam omnes portæ inferi expugnare nunquam poterunt.

Tertium locum Innocentij profert ex Sermone 3. in conſecratione Pontificis.

Eccleſia Romana debitum reuerentiæ nulli prorſus impendat, niſi Romano Pontifici, qui poſt Deum alium ſuperiorem non habet. Pag. 342.

NAm certè nunquàm Chriſtianus Princeps ſibi iudicium in Romanum Pontificem arrogauit: ipſe omnes iudicat, & a nemine iudicatur: atque de hoc diſputare prolixiùs ſuperuacaneum foret. Sed proſequitur aduerſarius.

Quin & riualem iam Chriſti habes.

Hæc producit ex eodem ſermone.

Pontifex Romanus ſponſam habet Romanam Eccleſiam, quæ tamen Eccleſias ſibi ſubiectas introducit ad ipſum. Subiungit Mornæus; *Et hic primus, quod ſciam, thalamum Chriſti inuadere, ſponſum ſe Eccleſiæ profiteri auſus; Verùm & incommunicabilem Domini titulum ſibi rapiẽs, qui veræ Eccleſiæ ſolus, & verus ſponſus, cum vera Eccleſia Romana eſſe non poſſit, ſi Papa eius ſponſus; non Papa etiam eius ſponſus, ſi Eccleſia Romana verè eſt ſponſa.* Pag. 342.

Et

ET citat locum S. Bernardi Epiſt. 237. ad Eugenium Papam, vbi eum monet, ne ſe ſponſum Eccleſiæ vocet, aut exiſtimet; ſed ſponſi amicum, & quod abſurdum videtur, vt Vicarius Regis, Reginæ ſponſus dicatur: hoc ſubtile eſt Mornæi argumentum, cui reſpondet doctiſſimè, (vt in omnibus ſolet,) Bellarminus, lib. 2. de Romano Pontifice cap. 31. quòd ſicut Papa dicitur caput, Rector, Paſtor Eccleſiæ, loco Chriſti, ita etiam dicitur ſponſus, loco Chriſti, ſiuè vt Chriſti Vicarius, & miniſter; nàm verus, & principalis ſponſus Chriſtus eſt, vt dicitur Ioan. 3. ipſe enim Eccleſiam ſpiritu ſuo fœcundat, & ex eius ſolius ſemine, quod eſt verbum Dei, naſcuntur filij; Pontifices autem dicuntur ſponſi, quia cooperantur extrinſecùs in generatione filiorum, tanquàm miniſtri verbi, & Sacramentorum, & filios non ſibi, ſed Chriſto generant. Bernardus ergo ſolùm intendit admonere Pontificem, ne ſe principalem ſponſum arbitretur: & quamuis in carnali generatione abſurdum ſit Regem iuuari à Vicario, & vnam dici multorum ſponſam; tamē in ſpirituali nō eſt abſurdū. Mornæus,

Quomodo Pontifex Rom. dici poſſit ſponſus Eccleſiæ.

Pag. 342 *Hoccinè* (inquit) *Bellarmine, diſtinctiuncula principalis, aut ſubalterni ſponſi ſatis excuſatum putas?*

SEd hāc diſtinctionem, inſipide homo, ſatisnè tuis nugis euerti putas? An non lux mundi Chriſtus Ioan. 1. 8. 12.? An non & Apoſtoli lúx mundi. Math. 5.? An non fundamentum Eccleſiæ Chriſtus, præter quod nemo aliud ponere poteſt 1. Corinth. 3.? An non & fundamenta duodecim Apoſtoli Apocalyp. 21.? Sic ſponſus Chriſtus, ſponſus & Romanus Pontifex: immò quilibet Epiſcopus eſt ſponſus Eccleſiæ ſuæ, qui anulum ideò geſtat, quia matrimonium quoddā ſpirituale contrahitur inter Epiſcopum, & Eccleſiam. Proſequitur aduerſarius

Mornæus exemplis refellitur.

Quilibet Epiſcopus ſponſus quiſque ſuæ Eccleſiæ.

Pag. 342 *Mitto, quod duo luminaria à Deo in firmamento collocata,* ita explicat, *vt Pontificem ſoli, Imperatorē Lunæ comparet; nempe, qui Chriſti ipſius Regis Regum iura violare non veritus, terrenis Principibus minimè parſurum putemus.*

HÆc comparatio vtriuſque poteſtatis cum Sole, & Luna habetur apud Innocentium tertium Epiſtola, quam ſcribit ad Conſtantinopolitanum Imperatorem, quæ & refertur, Ext. de Maiorit. & obed. cap. Soluę: *Noſcere debueras, quod fecit Deus duo luminaria magna in firmamento: luminare maius, vt præeſſet diei: luminare autem minus, vt præeſſet nocti: vtrumque magnum, ſed alterum maius. Ad firmamentum igitur Cæli, hoc eſt Vniuerſalis Eccleſiæ, fecit Deus duo luminaria magna, id eſt duas inſtituit dignitates, quæ ſunt Pontificalis authoritas: & Regalis poteſtas. Sed illa, quæ præeſt diebus, id eſt Spiritualibus, maior eſt; quæ verò Carnalibus, minor, vt quanta eſt inter Solem, & Lunam, tanta inter Pontificem, & Regem differentia cognoſcatur.* Pontifex tùm iura terrenorum Principum violabat his verbis, quàm iura Chriſti, quando dicebat, ſe habere *ſponſum Romanam Eccleſiam.* Mornæus.

Pontificalis authoritas comparata Soli, Luna Regalis poteſtas.

Et verò ſpiritualis huius poteſtatis prætextu, eodem tempore temporale Regni Angliæ Dominium vſurpat; Exorta enim (inquit) *inter ſuffraganeos Archiepiſcopi Cantuarienſis Epiſcopos, & Monachos, de Archiepiſcopi eligendi iure, controuerſia, Monachis ad ſe tantùm eam pertinere contendentibus, Epiſcopis Monachos, ipſis inconſultis, eligere poſſe negantibus; vtrique cum Romam petiſſent; perſuadet Innocentius Monachorum procuratoribus, Stephanū de Langeton Cardinalem Presbyterum creaturam ſuam, vt loquuntur, eligant; proteſtantibuſque ipſis ſibi, inconſulto Rege, & ſuo conuentu, id non licere, anathema interminatus tandem peruincit, ac demùm pro eis contra Epiſcopos ſententiam fert; conuentui etiam, ni pareat, anathema ſignificans. Joannes igitur, qui tunc regnabat, grauiter commouetur, &c.* Pag. 342

NEgamus, tunc Innocentium ſibi temporale Regni Angliæ Dominium vſurpaſſe; ſiquidem Ioanni poſtea ſucceſſit in Regno Henricus tertius filius, & alij deinceps Reges, qui pari iure, & æquali authoritate cum Ioanne regnarunt: nec tunc primum Pontifici, ſed longè antea certè Regnū illud fuit ſubiectū. Nam Henricus ſecundus pater Ioannis ita ſcribebat ad Alexandrum tertium (extat epiſtola apud Petrum Bleſenſem 136.) *Veſtræ iuriſdictionis eſt Regnum Angliæ, & quantum ad feudatarij iuris obligationem, vobis duntaxat obnoxius teneor, & aſtringor.*

Innocētius non vſurpauit temporale DominiumRegni Angliæ.

Quantum ad controuerſiam de iure eligendi Archiepiſcopi Cantuarienſis, quam dicit exortam, inter ſuffraganeos Archiepiſcopi, & Monachos, Mornæus haud fideliter retulit hiſtoriam. Mortuo igitur Huberto Cantuarienſi Archiepiſcopo anno 1205. qui erat quartus Ioannis; Monachi Ciſtercienſis, inſcio Rege, Reginaldum illius Cęnobij Monachum in locum demortui Huberti ſubrogarunt, qui clam Regno egreſſus, Romam petit, acturus cum Innocentio Romano Pontifice, vt Monachorum legitimam electionem confirmaret. Hæc res multorum cùm malorum, tùm ſimultatum inter ipſum Romanum

De controuerſia inter ſuffraganeos Archiepiſcopi Cantuar. & Monachos hiſtoria quam fideliter non retulit Mornæus.

Digitized by Google

num Pontificem, & Regem Ioannem ſeminarium fuit. Nam cum Pontifex noluiſſet priùs electionem probare, quàm teſtimonio fide digno ſibi conſtaret, eam eſſe legitimam, eiuſmodi parua mora fecit, vt Monachi malum malo accumulauerint; nam cùm accepiſſent Reginaldum ipſius (velut illi arbitrabantur) culpa nondum eſſe Pontificis decreto Antiſtitem Cantuarienſem factum, vt nouo obſequio ſibi Regem iratum placarent, continuò rogarunt, vt de eius cõſilij ſententia ſibi liceret, Archiepiſcopum optare. Annuit Rex petitioni, ſimulque Monachos eſt hortatus, vt Ioannem Noruuicenſem Epiſcopum domeſticum ſuum, ac ſui familiaris Senatus caput, renuntiarent Archiepiſcopum; id quod Monachi, vt Principi gratificarentur, tanquàm immemores prioris electionis, quam pro nihilo iam non obſcurè habebant, vltrò fecerũt; atque Romam procuratores miſerunt, qui hanc ſecundam electionem à Pontifice probandam curarent. Romæ igitur ſub iudice lis erat de Cantuarienſi Archiepiſcopatu, inter Reginaldum, & Ioannem Noruuicenſem Epiſcopum mox electum; de quorum electione poſteaquàm Romanus Pontifex rectè cognouiſſet, vtramque irritam fecit; atque ſua authoritate egit, vt Monachi, qui hac cauſſa frequentes Romam venerant, poſtremò optauerint, Stephanum Longetanum D. Chryſogoni Cardinalem hominem etiam Anglum, virum probum, & doctiſſimum, quem ipſe poſtea Archiepiſcopum fecit. Quibus peractis, Põtifex Ioannem edocuit, rogauitque, vt Stephanum Cantuarienſem Archiepiſcopum rectè creatum, ob eius ingentes virtutes commendatum haberet.

Annon Pontificis erat iudicare, vera electio legitima eſſet, an verò vtraque improbanda? Et cum prius factam nondum improbaſſet, vel confirmaſſet Pontifex, non debebant ad aliam electionem Monachi procedere. Rectè igitur curauit tertium præferendum, meritis ſuperiorem, virum probitate, ac doctrina perſpicuum. Tulit tamen periniquo animo Rex repulſam Ioannis Noruuicenſis Epiſcopi, quem Cantuarienſem creandum curarat, ac vſque adeò iratus eſt, vt primo, publicatis omnibus bonis, in exilium eiecerit omnes Monachos, qui erant Cantuariæ, & qui Romam iuerant, Patriæ hoſtes decreuerit: Pontifici deinde per literas aculeorum, & expoſtulationum plenas reſponderit, ſe nunquàm paſſurum, vt Stephanus Cãtuarienſi Diœceſi præeſſet. Quæ vbi Pontifici nunciata ſunt, miratus, quòd Ioannes optimi viri electionem, hominis præſertim Angli non probaret, cæpit, vt bonus pater, crebris literis, ac nuncijs Regem monere, hortari, & rogare, vt abſtineret manum à rebus Sacris, eiectos Monachos reſtitueret, Antiſtitemq; Cãtuarienſem factum Prouinciam ſuam obtinere, permitteret. Quibus monitis tantum abfuit, vt moueretur Ioannes, vt etiam multò ſæuius, quàm anteà non Sacerdotalis ordinis tãtùm, ſed reliquos ciues, qui Stephanum iuuiſſent tractaret. Tantam igitur contumaciam, non ferens Pontifex, inuitus, & dolens, quòd Rex ita religionem ſperneret, fiſque nefas iuxtà poneret, ne malum latius ſerperet, aliquod in eum grauius conſtituere decreuit: per literas itaque mandauit Gulielmo Londinenſi, Euſtachio Elijenſi, ac Malgero VVigornienſi, vt Regem adirent, eumque verbis ſuis commonefacerent, quò tandem aliquando vellet Pontifici obedire, religioni fauere, ac Regno ſuo proſpicere; & ſi in contumacia perſiſteret, tùm in eum animaduerterent. Cum mandata Pontificis exequerentur, tantùm abfuit, vt ſanis eorum admonitionibus obtemperaret, quòd etiam grauiter illis ſuccenſerit. Tam populo itaque, quam ipſi Ioanni ſacris interdixerunt, ac ſimul non multò poſteà in Galliam aufugerunt. Rex nihil his mouetur, ſed tùm denique Sacerdotalem ordinem omnibus modis euertendum funditus conſtituens, cum vbique à ſacris iam ceſſatum eſſet, benè multos continuò ſacerdotes, ac Pontifices extra Regnum exigit, poſſeſſiones eorum occupat, & vt patriæ procella, ædes ſimul ſacras pariter ſpoliat: Pontifex, vt Regem ad ſalutem reuocaret, Pandulphum virum tam iuris peritum, quàm integritate clarum, & Durandum vnum ex Collegio Templariorum legat ad eum, qui ipſum hortarentur, vt peruerſitatem relinqueret, errores deponeret, ad ſe rediret, & cogitaret, neque ſua, neque Regni, nec denique Chriſtianæ religionis intereſſe, vt ipſe diutiùs in tanta impietate verſaretur, quæ ei omnium vni in primis malò eſſet perpetuo? Nihil melior ille fit Legatorum monitis, infecto negotio Romam reuertuntur, atque Pontificem de rebus geſtis certiorem faciunt. Quis tantam impietatem, religionis contemptum, ac pertinaciam in homine Chriſtiano diutiùs ferret? Quid vltra facere debuit Pontifex, & non fecit? Cæpit itaque in ſacro Senatu cum Patribus agitare, quonam pacto adduci poſſet, vt eam mutaret mentem; ac poſt longam conſultationem in eam ſententiam ab omnibus itum eſt, Ioannem Regia dignitate priuandum, qui ita religionem contemptui haberet, qui Pontificis, immò Chriſti monita nihil reſpiceret, qui ſe demùm ab omni Chriſtianorum cœtu magis in dies diſiungeret. Itaque Pontifex, vrgentibus etiam ante omnes Anglicis Epiſcopis, qui Patriæ mala dolebant, primùm cunctos populos, qui ſub Ioannis Imperio eſſent, iureiurando abſoluit, quo tenebantur, deinde ipſum Regia adminiſtratione abdicat, ac poſtremò Regem Frãciæ, cæteroſque Chriſtianos Principes de huiuſmodi abdicatione certiores facit, admonetque, vt Ioannem ita repudiatum, tamquam publicanum Dei hoſtem, perſequantur. Remiſſus à Pontifice in Galliam Legatus Pandulphus, qui Philippum Regem rogaret, vt in Angliam arma pararet. Igitur impiger, ac lubens exercitum cũ claſſe parauit, vt quamprimùm cum alijs Principibus ad inuadendum animo, & armis paratis, in Inſulam tranſmitteret, ac, prout Pontifex iuſſerat, Ioannem Regno pelleret, in eiuſque locũ quempiam alium, cui veniret hæreditas, ſubſtitueret. Verùm Pandulpho Legato in Angliam iterum tranſeunte, Ioannes imminentis periculi timo-

Digitized by Google

timore perculſus, etſi inuitus, eius conſilijs tandem acquieuit, & iureiurando ſponſionem fecit, ſe Pontificis arbitrio ſtaturum. Itaque non multò poſt, prout Innocentius mandarat, primùm diadema capiti ademptum Pandulpho Legato tradit, promittit deinde, benignè ſe recepturum in gratiam Stephanum Cantuarienſem, cum cæteris Epiſcopis, atque alijs exulibus, & illis de iniurijs cumulatiſſimè ſatisfacturum; ieque pariturum; vt nulli illorum fraudi ſit, ab eo defeciſſe: tum videns Pandulphus Ioannem malè actæ vitæ, & facti ſui pœnitere, tanquàm Romani Pontificis Vicarius diadema illi reſtituit. Hinc cerni poteſt, quanta fuerit apud omnes Principes Romani Pontificis authoritas; ſiquidem ſententiam eius de abdicato Regno Ioanne, Philippus Auguſtus, Rex Franciæ, cum omnibus Galliæ Principibus probauit: non enim alio qui iuſta arma mouiſſent in Angliam. Rex ipſe Ioannes tandem Pontifici ceſſit dignitatem ſibi abrogatam, & per ſuos Legatos ſibi reſtitui ſupplex poſtulauit, ac Cantuarienſem Archiepiſcopum Stephanum, ab Innocentio ordinatum, & exules Epiſcopos in Regnum admiſit. Reliqua quæ huius hiſtoriæ inſerit Aduerſarius ex Matthæo Paride; ſuſpecta ſunt. Verùm nobis obijcit.

Pag. 343 *Monachus erat huius Hiſtoriæ author.*

De Matthæo Paris.

EQuidem Matthæus ille Paris Monachus fuit S. Albani in Anglia, qui Anglicanam Hiſtoriam aggreſſus eſt ſcribere ab anno Chriſti 1066. vſque ad 1250. iſque ſuis ſcriptis, quàm fuerit animo infenſiſſimo in Apoſtolicam ſedem, iuxta illud, *loquela tua manifeſtum te facit*; vt iam alibi ex Baronio ad annum 906. obſeruauimus, qui vis facilè poterit cognoſcere: niſi probra illa fuerint potius additamenta eius, qui edidit, Nouatoris, hæretici hominis; cum peculiare ſit illis libros, quos potuerint, deprauare; dùm nulla in eo libro prætermittitur occaſio carpendi Romanos Pontifices: immò & ſine occaſione omnia ipſorum facta in deteriorem partem accipiens, cordis ſecreta rimans, & in malum ſenſum ſemper interpretans, in eos, eorumque miniſtros acerbiſſimè inuehitur, nec parcit vnquã; vt planè de illo ſit iure, meritòque dicendum: *Malus homo de theſauro ſuo profert mala.* Pater Poſſeuinus in Apparatu ſacro Tom. 2. V. Matthæus Paris, de eodem Authore loquens, ait: *Videndum, ne is, qui Londini editus eſt anno 1579. fuerit ab hæreticis corruptus, cum & quos inde terniones Flaccus Illyricus damnatæ memoriæ inſeruit cuidam ſuo Cathalogo teſtium non veritatis, ſed mendacij, idipſum vt ſuſpicere faciat.* Mornæus.

Pag. 343 *Jam quod ſæpe diximus, vt hoc iniquitatis myſterium promouetur ipſam etiam doctrinam in peius ruere, ſub hoc primum Innocentio innoteſcit transſubſtantiationis, & dogma, & nomen, in Synodo demum Lateranenſi his verbis expreſſum; Corpus, & ſanguis Ieſu Chriſti in Sacramento altaris ſub ſpeciebus panis, & vini, veraciter continentur, tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem, poteſtate Diuina.*

Dogma transſubſtantiationis aſſeritur in Eccleſia ante Innocentium III.

HAbentur iſta in Concilio Lateranenſi cap. 1. de Fide Catholica. Non eſt autem quod immoremur in refellendo hoc impudens Mornæi mendacium, quod tum primùm innotuerit tranſubſtantiationis dogma ſub Innocentio tertio; multi enim doctiſſimi viri hoc pluribus iam refutarunt: ac in primis Cardinalis Bellarminus lib. 3. de Sacramento Euchariſtiæ, cap. 20. vbi ad hoc mendacium refellendum adducit teſtimonia Patrum, ab Apoſtolorum tempore, vſque ad tempus Innocentij tertij, vel vſque ad annum 1200. prout ſingulis ætatibus floruerunt. Vnde colligitur, veriſſimum eſſe, quod docet Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 4. Eccleſiæ Catholicæ ſemper fuiſſe perſuaſum, ita transmutari panem in corpus Domini, vt ſubſtantia panis recedente, ſola maneret Chriſti caro ſub accidentibus panis. Addo, celeberrimum fuiſſe Concilium illud Lateranenſe de quo ſic Abbas Vrſpergenſis, qui eo tempore floruit. *Anno ab Incarnatione Domini 1215. celebrata eſt Sancta Vniuerſalis Synodus Romæ in Eccleſia Saluatoris, quæ Conſtantiniana vocatur, menſe Nouembri, præſidente Domino Innocentio tertio Papa, Pontificatus eius anno 18. in qua fuerunt Epiſcopi 412. inter quos extiterunt de præcipuis Patriarchis duo videlicet Cõſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus, Antiochenus autem graui languore detentus, venire non potuit, ſed miſit pro ſe Vrarium Anteradenſem Epiſcopum: Alexandrinus verò ſub Saracenorum Dominio conſtitutus fecit, quod potuit, mittens pro ſe Diaconum ſuum Germanum. Primates autem, & Metropolitani 71. cæterùm Abbates, & Priores, vltra 800. Archiepiſcoporum verò, & Epiſcoporum, Abbatum, & Priorum, ac Capitulorum abſentium procuratorum, non fuit certus numerus comprehenſus: Legatorum verò Regis Siciliæ, in Romanorum Imperatorem electi, Imperatoris Conſtantinopolitani, Regis Franciæ, Regis Angliæ, Regis Vngariæ, Regis Hieroſolymitani, Regis Cypri, Regis Aragoniæ, necnon & aliorum Principum, & Magnatum, Ciuitatum, & aliorum locorum, ingens fuit multitudo.* An credemus, tot Eccleſiarum, Præſules Orientis, & Occidentis aliam fidem ſtatuiſſe à fide maiorum ſuorum, aut dogma, quod in totũ Chriſtianum orbem Idololatriam induceret, ſtatuere potuiſſe? Ita iudicat Mornæus, quia impudentiſſimus hæreticus, velut alter ſuperbus Goliah audet ſe opponere exercitui Dei viuentis. Nos verò quia Catholici ſumus, & verba Chriſti Domini in inſtitutione tanti Sacramenti, *Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus, &c.* non eſt ſenſu proprio, ſed ex ſententia maiorum noſtrorum interpretamur, ei dogmati cum Sacro Concilio Lateranenſi, immò cum tota Eccleſia ab initio, firmiter aſſentimur.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. celeberrimum.

Credibile non eſt, tot Eccleſiarũ Præſules, quot in hoc Cõcilio ſtatuiſſe aliquid contra fidem maiorum.

Por-

Portentoſas quæſtiones appellat, quæ de Sacramento Euchariſtiæ leguntur apud Scolaſticos: at ego, portentum hoc, & mõſtrum horrendum, ingens, reprobum hominem, qui tanti myſterij ſit planè rudis, & imperitus, neque Scolaſticos a limine ſalutarit, nec eorum docendi modum norit, nec quid ſit Scholaſtica Theologia intelligat, ita loqui nihil miror.

Fèlix fuit Pontificatus Innocẽtij tertij, quòd tum illuxerunt Mundo S. Franciſcus, & S. Dominicus; Italus ille, Hiſpanus iſte; Ordinis Minorum ille, Prædicatorum iſte inſtitutor, & fundator; de quibus S. Antoninus 3. p. tit. 23. cap. 1. *Hi vtique ſunt duæ oliuæ pinguedine dilectionis, & deuotionis, & duo candelabra lucentia ante Dominum, Orbem doctrina illuſtrantia: Hi duo Cherubin ſapientia plena, obumbrantia Propitiatorium; nec non duo Seraphim charitate ardentia, clamantia Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus, Sabaoth, implentes omnem terram gloria eius documentis, & exemplis.* Item Sabellicus. Ennead. 9. lib. 6. *Duo Chriſtianæ pietatis lumina terris effulſere, quibus multò maxima parte Chriſtiana creuit fides, authores incrementi huius Dominicus Calaguritanus Hiſpani generis, & Franciſcus Aſſiſias, in Vmbria Italiæ regione ortus: æquales; hi vterque enim alterum vidit, & hic quidem Sanctitate clarus, & ille; ſed numeroſa familia clarior Italus, quæ ex eo orta eſt.* Trithemius in Chronico anno 1201. *His fermè temporibus cæpit Ordo Fratrum Prædicatorum per inſtitutionem S. Dominici, viri eximiæ Sanctitatis, qui oriundus fuit ex Hiſpania: eius inſtitutionem Innocentius Papa confirmauit.* Et anno 1209. *His fermè temporibus S. Franciſcus in Italia Ordinem Fratrum Minorum cum multa religione, & Sanctitate inchoauit, in qua ſucceſſu temporis complures viri Sancti, atque doctiſſimi claruerunt, qui verbo, & exemplo Eccleſiam magnificè illuſtrauerunt.* Sed longè aliud eſt Mornæi iudicium, qui in cœno impietatis, & hæreſum foris enutritus, Sanctitatis odorem ferre non poteſt.

De SS. Frãciſco, et Dominico: Qualis vterque.

Pag. 344 *Quia ſuffulciendæ* (inquit) *tantæ Idololatriæ, alioqui caſſæ, & caducæ, anteridibus quaſi erat opus. En illos ſibi ſub hoc temporis punctum, opportunè; Franciſcum, & Dominicum; Italum illum, Fratrum minorum Principem, Hiſpanum hunc, Prædicatorum; & illum quidem ab Innocentio, hunc ab Honorio ſucceſſore, comprobatum; à clientibus, & ſectatoribus ſuis ambos certatim, & Chriſto coequatos, & ſupra Chriſtum, quoad potuerunt, euectos. Quid ille amabò aut facere, aut factum probare potuit, vnde Antichriſtus firmius conuinceretur?*

IDololatriam vocat Paganus iſte Chriſtianam religionem, quam illi duo Sanctiſſimi Patriarchæ, & Fratres ab eis ſuſcitati ſanctiſſimè coluerunt; calumnia verò eſt manifeſtiſſima, quòd S. Franciſcus, aut S. Dominicus a ſuis ſint Chriſto coæquati, vel ſupra Chriſtum euecti. Siquidem nemo eorum non credidit Chriſtum Deum, & hominem, Deum verum, de Deo vero; & conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, Saluatorem præterea, & Redemptorem vnicũ Mundi, qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cęlis, & vnum Dei, & hominum Mediatorem, hominẽ Ieſum Chriſtum, qui vnus Sanctorum iuſtus eſt, & iuſtificãs, de cuius plenitudine omnes accepimus, in quo plenitudo Diuinitatis habitat corporaliter, in quo ſunt omnes theſauri Scientiæ, & Sapientiæ Dei abſconditi, qui lux mundi, via, veritas, & vita, in quo ſalus vita; & reſurrectio noſtra, per quem ſaluati, & liberati ſumus; nec eſſe aliud nomen ſub Cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Hoccine de S. Franciſco, aut S. Dominico ſui vnquam crediderunt, vel prædicauerunt? Nonne id firmiter credunt, quidquid in ſanctis illis, ac reliquis eſt ſanctitatis, & meriti, à Chriſti Domini grãtia, & merito pendere? At verò, ſupra Chriſtum euehi, vel Chriſto coęquari ſaltem, putat Mornæus ſe probare, primùm de S. Franciſco quibuſdam citatis ex Libro Conformitatum vitæ Sancti Franciſci, ad vitam Chriſti Domini; edito à Fratre Bartholomæo Piſano, anno Domini 1385. Dico, certè illum librum eſſe valdè vtilem ad pietatem, & vt quis accendatur ad amorem diuinum; & fateor, me magna cum ea voluptate, nec ſine admiratione diuinæ gratiæ, tam eximiè in eo relucentis Sancto, illum aliquando legiſſe, & omnia poſſe ſanè interpretari, quæ in prauum ſenſum torquet Aduerſarius; non tamen mihi eſt animus pro ſingulis eius libri locis certare contra Aduerſarium, ſic vt pro articulis, vel dogmatibus fidei, vel pro his, quæ definita ſunt in Sacris Concilijs Generalibus, vel a Romanis Pontificibus; neque eum librum habeo tamquam Scripturam Sacram: vt nulla eius particula poſſit in controuerſiam vocari. Quòd ſi in Franciſcanorum Generali Capitulo Aſſiſij 2. Auguſti 1389. vnanimi conſenſu approbatus eſt: at Capitulum illud non fuit Concilium Generale totius Eccleſiæ, cui & ipſa Prouincialia Epiſcoporum Concilia cedunt, & per idem emendari poſſunt; neque lego, vnquam ab Eccleſia Romana approbatum fuiſſe illum librum. Si in quibuſdam S. Franciſcus cum Chriſto Domino Sancto Sanctorum, aut etiam cum alijs Sanctis confertur, non ideo Chriſto, aut quibuslibet etiam Sanctis æquatur. Non vnius S. Franciſci vita, ſed & omnium Sanctorum, conformis eſt Chriſto Domino, tanquàm membrorum capiti. Quid aliud Paulus innuit his verbis, Rom. 8. *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginĩs filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus* προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ? Immò & Deo patri conformis. Chriſtus in Euangelio. Matth. 5. *Eſtote perfecti, ſicut &*

S. Franciſcus, & Dominicus nec Chriſto coæquati, nec ſupra Chriſtum euecti, vt calũniatur Mornæus.

De libro Conformitatum vitæ S. Frãc. ad vitam Chriſti.

Omnium SS. vita conformis eſt Chriſto Domino.

Immò & Deo Patri.

pater

Digitized by Google

Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Et ità pro electis ſuis orabat. Ioan. 19. *Vt omnes*(inquit)*vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint: & ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi illis; vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus, &c.* Quemadmodum èconträ omnes reprobi, vt hæretici, conformes ſunt Diabolo, capiti omnium malorum, & Antichriſto, ſub illo item capite, in quo plenitudo habitabit malitiæ, Diabolus à Deo apoſtatauit per ſuperbiam, cecidit è Cœlo, & à cętu Sanctorum Angelorum excluſus eſt; Mornæus per ſuperbiam à Deo, & eius Eccleſia defecit, communione, & cœtu piorum excluſus. Diabolus huic in primis rei ſtudet, vt gloriam Chriſti, & Sanctorum eleuet, ac meritũ Chriſti ab hominum mentibus excludat: iſte cũ ſuis Sacroſanctum Miſſę Sacrificium, in quo paſſionis Chriſti memoria recolitur, & Sacramenta, per quæ nobis eiuſdem meritum communicatur, è medio ſublata prorſus velit. Diabolus omnis virtutis, ac Sanctitatis, eiuſque cultorum olor, ac hoſtis infeſtiſſimus, vitiorum verò incentor: iſte religioſos Ordines, apud quos Sanctitatis, & virtutis fit profeſſio, odio immortali, perſequitur. VValdenſes verò, & Albigenſes multis erroribus peſtiferis contaminatos, ac vitijs infames, à tota Eccleſia proſcriptos, defendit, ac celebrat. Diabolus vnam fidem Catholicam, quæ ſola vera eſt, & ſalutifera perſequitur: omnes verò hæreſes, vt pater mendacij, quantum poteſt, promouet: ſic iſte vnam Eccleſiam Catholicam Apoſtolicam Romanam ſuis proſcindit ſcriptis; omneſque Sectas, modò Pontificis, & Romanæ Eccleſiæ odium profiteantur, amplectitur. Diabolus, poſt caſum ſuum, id vnum contendit, vt homines à Deo abduceret, & in idem ſecum pręcipitium adduceret: ſic iſte id agit omni ſtudio, vt animas ſanguine Chriſti redemptas, à ſalutifera fide Orthodoxa abſtrahat ad hæreticam prauitatem. *Datum eſt Beſtiæ(*Antichriſto,*)os loquẽs magna, & blaſphemias, & aperuit os ſuum in blaſphemias ad Deum, blaſphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos, qui in Cælo habitant*, Apocal. 13. Sic iſte blaſphemat nomen Domini, & Cęli incolas, cum Sacroſanctam religionem Catholicam, Idololatriam, & Sanctos Franciſcum, & Dominicum huius idololatriæ anterides, appellat. *Diabolus* Apocal. 20. *qui ſeducebat gentes, miſſus eſt in ſtagnum ignis, & ſulphuris, vbi & Beſtia, & Pſeudopropheta cruciabantur die, ac nocte, in ſæcula ſæculorum*: Sic Mornæus cum omnibus hæreticis, iuratis hoſtibus Sanctæ Romanæ Eccleſię, relegabitur ad tartara, ad pęnas æternas ignis inferni ſuſtinendas. Rectè igitur membrum iſtud conforme capiti ſuo.

Omnes reprobi conformes Diabolo et Antichriſto.

Conformitas Mornæi cum Diabolo.

Item cum Antichriſto.

Quemadmodum Chriſto Domino, ità & reliquis beatis conſtat conformem fuiſſe S. Franciſcum: ſic enim aiebat Paulus, vas illud inſigne electionis 1. Corinth. cap. 11. *Eſtote imitatores mei, ſicut ego Chriſti*: & ſi de donis gratiæ, aut perfectione gloriæ, S. Franciſco communicatis, loquamur; certum eſt, ſtellam à ſtella differre, in claritate, & diuerſas eſſe manſiones in Cælo: verùm, ad quem Angelorum ordinem, vel gradum gloriæ ſit aſſumptus, definire temerarium eſſet; ſiquidem Dominus ponderator eſt ſpirituum. Tam eximiæ prædeſtinationis eſſe Sanctam Virginem Deiparam, & Sanctos Apoſtolos, Chriſti collegas, credo, vt neminem illis in gloria reliquorum Sanctorum parem eſſe iudicem.

Quoad ſacra ſtigmata Sancto Franciſco impreſſa, ea ipſe negat.

Quia Matthæus Paris (inquit) *ſuperſtitioſiſſimus, licet Monachus, nullũ eorum veſtigium apparuiſſe aſſerat; nõ in latere, non in pedibus, manibuſuè.* Pag. 345

AT nos Sancto Bonauenturæ, qui vitam eius accuratiſſimè ſcripſit, & ſingula, quæ illi contigerunt, in vita explorata habuit, & alijs grauiſſimis Authoribus, Pontificibus item Romanis potius fidem habemus, quàm Matthæo Pariſio, ſuſpectę fidei Authori, & à Nouatoribus in lucem edito. Bullas ipſorum Pontificum Gregorij noni, Alexandri quarti, Nicolai tertij Benedicti duodecimi, de ſacris ſtigmatibus S. Franciſco impreſſis refert Bartholomæus Piſanus in libro Conformitatum, Fructu 31. Mirabilis certè Deus in Sanctis ſuis: cur igitur negemus ea ſacra ſtygmata, quæ & ipſi Pontifices aliquando ſe vidiſſe teſtati ſunt, S. Franciſco impreſſa fuiſſe?

Stigmata S. Franciſco re vera impreſſa.

Nunc S. Dominicum aggreditur Mornæus.

De Dominico (inquit) *non minora fingenda erant; maximè cum Albienſibus eſſet opponendus. Quarè Archiepiſcopus Antoninus prædicator & ipſe, eius miracula cum Chriſti miraculis ita comparat, vt perpetuò & numero, & pondere antecellant.* Pag. 345

EQuidem S. Antoninus vult eſſe ſimilitudinem quandam & conformitatem S. Dominici ad Chriſtum Dominum; ſed non æqualitatem: abſit à Sancto viro tanta blaſphemia: & ille diſertis verbis 3. p. Chro. tit. 23 ca. 1. § 1. hęc ſcribit de Sancto Dominico. *Pauciſſimi reperirentur Sancti, quorum vita, & conuerſatio ſit ita ſimilis Chriſto; non quod Chriſto velimus eum coæquare (abſit à nobis ſermo iſte, cum in infinitum diſtet ipſe, & quilibet Sanctus ab eo) in gratia, & Sanctitate; non enim ad menſuram dat Deus Spiritum Sanctum Chriſto, ſed habuit gratiam infinitam; Sanctis autem per partes, & ad menſuram datur.* Etſi igitur ſimilitudines quaſdam S. Dominici ad Chriſtum adducit, & vitæ, ac miraculorum eius ad vitam, & ad miracula Chriſti, non ideò certè, aut eum Chriſto coæquat, aut ſupra Chriſtum euehit: neque numero, aut pondere vult miracula S. Dominici antecellere miracula Chriſti; de quo S. Ioannes 21. *Sunt autem & alia multa, quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula; nec ipſum arbitror Mundum capere poſſe eos, qui ſcriberentur, libros.* Deinde Chriſtus Dominus virtute propria operabatur miracula: Sanctus verò Dominicus & reliqui Sancti, non virtute propria, ſed ipſius

S. Dominicus habitus quidẽ conformis Chriſto, ſed non æqualis.

Eius miracula nõ antepoſita miraculis Chriſti.

Chriſti miracula edebant. S. Petrus cum claudum ſanaret Act.3.dixit: *In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula*: Non ſunt igitur blaſphemiæ, ea quæ ſcribit de Sancto Dominico, S. Antoninus ſanctitate, & doctrina illuſtris; & à blaſphemijs tàm alienus, quàm Mornæus ab omni pietate, & religione procul.

Cum Sancti Dominici eximiam vitæ Sanctitatem, multis miraculis celebrem Deus Mundo feciſſet, immò & poſt mortem multa miracula meritis eius, ad inuocationem ipſius, diuerſis in partibus patrata eſſent, de quibus legendus eſt S. Antoninus 3. p. tit. 23. cap. 4. §. 16. & 17. Gregorius nonus Pontifex Maximus, anno 1223. eũ inter Diuos refert, & Bullam Canonizationis recitat idem S. Antoninus.

Blaſphemias hæreticales alias ipſe ſubijcit, vt quod Pontifices in Conſiſtorijs, & Concilijs ſuis,

Pag.346 *Nouos fidei articulos condebant, tranſſubſtantiationem, adorationem cruſtulæ in Miſſa, auricularem Confeſſionem, Communionem ſub altera ſpecie, & conſimiles.*

Mornæi blaſphemia.

SEd neque tùm nouos articulos fidei Eccleſia condidit, neque tranſubſtantiatio tunc primum credita, vt ex Sanctis Patribus procliuè eſſet oſtendere: adorationem verò Sacroſanctæ Euchariſtiæ, quam Angeli ipſi tremebundi adorant, impius homo *adorationem cruſtulæ* vocat; ſed quia hæreticus, non poteſt niſi peſtiferas res ſcribere; quia malus homo de theſauro ſuo profert mala: auricularis etiam confeſſio, quam Sacramentalem intelligit, non ab Eccleſia, ſed à Chriſto Domino inſtituta eſt; prout docet Sacroſanctum Concilium Tridentinum, ſeſſ. 14. cap. 5. & can. 6. 7. & 8. Quod verò Eccleſia communionem laicorum ſub vna ſpecie inſtituerit, id, ſicut cętera, prudenter, & diuinitùs edocta, ob iuſtas cauſas feciſſe credendum eſt. Vltimò malè habet Aduerſarius, quod Eccleſia Romana religioſos Ordines Prædicatorum, & Minorum approbauerit; Humiliatos verò, & Pauperes de Lugduno reiecerit. Solius eſt Romani Põtifices religioſos huiuſmodi Ordines approbare, ext. *de religioſis Domibus*, Cap. *Fin.* & in ſexto eodem tit. Auguſtinus Triumphus quæſt. 71. art. 3. Quemadmodùm Romanus Pontifex non poteſt errare in Canonizatione Sanctorum, ità nec in approbatione nouorum Ordinum religioſorum; vt non mirum, ſi Mendicantium ordines, & alij, vndè manat Eccleſiæ tanta vtilitas, ſint à Summis Pontificibus approbati, reiecti verò Humilitati illi, & Pauperes de Lugduno, quos Lucius Papa, vt ſcribit Vrſpergenſis, quõdam inter hæreticos aſcribebat; quòd in eis ſuperſtitioſa dogmata, & obſeruationes reperirentur: Sed miror, quomodo cùm illis Mornæus conſpiret, cum illi à Romano Pontifice ſui inſtituti approbationem, & confirmationem quærerent. Nunc ad Oppoſitionem.

Romanus Pont. errare non poteſt in approbatione Ordinũ religioſorum

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quinquageſimam.

IN Innocentium tertium Pontificem opponit primò, quod ſcribit Vrſpergenſis de bello agens.

Pag.347 *Quod* (inquit idem Mornæus) *inter Philippum, & Othonem accendit.*

VBi negamus, Pontificem fuiſſe belli authorem, qui ſuo iure vteretur in coronando Othone, à Principibus legitimè electo, & paci inter Chriſtianos componendæ, & fouendæ ſemper ſtuduerit. Verba Vrſpergenſis hæc ſunt: *Innocentius omni ſtudio cœpit eidem aduerſari, hoc agens, vt ipſum impediret, ne ad ſublimitatem culminis Imperialis poſſet aſcendere, improperans ei, quæ frater eius, & parentes crudeliter peregerant, quæ tamen multa nequitia hominum impulſi creduntur peregiſſe, in quo, ſalua reuerentia Sedis Apoſtolicæ, non videtur ſecundum æquitatem iudicaſſe.* Reſpondemus primò, Abbatem Vrſpergenſem fouiſſe contra Othonem, Philippi partes: ideò non mirum, ſi infenſo ſit animo in Pontificem Innocentium, qui Othonem Philippo prætulerat.

De Innocentio III. ab Vrſpergenſi reprehẽſo, quòd Philippo aduerſatus ſit.

Secundò, etſi Innocentium accuſat, videmus tamen, eum deferre Sedi Apoſtolicæ, & dignitati: *Salua* (inquit) *reuerentia Sedis Apoſtolicæ*; nec diffiteri, Patrem Philippi Fridericum, & fratrem Henricum multa crudeliter peregiſſe; vt iuſtam haberet cauſſam timendi Pontifex, ne eorum exemplo Philippus Eccleſiæ ingratus eſſet, & infeſtus. Tertiò etſi Vrſpergenſi conceſſerimus, Pontificem non ſecundum æquitatem id iudicaſſe; an ideò iniuſta poteſtate vſus? Nam, vt ex D. Auguſtino refertur in Decreto 14. q. 5. ca. Neq; enim: *aliud eſt iniuſta poteſtate iuſtè velle vti, & aliud eſt iuſta poteſtate iniuſtè velle vti.*

Secundò opponit, quæ Matthæus Pariſius in ſua Anglicana Hiſtoria ſcribit in Ioanne.

Ioannes nouerat, & multiplici didicerat experientia, quod Papa ſuper omnes mortales ambitioſus erat, & ſuperbus, pecuniæque ſititor inſatiabilis, et ad omnia ſcelera pro præmijs datis, vel promiſſis cereus, & procliuis. Pag.347

QVid de illo Authore ſentiendum ſit, iam alibi dictum, & hæ ſunt meræ calumniæ in

Digitized by Google

Innocentius immeritò ſuperbiæ, vel ambitionis acceſatus.

in Pontificem Innocentium; de quo hæc Platina. *Peruſij moritur, Pontificatus ſui anno 18. menſe 7. die 16. cuius vita adeò probata fuit, vt poſt eius mortem nihil eorum, quæ in vita egerit, laudauerit, improbaueritque, immutatum ſit.* Poſteà: *Conſtat, eum in quouis genere vitæ probatiſſimum fuiſſe, dignumque, qui inter Sanctos Pontifices recenſeatur*, & immeritò ſuperbiæ, vel ambitionis accuſatur; nam ipſemet Sermone 2. in conſecratione Summi Pontificis: *Videtis (inquit) quis iſte ſit ſeruus; qui ſuper familiam conſtituitur; profectò Vicarius Chriſti ſucceſſor Petri, Chriſtus Domini, Deus Pharaonis, inter Deum, & hominem medius conſtitutus, citra Deum, ſed vltra hominem, minor Deo, ſed maior homine, qui de omnibus iudicat, & à nemine iudicatur; Apoſtoli voce prænuncians* (1. Corinth. 4.) *Qui me iudicat, Dominus eſt. Verùm officium ſeruitutis humiliet, quem faſtigium humilitatis exaltat: vt humilis ſublimitas ſit, & ſublimis humilitas; nã ſuperbis* (Iacobi 4.) *Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiã* (Lucæ 14.) *Qui ſe humiliat exaltabitur: & qui ſe exaltat, humiliabitur* (Iſai. 40.) *Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur* (Eccleſiaſt. 3.) *Salubre conſilium: Quantò maior es, humilia te in omnibus; & ſi Principem te conſtituerunt, noli extolli, ſed eſto vnus in illis, quaſi vnus ex illis.* Non igitur ſuperbus erat Innocentius; neque enim aliud de ſe ſentiebat, aut demonſtrabat factis; aliud verò ſcribebat, aut prædicabat.

Eccleſiaſtici 32.

Immeritò etiam accuſatur auaritiæ.

Quod eum inſimulat auaritiæ: mera eſt impoſtura; nam cum Marcoaldus vellet occupare Regnum Siciliæ contra Fridericum, vt haberet Põtificem ſibi fauentem, infinita ei munera obtulit, hoc modo ſperans, pectus Apoſtolicum poſſe corrumpere, qui tamen contemptus eſt à viro ſanctiſſimo, iuſtitiæ acerrimo vindice, & auaritiæ hoſte, ac perſecutore.

Deinceps ex ſuo Matthæo Pariſio hiſtoriam refert diſſenſionis, ſeu belli ciuilis, quod inter Regem Angliæ Ioannem, & Principes Regni interceſſit; vbi Pontifex cauſſam Regis ſuſcepit defendendam: quod ſi Principum cauſſam aduersùs Regem fouiſſet, Regiam dignitatem euerſam, ac Regnum merè ſui iuris eſſe voluiſſet; vt in quancunq; partẽ ſeſe flectat Pontifex, iſtius calumnias euadere non poſſit. Dicit igitur.

Pag. 347

Ex ſuo infortunio (Rex) commodum captans, de Baronibus, & Epiſcopis Regni ſui, cum bona Innocentij venia, quin & ipſo authore, vindictam ſibi ſumendam proponit. Quarè Legatos cum magna theſauri ſui parte ad eum mittit, qui & plura polliciti ſuis verbis iurant, ſe in perpetuum eius ſubditum, & tributarium fore, ſi modò ſubtilem aliquam occaſionem cominiſcatur, Barones, & Epiſcopos excommunicandi, Archiepiſcopum præſertim Cantuarienſem &c.

Mera eſt impoſtura, & quod Legatos cum magna parte ſui theſauri ad eum miſerit, & quod illi propoſita fuerit hæc cõditio, vt ſubtilem aliquam rationem inueniret, Baronos, & Epiſcopos excommunicandi. Quis enim vnquam ità cum Pontifice agendum putauit? Ita igitur habet hiſtoria. Apud Polidorum Virgil. lib. 15. Hiſtor. Anglo. Anno 1215. Optimates Regni Ioannem adeunt, poſtulant, rogant leges ac vetera inſtituta, quibus olim Reges populũ Anglũ benè rexiſſent, & quæ ipſe priùs iureiurãdo in priſtinum vſum reuocaturũ promiſerat; cæteris recentioribus legibus, quas meritò vnuſquiſque iniurias appellare poſſet, abrogatis; atque reliqua omnia flagitant, quæ ille priùs recepiſſet ſe ſanctiſſimè obſeruaturum: ſed cum Principes ludificaretur, & nihil bona fide promitteret, coitione facta, ab eo defecerunt; quibus & Londinum longè Princeps Ciuitas Regni vltrò ſe adiungit. Igitur in Regio Senatu, quid remedij adhiberi poſſit, quo Principum mentes ſanentur, diutiùs agitatur, ac tandem bonæ conſiliariorum parti per opportunum viſum eſt, ſi à Romano Pontifice auxilium peteretur. Itaque Gualterus VVigornienſis, & Ioannes Norduicenſis, Epiſcopi, cum Richardo, qui ex Mariſco erat, primoquoque tempore ad Innocentium Pontificem Oratores mittuntur, qui eum de Principũ ſeditione doceãt, exponantque, Regẽ ſuorũ viribus coactũ, reddidiſſe populo leges, & immunitatem Regno exitialem; & quia ea omnia ſine authoritate ipſius Pontificis, qui in Regnum Angliæ ius haberet, acta erant; ideò velit ea ipſa irrita facere, ac mandare Principibus, vt Regi ſuo pareant. Legati Romam perueniunt, ac Pontifici mandata exponunt. Doluit Innocentius, tantam diſſenſionem inter Regẽ, & Principes eſſe: & quia Epiſcopi Legati Regij in Patrum Senatu cauſa contentionis propoſita, iureiurando affirmarunt, ius cum ſapientiſſimorum hominum iudicio facere cum Rege, ac omnem culpam in Principibus reſidere: Pontifex ſua authoritate decreuit irritum, & inane eſſe quidquid immunitatis Ioannes metu armorum populo paulò ante dediſſet. Item per literas Optimates admonuit, vt, quamprimùm depoſitis armis, ſui Regis dicto audientes eſſent: Oratores, accepto præſcripto, ac literis eiuſmodi Pontificis, in Angliam confeſtim redeunt. Vbi Rex intelligit, Pontificem Romanum omnia ex ſententia decreuiſſe, dat operam, vt Decreta Pontificis declarentur Principibus, mandeturque, vt illis tandem ſtent. Atqui Optimates cognita fraude, quam ſuſpicabantur, indignati, promiſſa legum diu expectata in ludibrium verti, non modò decreto, vt parùm æquo, non obedierunt, ſed Pontificis iudicium iniquum, vt magnum incuſantes, qui Ioannis, & Antiſtitum, qui ei in conſilio erant, circumuentus dolis ita decreuiſſet, nõ cognita priùs alterius partis cauſſa: arma raptim capiunt, vociferantes, ſe tantam iniuriam ferro, cæde, & ſanguine vindicaturos aduersùs iniquum

Duæ impoſturæ ad eludendam Innocẽtio III. inuidiam concinnatæ.

Optimates Regni Angliæ Ioannem Regẽ adeunt: quam ob cauſſam.

Deluſi à Rege, ab ipſo deſciũt.

Regius Senatus per Legatos auxilium petit à Pontifice.

Pontifex certior factus, omnẽ culpam in Principibus eſſe, Regi contra Principes fauet.

Optimates indignati arma capiunt.

quum Tyrannum, qui ità ſuos Principes, ſuoſq; Ciues ludificatus eſſet. Ioannes vbi cognouit, Principes, contempto Pontificis præſcripto, ma gis ſibi, quàm antea iratos, infeſtoſque factos eſſe; rurſum Legatos Romam mittit, qui Pontificem de contumacia Principum certiorē faciant: vnde permotus Pontifex omnes, qui contra Ioānem arma tulerant, religionis hoſtes iudicauit, præcepitque Petro VVintonienſi Epiſcopo, & Abbati Redingienſi, vt illos per totum Regnum numero impiorum eſſe habendos declararent; quibus tamen id facere non licuit per Cantuarienſem Archiepiſcopum, qui Principibus fauebat: ob illud ipſum poſtea ſacrarum ædium ingreſſu, & ſacrificijs interdictus, & Romam citatus, parum abfuit, quin Archiepiſcopatu priuaretur. Cœterum Innocentius non nihil ſibi inuidiæ apud omnes concitabat ex eo ſtudio, quo Ioannem Regem, quem minùs probum nouiſſet, complecteretur. Verùm ab initio Pontifex deceptus fuerat à Legatis Regis, Epiſcopis iureiurando affirmantibus, ius eſſe penes Regem, & in Principibus omnem culpam reſidere: item Regem reddidiſſe populo leges, & immunitatem regno exitialem, quod erat falſiſſimum; quibus tamen id iureiurando affirmantibus prudenter iudicauit credendum: non verò auro corruptus, aut partes ſibi Regis ſuſcepit defendendas, aut rationem ſubtilem excogitauit ferendæ excommunicationis in Principes, qui, quò ſe verterent, aut quid conſilij caperent, cum prorsùs ignorarent, Ludouicum Philippi Regis Franciæ filium, ſibi Regem optant, miſſiſque nuncijs cum obſidibus in Galliam, eum rogant, vt quam primùm ſuis opem ferat. Ioannes, cognito conſilio Principum, celerrimis nuncijs Pontifici omnia ſignificat, rogatque, vt ſua authoritate Ludouicum remoretur, moneat, prohibeat, ne in Angliam traijciat. Pontifex igitur VVallonem mittit ad Philippum Regem, qui eū à bello Anglico dehortando auerteret; qui tamen nullis rationibus adduci potuit, vt auxilium Principibus Angliæ negaret, aſſerens, Ioannem non eſſe legitimum Regem Angliæ, vt qui Regnum a principio eripuiſſet Arthuro nepoti, ac poſtea tàm ſui oblitus, quàm patriæ immemor, & ſuæ dignitatis inimicus, ceſſiſſet ipſius Regni iura Pontifici, & id illud ſibi legitimè partum affirmaret: & quia id ſine conſenſu Principum feciſſet, iam ſuo delicto omni Regio honore priuatum eſſe. Legatus igitur, cum nihil proficeretur in Gallia, in Angliā traijcit, quo Ioannis aduerſarios, iampridem in impiorum numero per Pontificis decretum habitos, per totum Regnum religionis hoſtes denunciaret Ludouicus nihilominus in Angliam traijcit, Rex ſalutatur, Londinum Vrbem Regiam recipit, pars Regni ab eo iura petunt. Sed Ioanne interim morbo, an mærore animi obeunte, Henrico eius filio æquiores fuere Principes, & ei contra *Iuſiurandi*, quo ſe Ludouico obſtrinxerant, religionem, adfuere aduersùs Ludouicum: qui decedere inſula compulſus, domumque reuerſus, obſides authoritate Legati Romani, accepta non contēnenda vi auri, reddidit. Verùm non pro nihilo habita fuit Romani Pontificis ſententia; ſiquidem Legatus Ludouicum ex inſula abeuntem, ſimul cum illis omnibus, qui eius partes ſequuti fuiſſent, pœna omnis peccati abſoluit, quod peccaſſent, quia contra mandata ipſius Pontificis venerant. Et quidem exiſtimo non fuiſſe tùm penes Principes eligere ſibi Regem extraneum, & crimen læſæ Maieſtatis eos commiſiſſe, quod vel ex eorum teſtimonio conſtat; nam poſtea ipſimet contra Ludouicum Henrico tertio Ioannis filio, tanquam legitimo hæredi, Regnum detulerunt, quod certè ei non debebatur, niſi pater priùs legitimè regnaſſet; Pontifex igitur iuſtam cauſam habuit, cur eos in Regem ſuum ita conſpirantes, & alium ſibi propria authoritate aſciſcentes, in quem & Regnum ipſum conſentiebat, ſententia anathematis percuteret, & religionis hoſtes pronūciaret. Si Ioannes Regnum Angliæ Pontifici obtulit: nec certè id nouum, nam longè antea Reges Angliam Romano Pontifici, vt præ cæteris Athulphus Leoni IV. vectigalem fecerat, &, vt alibi docuimus, Henricus ſecundus Rex Ioannis pater, illud pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus a Sede Apoſtolica in feudum recognouit, quod non a me confictum, ſed ex teſtimonio ipſius Henrici comprobatum eſt. Nunc Innocentio aliundè parare inuidiam Mornæus inſtituit.

Pontifex deceptus fuit a Legatis.

Principes optant ſibi Regem Ludouicū Regis Franciæ filium.

Pontifex à bello Anglico dehortatur Ludouicum, qui tamen non acquieſcit.

Ioāne mortuo, Principes eius filio adhærent.

Romani Pont. ſententia quāti æſtimata.

Principes extraneū Regem ſibi elegerant iniquè.

De Regni Angliæ oblatione facta Pontifici à Ioāne.

Sedente (inquit) *Innocentio, Occidentales Conſtantinopoli potiti, Balduinum Flandriæ comitem, Imperatorem creauerant, iſque, vt ab Eccleſia Latina pendebat, Græcam illi continuò ſubiecerat; Nec tamen ea ratione Innocentij gratiam retinere poteſt; quippè qui iniqua poſtularet, in primis verò conquerereretur; quod Patriarcham Conſtantinopolitanum infra ſe, ad ſiniſtram collocaret.* Pag. 349

NOn eſt, quod hoc loco totam hiſtoriam referamus de occupata à Latinis Conſtantinopoli anno 1200. contra Alexium Comnennū, qui Iſacium Comnennum fratrem excæcatum detinebat in carcere, & de reſtituto in Imperiū Iſacio, & Alexio eius filio, qui contra patruum Alexium Pontificis, & Latinorum opem implorarat, ſpoponderatque in primis, Eccleſiam Græcam Romanis Pontificibus dicto audientem fore: cui cùm paulò poſt à Myrtyllo Tyranno inuaſore Imperij, mors eſſet allata, in latebris, quò ſe receperat, ſpiritu faucibus compreſſis interclu ſo, Latini, occupata vrbe, inter ſe conuenerunt, vt Galli Imperatorem Gallum, Veneti Patriarcham Venetum darent. Illi Balduinum Flandriæ Comitem, iſti Thomam Maurocenum nominarunt. Nicetas Annal. lib. 3. Paulus Æmilius lib. 6. De rebus geſtis Francorum, in Philippo Auguſto, Blondus lib. 6. Decad. 2. Antoninus 3. p. tit. 19. cap. 2. §. 3. Balduinus autem Imperator

Balduinus à Gallis nominatus Imperator.

Græcam

Digitized by Google

Balduinus nunquàm ab Innocẽtio diſſenſit

Græcam Eccleſiam, Romanæ tùm audientem, reddidit; nec vnquam ab Innocentio Pontifice diſſenſit; & fortaſſe Epiſtola illa, vnde ſumptum eſt Caput *Solitæ de Maiorit. & obedientia*; vbi conqueritur Pontifex, quòd Imperator Conſtãtinopolitanum Patriarcham, magnum, & honorabile membrum Eccleſiæ, iuxtà ſcabellum pedum ſuorum ſiniſtra parte ſedere permitteret; cum alij Reges, & Principes Archiep. & Epiſc. ſuis reuerenter aſſurgant, & ſicut debent, eis iuxta ſe venerabilem ſedem aſſignent; non ſcripta fuit ad Balduinum poſt captam Conſtantinopolim, ſed ad Alexium Imperatorem. Si tamen ad Balduinum, creatum à Latinis Imperatorem: nõ ideò ei ſuccenſuiſſe, aut à gratia ſua eum repuliſſe intelligendus eſt, quod monuerit eum ſui officij erga Patriarcham, eique aliorum Principum citarit exemplum. Quòd Balduinus ad eum poſtea ſcripſerit, non eam fuiſſe Petri vocem, qui contra præcipiat: *Subditi eſtote Regi, tanquam præcellenti* (1. Petri 2.) Reſpondetur, Innocentium multò meliùs ſacras litteras intellexiſſe, quàm Imperatorem ipſum, vel Mornæum. Et Patres, qui Sacerdotalem dignitatem ſupra regiam euexerunt, & Reges ſcripſerunt Epiſcopis, tanquam oues paſtoribus, ſubeſſe debere, vt qui Spiritualibus præſunt, cùm ipſi temporalibus; vt S. Gregorius Nazianzenus, Ambroſius, Chryſoſtomus, & alij, certè non ignorarunt ſenſum illius loci D. Petri, in cuius explicatione nõ eſt, quòd diutiùs immoremur. Quod ſcribit.

Sacerdotalis dignitas regiæ præſtat.

Pag. 350 *Nouas Traditiones in Concilio Lateranenſi pro fidei capitibus intruſas, & Petrum Cantorem adfuiſſe, Theologum doctiſſimum, qui de variarum cæremoniarũ multiplicitate, deq; cultus Diuini profanatione multis egit.*

REſpondemus, Innocentium tertium præter fidei dogmata multa ſtatuiſſe in eo Concilio, cum illis Patribus, ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantia: neque enim Sacra Concilia in nomine Domini congregantur tantùm, vt de fide aliquid ſtatuant; verùm etiam, vt ea ordinent, quæ ad reformationem totius Eccleſiæ ſpectant. Nec certè Petrus Cantor Theologus Catholicus, vnquàm Traditiones Eccleſiaſticas inſtitutas in Sacris Concilijs improbauit, & à Pontificibus probatas improbauit; ſed fortaſſe ſuperfluas aliquot, & inutiles, quæ aliquot in locis obſeruarentur, & parùm prodeſſent ad pietatem: Eſt autem falſum, Petrum illum Cãtorem Concilio Lateranenſi interfuiſſe ſub Innocentio III. quod celebratum fuit anno 1215. cùm Petri Cantoris obitum incidiſſe in annum 1197. ſcribant S. Antoninus 2. p. tit. 17. ca. 9 §. 29. & Magdeburgenſes ipſi Cent. 12. cap. 10. col. 1628.

Petrus Cãtor legitimas Traditiones non improbauit.

Petrus Cãtor huic Lateranenſi Concil. nõ adfuit.

De VValtero Mapez.

Producit & VValterum Mapez, *qui in ſuis verſibus* (inquit) *Pontificum vitam omnibus ſuis coloribus depingit.*

Sed parum noſtra refert, quis fuerit inſulſus ille Author, qui dicacibus ſuis verſibus de Pontificibus ſcripſerit: & *Apocalypſim Pontificis Goliath*, ab eo editam, tãti facimus, quanti *Myſterium iniquitatis* Philippi Mornæi. Si ille hoc ſæculo fuit in magna exiſtimatione, nec certè id mirũ: ſiquidem, vt Horat. li. 2. Epiſt. 1. ad Auguſtum.

Gratus Alexandro Regi magno fuit ille
Cherilus, incultis qui verſibus, & malè natis,
Rettulit acceptos regale numiſma Philippos.

Quibus verſibus hoc certè ſignificat, ſemper malos Poetas apud Reges in exiſtimatione haberi, & ab eiſdem magnis præmijs honorari.

Regreditur Aduerſarius ad Vualdenſes, ſeu Albigenſes.

Propagabantur (inquit) *interim in Gallia, & doctrinam ſuam, inde ab Alpibus, ad Pyreneos vſque montes ita diffuderant, vt plerique ſeu in agris, ſeu in vrbibus, ab Eccleſiæ Romanæ Traditionibus deſciſcerent. Quin & Proceres eis adhærebant plerique, Raimundus Comes Toloſæ &c. quos ſanè fortunas, vitam, decus ſuum manifeſto periculo pro vitiorum, errorumque adeò execrabilium, defenſione exponere voluiſſe, nemo ſanus exiſtimet. Contra ſola conſcientiæ ui, quidquid Monachi huius temporis Papæ Satellites obganniant, impulſos fuiſſe neceſſe ſit.* Pag. 350

PAucos certè ex nobilitate producit, qui VValdenſibus, ſeu Albigenſibus adhæſerint, ſi cum reliqua multitudine per Europam, aut etiam Galliam ipſam conferantur: & tantum abeſt, vt Chriſtianiſſimi Reges eis adhæſerint, vt etiam vſque ad internetionem eos ipſos perſecuti ſint.

Sed ſi ad defendendam Albigenſium Sectam hoc argumentum alicuius eſt momenti, quòd nemo ſanus exiſtimare debeat, hos nobiles fortunas, vitam, decus ſuum, manifeſto periculo pro vitiorum, errorumq; tam execrabilium, defenſione exponere voluiſſe: eodem certè argumento ſeſe tuebuntur omnes aliæ Sectæ, etiam à Mornæo condemnatæ, vt Arij, Macedonij, Neſtorij, & Eutychis, quibus non defuere Imperatores, Reges, ac Principes, vindices, accerrimique defenſores, quos certè nemo ſanus exiſtimabit, argumento Mornæi, decus ſuum pro erroribus manifeſto periculo exponere voluiſſe, quin & ſola conſcientiæ vi impulſos fuiſſe: atque ita nemo hæreticus condemnandus erit, qui ui conſciẽtiæ profiteatur ſe impelli. Verùm & argumentor neminem ſanum exiſtimare debere, Reges Chriſtianiſſimos, Præſules Eccleſiarum Galliæ, Proceres Regni, cum tota nobilitate obtemperaturos fuiſſe Romanis Pontificibus, & perſequuturos hanc Sectam, ſi non Deo inuiſa, ac peſtifera

Mornæi argumentum pro Albigenſibus, nimis contra ipſum probat.

Digitized by Google

Quo miſerit Innocētius III. vt ad ſaniorē mentem reduceret Albigenſes.

ra, & Sacræ religioni, ac ſalutiferæ fidei Orthodoxæ contraria pænitùs fuiſſet. Nihil non egit Pontifex Innocentius III. vt eos ad ſaniorem mentem reduceret; ac primùm ab eo miſſus eſt Legatus Petrus de Caſtronouo Monachus, qui cum ſententiam excommunicationis tuliſſet in Tholoſanum Comitē, a b eius ſatellitibus poſtea interfectus fuit: deinde miſſus Legatus Gualo, Sanctæ Mariæ in porticu Diaconus Cardinalis, iuriſperitus, & magnæ prudentiæ vir; & cum eo miſſi ſunt Abbates duodecim Ordinis Ciſtercienſis, qui tum florebant vitæ ſanctitate, ac ſciētia, qui Crucem contra Albigenſes prędicarent, concedente Pontifice plenariam peccatorum remiſſionem his, qui crucem ſuſciperent, & contra hæreticos bellum gererent. In Concilio Lateranenſi 4. cap. 3. de hæreticis. *Catholici, qui crucis aſſumpto charactere ad hæreticorum exterminium ſe accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoq; ſancto priuilegio ſint muniti, quod accedentibus in Terra Sancta ſubſidium conceditur*: his adiuncti ſunt Didacus Oxomenſis Epiſcopus, vir ſanctitatis eximiæ, ac S. Dominicus eiuſdem Eccleſiæ Canonicus, Epiſcopi comes, ac poſteà Prædicatorum Ordinis inſtitutor, qui in diſputationibus aliquando habitis contra hæreticos, non modò argumentis, ſed & miraculis eos conuicit. Verùm cum illi nullo modo perſuaderentur, Sanctiſſimè Pōtifex arma in eos ſumenda decreuit: ac belli Dux Simon Comes à Monteforti conſenſu Legatorum, ac Procerum, qui religionis cauſſa arma ceperant, datus eſt; qui cum plura Albigenſium loca expugnaſſet, ac de impijs ſupplicium ſumpſiſſet, anno 1213. res in maximum diſcrimen eſt adducta; Nam Francis alio bello occupatis, non vacabat hæreticos bello perſequi. Illi itaque animos ſuſtulere; nam Petrus Aragonum Rex, Comites Tholoſatum, Fluſatiū, Conuenarumque, quantum numeroſum potuerunt exercitum, conflarunt; vt circiter centum millia armatorum in acie aduersùs Simonem, ne decima quidem parte hoſti parem, conſtitiſſe ferantur. Atqui Dux, ac milites, confeſſione priùs peccatorum expiati, ac ſacra communione recepta, aduersùs hoſtes prodierunt. Epiſcopi Toloſatum, Agatenſium, Lodouenſium, & Conuenarum, quos Populares ſuis ſedibus exegerant, in exercitu erant cum S. Dominico: hi non arma gerebant, ſed præcibus, ac lachrymis piorum exercitui Deum conciliare ſatagebant, vt crucem, quam pro militiæ inſigni accepiſſent, inuictam vellet: ne impios hoſtes ſineret de his triumphare, qui omnem ſpem ſuam in eo collocaſſent. Nec vanæ fuerunt eorum lachrymæ, ac preces. Vicit Religio, fuſa, & fugata multitudo à paucitate, furor à Religione, Comites in fugam compulſi, Rex Aragonum obtruncatus: ea clade paſſim dignus iudicatus, quod pro impietate arma ſumpſiſſet, quamuis ſententia ipſe, & appellatione Catholicus, à factioſis opinionibus abhorreret: plùs viginti millia hominum deſiderata, cæteri armis ex vti. E nobilitate Catholica vnus omninò interijt, cum paucis admodum nec ſanguine, nec virtute inclytus. Inſtar miraculi iam

Pontifex armis pugnandū cōtra Albigenſes ſtatuit.

Noſtri tandem ne decima quidem parte hoſti pares congrediūtur.

Suſceptis priùs Confeſſionis, & Euchariſtia Sacramentis.

Noſtri vincunt; quā glorioſè.

referebat Mornæus, quòd propagata adeò fuiſſet Albigenſium Secta, nec multitudine populi tantùm, ſed & fauore Principum armata; cùm tamen nihil ſit mirandum, ſi nouus ille furor exortus, haud longiſſimo ſpatio, (vt eſt vulgus hominum in deteriora pronum) partes aliquot Galliæ inuaſerit: quin & in Hiſpaniam penetraſſe, & Legionem vſque perueniſſe Vrbem, in Calecis ſitam, oculatus teſtis ſcripſit Lucas Tudenſis Epiſcopus. Sed iſtud verè miraculum, ſicut in die Madian, quòd à tàm parua manu militum (namque Simonem Monfortium octingenti tantum equites, mille pedites ſequebantur) fuſus, fugatuſque ſit tàm numeroſus exercitus, ac cæſa tot hominum millia. Neque exitum hunc belli præ pudore retulit Mornæus. Quod ſcribit Aduerſarius.

Nouo, & horrendo exemplo crucem in infideles olim, prætextu ſaltem, aſſumptam, crucifigendo iam verè in membris ſuis Chriſto adhibitam. Pag. 351

QVis impios, ac ſacrilegos homines, ab vniuerſa Eccleſia proſcriptos, & condemnatos, membris Chriſti connumerarit? Præter cæteras horrendas blaſphemias, Dei matrem, voce impuriſſima *meretricem* dicere ſoliti erant, vt Gulielmus Nangiacus, qui proximo ſæculo in Gallia vixit, teſtatum reliquit: Chriſtum Deum turpi conſuetudine cum Magdalena iunctum fuiſſe aſſerebant, id quod refert Petrus Ciſtertienſis Monachus, qui viſa in Hiſtoriam contulit Innocentio Pontifici dicatam. Iſtine igitur membra Chriſti, qui de Chriſto, & Sanctiſſima eius matre tam impudenter ſentiunt, & loquuntur? Iuſtiùs itaque crux in eos ſumpta, quàm in Sarracenos; nam Saraceni religioſiùs de Chriſto, & Sanctiſſima eius matre loquuntur, nec horrendas huiuſmodi blaſphemias paterentur inultas.

Albigēſes non connumerandi membris Chriſti.

Crux in eos ſumpta iuſtiùs quā in Saracenos.

Notetur (inquit) *interim hoc bellum, licet in Gallia gereretur, Philippum Auguſtum tamen Principem eius non fuiſſe, ſed Pontificem, eiuſque Legatum, qui, quæ hoc bello pararentur, ſui iuris faciebat. Tantùm Rex, ſubditos ſtipendia Pontifici facere, Proceres Regni copias ei conſcribere, non inuitus patiebatur.* Pag. 351

ERgo ex confeſſione Mornæi Rex, & Regni Proceres non adhærebant Albigenſibus. Nemo ſanus exiſtimet, eum fuiſſe permiſſurum, ſubditos ſuos ſtipendia Pontifici facere, & Regni Proceres ei copias conſcribere, aduersùs homines pios, & membra Chriſti, quales eos deſcribit Mornæus. Igitur iudicio Regis Chriſtianiſſimi, & eius ſubditorum, ac Procerum Regni, Albigenſes erant hæretici, quales eos iudicauerat, ac condemnauerat Pontifex Innocentius. Sacrum illud bellum erat pro religione; ideoque non

Albigenſes iudicio Chriſtianiſſimi Regis, & aliorum fuerunt hæretici.

non

non mirum, ſi eius ſuſcipiendi author fuit Innocentius Pontifex, nec tamen inconſulto Rege; nam antequam de ratione belli decerneretur, ac exercitui præficeretur Simon Monfortius, Gualonem Legatum miſerat ad Regem Philippum, qui oratione Legati permotus, permiſit ſuos arma capere, & in Albigenſes proficiſci; neque vnquàm ſibi iniuriam vllam factam à Pontifice Rex eſt conqueſtus, & gladius materialis pro Eccleſia exerendus eſt ad nutum Pontificis, & ad iuſſum Imperatoris, ſeu Regis, vt tradit. S. Bernardus lib. 4. de Conſid. cap. 3.

Hoc bellũ non inconſulto Rege Chriſtianiſſimo, ſuſceptum.

Pag. 352 Quod ſcribit, Albienſibus animos redditos, deficientibus ciuitatibus à Simone, quæ ei in Cõcilio Lateranenſi in proprietatem erant conceſſæ, ſaluo iure Regis Franciæ, eoque annuente, ad Raimundũ, filium ſuperioris Raimondi Tholoſani Comitis, redintegratumque bellũ, & mortuo in obſidione Tholoſę Simone, Albiẽſes ſuperiores euaſiſſe: tùm quidẽ ex morte tãti viri fortaſſe aliquantum reſpirarunt; at tandem, ſub Ludouico nono ſanctiſſimo Rege, & in Sanctorum Catalogum aſcripto, exitialis illa Secta pænitùs extincta eſt, vt ne nomen quidem ſuperfuerit. Nec dubium, quin morte iuſtorum, & in Domino mortuus ſit, qui inter debellandum tam impios Dei, & ſacræ religionis hoſtes, mortem oppetierit. De Simone vltimò hæc ſcribit.

Albigẽſiũ Secta ſub Ludouico nono penitùs extincta.

Pag. 352 *Monfortenſis ſanè ſtrenuus belli Dux, ſed ignorantia in primis notatur, quem veritatis hoſtem noſtris etiam diebus nimium experti ſumus; quandoquidem eam tantùm ij perſequuti ſunt, qui nunquam de ea inueſtiganda cogitare voluerant.*

SEd quo authore eum notat ignorantiæ? Non erat ſtrenui Ducis contra hæreticos argumentis agere pro defenſione fidei Catholicæ, ſed eoſdem armis perſequi. An verò Innocentius tertius, Cardinales, omnes Epiſcopi Galliarum, Philippus Rex, omnes Principes, ac Proceres Regni, ignorantes erant, vt ex veritatis ignorantia Albigenſes perſequerentur? Grauiſſimi Authores his illum titulis exornant: quòd fuerit *vir pietatis amantiſſimus, peritus belli, formis manu, ingenio maximo*. De hæreticis rectè Tertullianus lib. de præſcrip. cap. 41. *Omnes tument, omnes ſcientiam pollicentur, antè ſunt perfecti Cathecumeni, quàm edocti*: Et D. Hieronymus in Oſeæ cap. 5. *Omnes matrem habent iniquitatis ſuæ ſuperbiam, dum ſemper ſe ſcire altiora iactitant*. Author Epiphanius Hæreſi contra Valentinianos omnes hæreticos ſeſe cognominaſſe *Gnoſticos*, ideſt peritos ſcientes, & rerum, diſciplinarumque multarum cognitores. Igitur inſignis iſte doctor, & magnus Gnoſticus Mornæus ſibi vni veritatis notitiam pollicetur, ab eo inueſtigandam: reliqui ignorantes, in quem illud Apocalyp. 3. rectè vſurpare poſſumus. *Dicis, quod diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.*

Mornæus temerè, ac præter rem notat Simonem ignorantia.

Hæretici ſcientiam ſibi arrogare ſoliti.

Gnoſticos vox quid ſignificet

De concionibus, & perſecutionibus VValdenſium, citat authorem Trithemium, & Nauclerum; ſic igitur ſcribit Trithemius, in Chronico Hirſaugienſi anno 1215. *His temporibus multi in occulto fuerunt hæretici vtriuſque ſexus, qui varios ſeminauerunt errores in Alemania, Francia, & Italia, quorum plures deprehenſi, flammis exuſti ſunt. In Ciuitate enim Argentinenſi hoc anno pluſquàm octuaginta numero, fuerunt comprehenſi ſimul vna vice, quorum pauci innocentes reperti ſunt.* Et Nauclerus. Generat. 41. anno 1212. *In partibus Alſatiæ tùm hæreſis, & error tàm nobilium, quã plebeiorum multùm increuit, volentium, & aſſerentium, licitum, & nequaquàm eſſe peccatum in Quadrageſimæ diebus, & reliquis ſextis ferijs anni comedere carnes; quicquid etiam peccarent homines cũ his membris, quæ ſub vmbilico forent, licitè fieri poſſe, dicentes hæc fieri ſecundùm naturam. Vnde quotannis huius erroris, & hæreſis authoribus Mediolanum certum cenſum miſerunt. Tandem verò ab Epiſcopo Argentinenſi, ac et conditionis ciuibus capti vtriuſque ſexus homines ferè octuaginta vna die, omnes igni traditi ſunt, & combuſti.* Iſti igitur iudicio Mornæi erant concionatores, & doctores veritatis *per quos* (inquit) *Deo innoteſcere viſum*. At inquit.

De VValdenſibus, quid Trithemius, & Nauclerus.

Non alij ſanè, quàm Monachi hæc ſcribere potuerunt; quibus credendis vix hominum ſtolidiſſimus ſit ſatis. Pag. 353

SEd quæ iſta, quæſo, exceptio? An quia Monachi, ideò mendacia ſcripſerunt, aut falſa VValdenſibus, ſeu Albigenſibus crimina impoſuerunt? Quid illis inde ferebatur, vel metebatur? Nec ſolum Monachi, ſed & alij Authores impia dogmata VVualdenſium, & Albigenſium referunt: & Nauclerus ipſe, qui viuebat anno 1500. non fuit Monachus, ſed Præpoſitus Tubingenſis.

Quòd poſtremò refert ex Trithemio, Fratrẽ Conradum de Marpurg Inquiſitorem Apoſtolicum iudicio ferri candentis hæreticos illos, ſi hæreſim negaſſent. probare conſueuiſſe: & quos ferrum exuſiſſet, velut hæreticos Iudici ſæculari tradere comburendos; vndè, paucis exceptis, omnes. qui ſemel eſſent accuſati, & ad eius examen perducti, condemnabantur ad incendium: Reſpondemus hæreticos quidem eſſe ſupplicio dignos, & in eos eſſe diligenter inquirendum; tamen compellendos eſſe ſubire iudicium ferri candentis; huiuſmodi enim purgatio a ſacris Canonibus prohibita eſt, vt in qua Deus tentari videtur: ext. de *purgat vulgari* cap. *dilect.* & ſi erga ſuſpectos de hæreſi ita geſſit Frater ille Conradus, à grauiſſima culpa excuſari non poteſt: neque omnia priuatorum facta, cuiuſcunque ſint illi ordinis, nobis eſt in animo defendere, ſed veritatem ipſam Catholicam, ac Sedis Apoſtolicæ dignitatem cui facta hominum non præiudicãt, à Mornæi, & gregalium ſuorum calumnijs, & impoſturis, vindicare.

De facto Cõradi de Marpurg.

ANTI-

ANTIDOTVM

Contra progreſſum quinquageſ. primum.

HOc Progreſſu Honorij III. Gregorij IX. Cæleſtini IV. Innocentij IV. Pontificatum, ac Friderici II. Imperium complectitur; & pro more ſuo Friderici cauſſam contra Romanos Pontifices, qui eum communione piorum ſubmouerunt, ac ei abrogarunt Imperium, tuetur.

Pag. 353. *Fridericus ſecundus,* (ait) *Innocentij tertij quondam pupillus, vt Imperium capeſſit; ab Honorio tertio, Gregorio nono, Innocentio quarto, non magis comiter exceptus, quàm olim à deceſſoribus Henricus, & Federicus primus, pater, & auus.*

SEd quemadmodum deceſſores Pontifices ſuperiùs ab iſtius calumnijs aſſeruimus, oſtendimuſque, iuſtiſſimam habuiſſe cauſſam ferendi ſententiam anathematis in Fridericum primũ, & Henricum ſextum; ſic nobis de iſtis Pontificibus idem eſt demonſtrandum, vtpotè iuſtiſſimã fuiſſe ſententiam in Fridericum ſecundum. Ac primum quidem de Honorio tertio, qui Anno 1216. ſubrogatus eſt in locum Innocentij tertij, Platina: *Fridericum ſecundum* (inquit) *anathemate notatum, Imperij dignitate priuat, quòd, mortua matre Conſtantia, quæ ipſum in officio continebat, Romam veniens, contra ius, faſque, ditionem Pontificiam vexabat.* Eadem ſcribit Antoninus in Chronico 3. part. tit. 19. cap. 3. Krantzius Author Germanus lib. 7. Saxoniæ cap. 38. *Fridericus, eius nominis ſecundus, iamdudùm, viuente Othone, Romanorum Rex electus, ab Honorio coronatur Imperator; Henrici filius, Friderici primi Imperatorum nepos, anno Chriſti vigeſimo, poſt mille ducentos. Sed quòd contigerat Eccleſiæ in Othone, idem ſenſit in Friderico; nam poſt acceptam à Papa benedictionem, vterque verſo in Eccleſiam dorſo, in eius detrimentum multa patrabat. Ferunt tùnc temporis conceſſiſſe è vita Conſtantiam eius matrem, fœminam, & annis, & prudentia maturam, quæ filium diù vitijs pro ſua reuerentia cohibuit; quæ vbi abceſſit, continuò liberiores ſumpſit habenas, frænatamque aliquandiù nequitiam paſſus eſt vulgari; nam Summo Pontifici primùm reniſus, multa fecit, quæ non decebant, monitus non deſtitit; Excommunicatione pulſatus, contempſit, exarſitque magis in malitia. Comminatus eſt in eum Pontifex deteriora: irriſit primùm; exinde exoluit Pontifex vinculo religionis omnes illi Sacramento deuinctos; ſed inſanabilis permanens, etiam Imperio deponitur: Sed neque hoc magni fecit.* Et teſtatur Chronicum Germanicum, lib. 20. non modò patrimonium Sancti Petri impiè tractaſſe, Vrbes diripuiſſe, agros deuaſtaſſe; verùm etiam pro ſuo arbitrio Epiſcopatus, & omnia beneficia Eccleſiaſtica ſuis contuliſſe, ijs eiectis, qui à Pontifice fuerant inſtituti, & quæcunque ex Eccleſijs ad Pontificem redibant, ipſum proripuiſſe; vnde, ſemel, atque iterum monitus, vt reſipiſceret, cum contemneret, immòde terior euaderet, Pontificem inuitum eum anathemate percuſiſſe, & ab Imperio depoſuiſſe. Eadē ſcribunt & Nauclerus Gener. 41. anno 1221. Et Paulus Langius in Chronico Citizenſi anno 1219. Authores Germani, & Blondus, li. 7. dec. 2. poſt dec. ac Fazelus lib. 8. cap. 2. de rebus Siculis.

Fridericus 2. ab Honorio 3. Innocentij 3. ſucceſſore iuſtè excommunicatus & priuatus Imperio.

Quod Honorius, impoſita Friderico corona Imperiali, eum obſtrinxerit, vt ad certam diem ſacram expeditionem ſuſciperet: ita interpretatur, Pontifici nihil antiquiùs fuiſſe, quàm

Vt illũ à rebus Italiæ procul amandaret. Pag. 354

SIc iſte omnia facta Pontificum interpretari in prauum ſenſum, ac in deteriorem partem accipere ſolitus. Quis enim alioquin hoc fraudi tribuat Honorio, quòd eo Fridericum obſtrinxerit, vt ſacram expeditionem ſuſciperet, & afflictis rebus Chriſtianorum in Aſia opem ferret.

Noua deinde cauſſa ſeſe obtulit reconciliationis inter Pontificem, & Imperatorem faciendæ, aduentus ſcilicet Romã Ioannis Bremenſis Hieroſolymorum Regis, vt Pōtificis, ac Principum Chriſtianorum opē imploraret. Perſuaſit enim Honorio, hanc eſſe commodam rationem rebus Hieroſolymitanis occurrendi, ſi, contracta cum Friderico Imperatore affinitate, eidem titulum, ac ius omne Regni renuntians, potentiam tanti viri ad ſacrum hoc bellum totis viribus ſuſcipiendum, ſibi conciliaret. Conſenſit igitur Honorius, vt Fridericus, reſtitutis Oppidis, quæ occupauerat, abſolutus, & in amicitiam Eccleſiæ receptus, Iolen Ioannis Regis filiam, vxorem duceret, titulum Regni Hieroſolymitani & ipſe, & qui deinceps in Regno Siciliæ ſuccederent, per ſucceſſionem gererent, & in Aſiam cum milite ſubſidiario ſe traiecturum iuraret. Nec mora, in Aſiam pro puella mittitur, Fridericus ab Honorio abſoluitur, cui viciſſim, & ille Oppida reſtituit, & in Syriam ſe cum exercitu ſubſidiario traiecturum iurat, & titulum noui Regni accipit. Sed cum Fridericus expeditionem differre nonnihil videretur, incunctantem Honorius animo infenſo ferebat, & iam denuò acerbius quiddam in ſuſpectum ſtatuiſſet, niſi interea anno ſalutis 1226. & Pontificatus ſui decimo obijſſet. Hæc Fazellus de rebus Siculis. Verùm Morneus eo Fridericum excuſat, quòd tum Lombardiæ Ciuitates arctiori ſe fœdere contra eum deuinxerint, quibus in officio continendis, fuerit ei opus ſacram expeditionem differre, idque ipſummet Honorium non probaſſe.

Fridericus abſoluitur occupata oppida reſtituit filiã Regis Hieroſolym vxorem ducit: quibus vtrinque paſſionib.

Vt qui prætextũ ea ratione dari Friderico p̄uidebat, vnde p̄uictione differret. Pag. 354

Sed

Cur Lombardiæ Vrbes arctius ſe contra Fridericũ deuinciãt.

SEd veriſimile eſt, innotuiſſe tùm illis ciuitatibus, magis in animo Friderico fuiſſe, earum libertati inſidiari, eaſdemque opprimere velle, quam ad ſuccurrendum rebus Chriſtianorum in Aſiam traijcere. Quorſum enim tùm filium Henricum in Italiam cum exercitu accerſere? Non igitur vt remorarentur ſanctam illius expeditionem, ſed vt ſuæ libertati conſulerent, Lombardiæ Vrbes tùm ſe arctiori fœdere coniunxerunt. Honorio anno 1227 decedente, ſuccedit ei Cardinalis Hugolinus, Gregorius nonus, dictus, patria Anagninus, ex eadem gente, & familia, qua erat Innocentius tertius. Mornæus.

Honorio 3. ſuccedit Gregorius nonus.

Pag. 354 *Hic nihil penſi habens, Fridericum vſque adeò vrget, vt Crucigeros omnes, Brunduſij ad diem Aſſumptionis vela facturos, adeſſe iubeat. Et cum tota quidem ille claſſe confeſtim ſoluit; ſed vix tridui ſpatio ſulcato mari, morbo preſſus, non ſine aliquo claſſis, copiarumque detrimento, littus repetit Gregorius, tùm nullam excuſationem accipere, apud omnes Principes quiritari, ex pacto cum Honorio inito Fridericum periurij manifeſtum, anathemate proinde teneri, Anathema ipſo iure eſſe.*

GRegorius vbi Pontificatum inijt, Fridericum ſub anathematis pęna monuit, vt primo quoq; tempore in Aſiam cum exercitu traijceret, Regni Hieroſolymitani repetendi cauſſa; promiſitq; Federicus, ſe id facturũ, indictumq; eſt veris tempus ad conueniendum Brunduſij, quo ex portu tunc ſoluere, eſt pollicitus: ac Pontifex cruce ſignatos, vndique miſſis literis, vt indicto die adeſſent, admonuit. *Conuenit igitur* (ait Nauclerus Generat. 41. Vol. 2. anno 1227.) *ingens militum multitudo præſertim ex Germania: ver autem iam penè exactum erat, expectatus eſt, requiſituſque Fridericus, interpellabat enim iuramentum, neceſſitas, ac præfixus terminus ad iter; Ipſe verò dictos cruce ſignatos Brunduſij expectantes reliquit, infirmitate* (vt aſſeruit) *detectus.* Krantzius lib. 8. Saxoniæ cap. 17. *Malo vir animo, mala mente Nuncios* (quod poſtea reſcitum eſt) *expectauit à Soldano Babyloniæ redituros, cum quo fœdera rei Chriſtianæ pernicioſiſſima inierat.* Eadem ſcribunt S. Antoninus 3. part. Chron. tit. 19. cap. 4. §. 1. Blondus, dec. 2. lib. 7. Sabellicus, Ennead. 9. lib. 6. Et Trithemius In Chronico Hirſaug. anno 1227. Conſultò itaque Mornæus.

Fridericus ſtatuto tẽpore Brunduſium nõ venit, & cur.

Pag. 354 *Friderici cauſſam* (inquit) *tueri non eſt hic propoſitum nobis.*

QVia videt, omnes Scriptores ſuffragari ipſi Gregorio, Fridericum verò damnare.

Sed Ricobaldus (inquit) *odij fontem nobis aperit.* Pag. 354

IVſtiſſima quidem fuit cauſſa infenſi animi in Fridericum, quòd rem Chriſtianam ita ludificaretur, neque fidem iureiurando datam ſeruaret, de traijciendo in Aſiam, ad recipiendum Regnum Hieroſolimitanum, cuius titulum ſibi aſſerebat. Sed, quicunque fuerit fons odij, hoc potiſſimum eſt, quod diſceptatur; iure nè, an iniuria, Pontifex ſententiam excommunicationis protulerit in Fridericum: & cum Fridericus, referente etiam hoc Mornęo, per literas, quę apud Vrſpergenſem leguntur, cauſſam ſuam defenderit, conqueratur verò in primis, quòd Cardinalem Brunduſinum, (Epiſcopum Brunduſienſem habet Vrſpergenſis) qui rationes ſuas exponeret, ad audientiam ſuam, admittere noluerit; igitur exiſtimauit, ius, & poteſtatem fuiſſe Pontifici in eum ſententiam excõmunicationis pronunciandi: nec enim apud non Iudicem cauſſam ſuam defendiſſet, aut rationes ſuas per Legatos exponere tentaſſet. Quæ Vrſpergenſis de Gregorio nono Pontifice ſcribit, religio fuiſſet Mornæo ſilentio prætermittere.

Poteſtatẽ ipſum excommunicandi Fridericus in Rom. Pont. agnoſcit.

Hic (inquit) *tanquam ſuperbus, primo anno Pontificatus ſui cæpit excommunicare Fridericum Imperatorem, pro cauſis friuolis, & falſis, & poſtpoſito omni ordine iudiciario.* Pag. 355

ESt ſuperbus nimium Vrſpergenſis, qui ita de Pontifice loquatur, & longè aliter ſcribunt cœteri, ęquè inſignes, aut etiam grauiores authores quam fuerit Vrſpergenſis, de quo etiã Paulus Æmilius lib. 7 Hiſt. Francorum in Ludouico 9 iudicium ſuum non reticuit. *Abbas Vrſpergenſis hiſtorias ſuas claudit laudibus Friderici, inſectationeque Pontificum:* Et infra: *Fama frequentior, & ſenſus propè omnium conſpirans eum damnant:* Satis conſtat (quod & Vrſpergenſis non diſſimulat) Auguſtum Frangipanes, & alios Principes Vrbis Romæ viros, euocaſſe, & emptos iſtorum agros poſtea reddidiſſe, Sacramento fidelitatis ſeruandæ exacto, eorumque opera exactum Pontificem. Sanderus doctiſſimus lib. 7. de viſibil. Monarch. num. 944. *Non ſolum* (inquit) *ex Hiſtoricorum iudicio, ſed præterea ex tot Pontificum Romanorum ordine ſuccedentium perpetuo conſenſu, ex Imperatoris Conſtantinopolitani, Regnique Angliæ Franciæ, Daniæ, & Hieroſolymorum ſtudijs, atque ſententijs quas, contra Fridericum non obſcurè præſeferebant, ac denique ex grauiſſima Concilij Lugdunenſis authoritate abundè conſtat, Vrſpergenſem à vero defeciſſe, ac immeritò vel Fridericum laudaſſe, vel tot Pontifices Romanos inſectatum eſſe; quorum tamen authoritati nihil vſpiam detractum eſſe in tota Eccleſia gubernanda voluit.* Quæ igitur deinceps citabit Mornæus ex Vrſpergenſi pro Friderico, nullius erunt apud nos authoritatis; qui tamen neq; cauſſæ Aduerſarij fauet, cuius hoc vnum inſtitu-

De Vrſpergenſi qualeſit doctorũ hominũ iudicium.

Vrſpergenſis nihil detractũ voluit authoritati Roman. Pont.

tum eſt, primatum, & authoritatem Romani Pontificis euertere, cui ille Author nunquàm detractum voluit, etſi ex propenſiore animo in Imperatores, Pontifices aliquando inſectetur.

Friderico meritò exprobratũ, Eccleſiam Rom. ei matrem extitiſſe.

Quòd exprobabat Gregorius, Romanam Eccleſiam Friderico ſub tutela Innocentij tertij matrem exſtitiſſe, meritò quidem; nam primùm Innocentius ei Regnum Siciliæ a Tyrannide Marcoualdi aſſeruerat, deinde ad Imperij dignitatem, reiecto Othone, eundem euexerat. Quòd vero reſpondebat, nouercam potius extitiſſe, & alia opponebat, cum reus ageretur; non ab eo certè inueſtiganda eſt rei veritas, ſed per teſtes idoneos illius temporis grauiſſimos Scriptores, qui Pontificum cauſſæ contra Fridericum ſuffragantur: & ingratiſſimum fuiſſe in Eccleſiam conſtat, non ſecus ac auum, & patrem.

Pag. 355

Quod refert Mornæus ex Abbate Vrſpergenſi de quodam Ioanne nomine, Ordinis Prædicatorum, cui inter cæteros munus prædicandi, & exortandi ad crucem ſuſcipiendam, à Conrado Portuenſi Cardinali Legato commiſſum erat, multa exinde mala proueniſſe, & ad immaniſſima flagitia proniores effectos eſſe, hunc Engilbertum Colonienſem Archieſcopum à conſanguineis ſuis interfectum eſſe, & multos Sacerdotes trucidatos; dicebant enim quidam peſſimi: *Faciam ſcelera, quia per ſuſceptionem crucis innoxius ero*. Sed fatetur Vrſpergenſis, dogmata, quæ prædicabat, potuiſſe defendi, vt veritatem continerent. Quod ſi alio modo intellexerunt, aut in prauum ſenſum detorſerunt audientes; non fuit culpa Prędicatoris, ſed audientientium: nec ea flagitia referenda ſunt in Pontificem, cuius authoritate per concionatores verbi Diuini inuitabantur ad crucem ſuſcipiendam, nec in ipſum Legatum. Si quædam in Sancti Pauli Epiſtolis (vt teſtatur S. Petrus 2. cap. vltimo) *Scripturas, indocti, & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ad ſuam ipſorum perditionem*. Idnè S. Paulo, aut Spiritui Sancto per eum ſcribenti, & loquenti, aſcribi debet? Si eo, quòd ſuſceptione crucis Pontifex concedebat remiſſionem peccatorum, homines ea ſpe ad flagitia procliuiores efficiebantur, vt Pontificis inſtitutum, & cruciatæ promulgatio eo repræhendenda ſint; eodem certè argumento Chriſtus Dominus inſtituendo Sacramẽtum Baptiſmi, quo remittuntur omnia peccata, pœnitentiam item, & alia Sacramenta, hoc nomine accuſandus erit, quòd multi ſpe remiſſionis per ea obtinendæ, peccata fortaſſe committant, & non ſecus dicere poſſint peſſimi quique: *Faciam ſcelera, quia per ſuſceptionem baptiſmi, vel pœnitentiæ innoxius ero*.

Id explicatur ſimilibus.

Quomodo ſuſcipientibus Crucẽ remitterẽtur peccata.

Nec verò per ſuſceptionem Crucis remittebantur ipſa peccata, quaſi vim haberet Sacramenti; ſed verè pęnitentibus, & Sacramento ipſius pœnitentiæ priùs expiatis, ac Deo conciliatis, per applicationem theſauri Eccleſiæ ex meritis Chriſti, & Sanctorum, remittebantur ipſæ pænæ peccatis debitæ, vel hic, vel certè in Purgatorio exoluendæ: id etiam beneficij Pontifex illis conferebat, vt à quocunque peccato, quantumuis graui, etiam reſeruato, poſſent per quemcunque ſacerdotem approbatum, vt in Iubilæis ſolet, abſolui. Ad Fridericum redit.

Pag. 355

Gregorius (inquit) *die, qui vulgò Cœna Domini, anathema in eum edebat; Frangipanes potens Romæ familia, indignati populum commouent, & Gregorium Peruſiam concedere cogunt; Fridericus verò nihil cunctatus, rebus Siculis compoſitis, vt actiones ſuas vniuerſo orbi probet, pridiè Natalis cum claſſe in Palæſtinam appellit.*

Frangipanes à Friderico in Pōtificem concitati.

VErum manifeſtè ſcribit Vrſpergenſis, Fridericum Frangipanes contra Pontificem concitaſſe; cum ab eis res omnes, quas poſſidebāt immobiles, comparaſſet, eaſdemque ipſis in feudum conceſſiſſet, Sacramento fidelitatis ſeruandæ ab eis exacto. Horum igitur opera, cum Friderico ſtuderent, factum eſt, vt Pontifex Roma exigeretur, & Peruſium ſe conferre cogeretur. Quòd verò poſtea claſſem duxerit in Palæſtinam; fecit minis Pontificis coactus, & infenſis piorum animis territus, non animo aliquid magni gerendi. Ita habet Chronicum Germanicum lib. 20. anno 1227. *Fridericus vbi intelligit, illam Pontificis Romani ſententiam vbique locum inuenire, ſeque futilem haberi, & multis odioſum eſſe, periculumque certum ex illo contemptu futurum, tandem vt deturbetur de Impererio; anno proximo poſt, verno tempore nauigat cum multis Germanorum, & Italorum legionibus in Syriam: Acam peruenit, ibi multis egit cum Sultano de pace; tandem inter eos conuenit, vt Sultanus Hieroſolymam Imperatori reddat, templo Domini excepto, totumque Regnum Hieroſolymitanum reſtituat, excepto arcibus quibuſdam, nimirum illis, quæ robur Regni erant. Induciæ decem annis ſunt etiam factæ inter Chriſtianos, & Sarracenos. Quare Fridericus capit poſſeſſionem Vrbis Hieruſalem & Regni eius.* Poſt: *Pontifici non placuit pax illa cum Sultano, nec quicquam in ea ſtabile poſſe eſſe prævidit; robora enim Regni retinebāt hoſtes, vt cum primùm dilapſus exercitus eſſet, facilia omnia eſſent receptu. Nec erat tàm rerum imperitus Fridericus, vt hoc non videret; ſed animus erat in Germania, & Italia, ſatiſque illi erat votis ſatisfeciſſe. Pontifex igitur grauius accuſat Fridericum, quàm vnquam antea* (& iure quidem, accuſauit Fridericum) *prædicitque breui rediturum, & Sultanum omnia recepturum*. Non igitur ſtudio iuuandæ religionis, ſed metu amittendi Imperij Fridericus in Palæſtinam traiecerat: & inducias illas pactas cum Sultano cum noxiæ Chriſtianis futurę pręuiderentur, meritò ægrè ferebat Pōtifex, vt ob id iure Friderico ſuccẽſuerit. Nec illud omittẽdũ, quod Blōdus, dec. 2. li. 7. & Krantzius li. 8. Saxoniæ cap. 2. ſcribunt Fridericũ Rainaldũ in Sicilia Præfectum dimiſiſſe, qui Eccleſiaſticos, & Pontificem opprimeret

Fridericus minis Pontificis coactus &c. claſſem ducit in Palæſtinam.

Friderico cōuenit cũ Sultano: quo pacto.

Pontifex, improbata einſmodi pace, quæ nihil haberet ſolidi, Friderico ſuccenſet.

Digitized by Google

ret: qui Marchiam Anconitanam, pleraque oppida occupauit.

Pontificem ſcripſiſſe ad Sultanum, ne quid Friderico reſtitueret, mera eſt Mornæi calumnia.

Quod Pontifex ad Sultanum ſcripſerit, vt bono animo eſſet, nec Friderico quicquam reſtitueret, non id Vrſpergenſis, etſi Pontifici infenſus, & in Fridericum propenſior, nec quiſquam alius ſcribit, ſed Mornæus de ſuo addidit: quod certè omni probabilitate caret; nam ſi ideò Pontifex Friderico ſuccenſebat, quòd Templum Hieroſolymitanum, & arces Regni reliquiſſet in manibus Sultani, vnde facilè poſſet omnia repetere; qui fieri poteſt, vt ſcripſerit ad Sultanũ, ne Friderico quidquam reſtitueret? id igitur manifeſta eſt calumnia.

Pontifex meritò ſcripſit ad Hoſpitalarios & cruce ſignatos, vt ſibi à Friderico cauerent.

Quòd verò ſcripſerit literas Hoſpitalarijs, & cruce ſignatis, vt ſibi à Friderico cauerent: id meritò certè; nam perfidiã hominis perſpectã habebat. Krantzius, ſcriptor Germanus ęquè inſignis (ne amplius dicã) ac Vrſpergenſis, lib. 8. Saxonię ca. 2. *Seneſtallus Friderici in Aſconem miſſus, multa Chriſtianis ibi manentibus damna intulit, quos ęgrè cerneret ferre nocturna cum Soldano Babylonis colloquia; in quibus ipſe aliquando fuerat depræhenſus. Quamprimùm tamen Soldani fœdera ſatis habuit conſtituta; Fridericus ab eo accerſitus Ptolemaidam adnauigauit. Nec mora, Oratores Romam dimittens abſolutionem à Pontifice, reconciliationemque, compoſitis verborum Lenocinijs, implorauit: Pontifexque, qui omnia reſciſſet, quæ Seneſcallus in Aſia commiſerat; perfidia Domini in Oratorum facie exprobrata, petitionibus eorum dedit repulſam: & Templarijs, Hoſpitalarijſque in Aſia pro crucis honore militantibus, vt Friderico tanquàm hoſti publico, fauores auerterent, iniunxit.* Eadem ſcribunt Blondus, dec. 2. li. 7. Sabellicus, Ennead. 9. lib. 6. & alij. Sed Mornæus ex ſuo Vrſpergenſi.

Pag. 356 *Qui tamen* (inquit) *beneficium abſolutionis humiliter cum omni obedientia, & deuotione, & Iuſtitiæ exibitione poſtulauit.*

Quo fine Fridericus abſolutionem à Pōt. poſtularit.

CVm toties reciderit Fridericus, & ad priſtinos mores redierit; hoc certè vero ſimile eſt, quod ſcribunt aliqui, eum non alio fine anathematis vinculo liberari tunc quæſijſſe, quam vt hoc pallio, apud pios homines ſe tegeret. Verùm ſi beneficium abſolutionis tanta deuotione, & humilitate à Pontifice poſtulauit, vt ex Vrſpergenſi aſſerit Mornæus, non igitur putauit, contemptui habendam, aut pro nihilo reputandam Pontificis ſententiam; neque credidit, ſe à quoquam alio poſſe abſolui, quam à Pontifice, qui diris eum deuouerat.

Mornæus ex conceſſis conuincitur.

Pag. 356 Ex Matthæo Pariſio ſcribit, Templarios, & Hoſpitalarios, inuidentes factis Imperatoris, ſumpſiſſe cornua ex odio Papali, & voluiſſe ſubdolè, & perfidiosè prodere ipſum Imperatorem Sultano Babylonis, vt ipſum poſſet vel capere, vel trucidare, & ipſum Sultanum deteſtatum eſſe Chriſtianorum verſutiam, inuidiam, & proditionem, maximè eorum, qui videbantur habitum religionis cum crucis charactere baiulare, eumque ipſorum Epiſtolam miſiſſe Imperatori. Sed reſpondetur, etſi illi inſidijs petiuerint Imperatorem, ſumentes audaciam ex odio Pontificis in eum; nullam tamen culpam fuiſſe in ipſo Pontifice, nec tantæ proditionis conſcium fuiſſe. Solos Templarios, non verò Hoſpitalarios ſcribit, voluiſſe prodere Imperatorem, prout indicant eius verba, quæ citat Mornæus. *Multa ſuſtinuit ex perfidia proditione Templariorum*; de Hoſpitalarijs verò contrarium: *Verum Hoſpitalarij* (inquit) *de domo Sanctæ Mariæ Teuthonicorum fideliter aſtiterunt.* Etſi Templarij, & Hoſpitalarij meritò infenſi fuerint Imperatori; neque enim conſenſerant inducijs pactis inter Imperatorem, & Sultanum: quia eis viſa eſt pax fraudulenta, & in damnum, & dedecus Chriſtianorum, & impedimentum recuperandæ Terræ Sanctæ, ac non niſi proditorem Chriſtianæ rei prodere voluerunt.

Pontifex minimè conſcius proditionis quã Templarij non & Hoſpitalarij Friderico moliebantur.

Mornæus.

Iam Gregorius vltrò pacem cum eo ambit, & Ananiæ, quæ eius ſedes, anathema diſſoluit, ea tamen lege, vt pro damnis Eccleſiæ ditionibus illatis 120000. *vncias auri Pontifici perſoluat, cogendiſque in ordinem Romanis ſuppetias ferat; quod vtrumque Fridericus accuratè implet.* Pag. 357

Gregorius cum Friderico pacem iniit ab ipſo cum venia rogatam.

NOn tamen Pontifex pro ineunda pace miſit ad Fridericum, immò Fridericus, vt habet Chronicum Germanicum li. 20. anno 1227. *Cum animum, & facta Pontificis in ſe exploratæ haberet ditionem Eccleſiæ, (quod patrimonium Beati Petri vocãt) ſcilicet Ducatum Spoletanum, Marchiam Anconitanam, Beneuentanam vrbem, & alia bona Eccleſiaſtica inuadit, & capta diripit. Fridericus verò finem Tragediæ periculoſum videns, mittit ad Pontificem pacem, & veniam rogat, Pontifex exigit, ſi velit abſolui, & quietè Imperio præeſſe, vt Eccleſiæ omnia reddat, præterà ob illata damna ſoluat magnum auri pondus: quod à Friderico factum eſt. Quarè abſoluitur, & iterum Imperator, & Rex Siciliæ appellatur.* Equidem Author ille non probat hanc pacem; cùm Pontifex teſtatus eſſet multis præſentibus, ſe nunquam abſoluturum Fridericum, niſi in Syriam rediret, & ſeriò votis ſatisfaceret. Vbi tamen minimè repræhendendus eſt, ſi credidit, ex animo eum vltrò abſolutionem petere, & leges ſibi impoſitas admittere. Quòd vero ſcribit Aduerſarius eum promiſiſſe, ſe cogendis in ordinem Romanis Pontifici ſuppetias laturum, idque accuratè impleuiſſe, immò fefellit Pontificem. Platina: *Collocuti ſimul de rebus agendis, in hanc ſtatim ſententiam venere, vt primo quoque tempore Romanos coniunctis copijs adorirentur. Decepit tùm quidem Pontificem, vt antea ſemper, Fridericus. Namque in Germaniam abiens, militibus ſuis mandauit, vt Romanis rebus in omnibus obtemperarent. Hac itaque perfidia Pontifex motus, Germanis militibus ad Caſtra ſua confugientibus magnum propoſuit præmium,*

Fridericus quod Gregorio promiſerat, nõ impleuit.

Digitized by Google

Qua re tanta multitudo confluxit, vt poſteà Romani aperto marte cum Eccleſię copijs congredi numquam ſint auſi. De hac perfidia Friderici eadem ſcribunt Nauclerus Gener. 42. ad annum 1230. Sabellicus, Ennead. 9. l. 6. Et Blondus, decad. 2. lib. 7. Non igitur, quod promiſerat Fridericus, impleuit.

Quòd ſcribit Pontificem in Fridericum ciuitates Lombardiæ exacuiſſe, item in Germania

Pag. 357 *Anteceſſorum exemplo, ingentem Principum conſpirationem, legatione miſſa, in eum excitaſſe, Henricumque Filium ſceleris Principem, in Patrem accinxiſſe, cui Mediolanenſes, quam patri denegarant Italiæ coronam, vltrò deferunt, modò ſubſidium allaturus, accurrat.*

Pontifex Henricum in Fridericum patrē non accinxit, quidquid eum Auentino dicat Mornaus.

EX Auentino lib. 7. Annal. Boiorum, quem citat in Margine, ſcribit, Pontificem authorem fuiſſe coniurationis Henrici filij in Fridericum Patrem. Sed longè aliud ſcribunt alij authores Trithemius, eum in patrem conſpiraſſe, accepto prauorum conſilio: Krantzius, lib. 8. Saxoniæ cap. 5. Nauclerus Generat. 42. vol. 2. anno 1241. Henricum Principum Germanorum ſtudio cum Longobardis fœdus inijſſe: quod cū pater Fridericus reſciuiſſet; veritus, ne ducenti aduerſus filium Proceres, populique Theutonum aduerſarentur, Pontificē per Nuncios orauit, vt contra rebellem filium literas daret; Pontifex fœderis ignarus literas conceſſit Apoſtolicas, quarum vi Alemanni patri aduerſùs filium paruerunt. Nullo modo igitur Pontifex fuit author coniurationis filij in patrem. Eadem habet Chronicum Germanicum lib. 20. Verùm, ſi reſciuiſſet, eum fœdus inijſſe cum Ciuitatibus Lombardiæ aduerſùs patrem, fortaſſe ab eo fœdere eum minimè deterruiſſet, neque literas in Germaniam contra eum dediſſet; nec enim filius in bello iniuſto, quod pater gerebat, tenebatur ei adeſſe, nec Pontifex Patri contra filium fauere. In Apuliam relegatum, ibique poſt aliquot annos mortuum ſcribunt aliqui: alij, iuſſu patris in carcere necatum.

Pag. 357 Quòd ſcribit inſigniores Germanorum Proceres tùm Eccleſiaſticos, tùm ſeculares, in Italiam iniuriam Gregorio exprobraturos, deſcendere non grauatos; vt præ pudore, mandata ſua reuocare Gregorius cogeretur: id non habet Auentinus, quem citat; Verùm id expreſſis verbis: *Venetias, inde Romam proficiſcuntur, Sacerdotem primarium appellant, modeſtiâ Chriſtianâ, boni que Paſtoris officij commonefaciunt eundem, & Auguſtum in gratiam redigunt.* Non igitur petulanter in Pontificem, vt nobis perſuadere velit Mornæus, egerunt. Quod ſcribit.

Germanorum Proceres aliter ſe gerunt apud Pontificem, quàm fingat Mornaus.

Pag. 357 *Anno 1236. Fridericus rebelliones Italiæ, Lombardiæ, præſertim pertæſus, à Gregorio mutuum officium poſtulat, vt quemadmodum illum in cogendis in ordinem Romanis, iuuit, ita in Lombardis, Mediolanenſibus in primis, compeſcendis, opem ſuam ne deneget: quos præſertim Albienſium, ſeu VValdenſium partes tueri minimè ignoret, eo nempè conſilio, vt rem ſuam propriè hic agi, Romanæ vtique Eccleſiæ, intelligat. Reſpondit Gregorius; Videat, ne armatus Italiam ingrediatur, aut Lombardos inuadat; quin potius Paleſtinam cogitet, cuius intra biennium induciæ finiantur &c.*

Laudabilis mēs, & reſpōſio Pōtificis.

LAudanda certè Pontificis mens, & hæc reſponſio; ſiquidem nolebat, Fridericum turbare pacem Italiæ, ſed potiùs Regnum Hieroſolymitanum, cuius titulum ſibi aſſerebat, ab infidelibus vindicare, & potius contra Sarracenos, quam contra Chriſtianos arma capere. Krantzius, lib. 8. Saxoniæ cap. 6. *Pontifex de Friderici in Italiam reditu, apparatuque certior factus, Gregorium Montelongum, Sedis Apoſtolicæ Protonotarium, ad eum miſit, orans, obteſtanſque, vt, ſi ſi pacem Eccleſiæ, vel potiùs Ieſu Chriſti, ſi ſuam ipſis beneuolentiam, quæ proximis diebus in fauore aduerſus filium, & vxoria diſpenſatione teſtata fuerit, tanti faceret, quanti ſanè Chriſtianus Princeps facere deberet; conſtituta cum Lombardis ab auo ſuo fœdera, quæ Henricus pater inuiolata ſeruauerit, impleret. Et cum aſſenſum præſtare Fridericus videretur, miſit Pontifex vnum, in breui poſt tres Cardinales, qui, re infecta, (ſeu potiùs exaſperata) Viterbium ſunt reuerſi. Pontificem namque magis, quàm Lombardos, Fridericus anhelabat deprimere.* Et certè Fridericum arte, armis, & ſcriptis literis omnia turbantem, hoſtili animo in Pontificem, non tam Lombardiam, quàm Vrbem Romam petiuiſſe, ſcriptores veri amantes, abundè teſtantur; quicquid ex ſuo Matthæo Pariſio Anglo Vignerius, deinde Mornæus expiſcari nitatur. Pacem igitur Italiæ ſibi proponebat Pontifex, cuius turbandæ nullam cauſſam habebat Fridericus, conſultum & ille volebat Reipublicæ Chriſtianæ, cuius iſte nullam rationem habebat. *Pontifex igitur* (ſcribit Krantzius ibidem) *arma ſpiritualia diſtrinxit in Fridericum, excommunicatione in illum ad diem cœnæ Domini promulgata, & omnibus iuris ſiurandi religione ſolutis, qua Imperij, Regnique ratione tenerentur aſtricti.* Mox ſubdit: *Iuſſit autem* (Fridericus) *ſuarum Magiſtrum Epiſtolarum, magna (vt in illa ætate) facundia virum, ſermonem habere ad populum, ſuis laudibus, ſuiſque de Romana Eccleſia deque Summo Pontifice, meritis redundantem.* Mornæus.

Quid Fridericus vbi comperit, ſe à Gregorio excommunicatum.

Quod

Pag.358

Quòd Fridericus, qui tùm Patauij, vbi intelligit (ſe à Pontifice excommunicatū) *ex ipſo tribunali, Apologiam ſuam per Petrum de Vineis Cancellariū, apud omnes exponit; Jnque abuſibus, & corruptelis Papæ, Curiæque Romanę ediſſerendis, nihil reliquum facit. Scribit & eodem conſilio* (inquit) *tùm ad Romanos, tùm ad cæteros Principes, ſigillatimque aduerſus omnes Pontificis obiectiones, cauſæ ſuæ æquitatem tuetur.*

Quid contra Gregorius.

VErum fatetur ipſemet Matthæus Pariſius, Friderici Apologiam Orbi ſuſpectam fuiſſe; & Gregorius Pontifex Epiſtola ad Regem Franciæ, quæ incipit: *Aſcendit de mari beſtia &c.* refellit Imperatoris calumnias, & illi objicit, quod vniuerſam terram turbet, Regna ſubuertat, Eccleſiaſticam poteſtatem contemptui habeat, Eccleſias deprædetur, Eccleſiaſticos ſpoliet, quàm paternè ab Honorio excommunicatum iuſtè, receperit in gregem fidelium, & quoties eum admonuerit. Item addit, eum fouere Sarracenorum cauſſam contra Chriſtianos: eū impedire expeditionem in eos, & prohibere in Regno, ne colligantur pecuniæ in vſum belli contra Turcas: & nominat Pontifex Fridericum *Præambulum Antichriſti*. Hæc certè non erant inanes cauſſæ, vt eas vocat Mornæus. In excommunicationis ſententia Pontificis, omnes cauſſæ continebantur, ob quas Fridericum excommunicaret: quæ certè non ſunt inanes, & leues, & explicantur à Krantzio in ſua Metropoli lib.7.cap 52. Subiungit aduerſarius, Fridericum, eius Anathemata quam paruifaciat, oſtenſurum, Gregorio ipſi hos verſus miſiſſe:

Pag.358

Roma diu titubans, longis erroribus acta,
Corruet, & mundi deſinet eſſe caput.

Sed tàm verus Vates Fridericus, quā Mornæus ī ſuis verſiculis, pręfixis ſuo Myſterio iniquitatis.

Falleris, æternam qui ſuſpicis ebrius arcem:
Subruta ſuccenſis mox corruet ima tigillis.

Debebat & ſubiungere reſponſionem Gregorij, quæ verbo Domini nititur:

Nitteris in caſſum nauem ſubmergere Petri:
Fluctuat, at nunquam mergitur, illa ratis.

Nec omnes Imperatores, Reges, ac Principes, Mornæus, ac omnes Sectarij, vnquam poterunt hanc Pontificis reſponſionem euertere; nam conſilium Domini ſtabit, verbum Domini manet in æternum, quod Petro dixit: Matth. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſùs eam.* Mornæus.

Pag.358

At ex altera parte Gregorius Lombardorum rebellium ſeſe caput apertè profitetur, nouos & in Apulia motus ciet, Genuenſium, & Venetorum fœdus ſibi conciliat.

Gregorius prudenter ſibi conciliat fœdus Genuenſiū & Venetorum.

ID certè fecit Pontifex prudenter; vt eos impijs conatibus Friderici opponeret, ſeque ab eius rabie defenderet. Siquidem ſciebat, non tàm Lombardos, quàm ſe vnum ab infeſtiſſimo illo hoſte peti: & cum iniuſtum eſſet bellum ex parte Friderici, cum cenſuris Eccleſiæ innodatus, Eccleſiæ contemptor, & Eccleſiaſticæ poteſtatis, iura omnia diuina, & humana ſubuerteret; iure potuit in eum quoſcunque ad ſui, & Eccleſiæ defenſionem armare Pontifex: Atque cum ille Romæ immineret, locis omnibus circumquaquè occupatis; cum deeſſent humana præſidia, capita Apoſtolorum, & portionem Sanctiſſimæ Crucis accepit, & in Baſilica Beati Petri ſtans, ambone conſcenſo, præſenti populo Romano, & Clero oſtendit lachrymans, & vehementi oratione populum aduersùs Fridericum hortabatur, gloriæ ſalutiſque æternæ præmia illis pollicitus, qui aduersùs ſceleſtiſſimum Dei, & Eccleſiæ Sanctæ hoſtem Fridericum pugnaturi, crucis charactere inſignirentur: mirumq; populum Romanum, cum quo toties diſſenſerat, in eius defenſionem armari, hoſte potentiſſimo Vrbi imminēte, cuius largitione corruptos, ac etiam coniuratos eſſe potentiores quoſque, conſtabat; *vt nulli dubium eſſe debeat*, (ait Blondus, decad. 2. lib. 7.) *diuina ope datam tunc Eccleſiæ, Pontificique ſalutem.* Sed Mornæus.

Quid Gregorius, Roma obſidione cincta à Friderico.

Roma diuina ope inde liberata.

Pag.358

Cruce ſignatorum porrò acies Roma ſeſe effunditur, manum cum Friderico conſerit, ſed quam primo impetu fuſam magna clade afficit.

ITa referunt grauiſſimi ſcriptores, & fide digni, Krantzius lib.8. Saxoniæ cap.9. Nauclerus Generat. 42. anno 1240. Vol. 2. Blundus dec. 2. lib. 7. Sanctus Antoninus 3. part. Chron. tit. 19. cap. 4. §. 3. Chronicum Germanicum lib. 20. Venienti Friderico ad Vrbem, vt portas, muroſque perrumperet, Cruce ſignatam cohortem cominus eſſe congreſſam. Ad cuius conſpectum adeò territus, adeò in furorem, veſaniamque, commotus ſit, vt Cruce ſignatos captos, ad ſe viuos perduci in prima acie pugnans clamarit, perductiſque, caput partim in crucis modum quadrifariam ſcindi iuſſerit, partim in fronte crucem ferro candenti reddiderit, Clericis autem ferro coronam cæſam, in Crucis formam vulnerari mandarit. Verùm cum præter expectationem vidiſſet Populi conſtantiam in defendendo Pontifice, tertia, qua aduenerat die, omnia deuaſtans, mærens, frendenſque tranſijt in Campaniam. Hæc igitur clades eſt, quam præ rabie ſceleſtus hoſtis intulit.

Friderici crudelitas erga Romanos.

Quòd ſcribit Aduerſarius Pontificem parem indulgentiam, veniam, & ab omnibus flagitijs abſolutionem ijs elargitum, qui contra Fridericum ſe cruce ſignaſſent, ac ijs, qui olim contra Sarracenos, & pro Palæſtina, conceſſerat: non immeritò certè. Nam ille hoſtis longè perfidior Eccleſiæ

Fridericus hoſtis Eccleſiæ perfidior Sarracenis: his quam dictus.

Eccleſiæ,quã Sarraceni ipſi,&(vt ſcribit Krantzius lib.8.Saxoniæ cap. 10.) *Sarracenos adeò fouit, vt eos mercede conductos magis, quàm cæteros Chriſtianos in militia charos habere ſit viſus; prәterque arma tractantes, multos ex ea barbarie amplis per Italiam, & Siciliam, honoribus, & Magiſtratibus euexit; eiuſque gentis amore in Chriſtianos vſque adeo eſt debacchatus, vt Luceriam Apuliæ Ciuitatem, eiectis populariter Chriſtianis, Sarracenis dederit habitandam. Legem etiam promulgauit, qua Sarracenos adeò voluit eſſe ſaluos, vt contendentes cum illis, impunè occiderentur: cæſorum autem Sarracenorum quæſtio, ſi, captus non eſſet, qui vim attulerat, in vicinæ regionis populos haberetur; quæ æris ſumma, ac totidem capitum ſupplicio puniretur. Demumque Fratrem Regis Tuneti, Panormi baptizari volentem, prohibuit.*

Idem ſcribunt Sabellicus, Ennead. 9. lib. 6. Blondus, dec. 2. lib. 7. Nauclerus, Generat. 42. vol. 2. Platina In Gregorio 9. Et Fazelus de rebus Siculis. poſt decad. lib. 7. Quò igitur differebat à Sarracenis, niſi quòd infeſtior hoſtis eſſet Chriſtianis; cũ ſub nomine Chriſtiano militans, multos haberet ſub ſuis ſignis contra Põtificem, & Eccleſiã militantes Chriſtianos. Ex ſuo Matthæo Pariſio Anglo Monacho refert, quid reſponſum ſit in Francia, cum Gregorius D. Ludouico ſcripſit, literaſque ſuas toto Baronagio Franciæ legi poſtulauit; ſe Fridericum exauctoraſſe, Robertumq; Ludouici fratrem eius loco auctoraſſe; quem omnibus Eccleſiæ viribus in eam rem adiuuare ſtatuerit.

Pag. 359 *Reſpondet* (inquit) *circumſpecta Francorum prudentia; Quo ſpiritu, vel auſu temerario, Papa tantum Principem, quo non eſt maior, immò nec par inter Chriſtianos, non conuictum, vel confeſſum de obiectis ſibi criminibus, exhæredauit, & ab apice Imperiali præcipitauit? Qui ſi meritis ſuis exigentibus deponendus eſſet, nonniſi per generale Concilium caſſandus iudicaretur.*

NOn eſt opus reliqua referre, quæ ex Monacho illo ſuſpectæ fidei Authore, vt à Proteſtantibus in lucem edito, & fortaſſe multis in locis corrupto, adducit Aduerſarius; qui ſubiungit.

Pag. 359 *Et hinc de Gregorio noſtra Gallia, & D. Ludouicus ipſe quid ſentiret, iudicium faciat Lector.*

Tota Gallia, & D. Ludouicus cum Gregorio Pont. ſentit contra Fridericum.

IMmò certum eſt, totam Galliam, & D. Ludouicum ſenſiſſe cum Gregorio aduerſus Fridericum. Nam (vt ſcribit Krantzius ibidem cap. 8.) cum Pontifex ſolicitaret Archiepiſcopos, & Epiſcopos, vt Imperatorem excommunicatum cunctis denunciarent; Theutonia, ne hoc fieret, ſupplicarunt, veriti tyrannidem eius: in Francia verò, Anglia, & Dania, denunciabatur ſine timore. Quòd certè non factum fuiſſet, niſi pro Pontifice vniuerſa Gallia cum Rege ad uerſùs Fridericum ſtetiſſet. Et teſtatur Paulus Æmilius in Ludouico 9. lib. 7. conatum eſſe Fridericum Sanctum Regem à reſpiciendo Pontifice reuocare; ſed cum per Oratores nihil proficeret, expetiuiſſe colloquium: ſed dolo omnia agebat, Regem fortaſſe capere conſtituens, ſi ſui Poteſtatem facturus inermi, incautoque apparatu veniſſet. Annon verò conſilijs Regum Franciæ, & Angliæ Pontifex Lateranum Concilium contra Fridericum indixit, cum in Franciam miſiſſet Iacobum Columnam, Præneſtinum Epiſcopum Cardinalem, & in Angliam Othonem Montisferratenſem, Marchionum genere oriundum, Oratores, præſidia afflictis Eccleſiæ rebus oraturos? Pontifex ob tyrannidem Friderici Concilium apud Lateranum indixit, in quo de abrogando ei Imperio ageretur: quod percipiens Fridericus terra, marique vias præcluſit, ac quoſdam Cardinales, & alios Prælatos captos in carcerem coniecit. Scribit Paulus Æmilius in eodem Ludouico, Pontificem à Rege Franciæ petijſſe, vt è Francia mitteret Pontifices, ac Patres: profecti ſunt Cluniacenſis, Ciſtercienſis, Claraualleuſis, Principe Legationis Pontifice Retomagenſi; ex Prouincia ſoluerunt, nauibus Siculis intercepti. Violatum ius gentium conqueſtus Rex, violata iura humana, violata Diuina, Legatos Regios intercipi, Antiſtites Sanctos, Pontifice Maximo euocante in Vrbem religionis arcem, ad ſacrum totius Orbis conuentum, excipi? Sic Franciſci nomen vile? Vſque adeò arma Francorum contemni? Non tecturam Franciam ſuos, quæ cæteris auxilio ſit? Huiuſcè iniuriæ tàm inſignis authorem impunè abiturum? Minacibus itaque Regis literis territus Fridericus, incolumes reſtituit; purgans, ſe ignaro, id factum à filio Sardiniæ Rege. Et hinc de Gregorio noſtra Gallia, & D. Ludouicus ipſe, quid ſentiret, iudicium faciat Lector. Nonnullos Prælatos tùm ſubmerſos fuiſſe in mari, ſcribunt; inter quos Archiepiſcopus Veſontinus: ob hoc mœrore confectus Gregorius moritur, Pontificatus ſui anno decimoquarto, menſe tertio.

Concilium contra Fridericũ cõſilijs Regnum Frãcia. & Anglia indictum.

Qua Fridericus in eunies ad Cõcilium.

Rex Francia de Friderico conqueſtus.

Fridericus ob Regis Frãcia minas Francos Patres reſtituit.

Gregorij 9 obitus.

Pontifices Romani cùm moleſtè ferrent, res Chriſtianorum in Aſia infeliciter ſuccedere: vndique Principes Europæ adhortabantur ad ſubſidium illis ferendum; illorum enim intererat maximè rei Chriſtianæ amplificandæ, iuuandæ, & promouendæ incumbere. Hoc interpretatur Mornæus, quem gloria Chriſtiani nominis nihil tangit.

Fucum facturos Pontifices, Palæſtinam perpetuò in ore habuiſſe. Pag. 360

IMmò infelices Chriſtianorum ſucceſſus Pontificibus ipſis tribuere velit, vt poſt multas clades Damiatam ipſam deſertam, Vrbem tùm percelebrem; quòd, cum Ioannes Bremenſis eã cepiſſet, Pelagius Legatus Honorij tertij, exercitui cum ſummo imperio præeſſe voluerit; vnde

Digitized by Google

de Rex indignatus Ptolemaida ſeceſſit &c. Reſpondemus, equidem in huiuſmodi expeditionibus contra infideles, quò variæ gentes ex orbe Chriſtiano vndiquè confluunt, poſſe Summum Pontificem, vt Reipublicæ Chriſtianæ Principem ſupremum, conſtituere, quem velit Præfectum exercitus. Et diſceſſit tùm quidem Rex Damiata, quòd Legatus præeſſe videretur exercitui, & Damiatæ Vrbis captionem ſibi tribuere; cum tamen exercitus Legato non pareret, ſed Regem deſideraret, qui rem militarem adminiſtraret; ad eum Oratores Legatus mittit, deprecans, vt ad exercitum quantociùs veniret. Volens itaque ille eius ſatisfacere voluntati, & Romanæ Eccleſiæ obedire mandatis, Chriſtianis collectis, qui in Syria remanſerant, rediit Damiatum: & cùm diſſiderent inter ſe, & conſilium Regis Chriſtianis eſſet vtilius; videns tamen ille Legati animum obfirmatum, ei, licet inuitus, obſecutus eſt. Nec certè, ſi quid perperàm, & præter mandata, agant Legati, id Pontifici aſcribi debet. Nec dubitandum, Legatum bono zelo impulſum fuiſſe. De Richardo Cornubiæ Comite, fratre Henrici tertij, Regis Anglorum; quod prohibitus ſit à Legato Gregorij vela facere, & quod indignabundus in hæc verba proruperit.

Pag. 361 *Credebam veritatis firmitatem ineſſe dictis Apoſtolicis, & ſuis, quos miſit, Prædicatoribus &c.*

De obiecta Pontifici duplicitate.

Fieri potuit, vt iuſtis de cauſſis non ſatis fideret ei Pontifex; cum affinitate iunctus eſſet Friderico, qui & iuratus hoſtis eſſet Eccleſiæ, & præterea è Paleſtina redierit, inducijs cum Soldano pactis valdè noxijs. Scribit tamen Polydorus Virgilius, Richardum anno 1240. parata claſſe Syriam petijſſe, ac mirandum in modum, rem Chriſtianam iuuiſſe. Quòd verò Pontifex Cruce ſignatos ſua quemque repetere iuſſerit, quos priùs per Prædicatores ad expeditionem Palæſtinæ adhortatus fuerat; illi verò duplicitatem, ſeu multiplicitatem in Papa accuſauerint: Reſpondetur, ſapientis eſſe mutare conſilium, nouis cauſſis obuenientibus; neque id duplicitati aſcribi debet.

Pag. 361 ***Reſtabant tantùm Romæ Cardinales decem, ſufficiendo in locum Gregorij, ſucceſſori impares. Rogant igitur Fridericum, duos, quos ſub cuſtodia ſeruabat, ad ſe venire permitteret, vt electioni intereſſent, quod clementer annuit, ita tamen vt ambo reuertātur; niſi fortè alter Pōtifex creetur.***

Cardinales à Friderico in carcere detenti liberantur.

Balduinus Imperator Cōſtantinopolitanus, & Raimundus Comes Toloſanus, qui Parmæ apud Fridericum erant, ab eo impetrarunt, Cardinales Amalphitano carcere liberari, fore polliciti, vt, illis ad Collegium perductis, ad optatiſſimam Pontificis electionem veniretur, cum quo ipſi corām Imperij, & ipſius Friderici iurium, & ſolidæ pacis haberent exactiſſimam rationem. Nec verò Cardinales redire tenebantur in carcerem, nec tenebantur iurare, ſe redituros; ſed poterant vti ambiguitate verborum: & licet ſincerè iuraſſent; quia tamen carcer eſſet iniurioſus, ſub nullo peccato eò redire tenebantur, prout docent Tabiena, Angelus Panormitanus, Nauarrus 19. Manuali cap. 12. nu. 18. gloſſa in 2. Clement. de Sent. & re iudicata, ſuper verbum: *per violentiam.*

Iidem non tenebantur in carcerē redire.

Anno 1241. Gregorio Papa obeunte 22. Auguſti ex Onuphrio, ſuffectus eſt in eius locum Cœleſtinus IV. patria Mediolanenſis, qui vita ceſſit poſt diem 18. eius electionis: vacauitque ſedes vno & viginti menſibus, donec liberi dimitterentur Cardinales, quos ex Gallia Romam ad indictum Concilium venientes, captiuos in Apuliam duci iuſſerat Fridericus. Vnde non interfuerunt illi Cœleſtini electioni, vt putat Mornæus, ſed ſubſequenti Innocentij IV. qui Sinibaldus antea dicebatur, S. Laurentij in Lucina Præsbiter Cardinalis, patria Genuenſis, è familia Fliſca è Lauaniæ Comitibus. Placuiſſe ferunt Friderici, Nuncijs apud Balduinum Imperatorem agentibus, eius viri aſſumptionem, Friderico omnium eius Collegij, & Curiæ amiciſſimi: certatimque Parmam dimiſſi ſunt equites acceleraturi, à quibus læto Fridericus nuncio afficeretur. Is autem mentis ſuæ conſcius fertur ex compoſito reſpondiſſe: ***Bonum amicum Cardinalem, in acerrimum hoſtem, Romanum Pontificem, permutaui.***

Gregorio IX. ſuffectus, Cœleſtinus IV.

Cœleſtino IV. Innocentius IV.

Quid Fridericus de creatione Innocentij IV. Pont.

Scribit quod vacante ſede.

Galli audacter ſignificant, confiſi de antiquo priuilegio ſuo, per S. Clementem, Beato Dionyſio conceſſo, & obtento, qui conceſſit Apoſtolatum eidem Dionyſio ſuper gentem Occidentalem, Papā ſe electuros pro ipſis. Pag. 361.

De Gallorum priuilegio, quod refert Mornæus.

Primò id certè fictitium eſt; ſiquidem intelligebant Galli, quemadmodum toto Orbe erat vnum ouile Chriſti, ità debere vnum eſſe Paſtorem, & velle eligere Papam pro ipſis, hoc eſſe velle inducere ſchiſma in Eccleſiam: nec ſibi vnquam arrogaſſe leguntur huiuſmodi priuilegium. Deinde ſi Mornæo probatur Author ille, ex quo hæc expiſcatus eſt, igitur fateatur neceſſe eſt, huiuſmodi priuilegium Gallis nonniſi à Romano Pontifice conceſſum fuiſſe. Denique erat priuilegium non conceſſum Regno ipſi, ſed perſonæ S. Dionyſij, qui Apoſtolus quidem Galliarum meritò dicitur, quòd primus illi genti miſſus à Sancto Clemente fidem promulgarit: non tamen Occidentalis dicitur Apoſtolus.

S. Dionyſius cur Apoſtolus Galliarū.

Scribit Innocentium, & Fridericum non potuiſſe inter ſe conuenire.

Nempe quòd Papa ſibi purè credi vellet, Fridericus ſeſe ſubmittere nollet, niſi Pag. 362

Digitized by Google

niſi præcognitis cauſſis, & præuiſa via, & omnibus conditionibus, &c.

Innocẽtius IV ineundæ pacis cum Friderico ſtudioſus.

EQuidem Innocentius Pontifex creatus, de pace magno ſtudio cum Friderico agere cœpit; verum cum totis quatuor menſibus nihil agere poſſet, Friderici Oratoribus, Nuncijſque per diem variantibus, & nulli ſat formulæ, nulli oblatæ conditioni, acquieſcentibus, conſtitutum eſt tandem, vt Caſtellanæ conuenirent: Verùm Pontifex admonitus, ne iret; ſiquidem Fridericum habere in animo eum capere, eiuſque Cæſaris conſilij conſcios eſſe multos Ciues Romanos; ſimulans, ſe iturum ad Friderici colloquium, & verbis ſpem faciens, ſe conditionibus aſſenſurum, quas ille petebat, clam ſe ſubduxit, & Genuenſium nauigio, quod ad Centumcellas vocauerat, in Franciam nauigauit, ac ſummo honore exceptus, Lugdunũ petijt, ibique Conciliũ celebrauit anno 1246. in quo Imperatorem citari iuſſit, & ipſe concionabundus citauit. Vnde cõſtat, Fridericum dolo agere voluiſſe, inſidijs ipſum Pontificem petijſſe, & vi conditiones iniquas ab eo, ſi in ſuam poteſtatem redegiſſet, extorquere voluiſſe; non verò Papam ſibi purè credi voluiſſe. Morneus ſtudet omnibus modis purgare Fridericum, & odium Innocentio creare.

Innocẽtius propter Friderici dolũ in Frãciam diuertit.

Lugduni celebrat Conciliũ.

Pag. 362 *Eò* (inquit) *Friderico accedere ratum, Taurinumque iam peruenerat, cum Innocentium in ſe anathema pronunciaſſe intelligit, Thadeumque Sueſſanum Oratorem ſuum, virum inſignẽ, audire noluiſſe, rogãtem, vt aliquantiſper expectaret; quod & D. Ludouici Regis Franciæ, & Henrici Regis Angliæ precibus, aliorumq; Principũ Oratoribus, dare noluerat: &c.*

HÆc, & quæ ſubſequuntur, ex ſuo Matthæo Pariſio, Romanis Pontificibus ſemper infeſto. Sed longè aliud referunt cæteri Scriptores. Ex Concilij illius hiſtoria conſtat, Fridericum miſiſſe Legatos, in primiſque Thaddeum illum eloquentem virum, ac eruditum, qui Aduocati officio fungeretur, dilueretque crimina, de quibus poſtulabatur. Sed tamen in vltima Actione, cauſſa cognita, diligenterque perſpecta, Innocentius de ſententia ſynodi Imperatorem damnauit, eumque à piorum communione eiectum, Imperij dignitate, & Siciliæ Regno priuauit. Falſum igitur, Innocentium noluiſſe audire Thaddæum Friderici oratorem. Scribit Krantzius lib. 8. Saxoniæ cap. 12. Fridericum miſiſſe quidem Thaddæum, illum Sueſſanum Iuriſconſultum, ſed omnia, vt poſtea conſtitit, diſturbaturum: cuius Legationis apparens ſumma, & quam præſetulit, ea erat: Fridericum de re ſua, deque omni iuſtitia coram Patribus dicturum, breui affuturum; quem expectandum, & rogabat, & de iuris Pontificij rigore cum aduerſantibus contendebat. Nec moram grauiter Pontifex. Patreſque ferebant; quouſque refertum eſt, Fridericum Parmę agentem, id maximè moliri, enitique, vt Brixianos, Mediolanenſeſque, bello diu meditato, paratiſſimus inuaderet. Et ex actis ipſius Concilij patet, Dominum Papam ad inſtantiam ipſius Thaddæi Oratoris prorogaſſe tertiam Seſſionem, etiam contra voluntatem ſuorum Prælatorum; nec priùs eam celebraſſe, quam certò ei conſtitit, nec Fridericum venire, nec cum mandato ſolemniter facto, aliquos Principes eò deſtinare. Sententiam igitur anathematis, & abdicationis in eum tulit, qualis habetur 4. Tomo Conciliorum Romæ editorum, & Cap. *Ad Apoſtolicam*. De ſententia excommunicationis in 6. Hanc legi arrogantiſſimis verbis in Synodi Lugdunenſis Actis, ſcribit Mornæus; Sed hæreticus homo, & arrogantiſſimus, ita de authoritate, & ſententia Romani Pontificis ſcribit.

Thaddæus à Friderico pro ſui purgatione miſſus ad Concilium, & à Concilio auditus.

Innocẽtius ex ſynodi ſententia Fridericũ excommunicat, & priuat tũ Imperio, tùm Regno Siciliæ.

Summa legationis Thaddæi.

Innocẽtius contra Prælatorum ſuorum voluntatem, rogante Thaddæo, differt tertiam ſeſſionẽ Cõcilij.

Quod idem ſcribit, Innocentium *dare noluiſſe D. Ludouici Regis Franciæ, & Henrici Regis Angliæ precibus, aliorumque Principum Oratoribus, vt tantiſper Fridericum expectaret*: hoc ſanè futile eſt; ſiquidem vltra terminum præfixum expectauit Pontifex, nec niſi in contumacem ſententiam tulit. Et D. Ludouicus etſi præcatus fuerit Pontificem (de quo tamen non conſtat) ne ſententiam ferret anathematis, & abdicationis Imperij in Fridericum, quòd inde conijceret, multa mala oritura; ſeſe tamen totum ſententiæ Põtificis, & totius Concilij ſubiecit: immò cum Innocentius Lugdunum petijt, Rex officij gratia, & religionis, ei præſtò fuit, ſe vireſque Regni, ſui, ac conſilium ſacræ poteſtati tutandæ paratum eſſe profeſſus. Quinetiam turbaſſet armis Fridericus Concilium, (ait Paulus Æmilius in Ludouico nono li. 7.) ni præſtò Rex Ludouicus Concilio dignitatem, roburq; addidiſſet. Auentinus magnæ apud Mornæum authoritatis ſcribit, Innocentium in Galliam Lugdunum migraſſe Gallorum conſilio, quibus Imperatoris potentia, vireſque formidoloſæ erant. Falſum igitur, Regem Ludouicum Innocentium apud Innocentium precibus egiſſe, vt Fridericum ampliùs expectaret, aut etiam fideiuſſorem ſe eius promiſſionum exhibuiſſe.

D. Ludouicus qualẽ ſe præſtitit tùm erga Cõcilium, tùm erga Pontificẽ.

Quod tanta ſponderet Fridericus per ſuos Oratores, ſi pax ei redderetur.

Se Europam aduersùs Tartaros tutaturum, Palæſtinam à Sarracenis pro prijs impenſis vindicaturum, Eccleſiam Grecam Romanæ coniuncturũ. Pag. 362

CVm toties priùs ludificatus eſſet Pontifices, illis verba dediſſet: ei iam ampliùs credi nõ poterat: neque ſe fideiuſſores eius, & ſponſores exhibuerunt Reges, Ludouicus Franciæ, & Henricus Angliæ: etſi verè pænitentis animi ſigna in eo Pontifex conſpexiſſet, minimè vnquã anathematis ſententiam, aut abrogationis Imperij in eum tuliſſet. Cætera, quæ ſubiungit ex ſuo Matthæo Pariſio, nugæ ſunt, in quibus examinandis,

Reges Frãciæ, & Angliæ ſe fideiuſſores pro Friderico non exhibuerunt.

Digitized by Google

nandis, vel refellendis, immorari minimè opus.

Pag. 362. 363. *Sic & Krantzius* (inquit) *narrat, plures Principes, & Barones, ad hoc Decretum exclamaſſe, non eſt Papalis iuris Imperatorem ſuſtituere, ſed tantùm electum à Principibus coronare.*

Iniuſta Baronum de Pontifice exclamatio.

NIhil certè id mirum; cùm multi Friderico contra Pontificem adhærerent: nec id nouum erat, Pontificem Friderico abrogare Imperium; nam priùs Gregorius 7. Henrico 4. Imperium ademerat, & paulò antea Innocentius 3. Othoni 4. nec tùm contemptui habita Pontificis ſententia; nam cùm Electoribus Imperij ſcripſiſſet, vt nouum eligerent Imperatorem, Henricum Lantgrauium Turingiæ, elegerunt in Regem Romanorum, qui Conradum Friderici filium, vicit in Germania; verùm, dùm benè victoria vtitur, in expugnatione Vlmæ ciuitatis caſu vulneratus, interijt. Ità ſcribit Nauclerus, Generat. 42. vol. 2. ad annum 1246. variant tamen Authores; nam Krantzius lib. 8. Saxon. cap. 14. ſcribit, Conradum collata manu ſuperiorem euaſiſſe, & copias Henrici diſpuliſſe, diſiecìſſe, ac diſſipaſſe, multis Capitaneis, ac Nobilibus de exercitu captis, Principes Germaniæ, vrgente Legato Pontificis, ſubſtituunt Henrico Lantgrauio mortuo, Gulielmum Hollandiæ Comitem in Regem Romanorum: & omnes Principes Imperij in eum conſenſiſſe, author eſt Trithemius in Chronico Hirſaugenſi anno 1249. Id conſecutum fuiſſe Innocentium,

Electores Imperij monitu Pontificis eligūt nouū Imp. Henricum Lantgrauium.

Rurſus, eo mortuò Gulielmum Hollandiæ Comitem.

Pag. 363. *Effuſa pecuniæ vi*, ſcribit Mornæus, *Quicquid enim* (inquit) *vndecumquè corradebat, in hoc quaſi gurgite abſorbebantur.*

An Pontifex in id pecuniam effuderit: licuit ſanè.

SEd eadem authoritate, qua ab eo id ſcribitur, negamus, ac reijcimus. Deinde ad redimendam vexationem Imperij, & Eccleſiæ, licuit tū Innocentio in Electores pecuniam effundere, quò contra Fridericum, & Conradum, vtilem aliquem Reipublicæ Chriſtianæ Imperatorem eligerent. Hic Gulielmus (vt ſcribit Nauclerus) paulò poſt à Friſſonibus, quibus mouit bellum, occiſus eſt: & quia vterque eorum benedictione caruit, non numerantur in Cæſarum catalogo. Sunt etiam, qui velint (Krantzius lib. 8. Saxoniæ cap. 19.) vacaſſe Imperium à Friderici abdicatione, vſque ad Rodulphum Sueuum. Conſpiratum eſt in vitam Friderici à nonnullis ſuis domeſticis, quos hic refert Mornæus; & eandem coniurationem deſcribit Colennutius lib. 4. hiſt. Neapolitanæ, quàm dicit de tectam fuiſſe à Comite Caſertano, clam miſſo ad eum proditionis nuncio: at verò Mornæus huiuſcè proditionis vel it nobis authorem facere Papam Innocentium IV. & producit literas ipſius Friderici ad Regem Angliæ ex ſuo Matthæo Pariſio. Verùm quis dubitat, omnes rationes Fridericum excogitaſſe, quibus apud Reges, & Principes odium Innocentio concitaret? Siue has literas ſcripſerit Fridericus, ſiuè eaſdem commentus ſit Matthæus Paris, Pontificibus ſemper iniquus; non maiorem apud nos fidem merentur, quam quòd à Mornæo producantur. Nec vlla probabilitate nititur, quod Pontifex huius ſceleris author fuerit, neque author vitæ Friderici de hac coniuratione loquens, vllo modo Pontificis meminit, vt nec ipſe Collennutius.

Cur hi duo Impp. i Cæſar. Cathalogo nō numerantur.

An Pontifex author fuerit coniurationis in Fridericum.

Quod verò ſcribit Aduerſarius.

Quò iuſtam Friderici cauſſam Deus benedictione ſua in Germania, Lombardia, Aetruria, ipſa protegit, eò Innocentius acriùs in omnem fraudem animum intendere. Pag. 364

Quàm male enim Friderico actū poſt ſententiam Pontificis.

SEd, quæſo, vbi viſum eſt poſt ſententiam Pontificis in Fridericum, Deum ſua benedictione eum protexiſſe? Siquidem ille à Parmenſibus poſtea turpiter fugatus fuit, pretioſa omni ſupellectile direpta, exciſa Vrbe Victoria, & ſolo æquata, quæ ab eo condita fuerat. Entius filius Rex Sardiniæ à Bononienſibus captus, & in caueam ferream incluſus; vbi poſt aliquot annos vitam finiuit. Et poſt captum filium Entium, eiuſque exercitum ſuperatum, dilapſum, atque adeò deletum, in Apuliam confert ſe Fridericus non ſine maximo animi dolore, vbi breui poſt diem ſuum obijt: quo genere mortis, in tanta Scriptorum varietate non ſatis conſtat. Necatum plerique nothi Manfredi, quem Tarentinum Principem inſtituerat, inſidijs volunt; nimirum ab eo, compreſſo ore, in ſtrato ſuffocatū. Sanderus lib. 7. de Viſib. Monarch. Eccleſ. num. 944. *Non mirum eſt, ſi is, qui Eccleſiam Romanam matrem ſuam tot modis, per tot annos, tam nefariè perſecutus eſt; à filio demum ſpurio interfectus diuinæ iuſtitiæ exemplum fieret, dum talia patitur à carnali filio, qualia in patrem ſpiritualem machinatus erat.* Scimus quidem, Collennutium, quem citat Aduerſarius, longè aliud ab alijs Scriptoribus de morte Friderici ſcribere; Sed tamen lubens admittet Mornæus, à Manfredo ſuffocatum; modò concedatur, ad hoc fuiſſe impulſum à Pontifice. Verùm proſequitur.

De Friderici obitu.

In Manfredum nothum reiecta ſuſpicio; quem tamen cum alijs fratribus hæredem relinquebat; Vnde plerique innoxium pronunciant; Haud dubiè vt Innocentium onerent. Cuſpianus diſertis verbis, à Manfredo ori iniecto puluino ſuffocatus eſt, ſeu is ab hoſtibus, ſeu à Pontifice corruptus. Pag. 367

Subiungit Mornæus: *Et quis ei infenſior hoſtis?*

NEc verò quia Pater eum cum reliquis fratribus hæredem ſcripſerat (ſiquidem Tarentinum

S

rentinum Principatum ei reliquerat) ideò ille innoxius; nam morte Patris putabat ſe Regnum Siciliæ, & Apuliæ conſecuturum: & cum Conradus, quem Regem Germaniæ Pater deſignari curarat, morte eius audita, ſe eò tranſtuliſſet; Manfredus de eius aduentu contriſtatus eſt valde (ait Nauclerus) quia ad Regnum inhiabat; tamen animi dolorem diſſimulabat, & fratrem cum gaudio ſuſcipiebat. Et idem anno 1252. ſcribit, quod cum Fridericus Neapoli corporis valetudine aliquantulum laborare cœpiſſet, Mãfredus, qui tamen Vicarius Regni totius ab eo cõſtitutus erat, ambitione ductus regnãdi, adauxit infirmitatem, medicis magna, & multa promittens, vt in clyſtere venenum ponerent. Ille igitur non ab hoſtibus, vel a Pontifice corruptus; ſed ambitione regnandi impulſus, Patri mortem attulit.

Manfredus ob regnandi libidinem Fridericum interfecit.

Quod de excæcatione Petri de Vineis adferebat, ei effoſſos oculos, quòd Friderico in Apulia dubia valetudine, ex medicorum ſuorum conſilio medicinam ſumere cupienti, per medicum ſuum præſentiſſimum venenum admiſceri curaſſet, balneumque veneno infectum, ſi minùs ſuccederet, in omnem euentum paraſſet: longè aliud ſcribunt alij, & inter cæteros Collennutius lib. 4. hiſt. Neapol. ad annum 1250. nempe prius in Hetruria apud caſtrum S. Miniatis eum proditionis apud Fridericum delatum, fuiſſe oculis priuatum: qui diutiùs viuere non ferens, cum magna fuiſſet authoritate apud Fridericũ, ſibi ipſi mortem conſciuerit: *Quod iuſto Dei iudicio factum videtur* (ait S. Antoninus 3. part. Chron. tit. 19. cap. 6. §. 1.) *vt quia ad complacendum ei multa fecerat contra Eccleſiam, ei fauendo, & excuſando eum; fuit condemnatus ab illo, pro quo Deum offenderat, & Eccleſiam.* Ex Paride Monacho refert Mornæus.

De excæcatione & morte Petri de Vineis.

Pag. 365 *Eccleſiæ inimicos dixiſſe, quod Dominus Papa ad hoc facinus, cor Petri eneruando muneribus, & pollicitis maximis inclinarat.*

VErùm cum illi inimici eſſent Eccleſiæ; non mirum, ſi huiuſmodi calumnijs, & impoſturis Pontificem onerarent, quibus certè non plus fidei adhibendum erat, quam nunc Mornęo in Pontifices tàm iniquo, & odium Pontificiæ dignitatis omnibus vijs apud omnes concitanti.

Ex Krantzio in annum 1249. illud citat.

Tradunt (inquit) *Summum Pontificem Innocentium quartum tanto zelo in Fridericum eximperatorem prouectum, vt non modò Chriſtianos Principes illi opponeret, ſed etiam miſſo nuncio ad Soldanum Ægypti, illum à familiaritate eius niſus ſit auertere.* Subiungit: *Et dolendum eſt, quod eius literas non habemus, at Soldani ſaltem ad Innocentium è Græco in Latinum verſas producit, vt ex reſponſione, de petitione conſtare poſſit.*

PRimùm non affirmat Krantzius, Põtificem ſuis literis voluiſſe auertere Soldanum a familiaritate Friderici, neque tanto odio eum proſecutum fuiſſe; nec enim id ſignificat illud verbum *tradunt*. Deinde ex reſponſione Soldani ad Innocentium, cuius literas Latinè verſas refert Krantzius in Metropoli lib. 8. cap. 14. nullo modo colligitur, Innocentium voluiſſe auertere Soldanum à familiaritate Friderici: Et ex his verbis Soldani: *Non licet nobis aliqua componere cum Chriſtianis, niſi priùs ſuper his habuerimus ipſius Imperatoris conſilium, & aſſenſum:* non colligitur aliud, quàm Pontificem ipſum voluiſſe conciliare Soldanum ipſum Chriſtianis. Et quantum ad particulam illam, quam ex literis Soldani producit Mornæus,

Quod Pontifex ſuis ad Soldanum literis efficere voluerit.

De Chriſto plus ſcimus, quàm vos ſciatis, & magnificamus eum plus, quàm vos magnificatis. Pag. 365

HOc certè verum de Mornæo, & ſui ſimilibus, qui tam atrocibus iniurijs Vicarium Chriſti proſcindant, quem ille etſi Sarracenus tanta obſeruantia colit in ſuis literis; ſiquidem vocat eum, *Magnum, affectuoſum, ſanctum, tertiumdecimum Apoſtolorum, vniuerſalem loquelam Chriſtianorum, manutenentem adoratores Crucis, Iudicem Chriſtianorum, Summum Pontificem filiorum baptiſmatis.* De Nũcio miſſo ad eum à Pontifice: *Nuntius* (inquit) *venit ad nos, quem miſit S. Papa, & ipſum præuenimus cum honore, & dilectione, cum deuotione, & reuerentia, ipſumque vocauimus ad conſpectum noſtrum, ſibi inclinantes, intendimus aurem verbis eiuſdem.* En quanto honore proſequitur Pontificem Princeps Sarracenus, quem Fridericus, qui ſe Chriſtianum Imperatorem profitebatur, tàm hoſtiliter perſequebatur. Scribit quidem iſta; *Inter vos, & Imperatorem veſtrum eſt, ſicut ſcitis;* Simultatem ſignificans, quæ erat inter Papam Innocentium, & Fridericum; ſed eam aliunde, quàm ex literis Innocentij, Soldanus reſcire poterat.

Soldani obſeruantia erga Romanum Pont.

S. Ludouicus Rex Franciæ ſacram expeditionem in Aſiam ex voto ſuſceperat: de Sarracenis initio victoriam retulerat: Damiatam Aegypti Vrbem in ſuam poteſtatem redegerat; Sed mox peſte totum exercitum inuadente, & magnam partem abſumente, magnam cladem ab hoſtibus accepit, & cum fratribus viuus in eorum poteſtatem venit: ad quas volebat hoſtis pacis conditiones impulſus. Itaque reddita hoſtibus Damiata, Rex, qui captiuus tenebatur, ſoluta pacta pecunia, cum fratribus liber dimiſſus. Mornæus ex ſuo Matthæo Pariſio velit hanc cladem acceptam referre Innocentio Pontifici, quod pacem cum Friderico non compoſuit, id Regis fratribus ab eo requirentibus; deinde,

De clade S. Ludouici Regis Franciæ cũ in Aſia militaret.

Quòd

Digitized by Google

Pag.367 *Quòd tunc Cruce ſignatos, ne in ſuccurſum Regis aduenirent, pecunia corruptus impediuit, & abſoluit à voto peregrinationis, quos paulò ante per ſuos, quos mittit, Prædicatores, & Minores Cruce ſignauit, Præterea Cruce ſignatos Comiti Richardo, & alijs vendidit Magnatibus.*

Ea Innocentio Pōt. minimè tribuenda.

QVæ certè nulla probabilitate nitũtur. Quid enim Pontificem rem Chriſtianam barbaris prodere? Pręterea quid Sanctiſſimum Regem de ſe, & Eccleſia Romana quàm optimè meritum, & quem ipſe ad ſacram expeditionem ſuſcipiendam animarat, ſic inſidioſè tractare? Immò Regi expediebat maximè ad ſacrum bellum in Aſia ſuſcipiendum, ne vllam cum Friderico ſocietatem iniret; quem Innocentio, & omnibus Chriſtianis ſatis conſtabat, iam olim rem Chriſtianam prodidiſſe, & inducias cum Soldano Chriſtianis noxias pepigiſſe. Et cum cœteras copias ex Italia Rex expectaret; *Quominus in Syriam traiecerint,* (ait Sabellicus Ennead. 9. lib. 6.) *veſana Friderici rabies fecit, qui à libidinibus, velut longa ebrietate experrectus, ex improuiſo ad vim, & arma conuerſus, Italiam terrore compleuit.* In Fridericum igitur, non in Pontificem clades referenda. Quanquam eam cladem omnes eò referunt, quòd peſte abſumptus fuiſſet magna ex parte exercitus Regius; vt hoſtibus longe impar eſſet. Et abſolutus a voto peregrinationis, aut venditos Magnatibus Cruce ſignatos, mera eſt impoſtura. Vnus Matthæus Paris Monachus Pontificibus iniquus, ideoque Mornæo adeò familiaris id ſcribit. Laudes Friderici, ex Auentino ſcribit Aduerſarius.

Si cui tribuenda eſt certè Friderico.

Matthaeus Paris, & Mornaeus, Innocentio imponunt.

Pag.367 *Fridericum Imperatorem, ſecundum Cæſarem Auguſtum, potentiſſimum, vtiliſſimumque Reipublicæ Chriſtianæ, atque ſine controuerſia ſapientiſſimum Principem fuiſſe,*

In Friderico aliqua laudanda ſed & alia vituperanda.

TEſtimonio ad id allato Cardinalis Cuſani, & Ægidij Romani. Verùm non diffitemur, multa laudanda fuiſſe in eo Principe, quæ tamen omnia non efficiunt, quin ſæuus fuerit hoſtis, & perſecutor Eccleſiæ, & Pontificum; vndè eorum iuſtam indignationem, & anathematis ſententiam ſibi accerſiuerit. Liuius lib. 21. in Annibale multa commendat, ſed vbi multiplices eius virtutes deſcripſit, ſubiungit: *Has tantas viri virtutes, ingentia vitia æquabant: inhumana crudelitas, perfidia pluſquàm Punica, nihil veri, nihil ſancti, nullus Deorum metus, nullum iuſiurandum, nulla religio.*

Sic Sanctus Antoninus Sanctitate, & doctrina eximius, ac veritatis amans, quē multis Mathæis Pariſijs, & Auentinis poſſumus opponere, Friderici virtutes recenſet 3. p. tit. 19. cap. 6. §. 1. *Hic Fridericus* (inquit) *fuit magni ſenſus naturalis, ſatis peritus in literis ſæcularibus, magnanimus, & multum verſatus in vniuerſalibus rebus mundi, doctus in pluribus Idiomatibus, ſcilicet lingua Latina, literari, & vulgari, Græca, Gallica, & Sarracenica, liberalis, & magnificus.* Verùm ſubiungit: *Sed multis vitijs irretitus, ſuperbia, à qua ſumpſit initium omnis perditio, auaritia, quæ eſt radix omnium malorum, ex qua ſibi vſurpabat bona, & iura Eccleſiarum, luxuria, quæ brutalem hominem facit: diuerſis ſpeciebus libidinis immerſus, concubinas plures habebat, & alias turpitudines exercebat, nec aliquid prætermiſit, quo omni voluptate frueretur, vitam tenens Epicuream, & quaſi non exiſtimans, fore aliam vitam: inimicus ex hoc Clericorum, & religioſorum, contrarium prædicantium: multas Eccleſias, & Monaſteria deſtruxit in Regno Apuliæ, & Siciliæ: induratus vt Pharao etiam in flagellis, vt non audiret monita Pontificum.* Monachus Paduanus in Chronico. *Potentiſſimus Fridericus in die S. Lucæ vitam finiuit in Apulia, deſcenditque ad inferos, nihil ſecum ferens, niſi ſaculum peccatorum.* Poſtremò de Pontificibus illis tribus Mornęus ſubijcit.

Supereſt, tres iſti Friderici perſecutores, pro tot incommodis quænam commoda attulerint Eccleſiæ videamus. Pag.368

Qua ratione Pontifices fuerint perſecutores Friderici.

INcommoda vocat, Eccleſiam aſſeruiſſe, ac defendiſſe à ſæuiſſimo hoſte Friderico, quem ad Imperialem dignitatem euexerant: perſecutores vocat, qui perſecutionem ab ipſo ſunt paſſi: & illi quidem fateor, perſecuti ſunt Fridericum, & eos Fridericus perſecutus eſt; ſed longè diuerſo modo. Ille perſequebantur Eccleſiam, quemadmodum Agar Saram Dominam ſuam, & quemadmodum, qui erat ſecundum carnem, Imael perſequebatur Iſaac, qui erat ſecundum ſpiritum: Eccleſia, ſeu Pontifices, eum perſequebantur, quemadmodum contumacem Ancillam data ſibi poteſtate Sara affligebat (ait D. Auguſtinus Epiſt. 48.) *vtique non eam, quam ſuperiùs ſuo beneficio matrem fecerat, crudeliter oderat, ſed in ea ſuperbiam ſalubriter edomabat: & eam perſequebatur non odio nocendi, ſed dilectione ſanandi.* Annon verò quemadmodum Pharao perſecutus eſt Hebræos, ita Moyſes plagis multis afflixit, & perſecutus eſt Ægyptum? Annon quemadmodum Iezabel impia 3. Reg. 18. perſecuta eſt Prophetas Domini, ita Elias perſecutus eſt Pſeudoprophetas? Quid igitur mirum, ſi hoſtem infeſtiſſimum, ac perſecutorem omnium, qui cum Pontificibus ſentiebant, perſecuti ſint ipſi Pontifices?

Eo inſectatur Pontifices, quòd in Sanctorum canonem aliquos hinc defunctos retulerint; cum tamen retulerint nonniſi egregia ſanctitate viros, quorum Deus, & in vita, & poſt mortem multis miraculis ſanctitatem teſtatam fieri voluiſſet. Gregorius IX. Franciſcum, Dominicum, & Antonium Patauinum, in ſanctos retulit. Innocentius IV. Edmundum Cantuarienſem, Staniſlaum Cracouienſem, & Petrum Veronenſem. Mornæus. Pag.368

Digitized by Google

Pag. 368 *Vidimus Fratrum illorum opera, quanam miracula patrarent.*

Mornaus Aegyptijs perfidior.

SI ſigillatim miracula, quæ per Sanctos facta ſunt, recenſere velim, in infinitum excreſceret opus. In miraculis Moyſis virtutem Dei Ægyptij cognouerunt: *Digitus Dei eſt hic*, Exodi 8. Iſtis perfidior Mornæus in miraculis iſtorum Sanctorum, quibus mirabilem ſe Deus oſtẽdit, quibus fidem faciunt tot grauiſſimi Authores, virtutem Dei non agnoſcit: immò ea ſugillat Mornæus.

Pag. 368 *Iudicet hic Lector, quibus cautionibus, in regno cælorum alios collocent, qui tàm horrendis ſceleribus ſemetipſos indignos, qui terrã calcent, oſtendant.*

Pontifex in Canonizatione Sãctorum nec falli poteſt nec fallere

IN Canonem Sanctorum aliquos aſcribere, vnius eſt Romani Pontificis, qui ſupremam Eccleſiæ gubernandæ habet poteſtatem: quo in munere vt Pontifex, Vicariuſque Chriſti, neque fallere, neque falli poteſt; ſiquidem prudentiæ ſuæ non innititur, ſed regitur prouidentia Dei, qui Eccleſiam ſuam Sancti Spiritus lumine illuſtrat, & docet. Neque dicitur ideò Pontifex aliquem in Cœlo collocare; qui enim gratiam dat, & gloriam Dominus eſt; ſed eum, qui in Cœlo, iam gloria fruitur, cuius eximiam ſanctitatem per miracula, tanquam certiſſima teſtimonia, Deus reuelarit, ſolemni ritu, ac cultu publico in Eccleſia proponere colendum. Quòd iſte Pontificibus illis horrenda tribuit ſcelera: id tanquàm ab impudentiſſimo hoſte dictum, floccifacimus. Præterea fuiſſent illa vitia perſonarum; cùm tamen munus canonizandi Sanctos illis nõ conueniret ex conditione perſonæ, ſed ex dignitate, & officio, quo in Eccleſia funguntur.

Canonizare Sanctos quid ſit.

Munus Canonizandi SS quo modo Pontificibus conueniat.

Tranſubſtantiationem ſcribit ab Innocentio 3. inſtitutam, & Honorium 3. hoſtiam de genibus adorandam ſanxiſſe, ægris etiam cum cęreis accenſis deferendam: quæ omnia ſunt à rudi, & imperito hæretico dicta. Nam Sacramentum Euchariſtiæ ab ipſo Chriſto Domino inſtitutum eſt, in quo ſub externis accidentibus remanentibus, panis in corpus Chriſti, & vinum in ſanguinem tranſubſtantiatur, quod ſignificatur illis verbis Chriſti: *Hoc eſt corpus meum*: *Hic eſt ſanguis meus*: Et tàm antiquam eſſe eius de genibus adorationem, quàm inſtitutionem, certum eſt; neque eam adorationem inſtituit primus Honorius 3. Sic habent eius verba, Extr. de Celebrat. Miſſ. c. *Sanè cum olim: Sacerdos quilibet frequenter doceat plebem ſuam, vt cum in celebratione Miſſarum eleuatur Hoſtia ſalutaris, ſe reuerenter inclinet, idem faciens, cùm eam defert Præsbyter ad infirmum.* Monere plebem, vt adoret Euchariſtiam, non eſt ipſius adorationem inſtituere, quæ per ſe adoranda eſt. Angelos ipſos adorare Euchariſtiam, docet Chryſoſtomus cõpluribus locis, maximè libro tertio, De incomprahenſibili Dei Natura, circa finem: de quo ne plura adferam legi poteſt Stephanus Durantus, lib. 3. de ritibus Eccleſiæ Catholicæ, cap. 4. De delatione etiam Sacræ Euchariſtiæ ad infirmos, quàm antiqua ſit, legi poteſt idem Durantus lib. 1. cap. 16.

Eucharistia adoratio non ab Honorio 3. inſtituta.

Gregorius IX. (ait Nauclerus Generat. 42. anno 1240.) *decreuit, vt illa præcellens, & dulcis Hermani Contracti antiphona: SALVE REGINA: certis diuinæ rei Horis adderetur; campanaſque ad Chriſti corporis, & ſanguinis conſecrationem pulſari, & laudes Virginis ſpeciali oratione in Matutinalibus celebrari inſtituit.* Hæc omnia ridet homo hæreticus, qui omnem pietatem auerſatur, & quæcunque ignorat, blaſphemat. Hoc Canticum, SALVE REGINA, S. Bernardus deuotiſſimis aliquot concionibus enarrauit, ac de eo inter cœtera ſerm. 1. ſuper SALVE REGINA dicit: Pag. 368 *Dulce canticum, ac nobiliſſimum melos à ſummis labijs effuſum venit, à Sanctis compoſitum, à Sanctis inſtitutum; dignè etiàm frequentabitur à Sanctis: & verè niſi à religioſis, & affectione ſancta feruentibus; nec ſubtiliter intelligi, nec efficaciter poterit decantari; eſt enim tàm ſuaue ad gratiam, tam fæcundum ad ſenſum, tam profundum ad myſteria. Tale enim eſt, quod à nobis conſiderari, & diſcuti, prout dignum eſt, non valeat. Ex eo autem quòd ſuauiter ſonat, mulcet affectum, & de ſenſuum vbertate mentem impinguat, & in Sanctam Sanctorum, Aduocatam ſcilicet noſtram, dùm eam quaſi præſentem ſalutat, omnia interiora noſtra medullitùs inflammat.* Hæc ibi D. Bernardus, tàm pius, & religioſus, quam impius, & ſacrilegus Mornæus. De Decretis Alexandri III. Innocentij III. Honorij III. Gregorij IX. vtiliſſimis haud dubiè Eccleſiæ, non eſt, quod plura adferamus: neque illis fulcitur plenitudo poteſtatis eorum, (vt vult Mornæus) immò magis ea fulciuntur plenitudine poteſtatis, à Chriſto illis conceſſa; quemadmodum nec Regis poteſtas fulcitur legibus illis, quas condit, immò leges illę magis robur habent à poteſtate Regis in ſubditos. Fallitur verò Mornæus cum ſcribit, Innocentium IV. in Volumen vnum iuſſiſſe compingi Decretales, per Fratrem Raimundum, ex ordine Prædicatorum, & voluiſſe Authenticas haberi; non enim Innocẽtius IV. Sed Gregorius IX. iuſſit compilari per B. Raimundum Epiſtolas Decretales.

De Antiphona Salue Regina.

Pag. 368

Mornai error circa Pontificẽ, cuius præcepto compilatæ ſint Epiſtolæ Decretales.

Quod ſcribebat Innocentius III. Ext. de conceſſione Præbendæ cap. *Propoſuit. Secundum plenitudinem poteſtatis, poſſumus de Iure ſupra Ius diſpenſare*; intelligitur vtique poſſe diſpenſare in iure poſitiuo Eccleſiaſtico, non naturali, aut diuino, cuius author eſt Deus: & quod exponit Gloſſa, poſſe diſpenſare contra Apoſtolum, & contra vetus Teſtamentum: rectè dicit Diuus Thomas in 4. ſentent. diſtint. 27. quæſt. 3. articulo 3. quod Apoſtolus in doctrina ſua dupliciter aliqua propoſuit, quædam ſicut Ius Diuinum promulgans, & in his Papa non poteſt diſpenſare: quædam verò ſicut propria authoritate aliqua ſtatuens, quæ non ſunt Iuris diuini, cuiuſmodi eſt præceptum, de bigamo non promouendo, & in his Papa poteſt diſpẽſare. Quoad vetus teſtamentum; in his, quæ ſunt iuris naturalis, cuiuſmodi ſunt decem præcepta Legis, non diſpenſat Pontifex: Cæremonialia verò ſunt abrogata,

Quo ſenſu Pontifex poſſit de Iure ſupra Ius diſpenſare.

rogata,

Digitized by Google

rogata, nec poteſt Pontifex diſpenſare, vt ea obſeruentur. Quoad iudicialia, quæ pertinent ad iuſtitiam inter homines conſeruandam, eorum determinationes nunc pertinent ad ius humanum, in quo Papa poteſt diſpenſare.

Quòd vero addit Mornæus:

Et quatuor Euangelia.

Mornaus imponit Gloſſa.

IMponit Gloſſæ, quæ contrarium expreſsè docet, nempè non poſſe diſpenſare Papam contra quatuor Euangelia.

Addo, Gloſſam non habere tantam authoritatem, quantam habet Textus ipſe, & verbum *diſpenſare* latè ſumi, pro interpretari in Gloſſa, licet in Textu propriè ſumatur.

De Lugdunenſi Concilio.

Pag. 368. *Concilium Lugdunenſe magnam Eccleſiæ reformationem pollicebatur; ſed en tibi illam: Cardinales rubris galeris, ac pallijs vtentur, & æquis phaleratis per Vrbem vehentur; ſcilicet honeſtandi ordinis cauſſa.*

Cur pileus ruber Cardinalibus datus.

NOn tantùm honeſtandi ordinis cauſſa proprium inſigne pileum rubrum Cardinalibus dedit, verùm vt eò ſignificaretur, eos etiam ſi opus eſſet, pro Eccleſiaſtica libertate tuenda caput ſuum gladio offerre debere, & eo tempore præſertim, quo Romana Eccleſia à Friderico 2. vehementer oppugnabatur. Id Concilium refertur inter Generalia 13. & in eo multa ſunt ad reformationem Eccleſiæ ſpectantia, & habetur 4. Tom. Conciliorum, Romę editorum. Nunc quę Aduerſarius habet in Oppoſitione, ſigillatim examinanda.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quinquageſ. primam.

Pag. 368. *Perditiſſimo hoc ſæculo* (inquit) *non deſunt, qui exactionibus, violentijs, ſordibus Eccleſiæ Romanæ, frontem opponant.*

Nullus hoc ſæculo ſe Pontificis authoritati opponit.

VErùm ſi agitur de authoritate Romani Pontificis in gubernanda vniuerſali Eccleſia; non eſt, qui ſe illi oppoſuerit, aut de primatu, & iuriſdictione cum Sancta Romana Eccleſia contenderit. Si exactionibus, violentijs, & ſordibus (vt loquitur Mornæus) frontem opponant; vtique & Regum exactionibus aliquando ſubditi ſe opponunt, qui tamen eorum authoritatem iuſtam, & legitimam nec minimum violari paterentur. Deinde diſputandum eſſet, an exactiones illæ ſordidæ eſſent, & violentæ, quemadmodum eas interpretatur Mornęus; Neque enim ita temerè iudicandum de iuribus Principum: nec alios nobis in hac Oppoſitione Authores citat Aduerſarius, præter Matthæum Pariſium, de quo quid iudicandum, iam alibi diximus, Auentinum in Indice librorum prohibitorum, inter Authores primę claſſis recenſitum, Petrum de Vineis, qui cum Cancellarius Friderici 2. eſſet, illi contra Pontifices ſemper impenſè fauit: apud quem cum accuſatus eſſet proditionis, ſeu verę, ſeu ab æmulis confictæ, iuſtã accepit (vt antea iam dictum eſt) ſuæ malitiæ, & perfidiæ retributionem. Si itaque ſemel, vel vno verbo reſpondeamus, Authores huiuſmodi à nobis reijci; æquis rerum æſtimatoribus abundè ſatisfecerimus. Præcipua tamen capita expendere licet. Ac primùm de Angliæ Rege quod ſcribit.

Quales Authores nobis opponat Mornæus.

Pag. 369. *Defecerant à Rege ſuo Angliæ Epiſcopi à Pontifice extimulati.*

Cur, & quo authore Angliæ Epiſcopi à Ioanne Rege ſuo defecerint.

EQuidem à Ioanne Rege Epiſcopi defecerãt; cùm ille ob multa ſcelera à Pontifice Innocentio tertio fuiſſet anathemate percuſſus. Verùm non illi à Pontifice tunc extimulati; immò quemadmodum Rex anathematis in ſe cauſſam Pontifici, ita defectionis Epiſcopis dederat: & extimulatus potiùs fuit Pontifex contra Ioannẽ Regem ab Epiſcopis Angliæ, quàm illos extimularit. Siquidem, vt ex Hiſtoricis Angliæ conſtat, illis vrgentibus, qui mala Patriæ dolebant, Primùm cunctos populos, qui ſub Ioannis Imperio erant, iureiurando abſoluit, quo tenebantur: deinde ipſum Ioannem Regni adminiſtratione abdicauit: Poſtea verò cùm reconciliatus eſſet Pontifici, Epiſcopi aliquot cum Principibus Regni ab eo defecerunt; verùm tantùm abfuit, vt Pontifex eos extimularit in illum; vt Religionis hoſtes iudicarit, qui Ioanni arma intuliſſent, & Cantuarienſi Archiepiſcopo, qui Principibus fauebat; ſacrarum ædium ingreſſum, & ſacra interdixerit, ac parum abfuerit, quin eum Archiepiſcopatu priuaret. Quod Matthæus Pariſius Honorium 3.

Leonem feritate, ſanguiſugum auaritia deſcribit. Pag. 369.

Honorij mores probati.

LOngè aliud de eo Pontifice alij ſcribunt. Platina, qui vitas Pontificum ex probatis quibuſque Authoribus haud dubiè collegit: *Honorius* (inquit) *benè, & beatè vitam ducens, vt bonum Paſtorem decebat, anno Pontificatus ſui decimo, menſe ſeptimo, die decimotertio moritur*. Nauclerus eum virum doctum, & morum integritate ſanctiſſimum, appellat. Quod ab Epiſcopo Lincolnienſi mille argenti marcas exegerit: certum eſt, illi non defuiſſe iuſtam cauſſam; nec aliquid exegit ab Epiſcopis Angliæ, vt in proprios

Digitized by Google

Quæ Honorius 3. exigit ab Epiſcopis Angliæ, ad quid exigat.

prios vſus conuerteret, ſed magis vt Chriſtianis in Terra Sancta contra Infideles militantibus ſubſidium mitteret; ideoque Othonem Legatum in Angliam miſit, prout teſtatur Polydorus Virgilius rerum Anglicarum ſcriptor accuratiſſimus: *Otho* (inquit lib. 16. in Henrico 3. ad annum 1226.) *Cardinalis D. Nicolai in carcere Tulliano, vir ſumma doctrina, & integritate, miſſus ab Honorio Pontifice Romano Legatus in Angliã, ad ipſum Henricum Regem peruenit. Is Sacerdotum conuentum celebrauit, in quo multa cum rei Sacerdotalis correctione agitare cœpit, vt illi generatim in annos ſingulos Romano Pontifici aliquid vectigalis penderent: quod ab omnibus negatum eſt.*

Quantum exigat.

Sed vt alijs placet, quibus magis credo, ſolum petijt decimas Sacerdotiorum pro bello gerendo contra Sarracenos, quas facilè impetrauit, & hoc anno 1226. Vnde figmenta putamus, quæ ex ſuo Matthæo Pariſio, hic adducit Aduerſarius, cui Authori hoc vnum propoſitum eſt, vt inuiſos reddat ipſos Pontifices; ſi tamen non magis, qui eum Authorem primùm ediderũt (quod probabilitate non caret) eum multis locis corruperunt, vt iam alibi diximus. Pontifices Romanos circa ea tempora, quibus Chriſtiani in Aſia ab Europæis auxilia expoſcebant, ſacerdotij vectigal, quod in ſacram militiam contra Infideles inſumeretur, impoſuiſſe conſtat; ſiquidem Hoſtienſis, qui viuebat anno 1260. teſtatur, publicè huiuſmodi fructuum Eccleſiaſticorum penſitationi ſæpè reclamatum. Ita propoſitioni Legati in Gallia, in Concilio Auarici Biturigum, quod producit Aduerſarius, reclamatum ſit; quid inde? At nec in animo habebat Legatus, niſi conſentientibus Epiſcopis, quidquam ſtatuere Interim ille cogit Concilium, præeſt cætui Epiſcoporum in Gallia: & ſi illi propoſitionem admittere noluerunt (ſi vera ſunt, quæ de eo Concilio ſcribit Matthæus Paris) de authoritate tamen Pontificis, & Legati illius in ſe non dubitant. Inducit Archiepiſcopum Lugdunenſem dicentem Legato.

Legatus Rom. Pont. cogit Concilium in Gallia, cui & præeſt.

Pag. 369 *Domine moueat vos zelus vniuerſalis Eccleſiæ, & ſanctæ Sedis Romanæ, quia ſi omnium eſſet vniuerſalis oppreſſio, poſſet timeri, ne immineret generalis diſceſſio, quod Deus auertat.*

MOrnæus eò refert locum D. Pauli 2. ad Theſſal. ca. 2. *Niſi venerit diſceſſio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis &c.* Cum nihil minus, quàm de eo loco cogitaret Archiepiſcopus, aut eo ſenſu; ſiquidem id volebat ſuis verbis (ſi tamen, vt multa alia, à Matthæo Pariſio non ſunt conficta) periculum eſſe, ſi exactionibus Pontifex Eccleſias opprimeret, ne ſedes Apoſtolica, ſeu Eccleſia Romana inuiſa redderetur: quemadmodum & aliquando violentis exactionibus Principes inuiſi redduntur ſubditis; cum tamen alioquin iuſtas cauſſas habeant exigendi, & ſubditi iniuſtè reclament.

Qui ſenſus verborum Archiepiſcopi Lugdunenſis.

Nunc de Gregorio nono, Honorij ſucceſſore.

Gregorius (inquit) *Pontificatum adeptus, veſtigijs anteceſſorum inſiſtens, Stephanum, Nuncium, & Capellanum ſuum in Angliam mittit, qui in ipſo Prælatorum conuentu literas eius profert, quibus decimas omnium mobilium tàm Clericorum, quàm Laicorum, in exterminationem Friderici præfractè poſtulabat.* Pag. 369

SVb Gregorio nono, magnas ſine dubio perſecutiones paſſa eſt Eccleſia Romana ab ipſo Friderico ſecundo. & Pontifex ipſe ad maximas anguſtias, & egeſtatem aliquando redactus. omnes verò Principes, & Laici, nedum Præſules Eccleſiarum, & Sacerdotes ei in tanta neceſſitate conſtituto ſuccurrere debebant: Et Carolus VII. Rex Francorum in quibuſdam literis ſuis anno 1418. licet ceſſare velit quaſdam exactiones pecuniarum, quas Curia Romana ſibi applicare velit; Subiungit nihilominus: *Intendimus tamen tanquàm Chriſti fideles, Summo Pontifici, & Eccleſiæ Romanæ aquè, pluſuè cæteris in neceſſitatibus ſuccurrere, ſiue rationabiliter ſubuenire.* Non mirum igitur, ſi pro defenſione Eccleſiæ contra iniuſtam oppreſſionem Friderici, tum Pontifex in Anglia tùm à Clericis, tùm à Laicis ſubſidium exegerit, maximè cum ipſimet Reges ex conſenſu Nobilium, & ſubditorum Regnum illud Eccleſiæ Romanæ vectigale feciſſent: ideò Rex Angliæ, tum Henricus tertius, vt fidelis huiuſmodi exactiones fieri in Regno ſuo non inuiſus admittebat, quem idcircò Matthæus Paris, referente Mornęo factum *baculum arundineum*. Scribit Addo, & tùm fuiſſe aliam iuſtiſſimam cauſſam Pontifici exigendi ſubſidium à Chriſtianis; nempe ad ſuccurrendum rebus Chriſtianorum in Oriente, aduerſus infideles. Si verò violentæ fuerunt aliquando illæ exactiones; illud Legatis magis, ſeu Miniſtris, quam Pontificibus ipſis tribui debet: quod exemplis nobis facile probare; nam cum Gualo quidam Legatus Innocentij 3. in Anglia. & Scotia, accuſatus eſſet apud eundem de auaritia, quodque à Præſulibus, & Eccleſiaſticis ingentem pecuniam exegiſſet. reuocatus eſt Romam, & ab ipſo Pontifice malè mulctatus. Poſtea Aegidius quidam Cardinalis ab Honorio 3. Innocentij ſucceſſore in Scotiam miſſus eſt Legatus, qui in ſubſidium nouæ expeditionis in Terram Sanctam, pecuniam aliquam conquireret: is, accepta haud parua pecunia à Laicis, & a Clero, cum eam in itinere dilapidaſſet, ſpoliatum ſe à latronibus confinxit, atque ita crumena inani Romam redijt: & cùm paucis poſt diebus ob eandem cauſſam alius miſſus eſſet Legatus, non admiſſus eſt in Regnum, Præſule quodam in conſpectu Alexandri Regis auaritiã grauiter inſectante, cuius tamen minimè conſcius Romanus Pontifex: *Si mala* (inquit) *quibus per hos annos affectum eſt hoc Regnum, à Pontifice illata eſſent, ferenda ea vtrunque putarem; Verùm*

Gregorius iuſtiſſimè exigit id ſubſidium.

Huiuſmodi exactiones ſi quando violentæ, dandũ id eſt miniſtris magis quàm Pontificibus.

vt

Digitized by Google

vt homines infimi, & ad aliquam fortunam per flagitia prouecti, non modò ſacris in nos pœnis, cum mandatum etiam à Pontifice non haberent, per tantam iniuriam iam iterum ſæuiant, ſed (quod ſacrilegum eſt) ea, quæ ſumma, ac ſanctiſſima hactenus à patribus noſtris accepimus, auariſſimè quæſtui habeant; quis ea non indignè patienda, ac vindicanda exiſtimet? Vbi poſtea Galonis, & Aegidij illius alterius Legati iniuriam, & auaritiam notat; liberat tamen ab omni calumnia Pontificem, quē in cauſſa iuſtiſſima, ac pia, miſiſſe eos Legatos aſſerit conquiſitum pecuniam aliquam ad redimēdos Chriſtianos, quos Sarraceni captos, ac ſubactos miſerrima ſeruitute præmerent. Hęc apud Hectorem Boethum lib. 13. hiſt. Scotorum. An igitur auaritia, & rapacitas Legatorum huiuſmodi, in Pontificem referenda erat? Quoad eos, quos refert, tùm nobiles, tùm ignobiles, in regno Angliæ in eam deſperationem coniectos, remedium ſuis anguſtijs quæſituros, Epiſcopis, & Capitulis literas hac ſubſcriptione miſiſſe.

Pag.370 *Tali Epiſcopo, & tali Capitulo, vniuerſitas eorum, qui magis volunt mori, quàm à Romanis confundi, ſalutem.*

Quales homines hæc ſcripſerint et iniurias fecerint Commiſſarijs Romani Pont.

QVi & iniurias intulerint Clericis Romanis, ſeu Commiſſarijs Pontificis: illi certè fuere perfidi homines, publicæ quietis perturbatores, in quos, & ab ipſo Rege animaduerſum, prout ei Gregorius IX. Pontifex reſcripſerat: & ſcribit ipſe Aduerſarius.

Pag.370 *Regem commendatitias literas Roberto de Tinghe Equiti, illorum Principi, ad Pontificem dediſſe, vt abſolutionem facilius impetraret.*

QVod certè non fuit opponere ſeſe progreſſui Pontificatus, immò magis eum promouere; cum Rex ipſe ad poſtulata Pontificis animaduerteret in perditos illos homines, qui Pontificis Commiſſarijs fuerant infeſti, & illi commendari ſe à Rege libenter paterentur, quò veniam, & abſolutionem à Pontifice faciliùs impetrarent.

Pag.370 371. In ſequentibus Pontificem Gregorium nonum inceſſit Aduerſarius ex Authore ſibi familiari Matthæo Pariſio; quod, *Argumentoſas extorſiones, præcipuè in Anglia excogitaret*: item ab eo miſſos Prædicatores, & Minores, qui hortarentur fideles ad crucem ſuſcipiendam, & ad ſuccurrendum rebus Chriſtianorum, in Aſia periclitantibus: notat autem, quod in tantam ſuperbiam, & arrogantiam eleuarentur, vt recipi curarēt in Cœnobijs, & Ciuitatibus ſolemni proceſſione. Sed in talibus calumnijs retundendis non eſt, quod immoremur: & fieri certè potuit, vt Populi Patrum illorum ſanctitate permoti, & zelo iuuandæ Dei Eccleſiæ ſolemni eos proceſſione exciperent; cùm longè eſſent ipſi ab omni ambitione, & arrogantia: nam & Lyſtris Act. 14. Gentiles volebant Paulo, & Barnabæ, ſacrificia tanquam Dijs offerre, illorum miraculis permoti; an ideò ſe Deos haberi, aut ſibi ſacrificia offerri ambiebant? Hoc tamen diſcrimen erat; nam Ciuitates excipere illos Patres ſolemni proceſſione, opus religioſum erat: ſacrilegium, hominibus tanquam Dijs offerre ſacrificium; poterant itaque illi citra vllum crimen, ferre ſe admitti ſolemni proceſſione in Ciuitates, non verò Apoſtoli, ſibi ſacrificium offerri.

An ſuperbia & ambitioni dādum ſit, quod Prædicatores, & Minores à Pontifice miſſi in Galliam ſolēni proceſſione quandoq; reciperentur.

Proſequitur.

Venit Otho Cardinalis in Angliam Legatus, qui prima facie dona recuſat, contra conſuetudinem Romanorum, inquit Author, & geſtu ſuo populum valde demulcet. Pag.371

DE hac Legatione Polydorus Virgilius lib. 16. Hiſt. Anglorum. *Anno eo ipſo 1237. Gregorius nonus Pontifex Romanus, Rege non inuito, miſit Othonem Cardinalem in Angliam Legatum, qui Sacerdotalis ordinis ſtatum recognoſceret, ac, quatenùs opus eſſet, corrigeret. Antiſtitum, aliorumque Sacerdotum conuentum Londini celebrem fecit, in quo poſt longa conſultationem de patrum ſententia leges plurimas tulit, quæ deinceps Sacerdotalem dignitatem maximè conſeruarunt. Poſt hæc cauſſa iuuandi Aſiatici belli, imperandas Sacerdotibus decimas omnium Sacerdotiorum curauit.* Poſt: *Opprimebat bello per idem quoque tempus Fridericus Imperator Romanum Pontificem, ſimul cum tota Italia, cum Innocentius quartus Pontifex in locum Cæleſtini quarti ſucceſſit. Is vir egregius, conſtans, diligens, Reipublicæ amator, cùm impotenti Friderici libidini maturè reſiſtendū putaret; à Principibus Chriſtianis opem, & auxilium petijt, quem Henricus authore Othone legato, quantum per affinitatem licuit, quæ ipſi cum Friderico intercedebat, pecunia iuuit. Itidem fecere Epiſcopi, & reliqui Sacerdotes: Quod Fridericus audiens, celeriter Regem per literas ſummè rogat, vt ne opem Pontifici ferat; ſed ſolertia, & induſtria Othonis omni promiſſa pecunia penè, ipſi Pontifici iam antea miſſa, fruſtra fuere Imperatoris preces.* Scribit quidem idem Author, Edmundum Cantuarienſem Antiſtitem, maximè omnium eiuſmodi Legati Romani frequentes exactiones, quibus Sacerdotes diuexabantur, liberè reprehendiſſe; ſed tamen iuſtæ non deerant cauſſæ exigendi Pontifici in ſubſidium Eccleſiæ contra Fridericum. Quod ſcribit Aduerſarius, ab vno Vintonienſi Epiſcopo, *quinquaginta boues paſcuales, & centum ſummas Tritici electi, & octo dolia vini meraciſſimi* accepiſſe; Reſponderi poteſt, hoc non exegiſſe Legatum, ſed vltrò collata accepiſſe, & conuertiſſe in ſummam pecuniariam, quæ impenderetur in ſubſidium Eccleſiæ. Quod verò ſcribit, Othonem initio dona recuſaſſe, *id fuiſſe contra conſuetudinem Romanorum*: non deſunt alia exempla Legatorum, qui munera prorsùs recuſarunt; prout teſtatur D. Bernardus lib. 4 de conſiderat. cap. 5. de Martino Cardinali Presbitero; Is enim functus aliquando Legatione in Dacia, tam pauper remeauit, vt penè expenſis, ac equis deficientibus

De Legatione Othonis Cardinalis in Angliam.

Pag.371

Multi Legati Romanorū Pont. munera recuſarunt.

cientibus, uix perueniret Florentiam: & cum Epiſcopus loci donaſſet equum, quo Piſas vſq; perueheretur, eſſetque Epiſcopo lis cum Aduerſario, ac requireret ſuffragia amicorum, & veniſſet ad Martinum, in quo maior erat fiducia, qui non poſſet immemor eſſe recentis beneficij; Tūc Martinus: *Decepiſti me* (inquit) *neſciebam tibi imminere negotiū: tolle equum tuum, ecce in ſtabulo eſt*. Idem refert & de Gaufrido Epiſcopo Carnotenſi, qui Legationem in partibus Aquitaniæ proprijs ſumptibus ſtrenuè adminiſtrauit, idque annos plures: atque eum recuſaſſe munera non ſemel, ibidem refert: Et plura alia exempla in hanc rem citari poſſent. Non igitur contra conſuetudinem Romanorum, Otho Legatus dona recuſauit.

Pag.371 Refert Mornæus ex ſuo Matthæo Pariſio hoc ipſo tempore Cantabrigiæ compræhenſum Carthuſianum quendam habitu & geſtu, honeſtæ vitæ, ac ſeueræ habitum prætendentem, qui diceret:

Gregorius non eſt Papa, non eſt caput Eccleſiæ, ſed aliud eſt caput Eccleſiæ. Eccleſia prophanata eſt, nec debent in ea diuina celebrari niſi rededicata fuerit; Diabolus ſolutus eſt. Papa hæreticus &c.

De Carthuſiano quodā quē producit Mornaus. ET hinc conſtat quàm valida habeat argumenta Mornæus, quæ opponat progreſſui Papatus. Certè Carthuſianus ille habitu, qui in has voces prorupit, non minus helleboro opus habuiſſe videtur, quàm Mornæus, quò eius inſania curaretur. Verùm qui non probat Carthuſianum inſtitutum, quomodo ab authoritate iſtius argumentum ducat, valde miror. Certè doctrina illius non erat conſentanea eiuſdem habitui, & inſtituto, itaque non Carthuſianum, ſed inſanum quendam hominem nobis opponit. Quot verò illius ſæculi doctrina, & ſanctitate inſignes viros huic vni Carthuſiano poſſemus opponere, immò totum Ordinem Carthuſianorum?

Proſequitur Mornæus.

Pag.372 *Conueniunt itaque Epiſcopi vniuerſim, & rationibus, quas opponant, ſe muniunt. Verùm gratia Regis ſuffultus Legatus, cui Papa gratificari ratum, ſchiſma inter eos facit.*

ET ſubiungit verba Matthæi ſui Pariſij. Sed reſpondetur, illos quidem ægrè tuliſſe, quòd vexarentur exactionibus; verùm Regem nouiſſe ad quantā egeſtatem redactus eſſet Pontifex, quantum ſubſidio opus haberet, & ob quā iuſtas cauſſas ab Eccleſijs illud tum exigeret; ideoq; hac re Papæ gratificari voluiſſe: nec enim veriſimile eſt, eum cum iniuria Prælatorum, aut Eccleſiarum ſui Regni Pontifici, & ſuo Legato fauere, & gratificari voluiſſe.

Idem factitabat (inquit) *Gregorius in cæteris Europæ Prouincijs, Scotia, Dania, Francia ipſa, in quibus tamen, pro poteſtatis ſuæ modulo, varius ei exitus, multa identidem offendicula; Etenim, vidimus antea, congregatis in Francia pecunijs, cum ad perturbationem rei Chriſtianæ abuti vellet, interceſſiſſe D. Ludouicum, pecuniaſque intercepiſſe.* Pag.372

IVſtam defenſionem Eccleſiæ contra Fridericum hoſtem ſæuiſſimum, vocat Aduerſarius perturbationem rei Chriſtianæ, vt perturbator fuerit Pontifex, non ipſe Fridericus: quemadmodum ſi quis perturbatorē Iſraelitici Regni Eliā vocet, qui diuini cultus zelo accenſus Sacerdotes Baal perſequebatur, & non magis impios Achab, & Iezabel ſacræ religionis hoſtes infeſtiſſimos. Mendacium verò eſt, quod de S. Ludouico Rege ſcribit, ſiquidem ille zelo fidei ſe, & totum regnum obtulit Innocentio quarto in adiutorium Eccleſiæ, & ſui, contra ipſum Imperatorem, & omnes illi adhærentes. Voluit fortaſſe intelligere, quę & quorſum exactiones in ſuo Regno, ſed, ſi quę fierent in ſubſidium Eccleſiæ neceſſarium, non prohibuit. Non fuit occaſio mortis Gregorio nono, quàm Matthæus Paris citat; ſed longè alia, nempe quòd cum conuocaſſet vndique Prælatos ad Concilium Laterani contra Fridericum celebrandum, capti illi fuerint, & ab immitti Tyranno malè habiti: ita impedita Synodo, ex dolore animi pius Pontifex moritur, anno Domini 1239. Nunc ad Innocentium 4.

Iuſtam Eccleſiæ defēſionē Mornæus vocat perturbationem.

Mornæi mēdacium de D. Ludouico.

De occaſione mortis Gregorij noni.

Ab Innocentio quarto (inquit) *ne meliora expectes, nouos Pontifices noua exactionum commenta conſequuntur; vix cathedram inſedit, nouos illicò exactores quoquò verſus emittit, in Angliam, prædium quippe ſuum, Magiſtrum, quendam Martynum in primis cum poteſtate excommunicandi, & ſuſpendendi.* Pag.372

ATque de illo Magiſtro Martino multa citat ex Matthæo Pariſio: quæ magis confictā iudicanda, quàm vera. Qua enim probabilitate nititur, vt, cum per quendam Fulconem Varinum ſignificatum ei eſſet, ex Anglia vt ſtatim diſcederet, & accedens ad Regem rogaret, nùm eo authore id fieret, & negaret Rex, qui ſe tamen diceret vix continere poſſe Barones ſuos, quin in eum inſurgerent, ſaluum conductum in honorem Papæ poſtulanti, reſponderit ipſe Rex: *Diabolus te ad inferos inducat, & perducat &c.* Qua item veri ſimilitudine fulcitur, vt Magiſtro Martino Romam reuerſo, & caſum hunc ſuum

Figmenta Matthæi Pariſij de Magiſtro Martino Legato Innocentij 4. & de ipſo Innocent.

ſuum narranti Pontifici, dixerit Pontifex.

Pag.373 *Rex tàm Francorum, quàm Aragonum ingreſſum regnorum ſuorum Nuncijs noſtris vetuerunt. Expedit ergò,* inquit, *in iracundia magna, vt componamus cum Principe Friderico, vt hos regulos conteramus recalcitrantes; Contrito enim, vel pacificato Dracone, citò ſerpentuli conculcabuntur; voce ſuſurra,* inquit, *Matthæus &c.*

S. Ludouicus Rex Franciæ quàm addictus Pontificibus Rom.

CErtè calumnia manifeſtiſſima in Innocentium quartum Pontificem; Nam tum temporis Rex Franciæ erat S. Ludouicus, cui nulla vnquam diſſenſio cum Romanis Pontificibus: nec Regni ſui ingreſſum Nuncijs eorum vetuit vnquam, immò ipſi Innocentio 4. ſe, & ſua vltrò obtulit aduersùs Romani Pontificis, & Eccleſiæ inimicos, & de Eccleſiæ Romanæ primatu, & authoritate quam optimè ſenſit. Quo iure igitur tàm Sancto Regi ſuccenſeret Pontifex, aut de eo tàm grauiter expoſtularet? Rex verò Aragonum tum tēporis fuit Iacobus primus, qui cùm Epiſcopo Gerundenſi, ei non abs re infenſus, linguam abſcindi mandaſſet; Id vbi cognouit Innocentius quartus Pontifex, *Ditione vniuerſa* (inquit Mariana li. 13. de rebus Hiſpaniæ ca. 6.) *ſacris interdicta; Regem diris omnibus defixum anathematis ignominia notauit. Is, legato ad Pontificem Andrea Albalato Epiſcopo Valentino, ſupplices preces obtulit, pœnitere ſe facti; ſed quoniã mutare non licebat, indignationi, ſi non iuſtæ, ſaltem præcipiti veniam pater &, Pontifex daret, parato pœnarum dare quantum ipſius arbitratu decretum eſſet. Audita legatione, Pontifex Epiſcopo Camerino, & Deſiderio Presbytero in Aragoniam legatis cauſſæ cognitionem permittit, conceſſa poteſtate Regem etiam cum Eccleſia conciliandi, modò ad ſanitatem per pœnitentiam reducto. Ilerdæ conuentus Epiſcoporum, & Procerum eſt habitus: affuerunt, Epiſcopi Tarraconenſis, Cæſarauguſtanus, Vrgelitanus, Oſcenſis, Elnenſis. His præſentibus Rex verbis grauiſſimis caſtigatus, atque in genua procumbẽs criminis venia donatus eſt &c.* Quomodo igitur Rex ille aut Nuncijs Pontificijs Regni ſui aditum prohibuit, aut progreſſui Pontificatus ſeſe oppoſuit? Verùm in Anglia ſeſe oppoſuerint exactionibus Magiſtri Martini, quia fortaſſe nimium frequentes, aut oneroſæ illis videbantur: quod inde argumentum ducet Mornæus? Et Rex ipſe fatetur, nec ſibi Regi ſuo Barones, & Prælatos Regni velle contribuere; & Pontificis ipſius mēs erat exactiones quidem in Anglia imponere, nō tamen oneroſis Regnum vexare. In his tamen quæ ſcribit Mornæus, videtur aperta contradictio; dicit enim, Magiſtrum Martinum, ubi ex Anglia diſceſſit, Romam redijſſe, & Pontifici caſum ſuum expoſuiſſe; cum tamen ex eis verbis conſtet, tùm non Romæ, ſed potius Lugduni, aut certè in Francia Innocentium fuiſſe: nã cum eſſet Magiſter ille Martinus adhuc in Anglia.

Quid inter Innocẽtium IV. et Iacobum I. Aragonũ Regẽ, poſtquã is Epiſcopo Gerundenſi linguam abſcindi mãdaſſet.

Mornæi cõtradictio.

Rex (inquit Mornæus) *inexplebilem curiæ Romanæ cupiditatem deteſtatus, in futurum proſpecturus eximios quoſdam viros ad Concilium Lugdunenſe vniuerſi Regni nomine delegandos ſtatuit.* Pag.374

ATqui cum Concilium Lugdunum indixit Pontifex, non iam erat Romæ, ſed in Galliam peruenerat; ergò cum Rex Angliæ egit de mittendo aliquos Regni nomine ad Concilium Lugdunenſe, Innocentium iam oportuit eſſe Lugduni, aut certè in Francia, non Romæ, quò Martinus ille ipſum adiret.

Quòd ſcribit, Regni Anglici Oratores, vt Lugdunum ad Concilium conuenerunt, expoſuiſſe, *quantum extortum tributum iniuriosè*: Certè qui legunt illud Concilium, facilè intelligent, Pontificem in huiuſmodi exactionibus imponẽdis non aliò ſpectaſſe, quam ad beneficium commune Reipublicæ Chriſtianæ. Agitur illic de ſubſidio Imperij Conſtantinopolitani, quod tũ erat apud Latinos, quo ita ſtante, facilè erat Eccleſiam Græcorum in eandem vnionem cum Latina reduci, & maximè, quia dum prædicto ſubuenitur Imperio, conſequenter ſubſidium impenderetur Terræ Sanctæ; & propterea ex Concilij approbatione onus ad id Eccleſijs imponitur. Monentur poſtea Prælati, quatenus fideles populos ſuæ curæ commiſſos, in ſuis Prædicationibus, vel quando ipſis pœnitentias iniunxerint, pijs monitis inducant, conceſſa ſuper hoc indulgentia ſpeciali, prout expedire viderint, vt in teſtamentis, quę pro tempore fecerint, aliquid in Terræ Sanctæ, vel Imperij Græci ſubſidium pro ſuorum peccaminum remiſſione relinquãt: & ſuper Cruciata loquens, ex communi Concilij approbatione ſtatuit idem Pontifex, vt omnes omninò Clerici tam ſubditi, quam Prælati vigeſimam Eccleſiarum prouentuum vſque ad triennium conferant in ſubſidium Terræ Sanctæ per manus eorum, qui ad hoc Apoſtolica prouidentia fuerint ordinati. Ex quibus conſtat, quam ſancta mens fuerit illius Pontificis, & in re Chriſtiana omnibus modis iuuanda pius affectus; vt immeritò à Matthæo illo Pariſio, & à Mornæo traducatur. Mornæus.

Pag.374

De Concilio Lugdunenſi.

Addit verò Author, in colloquio, quod Innocentius Cluniaci, cum Diuo Ludouico habuit, omni arte conatum Innocentium Regi perſuadere, vt contumeliam ſuam vlturus, ipſum regulum Anglorum bello peteret, ſeu regno ſpoliandum, ſeu curiæ Romanæ arbitrio, vellet, nollet ſubmittẽdũ etc. Pag.375

IMmò teſtatur ipſemet Author Matthæus Paris, in colloquio habito Cluniaci actum eſſe de pace componenda, aut certè de inducijs prorogandis

T

Falſum eſt Innocētiū à D. Ludouico contē diſſe vt Regē Anglorum bello peteret.

rogandis inter Reges Franciæ, & Angliæ: nec vero ſimile, Pontificem, cui bellum a Friderico imminebat, voluiſſe tùm inter Reges illos bellū accendere, quorum pax illi pernecesſaria erat: nec Pontifex Innocentius quartus, magno vir iudicio, & prudentia apud Regem Franciæ, Regem Angliæ per contemptum regulum appellaſſet: nec legitur vnquam Henricus tertius tum Angliæ Rex, Pontifici occaſionem dediſſe, cur de eo Regno ſpoliando cogitaret, ne dum ageret. Scribunt etiam multi Authores, tum Ludouicum apud Pontificem quibuſdam diebus fuiſſe, & de expeditione Hieroſolymitana conſuluiſſe: ſiquidem paulò antea ex morbo conualeſcens, rebus Hieroſolymitanis ſubſidium ferre, illoque expeditionem ducere voto ſe obſtrinxerat. Cui igitur fiat veriſimile, vt Pontifex cum eo egerit de Regno Angliæ bello appetendo?

Quod attinet ad illud nouum ſtatutum, in Anglia conditum ab Innocentio.

Pag. 375 *Quod bona inteſtatorum in vſus eius cederent &c.*

De Innocentij Decreto, vt bona inteſtatorū in vſus ei cederent.

DE bonis Clericorum ſcilicet intelligitur, quæ certè non in vſum Pontificis, ſed Reipublicæ Chriſtianæ beneficium, vt ſupra oſtenſum eſt, cedere debebant. Et licet Rex ab initio huic ſtatuto refragaretur; poſtea tamen, re meliùs conſiderata, & ipſis cauſſis, quibus Pontifex mouebatur, facilè perſuaſus eſt, vt illud probaret. Et Matthæus Paris, ac Mornæus, vt Pontificem inuiſum reddant, exactiones omnes tùm in Angliam, tùm alibi ampliſſimis verbis perſequuntur; nulla vnquam facta mentione cauſſarum, quæ iuſtè mouebant Pontificem ad exactiones impendendas, neceſſarij ſubſidij conferendi in vſum Chriſtianæ Reipublicæ.

Malitia Matthæi Pariſij, & Mornæi vt Pōtificem reddāt inuiſum.

Pag. 376 *Alia improbabilia Matthæi Pariſij, & Mornæi inutilia.*

Quæ deinceps citat ex Matthæo Pariſio de Cardinali Ioanne Anglo, Monacho Ordinis Ciſtertienſis, qui aſperioribus verbis Pontificem Innocentium conuenerit, cum ille de Rege, Regnoque Angliæ anathemati ſubijciendo, cogitat; item de duobus illis Fratribus Minoribus, Ioanne, & Alexandro, vrgendis exactionibus delegatis, quos Matthæus Paris deſcribit,

Pag. 376 *Donis Cleri inſoleſcentes, ſellis deauratis faleratos, pretioſiſſimis veſtibus adornatos, calceamentiſque militaribus ſæculariter, immò potiùs prodigaliter calceatos, & calceratos.*

NVlla probabilitate nituntur; nec eſt, quod in eis examinandis fuſiùs immoremur: quæ etſi vera eſſent omnia, non habet inde aduerſarius argumentum alicuius momenti, quod Pontificis authoritati obijciat, quam nobis imprimis inſtitutum eſt defendere. Sed hæc omnia citare voluit, vt inuiſam omnibus eam reddat. An à Pontifice in mandatis habebant Fratres illi, vt ita falerati ſellis deauratis, & precioſiſſimis veſtibus adornati, per Angliam incederēt? Matthæus Paris ipſe ſcribit in læſionem & opprobrium Ordinis hoc feciſſe; igitur diſtinguendus Ordo, & profeſſio ipſa, quam Romana Eccleſia approbarat, ab inceſſu, longè alieno ab ipſorum profeſſione; ſi tamen hæc, vt multa alia, non finxerit Author.

Eodem loco habemus, quæ ex eodem Authore citat Aduerſarius, de miſerabili Eccleſiæ Anglicanæ ſtatu ſub Gregorio, & Innocentio, de Curia item Romana, in iniurias ipſius ſeſe effundens: neque in repetendis Matthæi Pariſij verbis, & ſigillatim examinandis, opus eſt tempus teramus. An verò Angli, Rex, Nobiles, & Populi defecerant ab Eccleſia Romana? An fides, & doctrina Sanctæ Eccleſiæ ob exactiones illas, quas tyrannicas vocat Mornæus, in controuerſiam ab illis vocabatur? Proſequitur. Pag. 376 *Alia ibi.*

In Francia Innocentius regnante D. Ludouico, licet apud eum hoſpitaretur, non nobis æquior; Et hic Matthæus ipſe audiatur. Vix Lugdunum ingreſſus inſero Capitulo, præbendas vacantes donare vult; Canonici apertè intercedunt &c. Pag. 377

NOn dubium, potuiſſe Pontificem ſuo iure vacantes illas præbendas conferre; cum ampliſſimam haberet in beneficialibus poteſtatem. Quæ tamen ſcribit Matthæus Paris, ſunt nobis ſuſpecta; cum ille ſit externus Scriptor, nemo verò Author Gallicus huius contentionis Capituli Lugdunenſis contra Pontificem meminerit. Nec verò ſimile, Pontificem in Vrbe refugij ſui, vbi à Clero, & à Populo tam honorificè exceptus fuit, vbi diutiùs moraturus erat, celebraturuſq; Concilium, voluiſſe ſtatim ſibi odiū comparare Canonicorum, aut iuribus eorum quidquam derogare; immò & Eccleſiam illam legitur ampliſſimis priuilegijs donaſſe, quæ partim refert Iacobus Seuertius in ſua Chronologia ſucceſſiua &c. parte prima de Lugdunenſibus Archiepiſcopis. Ex eodem Matthæo Pariſio.

Etenim, inquit, videbant omnes & ſinguli, & videntes ſentiebant, ipſum D. Papam pecuniæ, & pecuniarum rapinis in multorum damnum, & depauperationem inſatiabiliter inhiare &c. Pag. 377

VErùm ſuppreſſit verba antecedentia Matthæi ipſius Pariſij, quibus ſignificat, tùm refrigiuiſſe maximè deuotionem, & affectionem filialem, quam omnes patri ſpirituali, hoc eſt Pontifici debent; nec ſine periculo animarum perijſſe, aut potiùs in ſecretas maledictiones conuerſam eam fuiſſe. Quod verò Innocentius inſatiabiliter inhiaret pecuniarum rapinis, manifeſta eſt Monachi illius impoſtura: & iam diximus, non alijs de cauſſis Innocentium, quàm in ſubſidium Terræ Sanctæ, & ob defenſionem Eccleſiæ exactiones, etiam cum approbatione Concilij,

Matthæus Paris Innocentio imponit.

Digitized by Google

lij, impoſuiſſe Eccleſijs, à reliquis verò nihil extorſiſſe, ſed fortaſſe per Prælatos, vel Prædicatores hortatum eſſe, vt de ſuis facultatibus aliquid in tam pium opus erogarent. Proſequitur ille Monachus, citatque Mornæus.

Pag. 377 *Nec credebant iam multi, ipſum, poteſtatem B. Petro conceſſam cælitùs, videlicet ligandi, & ſoluendi, obtinere, qui penitùs B. Petro diſſimilis probabatur.*

Qui, & quo errore crediderint Innocentiū non obtinere poteſtatē B. Petro conceſſam.

HÆc erat opinio vulgi, neque credulitas, aut incredulitas illorum conferebat, vel detrahebat Innocentio poteſtatem illam, Petro cœlitùs conceſſam. Interim id infixum erat eorum animis, Petro, & ſucceſſoribus eius ligandi, & ſoluendi poteſtatem eſſe conceſſam: errabant verò, ſi putabant ſimilitudinem vitæ, vel morum cum Petro, ad hanc poteſtatem neceſſariam eſſe.

Pag. 377 *In Francia multi nobiles in ipſum Papam & Eccleſiam, quod nunquam meminimus eueniſſe, conſpirabant.*

An coniuratum in Pontificē.

Si coniuratū ſit, factū utiq; non ius.

SVbiungit, eos Principes fœderis elegiſſe Ducem Burgundiæ, Comitem Petronem Britanniæ, & Comites Engoliſmi, & S. Pauli. At primùm refert ille Author, nobiles iſtos de Clero Franciæ, non de Pontifice fuiſſe conqueſtos. Deinde ſit facta conſpiratio illa in Pontificem; factum, non ius. Eodem tempore referunt Hiſtoriæ Francorum, Nobiles aliquot, in primis Theobaldum Campanum, Petrum Mauclericū Britonum Ducem, & Hugonem Marchiæ Comitem, facta coniuratione à Rege Sancto defeciſſe; An iſta coniuratio Mornæo probabitur? Non magis nobis illa in Pontificem, & Eccleſiam à Nobilibus illis inita, cui nunquam Regis acceſſit authoritas.

Reliqua, quæ ex ſuo Matthæo Pariſio ipſe nugatur, libenter omittimus. Certum eſt Pontificem, triennales decimas vt ab Eccleſijs exigeret in fauorem ſacræ expeditionis, Sancto Ludouico conceſſiſſe. Conuentionis illius, vt triennio ſequenti parem ipſe acciperet, nullus præterea meminit. Commentitia verò eſt hæc cauſſa, vltra marinam expeditionem infeliciter ceſſiſſe, quòd tantas extorſiones D. Ludouicus in ſuo Regno à Papa exerceri permitteret, aut tolleraret. Non hæc vna, ſed multæ aliæ expeditiones in Sarracenos Chriſtianis infeliciter ceſſere: quo id Dei iudicio, ignoramus. Legi poteſt S. Bernardus lib. 2. de conſiderat. cap. 1. qui calumniam patiebatur, quòd ſacram expeditionem ſuſcipiendam conſuluiſſet, quæ poſtea infeliciter ceſſit: *Iudicium hoc* (inquit) *abyſſus tanta, vt videar mihi non immeritò pronunciare beatum, qui non fuerit ſcandalizatus in eo. Et quomodo tamen humana temeritas audet reprehendere, quod minimè comprehendere valet? Recordemur ſuperiorum iudiciorum, quæ à ſæculo ſunt, ſi fortè ſit conſolatio &c.*

Commentitia cauſſa, cur vltramarina expeditio ceſſerit infeliciter

In examinandis, quæ vel de Prædicatoribus, & Minoribus citat ex ſuo Matthæo Pariſio Aduerſarius, vel quæ ſubiungit inuidioſè de Patribus Ieſuitis, quæ friuola ſunt in religioſos hos Ordines commenta, nolim diutiùs immorari.

Ab Innocentio quarto ad Gregorium nonum regreditur.

In Orientem adeò ipſum (inquit) *Gregorius manus ſuas exporrigere tentat. En verò quo ſucceſſu Occidentales hoc ſæculo Conſtantinopolim bello ceperant, & Balduinus Imperio potitus, Eccleſiam Conſtantinopolitanam Romanæ ſubiecerat, ea ſpe, Pontificis in nouo regno firmando, præſidium, eò magis præſtò futurum; & reſtabat tantùm, vt controuerſia de religione componerentur. Itaque Germanus Patriarcha Gregorio ſcribit, nihil illi optatius, quàm vt de illis cum eo conferat.* Pag. 379

Mornæus errat circa tempus, quo Germanus ſcripſerit ad Gregoriū IX.

ANno 1204. Latini Conſtantinopolim bello ceperunt, eaque potiti ſunt per annos ferè ſexaginta, ac electus eſt Imperator Balduinus Flandriæ Comes, & Patriarcha creatus Thomas Maurocenus Venetus, & Eccleſiam Conſtantinopolitanam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, illi ſubiecerunt: Idque contigit tempore Innocentij III. Non potuit igitur tempore Balduini, primi ex Latinis Imperatoris, Germanus ille Patriarcha ſcribere Gregorio nono; ſiquidem Balduinus non diu in Imperio vixit, & Gregorius nonus anno duntaxat 1226. Pontificatum init.

Quantum ad literas iſtius Germani Patriarchæ ad Gregorium nonum, & ad Cardinales, quas partim citat ex Matthæo Pariſio Aduerſarius: quid, quæſo, ex his concludit: Primùm ex eodem Matthæo Pariſio in Henrico tertio, conſtat, Germanum illum Patriarcham fuiſſe hæreticum; de eo enim ita ſcribit: *Qui procaciter Græcorum errores non tantùm veteres, immò nouos, & adinuentos defendens, enormiter à religione Catholica delirat; eorum enim eſt hæc deſipientia. Aſſerunt, Spiritum Sanctum non à Filio, ſed à Patre ſolo procedere, eò quòd ſcriptum inueniatur, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit. Præterea conficiunt de fermentato, & in multis Latinis contradicunt, & eos ſpernunt, Eccleſiam Romanam in pluribus condemnantes, magis autem eius facta, quàm dicta. Conſtituit igitur ſedem ſuam, quaſi alter Lucifer, in Aquilone ſcilicet in Conſtantinopoli Græcorum Ciuitate Metropolitana: filius ſcilicet degener, & Antipapa, vocans Eccleſiam ſuam, & aſſerens digniorem, & Eccleſiam Romanam ſororem eius dicens eſſe, non matrem, & quòd Beatus Petrus Apoſtolorum Princeps quondam, priuſquam Romam*

Germanus Patriarcha iudicio Matthæi Pariſij hæreticus, & Antipapa.

venerat, Antiochia, quæ Imperio Græcorum adiacet, & pertinet, ſedem conſtituit cathedralem &c. En igitur iudicium Matthæi Pariſij de Germano illo Patriarcha, qui cum eſſet hæreticus, & Antipapa; cuius obſecro authoritatis apud nos eſſe debeant, quæ ſcribit? Extant apud Matthæū Pariſium binæ eius literę ad Papam Gregorium IX. & ad Cardinales: quæ ad iniuriam Eccleſiæ Romanæ videbantur facere, exſcripſit Mornęus, vt quod referat ille diuiſionem vnitatis in tyrannidem, oppreſſionem, & exactionem Romanæ Eccleſiæ, quæ de matre facta ſit nouerca: ſed Græcus eſt, hæreticus, mendax, & impoſtor; nam conſtat, antiquius fuiſſe illud ſchiſma Gręcorum, & non aliunde, quàm ex eorum leuitate, & Conſtantinopolitani Præſulis ſuperbia, atque ambitione natum fuiſſe, qui nec Pontificem Romanum libenter agnoſcebăt ſuperiorem, nec à ſuperbo Epiſcopi vniuerſalis titulo, vt abſtineret, adduci potuit.

Vnde ortū ſit Græcorū ſchiſma.

Extant apud eundem Matthæum Pariſium binæ literæ Gregorij ad eundem Germanum: verùm eas ridet Mornæus.

Pag. 379 *Sed enim Gregorius (inquit) reſpondens ſuum illud, Tu es Petrus in ſolutum dat, ſolo Primatus nomine eum ſibi proterendum putat.*

Quæ Gregorius Germano reſponderit: & meritò.

ANnon verò hic erat ſtatus controuerſię, Eccleſia Conſtantinopolitana deberetnè ſubeſſe Romanæ, tanquam filia matri, & an Romanus Pontifex ex inſtitutione Chriſti Domini haberet Primatum in omnes Eccleſias? Vnde verò illud validius demonſtrare poterat Pontifex, quàm ex verbis ipſius Chriſti ad Petrum, ex Euangelio citatis? Et ſi legantur Epiſtolæ Germani illius Patriarchæ, & Gregorij Pontificis, quibus illi reſpondet; videbitur certè non ſuum illud, *Tu es Petrus* in ſolutum dare, ſed abundè illi reſpondere: & in ſecundis literis dicit, ſe ad eum mittere quatuor Fratres Hugonem, & Petrum de Prædicatoribus, Haimonem, & Radulphum de Minorum ordine, viros virtute religionis conſpicuos, morum honeſtate præclaros, & Scripturarum ſacrarum ſcientia præditos; *Vt ſi cum eis* (inquit) *de omnibus, quæ in quęſtionem veniunt, tractare fideliter, & ſocialiter conferre decreueris; in rota, quæ intra rotam Ezechieli oſtenſa eſt, vocem poteris audire tonitrui, & in mari vitreo ſpeculari, quod vnus Adam collocatus fuit ad opus, & cuſtodiam Paradiſi, vnamque eſt ſortitus vxorem, vnum Dominum Ieſum Chriſtum, & vnicam eius ſponſam Eccleſiam præfigurans.* Subijcit Matthæus Paris: *His autem ſalutaribus monitis auditis, ſed nō exauditis, non ſe Græci Eccleſiæ Romanæ ſubdiderunt, fortè tyrannidem, & auaritiam eius pertimeſcentes, vel erecti in contumaciam, iuxta dictum Euangeliſtæ, quod inuitati ad cænam noluerunt venire; ſe tamen excuſantes; humiles in excuſatione, ſuperbi, & contumaces in operis executione.* Indicat igitur Matthæus Paris, ſalutaria fuiſſe monita Gregorij Pontificis, & ſalutare futurum Græcis, ſi ſe Romanę Eccleſiæ ſubdidiſſent. Sed quam tyrannidem vnquam exercuit Eccleſia Romana in Conſtantinopolitanam, aut alias Orientales, vt hanc deberent pertimeſcere? Aut quibus exactionibus, & tributis eas vnquā onerauit? Quinam Authores Græci, infenſi Romanæ Eccleſiæ, hanc cauſſam referunt? non alioqui taciturri, ſi veritate niteretur: & toties Græci ſchiſma conflarunt, & à Romana Eccleſia defecerunt; an ob eius tyrannidem, & auaritiam? Longè verior igitur altera cauſſa, quam ſubiunxit; nempè ob eorum contumaciam. Fictam verò exiſtimo narrationem de Archiepiſcopo illo electo, vel poſtulato ad quendam nobilem Archiepiſcopatum in Græcia, qui Romā aduenit confirmandus, nec potuit exaudiri; niſi infinitum aurum promitteret: nemo alius Scriptor meminit huius cauſſæ defectionis Græcorum ab Eccleſia Romana. Et ſi vera hiſtoria, cur non nomen Archiepiſcopi, & Eccleſiæ, ad quam electus, vel poſtulatus erat, indicauit Matthæus Paris? Mornæus.

Gregorij monita ex ſententia Matthæi Pariſij ſalutaria.

Græcorum ſchiſmanō ex tyrannide Eccleſiæ Romanorum, ſed ex ſua ipſorū contumacia.

Narratio à Pariſio conficta.

Non multò poſt & Patriarcha Antiochenus eadem veſtigia acriùs inſecutus, Gregorium adeo ipſum excommunicat, ſe ſuamque Eccleſiam ſolemniter prædicando, tempore & dignitate Domino Papæ, & Romanæ Eccleſiæ præponit &c. Pag. 379

HOc ex Matthæo Pariſio citauit Mornæus. Sed videamus, quod ſit iudicium Matthęi Pariſij de hoc Pſeudopatriarcha: *Ad tantam* (inquit anno 1238. in Henrico) *auſus eſt proteruiam impetu temerario prorumpere Antiochenus Archiepiſcopus, conſentiente Germano Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, Græcorum Aduocato, & vices agente Antipapæ, quod Dominum Papam cum tota ſua Romana Eccleſia, & Curia inani authoritate excommunicauit.* Et vbi vanas eius rationes protulit in medium, vt quod B. Petrus Apoſtolus primò Eccleſiam Antiochenam cum ſummo honore rexerat, per ſeptennium, ibidem cum ſumma, qua decuit, receptus reuerentia, & ſimiliter honorificè incathedratus. Subijcit vltimò: *Hac, & alijs rationibus ſuperficialibus ſuas in propriam perniciem cicatrices, dictus Antipapa palliauit, & excuſationes in peccatis excuſauit; Sed columna Eccleſiæ Dominus Papa, verus Diui Petri ſucceſſor, etſi non plenè imitator, non monebatur, omnem vindictam reſeruans in tempore retributionis.* Produxerat igitur Aduerſarius rationem futilem Antiocheni Archiepiſcopi, quam vt illius adducebat Matthæus Paris, ſuppreſſo interim iudicio eiuſdem Authoris, quem tanti facere ſolet, qui Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum *Antipam*, & Antiochenum illū Archiepiſcopum *proteruum*, & *temerarium* nominat; Dominum verò Papam *columnam Eccleſiæ, & verum D. Petri ſucceſſorem*. Vnde confunditur vel ex ſuo authore aduerſarius.

Matthæi Paris iudicium de excommunicatione in Gregoriū lata à Patriarcha Antiocheno.

Quid

pag. 379 *Quid ſi igitur nec Romani ipſi vocem continere poſſunt? &c.*

De contentione inter Gregoriũ IX. & Romanos.

COntentionem Romanorum cum Pontifice Gregorio refert Matthæus Paris ad annũ Domini 1234. Plus æquo illi præſumebant, & volebant iuribus ipſius Pontificis limites præſcribere. Ventum eſt ad arma, & licet vtrinque multi ceciderint; tamen Romani maiorem paſſi ſunt ſtragem, vt qui agminibus diſſipatis ad ſuã Ciuitatem præcipites confugerant. Sed defecerunt Romani à Pontifice de facto, de quo non diſputatur, iure nè defecerint, an iniuria, hoc in quæſtione poſitum eſt.

pag. 380 Quod hic ex Matthæo Pariſio Aduerſarius refert, Innocẽtium quartum, per Legatos Henricum 3. rogaſſe, vt ſibi Burdegalæ commorari cum bona eius venia liceret, quòd fratres D. Ludouici captiui, eum ad pacem cum Friderico vehementiùs hortarentur: certè, prout refertur hiſtoria à Mornæo, omni probabilitate caret. Nam fratres D. Ludouici eum ad Sacram expeditionem fuerant comitati, Robertus ceciderat, Alphonſus, & Carolus cum ipſo Rege à Sarracenis fuerant capti, nec prius in Franciam, quàm cum ipſo Rege redierant. Fieri igitur non poteſt, vt fratres D. Ludouici apud Infideles captiui, Innocẽtium ad pacem cum Friderico hortati ſint. Sed aliter ſcribit Matthæus Paris anno 1249. in Henrico 3. *Fratres* (inquit) *Domini Regis Francorum eum diſertè conuenerant, rogantes ex parte dicti Regis, & ſua, vt pacem iniret cum Friderico humiliato, & ſatisfactionem Eccleſiæ humiliter offerenti, ſicut honorem vniuerſalis Eccleſiæ diligebat.* Igitur intelligebant illi, Friderici eſſe, vt veniam mereretur, humiliare ſeipſum, & ſatisfactionem Eccleſiæ humiliter offerre: quam certè ſi ex animo obtuliſſet, & non toties rediiſſet ad ingenium, ac ludificatus eſſet Pontifices, obtinuiſſet. Auentinus, magnæ apud Mornæum authoritatis Scriptor lib. 7. Annalium Boiorum tradit, Innocentium in Galliam Lugdunum migraſſe, & Gallorum conſilio, quibus Imperatoris potentia, vireſque Germanorum formidoloſæ erant, aduerſùs eundem conſpiraſſe, atque è faſtigio rerum humanarum deturbandum decreuiſſe. Fieri igitur non poteſt, vt D. Ludouicus, vel eiuſdem fratres Innocentium hortati ſint ad pacem cum Friderico componendam, vel Imperialem dignitatem ei reſtituendam.

Hiſtoria relata à Mornæo improbabilis.

An Innocẽtium IV. Lugdunũ profectus, rogatus ſit à D. Ludouico vel eius fratribus, vt pacem cum Friderico iniret &c.

pag. 380 Quæ refert aduerſarius ex Auentino de Epiſcopis Germaniæ, quod eorum opera factum ſit, vt Gregorius Pontifex non potuerit Fridericum euertere, ex omnibus Epiſcopis, ad quos Bullæ Pontificis peruenerunt, nemo illi paruerit, ex Abbatibus nihilo plures proteſtati ſint, *nullum ius eſſe Romano Flamini*, (nam Auentino videtur Pontifex Romanus Flamen quidam dialis; vt Sacerdotes, & Sacra Chriſtianorum non alio loco habeat, quàm ſuperſtitionem Romuli, vel Numæ Pompilij) *abſque conſenſu Pontificum Germaniæ in Germania*: Authoris ſunt ſuſpecti, Pontificibus ſemper iniqui, & omnia in gratiam Imperatorum dicere ſoliti, cum quo neq; conſentiunt reliqui Germani Scriptores. Scribit quidem Krantzius lib. 8. Saxoniæ cap. 8. Pontificem ſollicitaſſe Archiepiſcopos, & Epiſcopos, vt Imperatorem excommunicatum cunctis denunciarent; ſed Epiſcopos Theutoniç, ne hoc fieret, ſupplicaſſe, veritos eius tyrannidem: at verò eos in hæc verba prorupiſſe, vt Põtifici Romano nullum ſit ius in Germania abſq; conſenſu Pontificum Germaniæ; figmentum eſt ipſius Auentini: aut certè Epiſcopi ipſi longè errarunt à veritate. Immò, multos cum Papa ſenſiſſe, teſtis eſt ipſe Trithemius in Chron. Hirſaug. 1239. his verbis: *His temporibus multa fuit in Eccleſia Dei Miniſtrorum eius perſecutio, maximè in Regno Alemanniæ, propter excommunicationem Friderici ſecundi Imperatoris, qui omnes cum Papa ſentientes, perſequi non ceſſauit &c.*

An Epiſcopi Germaniæ profeſſi ſint, nullũ eſſe Pontifici ius in Germania niſi de ipſorũ cõſenſu

In cœteris, quæ ex Auentino citat, diſcutiendis nolim diutiùs immorari, vt quæ cauſſam Aduerſarij parùm promoueant, & noſtram nihil minuant. Quantum ad orationem ipſam Eberardi Salisburienſis, quæ integra recitatur ab Auentino, vndè aliqua exſcribuntur à Mornæo, multis calumnijs, & mendacijs refertam; ego certè crediderim, ab Auentino ipſo eam confictam in odium Pontificis, & Eberardo Salisburienſi falsò impoſitam.

Quantùm ad Othonem illum Bauariæ Ducem, de quo hic Mornæus, qui deſerto Pontifice ad Imperatorem defecerit, & cum Conrado Friderici filio copias iunxerit; hæc ſcribit Trithemius in Chron. Hirſaug. anno 1245. *Otho primus ex Ducibus Bauariæ, Comes Palatinus, Rheni obijt, qui in principio ſui regiminis pius, iuſtus, & clementiſſimus Princeps fuit, poſtea cum Friderico Imperatore ſentiens, excommunicato, & depoſito, & ipſe à Papa excommunicatus eſt cæpitq; perſequi clerum in odium Papæ: quod ei non ceſſit in bonum. Cum enim in vigilia S. Andreæ cum vxore, filijs, & familia lætus, & ſanus eſſet, in ipſa nocte ſubitaneè, & excommunicatus mortuus inuentus eſt.* pag. 384

De Othone Bauariæ Duce.

Quæ citat Aduerſarius ex Epiſtolis Petri de Vineis, Friderici Cancellarij, contra Pontifices, eo facilè refelluntur, quod vt ipſemet fatetur, *feruente inter Papatum, & Imperium contentione, ex nimio affectu profecta cẽſeri poſſint.* Quòd verò Fridericus exprobrat, ſe à Papa excommunicatum, claue palam errante, inauditum, indicta cauſſa; igitur palam agnoſcit, in Pontifice, cognita eius cauſſæ, fuiſſe poteſtatem eum excommunicandi. pag. 384 385.

Mera impoſtura eſt Friderici, aut Petri de Vineis, quod Pontifex tueretur hæreticos, & Mornæi interpretantis.

Põtificem tutatũ eſſe VValdẽſes mera eſt impoſtura.

Lombardos, & Mediolanenſes, qui tum magno numero VValdenſium doctrinam profitebantur &c.

NEque eo nomine Fridericus Ciuitatibus Lombardiæ bellum inferebat, quòd apud eos multi ſectam, & errores VValdenſium profiterentur, qui certè Orthodoxis longè erant inferiores numero, neque Pontifici propoſitum

erat

Digitized by Google

erat VValdenſes hæreticos ab armis Imperatoris defendere: & VValdenſes potiùs ſe dediſſent Friderico, hoſti Eccleſiæ Romanæ, quàm contra eum Pontificis partes ſecuti fuiſſent; ſiquidem ipſi inter cœtera doctrinæ ſuæ capita blaſphemabant Romanam Eccleſiam, & facta, & ſtatuta ipſius, & omnem Clerum: aſſerebant Eccleſiam Romanam, non eſſe Chriſti, ſed Eccleſiam Malignantium, & Papam eſſe caput omnium errorum. Non igitur aut Papa eorum patrocinium ſuſcepiſſet contra Fridericum, aut illi contra eundem partes Pontificis ſuſcepiſſent defendendas: nec dubium in Ciuitatibus Lombardiæ inquiſitum in eos, & de eiſdem ſumptum ſupplicium.

Pag.385 *Hos vitæ prodigos* (inquit Mornæus) *martyriumque conſtanter ſubeuntes deſcribit Fridericus.*

VValdenſium Martyres quales.

MArtyr Latinè teſtis eſt: quemadmodum igitur veri, & falſi teſtes, ita veri, & falſi martyres. Erant VValdenſes martyres eo ſenſu, quo Circumcelliones Donatiſtarum, qui vltrò morti ſe offerebant, immò ad inferendam ſibi mortem alios adigebant; de quibus S. Auguſtinus lib. 1. contra Epiſt. Parmeniani cap. 7. *Martyrem certè non facit pœna, ſed cauſſa, neque ex paſſione certa eſt iuſtitia, ſed ex iuſtitia paſſio glorioſa eſt.* Mornæus.

Pag.385 *In his etiam epiſtolis* (Petri de Vineis) *vna legitur Galliarum Regis, D. Ludouici filij ad Cardinales Eccleſiæ Romanæ, ſede vacante ſcripta, qui præ partium ambitione in eligendo Pontifice conuenire non poterant, ex qua* (inquit) *colligere facile, Eccleſia Gallicana de Romana quid tum ſentiret; in Fridericum licet, eiuſque cauſſam minùs bene affecta &c.*

Abſurdus Mornæi lapſus in Hiſtoria.

HÆc certè Epiſtola ſuſpicione non caret, & lapſus eſt valdè abſurdè in Hiſtoria Mornæus; nam Philippus tertius D. Ludouici filius, non fuit Rex, viuente Friderico; cum Fridericus obierit anno ſalutis 1250. & Philippus regnare cœperit anno duntaxat 1271. quomodo igitur potuit tum has literas ſcribere ad Cardinales? aut quo anno, ſede illa vacante? aut qui tum electus Pontifex? Quo Pontifice Regnum inierit, quo item obierit, & qui Pontificatum, eo regnante, geſſerint, quamdiu ſedes vacarit in electione illorum Pontificum, ex Authoribus ipſis, qui vitas Pontificum ſcripſere, facilè colligi poteſt. Sed & ſi verè à Philippo Rege ſcripta illa Epiſtola; nihil ille contra authoritatem, aut primatum Romani Pontificis ſcribit: Cardinalium diſcordiam, auaritiam, & ambitionem carpit.

Proſequitur.

Nec deerant in omnibus nationibus viri eximij, qui eadem animaduerterent, Gulielmus Epiſcopus Pariſienſis in libro de Collatione beneficiorum, de Clero ſui temporis; In eis nihil pietatis, ac eruditionis apparere dicit, ſed potius Diabolicas turpitudines &c. Pag.386

Gulielmus Pariſienſis non Clericos in vniuerſū carpit, ſed malos.

SEd reſpondetur, non in vniuerſum Clerum inſeſtare, ſed de malis Clericis intelligere Gulielmum Pariſienſem, eo modo, quo S. Cyprianus ſermone de lapſis, loquebatur: *Non in Sacerdotibus religio deuota, non in Miniſtris fides integra, non in operibus miſericordia, non in moribus diſciplina &c.* Vbi certè non omnes Sacerdotes, neque omnes Miniſtros eiuſmodi fuiſſe intelligit: vt neque quæ ſubdit ibidem, de Epiſcopis omnibus ſunt intelligenda: *Eſurientibus in Eccleſia fratribus nō ſubuenire, habere argentum largiter velle, fundos inſidioſis fraudibus rapere, vſuris multiplicantibus fœnus augere.* Eodem igitur ſenſu intelligendum, quod de moribus Clericorum ſui temporis ſcribebat Gulielmus Pariſienſis, Tract. de vitijs, & peccatis. Et meritò quidem alibi eos arguit, qui cum veri officio, vel dignitati vix ſufficiant, multa in ſe coniungunt; vt dū aliquis Decanus eſt in vna Eccleſia, Præpoſitus in alia, cantor in tertia, Archidiaconus in quarta &c. Verùm *tàm induſtrium beneficiorum*, vt loquitur Mornæus, *aucupem inueniri, vt centum, ſeu Prabendas, ſeu Canonicatus, ad ſe vnum contrahat*, non conſentaneum eſt ſacris Canonibus à Pontificibus conditis, aut ſacris Concilijs ab eiuſdem confirmatis. Opponit & alterum Gulielmum

Sic & S. Cyprianus Sacerdotes Miniſtros, & Epiſcopos malos.

Cui cognomen Aurifex, qui eodem tempore Tractatum ſcripſit, quo Papam Antichriſtum eſſe probabat, Prælatos eius membra, Romam Babylonē. Pag.387

Gulielmus Aurifex qualis Author.

SEd videamus ex Cæſario, quem citat Mornæus, qualem nobis ipſe doctorem, & quantæ authoritatis opponit. Ille igitur lib. 5. cap. 22. de Gulielmo illo, & eius aliquot ſocijs ſcribit, quod inſtinctu diaboli hæreſes multas, & maximas excogitauerant, & non aliter eſſe corpus Chriſti in pane Altaris, quā in alio pane, & qualibet re, ſicque Deum locutum fuiſſe in Ouidio, ſicut in Auguſtino: negabant reſurrectionem corporum, dicentes nihil eſſe Paradiſum, neque Infernum, ſed eos, qui haberent cognitionem Dei in ſe, quam ipſi habebant, habere in ſe Paradiſum; qui verò mortale peccatum, habere in ſe infernum: & alias eorum blaſphemias refert. Si ergo tanto doctore nititur Mornæus, & probat Tractatum, quo oſtendebat, Papam eſſe Antichriſtum &c. Et ſuperiores vtique hæreſes neceſſe eſt, aſſerat. De eodem Gulielmo Aurifice ſubiungit Cæſarius. *Venit ad Magiſtrum Rodulphum de Numantico, dicens, ſe eſſe miſſum à Domino, & hos infidelitatis articulos ei propoſuit, Pater*

ſub

Digitized by Google

ſub quibuſdam formis operatus eſt in veteri teſtamento, ſcilicet legalibus; & Filius ſimiliter ſub quibuſdam formis, vt in Sacramento altaris, & Baptiſmi, & alijs: ſicut ceciderunt formæ legales in primo Chriſti aduentu; ita nunc cadent omnes formæ, quibus Filius operatus eſt, & ceſſabunt Sacramenta, quia perſona Spiritus Sancti clarè manifeſtabit ſe, in quibus incarnabitur, & principaliter per ſeptem viros loquetur, quorum vnus ipſe Gulielmus erat. Aliqua etiam prædicebat citra quinquennium futura, quorum vnum erat, *quod ignis ſuper Prælatos Eccleſiæ deſcenderet*, quos dicebat membra Antichriſti. Dicebat enim, quia *Papa eſſet Antichriſtus, & Roma Babylon*: Et ſubijcit Cęſarius: *Iam tredecim elapſi ſunt anni, & nihil horum contigit, quæ Pſeudopropheta futura prædixerat.* Sed ille tandem cum ſocijs Magiſtri Rodulphi induſtria depræhenſus, degradatus, & exuſtus. En igitur, qualem nobis opponebat inſanum hęreticum Aduerſarius, & Pſeudoprophetam; vt tam verum ſit Papam eſſe Antichriſtum, quam veri reliqui horrendi illius errores.

Opponit & Robertum Lincolnienſem Epiſcopum in Anglia.

Pag. 387 *Inſignis* (inquit) *pietatis, & doctrinæ nomine commendatum &c. Romam ille proficiſcitur, monachos ſuæ Diœceſeos in meliorem diſciplinam reuocaturus; Ad hanc curiam,* inquit Matthæus, *quæ inſtar baratri poteſtatem habet, & conſuetudinem omnium reditus abſorbendi, immò ferè omnia quæcunque Epiſcopi poſſideant, & Abbates.*

VErùm, quid Matthæus Paris, citatus ab Aduerſario, de Roberto eo Lincolnienſi ſcribat in Henrico 3. ad annum 1250. audiamus. *Religioſorum* (inquit) *fatigator indefeſſus Epiſcopus Lincolnienſis Robertus, omnes ſuæ Diœceſis Religioſos fecit citari, vt in feſto S. Hilarij apud Legreceſtriam conuenirent, mandatum Domini Papæ ibidem audituri. Ad hæc enim idem Epiſcopus ſummo conamine anhelauit, vt Religioſorum per ſuam Diœceſim conſtitutorum Eccleſias, & redditus, de quibus ipſi Religioſi aſſenſum Capituli, & ſuper hoc inſtrumenta, teſtimonium euidens perhibentia, non haberent, in ſuam, quod multis nimis damnoſum foret, reuocaret poteſtatem.* Et ſubiungit, quæ citauit Mornęus, vbi more ſuo notat auaritiæ Romanã Curiam. Verùm ex Matthæo Pariſio non erat commendandus Robertus ille ab inſigni pietate, & doctrina; neque animus illi erat Monachos ſuæ Diœceſis ad meliorem ſtatum reuocandi, ſed eorum reditus ſibi vindicandi. Meritò igitur contra inaudita eius grauamina exempti, appellauerunt ſedem Apoſtolicam, & cauſſam obtinuerunt. Itaque cum conſilijs, & ſpe præconcepta fruſtratus, expoſtularet apud Pontificem, quod, quos crediderat edomuiſſe, liberi in ſuam

Robertus Lincolnienſis inhiat bonis Religioſorũ ſuę Diœceſis.

Sed q̃ Romã appellãtes cauſſam obtinent.

recederent confuſionem; Reſpondit ei Pontifex: *Frater quid ad te? liberaſti animam tuam, fecimus eis gratiam. Numquid oculus nequam eſt, quia bonus ſum? Et cum Epiſcopus ſuſpirans in ſeipſo diceret, tamen auditus à Papa: ò pecunia, pecunia, quantum potes, præcipuè in Curia Romana; Exaſperatus Dominus Papa reſpondit: O Anglici, hominum eſtis miſerrimi, quilibet veſtrum alium corrodit, ac ſtudet depauperare. Quàm multos elaboraſti Religioſos tibi ſubiectos, tuaſque oues, & indigenas, ac domeſticos, orationibus, & hoſpitalitati intendentes, deprimere, vt de bonis eorum tyrannidi tuæ, ac cupiditati ſatisfaciens, alios, & fortè alienos reddas locupletes? Et ſic confuſus, & ab omnibus proteruus acclamatus, receſſit Epiſcopus.* Hæc ſuppreſſerat Mornęus, ex quibus intelligitur, quorſum Epiſcopus ille adijſſet Romanam Curiam, nempè vt iniuſtè vexaret Monachos: eaque de cauſſa multas ipſemet pecunias profuderat; verùm cum cauſſa cecidiſſet, de Romana Curia conquerebatur, cuius alioqui corrumpendæ cauſſa, vt ſcribit idem Matthæus Paris, Magiſtrum Leonardum Clericum ſuum, frequentem Romipedam, non ſine maxima pecuniæ effuſione ad Romanam Curiam deſtinauerat.

Quid propterea inter Pontificem, & Robertum.

Robertus ab omnibus acclamatus proteruus.

In Concione illa Roberti, *de pace*, coram Pontifice habita, ex qua nonnulla citat Aduerſarius, examinanda, aut certè refellenda illa Epiſtola.

(Quæ (inquit) *legitur eodem tempore in Anglia euulgata hoc titulo, de extrema expilatione Angliæ per effecta.)*

MVltis calumnijs referta, & ab hæreticis fortaſſe longè poſteriùs in odium Pontificis confiɛta, cum nullum certum habeat Authorem, pluribus refellenda nolim immorari. Ad vlteriora progrediendum.

Perſeuerabant etiam hoc tempore VValdenſes, ſeu Albigenſes in Delphinatu, Septimania, & Aquitania, inq; montibus illis, qui ab Alpibus, ad Pyrenæos vſque continuantur. Hi ſub ipſo D. Ludouico paululum reſpirarunt, qui eo nomine tantùm eos vexabat, quòd Raimundi Comitis Toloſani ſubditi eſſent, cui cum Comite Prouinciæ ſocero ſuo bellum intercedebat, quem pro illa neceſſitudine adiuuare tenebatur. Pag. 389

SI reſpirarunt ſub D. Ludouico VValdenſes, ſeu Albigenſes, ſed & ſub eodem prorſus conciderunt, vt nomen eorum pęnitùs ſit extinctum in Gallia. Nam, vt teſtantur qui vitam eius deſcripſerunt, obſtinatis in perfidia Albigenſibus, cum multis militem Francum iniurijs afficerent, accito Ioanne Belmontenſi, Rex illi imperat,

VValdenſes ſub D. Ludouico in Francia ceciderũt.

Digitized by Google

perat, copias in hæreticos ducere. Audiens igitur, regio edicto Ioannes exercitum eduxit, atq; in primis arcem, quæ *Mons Regalis* dicebatur, expugnat: deinde alijs, & alijs locis, intra paucos dies receptis, rebellem hæreticum domat, & pœnis afficit. Igitur rebus fœliciter expletis, poſtquã ad Regẽ venit, magnis muneribus donatus eſt.

Falſa Mornai cauſſa cur D. Ludouicus illos vexauerit.

Egregiam verò cauſſam commentus eſt Mornæus, S. Ludouicum tantùm eos hoc nomine vexaſſe, quòd Raimundi Comitis Toloſani ſubditi eſſent, quæ certè falſa conuincitur, primò ex his, quæ hoc loco ſcribit, eam ſectam longè, lateque patuiſſe. *In Delphinatu, Septimania, & Aquitania, inque montibus illis, qui ab Alpibus ad Pyrenæos vſque continuantur.* Quæ certè ditiones omnes non parebant Comiti Toloſano; immò fieri poterat; vt ex ſubditis Comitis Prouinciæ ſoceri Diui Ludouici, aliqui eſſent ea peſte infecti; non hoc igitur nomine eos vexauit Rex, quod ſubditi eſſent Comitis Toloſani. Deinde cum grauiter vexaretur Raimundus ab Imberto Bellicocenſi Regio Legato, tandem pacis cõditiones eas accepit, quas Rex, & Romanus Sancti Angeli Cardinalis Presbiter voluerunt. Extant tom. 6. Biblioth. Sanctorum Patrum, inter quas hæc prima, & potiſſima fuit, vt Raimundus omni ſtudio, & diligentia Albigenſium ſectam extirparet. Hanc certè conditionem nunquam propoſiturus Rex Comiti, vt extirparet ſuos ſubditos. Non igitur hoc nomine eos vexabat, quòd ſubditi eſſent Raimundi Comitis, ſed quòd hæretici. Et extant præclara ſtatuta eiuſdem Comitis contra eoſdem Albigenſes, quæ ex antiquis membranis eruit Papyrius Maſſonus li. 3. Annalium Francorum in D. Ludouico, non hoc certè nomine, quòd eſſent eius ſubditi, ſed quòd hæretici. Futilis ergo ratio Mornæi.

Prædicatores illos, quos refert ex Krantzio in Metropoli lib 8. cap. 18. Et lib. 8. Saxoniæ ca. 16. ſono tintinabuli vocatis Baronibus prædicaſſe in publica ſtatione, Papam hæreticum eſſe, & multa alia erronea; eodem loco habemus, quo nunc temporis Mornæum, & Caluiniſtas, & perniciosiſſimã illam hæreſim vocat Krantzius, quę ſurrexit in Sueuia, & quæ in Summũ Pontificẽ, & Cardinales os aperuit, grauiſſimè blaſphemãs.

De Bartholomæo Albigenſium Antipapa.

Bartholomæi illius, quem Albigenſes conſtituerunt ſibi Antipapam in finibus Bulgarorum, Croatiæ, & Dalmatiæ, meminit Matthæus Paris, & refert literas Cardinalis Portuenſis in partibus illis Apoſtolicæ Sedis Legati, Rothomagenſi Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis ſcriptas; vbi eum vocat *Antichriſti perfidiæ præambulum hæreſiarcham.* Hic in literis ſuis ita ſe inſcribebat: *Bartholomæus ſeruus ſeruorum ſanctæ fidei, tali ſalutem.* Inter alias enormitates creabat Epiſcopos, & Eccleſias perfidè ordinare contendebat. Hoc ita Mornæus interpretatur.

Pag. 389 *Nempè Bartholomæus ille in iſtis regionibus, Eccleſiæ ordinem inſtaurabat, falſiſque Paſtoribus veros ſubſtituere ſatagebat.*

Qvemadmodum olim Nationes ſibi Deos conſtituebant; ſic Albigenſes Papam Bartholomæum: tam verus hic Papa, quam veri illi Dei: & tam vera Eccleſia Albigenſium, & ab eo creati Epiſcopi, quam verus Papa hæreſiarcha ille, Antichriſti præcurſor. Mornæus.

Legitur Robertus quidam Bulgarus ab eis defeciſſe, qui mox Dominicanus factus, totum ſe eis perſequendis dederit, & in Flandria in primis multos igni tradiderit. At hic depræhenſus poteſtate ſua abuti, iiſque crimina imputare, à quibus illi planè immunes, exauctoratur illicò, multorumque flagitiorum reus peractus &c perpetuò carceri addicitur. Pag 389

De Roberto Bugre: quæ factus Dominicanus, laudabiliter geſſi. contra hæreticos.

Matthæus Paris de eo Roberto ſcribens anno 1236 in Henrico 3. hæc ait: *Circa dies illos inualuit hæretica prauitas eorum, qui vulgariter dicuntur Paterini, & Bugares, in partibus Trãſalpinis, de quorum erroribus malo tacere, quàm loqui, adeo quòd fidei puritatem in finibus Franciæ, & Flandriæ perturbando auſi ſunt violare. Sed diligenti miniſterio, & indefeſſa prædicatione Minorum & Prædicatorum, & Theologorum, præcipuè Fratris Roberti de Ordine Prædicatorum (qui cognomento Bugre dicebatur, quia ab illo conuerſus, habitum ſuſcepit Prædicatoris) qui malleus hæreticorum dicebatur, confuſa eſt eorum ſuperſtitio, & error depræhenſus. Quàmplures autem ex vtroque ſexu ad Fidem conuerti refutantes, fecit incendio conflagrari; ita quod infra duos, vel tres menſes circiter quinquaginta fecit incendi, vel viuos ſepeliri.* Idem anno 1238. *Quidam Monachus de Ordine Prædicatorum, nomine, Robertus, cognomento Bugre, vir quidem competenter literatus, & doctus, & in officio prædicationis efficax, & expeditus, in Regno Francorum multos comperit hæretica prauitate maculatos, præcipuè tamen in Flandria, vbi de more ſolebant incolæ vſurarum vitio plus cæteris nationibus diffamari: quos omnes in fide diligenter examinatos, & vacillantes, vel exorbitantes, adiutus brachio ſæculari, & Domino Rege Francorum impendente ſubſidium, fecit idem Frater Robertus incendijs incinerari: ipſos autem nomine vulgari Bugaros appellauit, ſiuè eſſent Paterini, ſiue Iouiniani, vel Albigenſes, vel alijs hæreſibus maculati. Ipſemet enim Robertus memoratus antequam habitum Religionis ſuſcepiſſet, Bugarus extiterat; quapropter omnes eorum complices nouerat, & factus eſt eorum accuſator, malleus, & inimicus familiaris. Tandem verò abutens poteſtate ſibi conceſſa, & fines modeſtiæ transgrediens, & iuſtitia, elatus, potens, & formidabilis, bonos cum malis confundens inuoluit, & inſontes, & ſimplices puniuit. Authoritate igitur Papali iuſſus eſt, præcisè ne ampliùs in eo officio fulminando deſæuiret: qui poſtea, manifeſtiùs clareſcentibus culpis ſuis &c. adindicatus eſt perpetuo carceri mancipari.* Igitur laudanda eius induſtria, quòd

Idem abutens poteſtate ſibi cõceſſa punitus à Pontifice.

quòd eorum ſuperſtitionem confunderet, & errorem depræhenderet, & laudi illi vertebatur, quòd malleus hæreticorum diceretur: neque eo repræhenditur, quòd hæreticis illis crimina imputaret, a quibus illi immunes eſsēt, ſed quòd aliquos inſontes falsò delatos puniret, & cum malis inuolueret: nec quòd eo officio in hæreticis inquirendis, & obſtinatis in ſua perfidia ſupplicio afficiendis perfunctus ſit; ſed quòd modeſtiæ, & iuſtitiæ limites excederet, poteſtate ſua abutens; ab ipſomet Pontifice exauthoratus eſt: nec certè quòd in hæreticos illos inquiſiſſet, ſed ob alia crimina carceri eſt mancipatus. Quare non iudicabit Lector, illorum innocentiam indè conuinci. Præterea Rex ipſe francorum tum temporis S. Ludouicus illi impendebat ſubſidium, qui certè in homines innocentes ſubditos ſuos eum graſſari paſſus non fuiſſet.

Pag. 390 Quod ſcribit Mornæus VValdenſes, ſeu Albigenſes *admodum multiplicatos eſſe in Lombardia*: quod refert, à Scriptore quodam coetaneo de VValdenſibus ſcriptum, *in ſola Valle Camonica decem illos Scholas habuiſſe*: & quod à Petro de Vineis in Epiſtolis refertur, *iam ſuos riuulos vſque ad regnum Siciliæ deriuaſſe*; nihil mirum, quando *Arrianorum venenum* (vt ſcribit Lirinēſis lib. contra hæreſes cap. 6.) *non iam portiunculam quamdam, ſed penè Orbem totum contaminauerat, adeò vt propè cunctis Latini Sermonis Epiſcopis partim vi, partim fraude deceptis, caligo quædam mentibus offunderetur, quidnam potiſſimum in tanta rerum confuſione ſequendum foret &c.* Nonne de hæreticis in vniuerſum ſcribit Paulus 2. Timoth. 2. Quòd *ſermo eorum ſicut cancer ſerpit?*

Ex Petro de Vineis hæc citat de Albigenſibus Aduerſarius.

Pag. 390 *Vitæ prodigi, & necis improuidi ſectatores, &, quod ipſo dicto duriſſimum eſt* (inquit) *ſuperſtites etiam non terrentur exemplo, adfectant, vt viui in conſpectu hominum comburantur.* Subiungit: *Hæc virtus in hominum animis, vnde, niſi à Spiritu Dei ingeneretur?*

Atqui & Diabolus ſuos habet Martyres; & id vitium interpretamur, non virtutem, pertinaciam, non conſtantiam, eoſque toleraſſe tormenta illa Diabolo poſſidente, non perſequente. Et Tertullianus lib. ad Martyres cap. 4. demōſtrabat gladium, crucem, rabiem beſtiarum, & ſummam ignium pœnam, acerba licet ſupplicia, a multis tamen, nec viris tantùm, ſed etiā fœminis, æquo animo accepta, immò & vltrò appetita famæ, & gloriæ cauſſa: & exempla profert Lucretiæ, Mutij, Heracliti, Empedoclis, Peregrini, Didonis, vxoris Haſdrubalis, Reguli, Cleopatræ, Meretricis Athenienſis, & Lacedæmonum. Addamus & Calanum ipſum gymnoſophiſtam Indum, qui conſpiciente Alexandro, ac toto exercitu, in medium rogum ſe coniecit, ac in medijs ignibus corpus nunquam mouit. Heccine virtus in hominum animis à Spiritu Dei ingenerata? Ita de Martyribus illis hæreticorum Albigenſium, qui non pro fide, ſed pro perfidia patiebantur, iudicandum eſt. Et Donatiſtæ hæretici quærebant Martyrum gloriam; qui tamen, vt ſcribit D. Auguſtinus lib. 1. contra Gaudentium cap. 20. non habebant Martyrum cauſſam, nec patiebantur propter Chriſtum, ſed contra ipſum; & tolerabant, non quia ei credebant; ſed ideò, ne ei crederent. Ita de Albigenſibus hæreticis iudicandum.

VValdenſium Martyrum pertinacia, non conſtantia.

ANTIDOTVM

Contra progreſſum quinquageſ. ſecundum.

Improbabilis Matthæi Pariſij narratio de Hugone Cardinali.

INnocentius IV. Pontifex, exacto penè ſeptennio Lugduni anno ſalutis 1251. rediјt in Italiam, & Peruſię ſubſtitit. Sed omni probabilitate caret, quod ex Matthęo Pariſio, citat Mornęus, in eius diſceſſu Hugonem Cardinalem communi Pontificis, totiuſque Curiæ Romanæ nomine valedicturum habita concione peroraſſe in hæc verba.

Pag. 390 *Amici, magnam fecimus, poſtquam in hanc vrbem venimus, vtilitatem, & eleemoſynam; quando enim primo huc venimus, tria vel quatuor proſtibula inuenimus, ſed nunc recedentes vnum ſolum relinquimus, verùm ipſum durat continuatum ab Orientali porta Ciuitatis, vſque ad Occidentalem &c.*

NEque hæc verba decebant tantum Pontificem, & Curiam Romanam; neque ab Hugone ſumma prudentia viro, vita præterea, & doctrina inſigni, & qui multis Legationibus perfunctus ſit, ſunt vnquam prolata: & vanus Matthæus Paris id refert Mornæus.

Exſcendit igitur Genuæ, indeque Mediolanum digreditur, vbi triumphi more exceptus. Pag. 390

QVàm honorificè Mediolani ſit exceptus, docet Sigonius lib. 19. de Regno Italiæ anno 1251. *Innocentius* (inquit) *Genua digreſſus Mediolanum VII. Idus Iunij adijt: porta Vercellina*

ingredientem, ac ſex Cardinalibus, & Nicolao Patriarcha Conſtantinopolitano ſtipatum, Primores Ciuitatis, ſub vmbella in togis holoſericis exceperũt, atque vniuerſo plaudẽte populo, ad ædes Ambroſianas perduxerunt: in quibus per duos mẽſes moratus, quotidie priuato alicui, aut publico officio ſtuduit. Nam & remdiuinam clarioribus in Templis ſæpè fecit, & crebrò de ſacris quæſtionibus cum doctiſſimis hominibus diſputauit, ac conciones frequentes habuit, quibus cùm de fide diſſeruit, tùm ſummo ſtudio pacem, ac concordiam populis perſuadere contendit. Quo facto immenſum hominum numerum ad nouum viſum ſpectaculum excitauit, nempè Pontificem ex loco ſuperiori concionantem. Mornæus.

Pag. 391 *Ferrariam vt aduenit, de feneſtra ad populum concionatur, & hanc quidem Vrbem ſuam eſſe contendebat; Thema illi fuit; Beata gens cuius eſt Dominus Deus, populus quem elegit in hæreditatem ſibi; beatam Vrbem populumque innuens, qui Pontificis peculium eſſet, & ita in Scriptura Sacra ludebat.*

Cur Innocentius IV. beatã prædicauit Ferrariã.

SEd quis ludus in Scriptura, hoc ad differendum argumentum ſuſcipere: *Beata gens &c.* An ideò beatam exponebat ſua concione, quòd peculium eſſet Pontificis? Hanc certè expoſitionem affingit Mornæus Pontifici. Non dubium, illam ciuitatem eo beatam fuiſſe, quòd nulla hęreſum, aut ſchiſmatum labe infecta eſſet, & partes Pontificis, Chriſti Vicarij, contra Fridericum hoſtem Eccleſiæ defendendas ſuſcepiſſet. Sigonius loco citato de hac concione Ferrariæ ad populum ex feneſtra Epiſcopi habita, & de hoc themate ad concionandum ſuſcepto loquens: *Quo multis* (inquit) *atque ornatiſſimis verbis explicito, atque ad cauſſam ſuam aptè traducto concluſit: Cuſtodiuit me Dominus Italia cedentem, cuſtodiuit Italiam repetentem; ergò ipſe ſit benedictus in ſæcula: ſimulque adiecit: hæc vrbs mea eſt, rogo uos, vt pacatè viuatis; quia mortuus eſt Imperator, qui Eccleſiam perſequebatur.* Et verè dicebat ſuam Vrbem Ferrariam; ſiquidem anno 1115. donatione Mathildis quæſita fuerat Pontifici, ſi non ab eadem potiùs reſtituta, & anno 1240. Gregorio IX. Pontifice Gregorius Montelongus Legatus Apoſtolicæ Sedis cum claſſe Veneta, & Mantuanis eam inuaſit, cum eam Salinguerra Ferrarienſis pro Imperatore gubernaret, eaque capta Azonis Marchionis Eſtenſis fidei committitur pro Romana Eccleſia gubernanda.

Hanc iure ſuam Vrbem appellauit.

Pag. 391 *Extollunt interim* (ait Mornæus) *Hiſtorici hanc concionem, quia Pontificem tùm concionatum eſſe, monſtri inſtar.*

Pótificem concionatum eſſe, monſtri inſtar non erat.

VErum extant ſermones egregij Innocentij tertij, ex quibus conſtat, eum in concionãdo valde excelluiſſe: & Gregorius nonus concione ſua aliquando flexit Romanos in ſuas partes, vt pro Eccleſia contra Fridericum arma ſuſciperent. Non igitur id monſtri inſtar.

Proſequitur.

Inde profectus, Æmiliæ, Flaminiæ, Hetruriæ vrbes, relelicto cum exercitu in Lombardia Cardinale Octauiano confirmat &c. Pag. 391

OCtauianus Lombardiæ Legatus Innocentij iuſſu Procuratores, ac Legatos Ciuitatum, Principumque fœderatorum Brixiam euocauit, atque VIII. Idus Martij conuentum omnium in Epiſcopio habuit, in quo omnes, ſe fęderatis Lombardiæ, Marchiæ, & Romaniæ pro opibus affuturos, & amicos pro amicis, hoſtes pro hoſtibus habituros, iurare iuſſit: quin etiam equites ſexcentos inſtituit, atque eorum trecentos Eccleſiæ, reliquos ſociorum ſtipendijs ali, ac trecentos citra Padum, & totidem vltra Padum ad arbitrium Legati Pontificij ſubſiſtere voluit, ac loca, quæ cuſtodienda eſſent, definiuit.

Interim Romanos tædere cæpit, quòd propter abſentiam Romani Pontificis lucrum ex magno illo in Curiam Romanam concurſu prouenire ſolitum, & ceſſaret, & alio diuerteretur &c. Quare ad Innocentium Legatos Peruſiam mittunt. Pag. 391

SCribunt Matthæus Paris in Henrico 3. quem nunc citat Mornæus, & Sigonius: ad annum 1253. *Per eoſdem* (inquit) *dies Romani Innocentium, miſſis Peruſiam Nuncijs ſemel atque iterũ obſecrarunt, vt Romam tandem rediret, & boni Paſtoris more gregem ſuum adminiſtraret, ac Ciuitati præſentiæ Epiſcopi ſui fructum non tam vberem, quã iucundum tribueret. Ni veniſſet, ſe pecuniam ingentem ab illo repetituros, quam pro Eccleſia aduersùs Fridericum defendenda fudiſſent, ac Peruſinis exitium comminati denunciarunt, ne Pontificem vlteriùs retinerent. Qua de re Pontifex rebus ſuis metuens, Peruſia Aſſiſium redijt, vbi pridie Idus Auguſti Claræ, Virgini ordinis Minorum ſanctiſſimæ, morienti affuit. Cum autem ibi moram traheret, iterum à Senatore monitus eſt, vt primo quoque tempore ad Eccleſiam remearet: ſimulque Aſſiſiatibus pernicies intentata; ſi moram vllam reditui attuliſſent. Reuerſum inde, ac ſummo ab omnibus honore exceptum, Romani rurſum aggreſſi poſtularunt, vt omnia ſibi damna reſarciret, quæ ſuperioribus annis ex illius abſentia in locationibus, commercijs, vſuris & vectigalibus pertuliſſent. Quod vt audijt Pontifex, ſe deceptũ ſentiens auxiliũ à Senatore petijt, qui verbis blandis populum incitatum compeſcuit, inhumanum eſſe cum diceret, Paſtori, quem ad animarum cuſtodiam aduocaſſent, negotium exhibere.* Et certè iniuſta erat, illa Romanorum poſtulatio, neque Pontifex ad ea reſarcienda damna tenebatur. Hæc ex perſona Romanorum refert. Mornæus.

Quæ Romani, vt Pótificem Romam redeat.

Iidem ab eo poſt reditum poſtulant, vt damna ſibi reſarciãtur ſed opera Senatoris compeſcuntur.

Iniuſta fuit poſtulatio.

Nouis

Nouit mundus, eum non Lugdunenſem, non Peruſienſem, non Anagnienſem, vbi ſæpè latitauerat, ſed Romanum eſſe Pontificem:

QVæ apud Matthæum Pariſium, quem citat, leguntur. Inde infert:

Quibus vtique verbis vniuerſalem eum non agnoſcebant &c.

VErùm alibi oſtendimus, Petri ſucceſſorem & Pontificem Romanum eſſe, & vniuerſalem Epiſcopum, qui toti Dei Eccleſiæ præſit, & cuius iuriſdictio nullis Diœceſeon limitibus definiatur.

Pag. 391. 392.

Conradus ex altera parte Friderici filius, in Italiam traiecerat, clientibus animos redditurus, paſſimque in vrbibus certamina, & ſtrages; dum Guelfi in Gibellinos, Eccleſia in Imperium ſæuit, ambo ſeſe mutuò crudeliter proſcribunt, euertunt: Quod bellum eo horrendius, quod intra eadem mænia, intra eadem ſepta tectaque exercebatur &c.

De Guelfis, & Gibellinis.

SVb annum 1228. *Italia apertè in duas partes diſtracta; alijs Imperij, alijs Eccleſiæ authoritatem ſequentibus: quorum Guelfi hi, Gibellini illi vulgò vocati, quæ factiones* (ait Sigonius lib. 17. de Regno Italiæ) *nuper ex Germania traductæ Italiam per multos poſt annos obtinuere, & ad vltimum exitium redegere. Neque enim ſolum aliæ Ciuitates Imperatorem, aliæ Pontificem ſequutæ, infeſtis inter ſe animis decertarunt: ſed in ipſiſmet etiã Vrbibus eo furoris, ac veſaniæ proceſſerunt, vt alij Eccleſiæ, alij Imperatori ſtuderent, ac ſe inter ſe pellere Vrbibus, & ſpoliare bonis inexpiabili odio ſtimulante contenderent.*

De Conrado Friderici filio poſt mortem patris cum exercitu in Italiam veniente, Regnum Siciliæ, & Apuliæ ſibi aſſerente, & de eo Regno à Pontifice Richardo Cornubiæ Comiti, Regis Angliç fratri primùm, deinde ipſimet Regi oblato, & ab eodem nomine Edmundi filij acceptato, quæ ſcribit Matthæus Paris, ex hoc loco ex eodem repetit Mornæus, nolim in his examinandis diutius immorari; quibus certè nihil iuuatur cauſſa Aduerſarij: & hæc nihili facimus, quæ ab vno Matthæo Pariſio, a nullo præterea Authore aſſeruntur: nec qui res Neapolitani Regni, aut Siculi accuratè deſcripſerunt, meminerunt vnquam à Pontifice Richardo Cornubiæ Comiti, aut Henrico tertio Angliæ Regi Regnum Neapolitanum, aut Siculum oblatum. Collennutius lib. 4. hiſt. Neapolit. ſcribit, Regni inueſtituram oblatam à Pontifice Carolo fratri Regis Angliç, & ab eodem acceptatam; vt in literis ſuis ſe Regem Siciliæ inſcripſerit. Sed fieri poteſt, vt Collennutius errauerit in nomine, & Carolum pro Richardo ſcripſerit. Verùm idem ſcribit, fratrem eum Regis Angliæ nunquam adiuiſſe illud Regnum; & inueſtituram illam nullum effectum habuiſſe.

Scribit Aduerſarius, ideò hæreſis reum pronunciatum à Pontifice Conradum.

Pag. 392

Quòd interdicto obſequutus non eſſet; quòd Regnum eius libidini non permiſiſſet.

Conradus meritò ſuſpectus de hæreſi.

NOn omninò immeritò in ſuſpicionem hæreſis veniebat Conradus, de quo Germanicum Chronicum tradit, quòd, capta ciuitate Ratiſponenſi, Ciuibus quidem pepercit, ſed Clerum, & Monachos miſeris afflixit modis. Viſus eſt Cathedrali Eccleſia, & Monaſterio S. Emerani pro diuerſorijs, & ſtabulis equorum, Eccleſiarum bona rapuit, omnia, Sacerdotia etiam, & Epiſcopatus ſuis conferebat. Sigonius lib. 19. de Regno Italiæ anno 1251. *Conradus in Campaniam progreſſus Capuam, quam tum fuiſſe Pontificis diximus, adduxit in poteſtatem, ac Pontificios vbique ſæuè adeò inſectatus eſt, vt ne Sacerdotibus quidem abſtinuerit, atque Eccleſias ipſas patrio incitatus exemplo inuaſerit. Quare Pontifex ſacrum item in eum anathema contorquere coactus fuit.* Eccleſiæ, & Sacerdotibus in odium Religionis eum infeſtum fuiſſe, valde probabile; vt non immeritò in ſuſpicionem hæreſis Pontifici venerit. Neapoli extinctus eſt veneno, vt ferè omnes ſcribunt, Manfredi fratris nothi dolo porrecto, cum antea & ille ſceleratè fratri Henrico minori vitam eripi mandaſſet. Collennutius lib. 4 hiſt. Neapolitanæ. & ipſe Matthæus Paris teſtatur, Pontificem ei inter cætera crimina obieciſſe cædem fratris ſui Henrici. Sed veneni propinati authores Papæ miniſtros, immò Papam ipſum libenter faceret Aduerſarius. Neque verò ſi Pontifex excepit cum iubilo nuncium de morte Conradi, quod ex vno Matthæo Pariſio refert Aduerſarius; argumento eſt, eum propinati illius veneni authorem fuiſſe. Nec tam de morte illius, quam de ſpe pacis Eccleſiæ redendæ gaudebat: quam vtique, ſuperſtite illo, & non extincto, præoptaret. Sed ſi aliter non potuit habere pacem domus Dauid (vt ſcribit D. Auguſtinus Epiſt. 50. ad Bonifacium Comitem) niſi Abſalon filius eius in bello, quod contra patrem gerebat, fuiſſet extinctus, quamuis magna cura mandauerit ſuis, vt eum, quantùm poſſent, viuum ſeruarent; vt eſſet, cui pœnitenti paternus affectus ignoſceret; quid ei reſtitit, niſi perditum flere, & acquiſita Regni ſui pace ſuam mœſtitiam conſolari? Neque ita cum magno cordis iubilo, oris riſu, & vocis exultatione, vt ex ſuo Matthæo Pariſio refert Mornæus, eum nuncium accepiſſe credendus eſt pius Pontifex.

Conradus extinguitur veneno porrecto per dolum Manfredi fratris.

Non Romani Pontificis.

Innocentius Pontifex Neapoli moritur anno 1254. cum ſediſſet annos 11. menſes 5. dies 19. Mornæus, ex mœrore concepto, ob cladem à Manfredo acceptam obiiſſe tradit; cum tamen in ipſo belli apparatu, dum ſpes eſt totius Neapolita-

Mors Innocētij IV. qua ex cauſſa.

Pag. 393

ni Regni recuperandi, eum obijſſe tradant. Et Monachus Paduanus ſcribit, quod poſt deceſſum Conradi Innocentius Papa in manu valida intrauit in Apuliam, & ſedem ſuam fixit apud Neapolim: ad cuius præſentiam omnes Principes Apuliæ conuenerunt, Manfredus etiam Princeps Taranti, filius Friderici, eidem deuotionem, & ſubiectionem in omnibus deferentes. Si poſtmodum alienæ dominationis impatiens defecit a Pontifice, & ſtragem militũ Eccleſię edidit proditoriè; poſt mortẽ Innocentij auidiſſe videtur; & Collenutius ipſe ſcribit, haud dubiã Pontifici fuiſſe ſpem recuperandi totius Regni, niſi mors eum præoccupaſſet. Si ſpes illa haud dubia; non igitur ex mœrore concepto obijt. Sed mortuus ſit ex mœrore pius ille Pontifex, libertatis Eccleſiæ vindex acerrimus; parùm noſtra refert. *Innocentius Papa* (ait Paulus Langius, in Chronico Citizenſi ad annum 1254.) *vti vir doctiſſimus plura egregia à ſe compoſita ſcripta reliquit, potiſſimum Apparatum Decretalium, profundè, & eleganter dictatum. Edidit & alium in Concilijs approbatum, quem Oſtienſis in Summa ſua authenticum vocat. Proindè à Canoniſtis iſte Innocentius lucerna iuris appellatur.*

Cur Innocentius IV. à Canoniſtis appellatus, Lucerna iuris.

Clauſulam hanc, (*Non obſtante*) in Pontificum, vel etiã Principũ Reſcriptis apponi ſolitã.

Pag. 393 *Deteſtabilem* (vocat Mornæus) *quæ ſemel inducta* (inquit) *antiquos omnes Conciliorum Canones, & Priſcorum Pontificum Decreta, Eccleſiarum etiam libertates, & priuilegia euerti demum cœpere.*

De hac etiam clauſula Matthæus Paris: *Eodem anno proteruientibus Papalibus exactionibus, Eccleſia Beati Albani circa feſtum Simonis, & Iudæ per quindecim dies ſuppoſita eſt interdicto; non quia magnificis deſtituta ſit priuilegijs, ſed quia hæc adiectio deteſtabilis, Non obſtante, omnium Sanctorum Patrum pias eneruat conceſſiones, & annullat authoritatem.* Atqui huius clauſulæ Mornæus facit authorem Innocentium Quartum. Verùm Matthæum Pariſium animi morbo magis, quàm iudicio id ſcripſiſſe conſtat; Siquidem Monachus erat S. Albani in Anglia, cuius Monaſterij Eccleſiam, ideò ſuppoſitam interdicto ægrè ferebat. Verùm & Monacho illo, & Mornæo longè prudentiores ſunt Principes, qui in ſuis Reſcriptis hanc clauſulam inſerere ſolent: quam, citra Sacrilegium, & Principis offenſam, nemini licet deteſtabilem appellare; hoc enim eſt authoritatem, & Reſcripta ipſa condemnare, quibus, ne priuilegijs, indultis, clauſulis, aut alijs oppoſitionibus deludantur, hæc clauſula inſeritur: neque Pontificum mens hæc eſt, aliquos Conciliorum Canones, quos ipſi condiderunt, aut ſua authoritate confirmarunt, Eccleſiarum priuilegia, & libertates, quas conceſſerunt, euertere, prout 25. q. 1. & 2. pluribus capitibus legitur. Si Pontifex ad arma ferenda, & Crucem ſuſcipiendam contra Conradum Catholicos propoſita remiſſione peccatorum concitauit; id fecit contra rebellem Eccleſiæ, Eccleſijs, & Religioni multa damna inferentem.

Clauſula, Non obſtante, an deteſtabilis.

Cur ea Reſcriptis inſeratur.

De nepte Innocentij IIII. collocanda Henrico filio Friderici, nepoti Regis Anglorum, actum quidem ſcribit Matthæus Paris; nunquam tamẽ matrimonium contractùm, aut nuptias celebratas fuiſſe conſtat. Pag. 393

Quod vltimò ſubijcit, Innocentium Eccleſiam vniuerſalem depauperaſſe, pluſquam omnes prædeceſſores à tempore Papatus primitiui: hæc omnia ex vno Matthæo Pariſio collegit: & fieri potuit, vt ob ſummas difficultates Eccleſiæ, ac Reipublicæ Chriſtianæ, neceſſe illi fuerit plures exactiones Eccleſijs imponere; quàm cuiquam alteri ſuperiorum Pontificum.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quinquageſ. ſecundam.

NVnc examinanda nobis Oppoſitio. Ac primùm Epiſcopum Lincolnienſem producit in medium, qui reſpondet per Epiſtolam Innocentio Quarto.

Pag. 393 *Innocentius iniquum quid* (ait Mornæus) *ei præcipit, quod, inquit Matthæus* (hoc enim authore vtitur) *frequenter fecerat illi, & alijs Angliæ Prælatis.*

QVid verò præciperet, non expreſſit: quod ideò iniuſtum, iuſtumne eſſet, diiudicare non poſſumus. Semper tamen præſumitur non placere Principi, niſi quod iuſtum eſt, atque ita omnia Reſcripta debent intelligi cum iuſtitia. Extat Epiſtola ipſius Lincolnienſis Epiſcopi apud Matthæum Pariſium ad annum 1253. quæ incipit, *Nouerit diſcretio veſtra &c.* Sed quid mirum, ſi aliqua inſolenter ſcribat ad Pontificem, cum in cauſa, quæ vertebatur inter eum, & exemptos, ſententiam Pontifex ipſe tuliſſet in fauorem exemptorum? Et tamen in ea Epiſtola aſſerit, Dominum Papam in Gerarchia Eccleſiæ typum, & perſonam gerere Chriſti Domini: & ex eadem Epiſtola clauſulam hanc omiſit Mornæus, *Ait Dominus ipſe noſter Ieſus Chriſtus: Qui non eſt mecum, contra me eſt. Contra ipſum autem nec eſt, nec eſſe poteſt Apoſtolicæ Sedis Sanctitas* diui-

De Roberto Lincolnienſi Epiſcopo.

Quantum is deferat Apoſtolicæ Sedi.

Quæ omiſit Mornæus.

diuiniſſima &c. item poſt hæc verba, *excludere, & extirpare*, omiſit clauſulam, quæ ſequitur: *Non poteſt igitur Sanctiſſima Sedes Apoſtolica, cui à Sancto Sanctorum Domino Ieſu Chriſto tradita eſt poteſtas omnimoda, teſtante Apoſtolo, in ædificationem, non in deſtructionem, aliquid vergens in huiuſmodi peccatum &c. vel præcipere, vel quoquo modo conari; hoc enim eſſet ſuæ poteſtatis euidenter Sanctiſſimæ, et pleniſſimæ, vel defectio, vel corruptio.* Scribit deinde, ſe non aliter, quàm ex debito obedientiæ, & fidelitatis, qua tenetur Apoſtolicæ Sedi Sanctiſſimæ, & ex amore vnionis in corpore Chriſti cum ea, his, quæ in litteris Pontificis continebantur, quia Apoſtolicæ Sedis Sanctitati omninò aduerſabantur, & contrariabantur Catholicæ fidei, filialiter, & obedienter non obedire, contradicere, & rebellare: itaque nihil durum contra eum debere ſtatui, quia omnis eius in hac parte actio, & contradictio filialis eſt potius diuino mandato debita patri, & Pontifici honoratio. Non igitur negat Pontificis in præcipiendo authoritatem, neque fidelitatem, & obedientiam Sedi Apoſtolicæ debitam abiurat; immò rebellionem, & inobedientiæ crimen à ſe omnibus modis depellere nititur. Et in genere ſcribit, iniuſta, & fidei contraria, & Apoſtolicæ Sedis authoritati aduerſa in litteris Pontificis contineri, illis particulariter non expreſſis; cum tamen nulla probabilitate nitantur, quæ ſcribit; cum nunquam Romani Pontifices aliquid diuinæ legi, vel Catholicæ fidei contrarium ſanciuerint. 25. q. 1. cap. *Sunt quidam. Vbi apertè Dominus, vel eius Apoſtoli, & eos ſequentes Sancti Patres ſententialiter aliquid definierunt, ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, ſed potius, quod prædicatum eſt, vſque ad animam, & ſanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt Apoſtoli, & Prophetæ, deſtruere, quod abſit, niteretur, non ſententiam dare, ſed magis errare conuinceretur. Sed hoc procul ſit ab eis, qui ſemper Domini Eccleſiam contra luporum inſidias optimè cuſtodierunt.* Et multis ibi capitibus hoc idem aſſeritur. Ridendum verò, quod ſcribit Matthæus Paris, & poſt eum Mornæus, quod ad harum litterarum receptionem exæſtuans Innocentius dixerit.

Improbabilis Roberti prætextus cur litteris Pontificis non obediat.

Figmenta Matthæi Pariſij de Innocẽtio IV.

Pag. 394

Per Petrum, & Paulum, niſi moueret nos innata ingenuitas, ipſum in tantam confuſionem præcipitarem, vt toti mundo fabula foret, ſtupor, exemplum, & prodigium. Nonnè Rex Anglorum noſter eſt vaſſallus, & vt plus dicam, mancipium, qui poteſt eum nutu noſtro incarcerare, & ignominiæ mancipare?

DEinde, quòd Cardinales eius impetum ęgrè cohibere potuerint, commendando Epiſcopum Lincolnienſem, quòd vera diceret, Catholicus eſſet, immò &

Sanctiſſimus, illis religioſior ſanctior.

ELegans certè apologus nobis à Monacho illo, & à Mornæo propoſitus. Quis enim credat, Innocentium Pontificem, prudentia, & doctrina tàm inſignem virum, ira adeò exæſtuaſſe, vt in has voces proruperit, & Regem Angliæ mancipium ſuum appellarit?

Matthæus Paris: *Conſilium* (inq[...]) *dederunt Domino Papæ, vt omnia hæc, conniuen[...]s oculis, ſub diſſimulatione tranſire permitteret, ne ſuper hoc tumultus excitaretur, maximè propter hoc, quia ſcitur, quod quandoque diſceſſio eſt ventura.* Gloſſam Mornæus ſubijcit.

Pag. 395

Diſceſſio illa ab Apoſtolo prædicta, 2. Theſſalonices capite ſecundo; Antichriſto vtique Authore, quam proinde non illi, quod iam credi volunt, ex Babylone expectabant, ſed ex Eccleſiæ meditullio, ex Roma ipſa.

SEd quæ iſta conſequentia? Cardinales dicunt quandoque diſceſſionem eſſe venturam: illa prædicta eſt ab Apoſtolo 2. Theſſal. 2. Antichriſto vtique Authore; ergo non ex Babylone, ſed Roma ipſa Antichriſtus expectandus. Certè diſceſſionem illam, de qua Apoſtolus alij defectionem vniuerſalem ab Imperio Romano; alij etiã hæreſes ipſas interpretantur, ſicut noſtro infelici ſæculo multæ Prouincię per inſignes illos Apoſtatas Lutherum, Caluinum, Zuinglium, Bucerum, & alios, ſeductæ defecerunt ab obedientia, & fide S. Romanæ Eccleſiæ: & hoc eſt myſteriũ iniquitatis, quod Antichriſtus per ſuos præcurſores iam operatur. Sed ſi intelligebant illi, ex interpretatione Mornæi, Antichriſtum ex Eccleſiæ meditullio, ex Roma ipſa expectandum, & illi adeò arridet hic ſenſus; ergò nondum Antichriſtus venerat; cum tamen longè antea velit Papam fuiſſe Antichriſtum. Sed veſani iſtius hominis nugas quid moror?

Inepta Mornæi concluſio.

Mornæus ex ſuamet interpretatione refellitur.

Quæ ſubiungit ex Matthæo Pariſio de morte Roberti Lincolnienſis Epiſcopi, & quod prius vocarit ad ſe quendam Fratrem de Ordine Prędicatorum Magiſtrum Ioannem de S. Ægidio, & cum eo confabulatus ſit recitando facta Papę, & redarguendo grauiter confratres ſuos Prædicatores, & alios, & Minoribus non pepercerit, quòd peccata Magnatum non redarguerent, & alia huiuſmodi friuola: quibus item ſubiungit Matthæus quærimonias eiuſdem Epiſcopi de Papa; nihil eſt, quod nos remorentur; cum Author ille vt ab hęreticis eſt in lucem editus, ita ab eiſdem multis locis credatur corruptus. Et ſi quis ſit ęquus rerum æſtimator, ac iudex; videbitur illi eo loci Matthæus Paris non hiſtorias ſcribere, ſed nugas referre, & fabulas narrare. Et ſi Sanctiſſimus erat Epiſcopus ille Lincolnienſis, qualem eum nobis depingit Matthæus Paris; certè in ipſo vitæ exitu aliud meditabatur, quam de peccatis Magnatum, ac in primis Pontificis à Prædicatoribus, & Minoribus redarguendis: nam certè non diſſimilis fuiſſet illius Phariſęi, qui Lucæ 18. hęc apud ſe orabat: *Deus gratias*

Robertus an ſanctiſſimus.

ego

ego tibi; quia nõ ſum ſicuti cęteri hominũ, raptores, iniuſti, uelut etiã hic Publicanus: ieiuno bis ĩ ſabato etc.

Eodem loco habemus, quæ ſcribit idem Matthæus Paris, & ex eodem citat Mornæus, quod
Pag.396 Innocentius obſtinato animo, inuitis omnibus Cardinalibus, oſſa eius extra Eccleſiam eijcere ſtatuerit, *Vt Ethnicus, rebellis, & innobediens per totum mundum acclamaretur*; Sed nocte ſequenti ei apparuerit idem Epiſcopus Lincolnienſis, Pontificalibus redimitus, vultu ſeuero, intuituque auſtero, ac voce terribili ipſum Papam in lecto ſinè quiete quieſcentem agreſſus ſit, pungens ipſum in latere ictu impetuoſo, cuſpide baculi, quem baiulabat, paſtorali, & dixerit ei. *Senebalde Papa miſerrime, propoſuiſtinè oſſa mea in mei, & Eccleſiæ Lincolnienſis opprobrium, extra Eccleſiam proijcere? Vnde hæc tibi temeritas? Dignius fores, vt tu à Deo ſublimatus, & honoratus Dei Zelatores, licet defunctos, coleres &c.* Sed ſi hæc ſunt apud Mornæum alicuius authoritatis; igitur Pontifex, Innocentius erat à Deo ſublimatus, & honoratus, & illius ſublimitas, ac honor à Deo erat; nõ ergo erat Antichriſtus; Itẽ Dei Zelatores, & Sãcti erunt poſt mortẽ colendi. Hæc certè ex diametro repugnãt Dogmatibus Eccleſiæ illius reformatæ. Hanc nocturnam apparitionem, & alias viſiones, quas ex ſuo Matthæo Pariſio refert Mornæus, vt friuolas reijcimus: quarum vna Cardinali cuidam, cuius nomen Matthæus ſupprimit, oſtenſa, vbi videbatur mulier quædam nobiliſſima accuſare Innocentium de tribus, nempè quòd Eccleſiam reddidiſſet ancillam viliſſimam, quod feciſſet eam menſam nummulariorum, quod fidem, ac mores feciſſet vacillare, iuſtitiam ſuſtuliſſet, veritatem obumbraſſet: altera Alexandro Quarto eius ſucceſſori, qui pręſtantem eum eo apud Deũ fœminam vidit expoſtulantem: *Diſſipaſti Eccleſiã Dei, dum viueres, & carnalis penitùs factus &c.* De Matthæo Pariſio, & Mornæo rectè intelligitur illud Prophetæ Ierem. 23. *Nolite audire verba Prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos, viſionẽ cordis ſui loquuntur non de ore Domini.*

De viſionibus quas Mornæus pro Roberto producit ex Matthæo Pariſio.

Pag.397 & 398. Nunc in Galliam regreditur, & vt Innocentium omnibus reddat exoſum, ac præterea Crucem contra Conradum Friderici filium promulgatam, ac Prædicatores, & Minores, qui hoc negotium, vrgente obedientia Põtifici debita, promouebãt; eò referre velit cladem acceptam, à D. Ludouico, contra Sarracenos bellũ gerente.

Pag.398 *Interim bella huius obedientiæ prætextu (inquit) D. Ludouici auxilia obturbantur, exercitus deletur, Paleſtina prædæ exponitur, ipſe ab hoſtibus capitur &c.*

Chriſtianorum cladem, & Regis Ludouici captiuitatem Mornæus immeritò refert in Innocentium IV.

VErùm cladem hanc à Sarracenis acceptam referunt in annum 1249. vel 1250. cum nondum Pontifex in Conradum ipſum Crucem ſuſcipiendam iuſſiſſet prædicari. Deinde, quis dubitet Pontificem, qui hanc expeditionem D. Ludouico ſuaſerat, præ ceteris mortalibus hanc cladem Chriſtianorum, & ſanctiſſimi Regis captiuitatem impatienter tuliſſe, eiq; vt ſubueniretur, omnem uiam, & rationem excogitaſſe, Matthæus Paris ſcribit, ipſum Dominum Papam ſcripſiſſe ad Regem Angliæ Suaſoriam, & valdè efficacem Epiſtolam, vt idem Rex ſe viriliter accingeret, & ſine damnoſa dilatione, ad Terram Sanctam adiuuandam; & vt Domino Regi Francorum auxilium præſtolanti, opportunum, ac feſtinum impenderet adminiculũ: quod ſi nollet, ſaltem alios transfretati, & peregrinari paratos, & deſiderantes non impediret &c. Calumnia igitur eſt manifeſtiſſima in ipſum Pontificem, cladem à Chriſtianis acceptam, & Regis captiuitatem, quodque ab Europa auxilia præſtò, & opportuna non adfuerint, reijcere.

Mendicantium fratrum Ordines, vt qui doctrina, & Sanctitate Eccleſiam illuſtrarint, eique magno fuerint ſubſidio ad debellandas ſui temporis hæreſes, non mirum, ſi Mornæus, & ſui odio proſequuntur. Eos facit omnium harum calamitatum, fortaſſe quòd Papa in Conradum Catholicos incitaret, quodque res Chriſtianorum infelicem ſucceſſum in Oriente habuiſſent, partim præcipuos miniſtros, partim authores; ſed quo iure, non video. De iiſdem proſequitur.

Ex his in eam potentiam euecti, vt reliquo Clero formidini eſſent, dum confeſſionibus ſuis populi animis obrepunt, adulationibus aures Pontificum inſident, & ordinarios porrò omni functione priuant; quos cæcos, & duces cæcorum dicebant &c. pag.398

QVæ certè aliena ſunt à veritate: neque id inſtitutum eſt Mendicantium, vt Clero formidini ſint, vel in Ordinarios aliquid intentent, quibus potius ex Regulis, & Conſtitutionibus ſuis omnem reuerentiam exhibere tenentur. Verùm, vt refert S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 23. cap. 5. §. 1. Ordines Mendicantes multas vexationes habuerunt a principio à Prælatis, & Clericis ſæcularibus, & in tantum, quod etiam quidam Doctor Gulielmus de S. Amore Pariſienſis cum quibuſdam alijs, auſi fuerint aſſerere, & dogmatizare populis, & librum ſcribere, nitentes probare, eorum ſtatum reprobum, nec poſſe homines in tali ſtatu Mendicantium ſaluari: ſed reprobato tali libro, & opinione vt falſa, & hæretica, per rationes efficaciſſimas coram Papa, ille Gulielmus fuit priuatus Doctoratu, & ſtatus Mendicantium exaltatus. Contra hunc Gulielmum Pariſienſem, & alios Mendicantium hoſtes, ſcripſit D. Thomas opuſculum 19. contra impugnantes Religionem, & D. Bonauentura tractatum de paupertate Chriſti.

Ordines Mendicantes in ſui exordio multas vexationes paſſi.

Hic igitur vniuerſitas Pariſienſis commoueri ex eo præcipuè, quòd ſuis argutijs Doctrinam Chriſtianam, adulterarent &c. Pag.398

Atqui

Ordines Mendicãtes nõ adulterarũt doctrinam Chriſtianam ſed illuſtrarunt

ATqui non inueniuntur aliquam nouam doctrinam induxiſſe, non alios fidei Articulos, non alia Sacramenta, non aliud docuiſſe, quam quod antiqui Patres, & ſacra Concilia. In quo igitur doctrinam Chriſtianam adulterarunt? Verùm quia Theologiæ Scholaſticæ, *qua fides ſaluberrima* (ait D. Auguſtinus li. 14. de Trinitate cap. 1.) *gignitur, nutritur, defenditur, roboratur*, hoſtes ſunt Nouatores; vt inter cœteros ſcripſerit Caluinus, Scholaſticos Theologos, velut obducto velo Chriſtum texiſſe, & plura mala eis accepta ferri debere. Mendicantes autem ipſi Theologiam Scholaſticam plurimùm illuſtrarunt: hinc fit, vt Mornæo hoſti veritatis, qui ponit tenebras lucem, & lucem tenebras, dicantur adulteraſſe Chriſtianam doctrinam. Adulteraſſe verò eos doctrinam Chriſtianam, productis, decem propoſitionibus, quæ olim ſunt condemnatæ à facultate Pariſienſi, docet Mornæus. Ergo tàm adulterarunt doctrinam Chriſtianam, quam docuerunt illas propoſitiones. Legantur Scholaſtici ex Mendicantibus celeberrimi, D. Thomas, D. Bonauentura, Ægidius Romanus, Gregorius Ariminenſis, Durandus, Richardus de Media Villa, Thomas Argentinas, vt cęteros omittam, qui ex Ordinibus Mendicantium in hac profeſſione plurimum excelluerunt; & cuiq; ſatis conſtabit, an doceant, quas illis propoſitiones tribuit aduerſarius. Si priuatorum quorundam Magiſtrorum fuerint iſti errores, ex ſodalitijs etiam Mendicantum; non certe ideò illis tribui debēt; cum & authores ipſimet eos abiurarint, & communis doctrina, quæ in ſcholis Mendicantium edocetur, aut libris in lucem editis ab eis traditur, apertè illis repugnet. Si verò lis aliquando interceſſit Vniuerſitati Pariſienſi cum Fratribus Mendicantibus, & cauſſa delata eſt Romam ad Pontificem, prout refert Matthæus Paris, & eũ citans Mornæus; igitur exiſtimauit Vniuerſitas Pariſienſis, huius cauſſæ iudicium eſſe Summi Pontificis tamquam ſuperioris: quæ & acquieuit illius ſententiæ. Et cum pronunciarit in ipſorum fauorem; certum igitur, iuſtam cauſſam habuiſſe Mendicantes. Nec valet in contrarium quod ſcribit Matthæus Paris, eos habuiſſe in Curia amicos magnæ poteſtatis, ſcilicet Dominum Hugonem Fratrem de Ordine Prædicatorum, immò ipſum Papam, & multos præpotentes; dico enim, eos cauſſæ iuſtæ patrocinari voluiſſe. Sed fortaſſe hoc argumento docere voluit Mornæus Mendicantes doctrinam Chriſtianam adulteraſſe quia.

Pag. 399 *In Lombardia ipſa, vbi Petrus Veronenſis Dominicanus omnes inquiſitionis rigores exercet in eos, qui Credentes vocabantur, omni ſuppliciorum genere in eos ſæuiens vſque dum Primores quoſdam adortus, in agro Mediolanenſi inuenitur mortuus; Capitur Carinus quidam huius cædis inſimulatus, qui decimo poſt die à Prætore dimittitur, nempe innoxius; Petrus verò Veronenſis, ne cæteri deterrerentur, à Pontifice inter Sanctos relatus.*

Inquirendorum hæreticorum cura Petro Veronenſi à Pontifice demandatur.

DE Beato Petro Martire videndus S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 23. cap. 6. & eius vita extat ſcripta à Thoma Lentino Patriarcha Hieroſolymitano eius contemporaneo. Sigonius lib. 19. de Regno Italiæ anno 1252. *Pontifex hæreticos, quorum numerus in dies magis gliſcere videbatur, aliquando extinguere cupiens, quæſtionem eam Fratri Petro Veronenſi Ordinis Prædicatorũ, viro acri ac ſanctitate claro mandarat. Is Mediolanum profectus, quæſtionem illam pro dignitate exercuit ſumma cum cura, hæreticos è latebris eruēs, ac nocentes pro ratione culpæ carcere, exilijs atque incendio vindicans, ac mox diem certam alteri quæſtioni poſt Paſcha Reſurrectionis indixit. Quare perculſi reliqui, cum periculum capiti ſuo certum imminere viderent; conſilium ſceleratum Sancti viri interimendi ceperunt, ac negotium nefarijs hominibus, libris Ticinenſibus quadraginta promiſſis, dederunt, qui VIII. Idus Aprilis ipſum Como Mediolanum abeuntem, in ſolitudine non longè à Barlaſſina adepti pluribus vulneribus confecere, ac fratrem Dominicum ſociumq́; grauiſſimè ſauciauere, qui adhuc ſpirans Medam delatus, ibi ſexto poſt die eſt mortuus.*

Quæ is in ea geſſit.

Mors ei à ſceleſtis intentatur.

Occiditur.

Quod verò ſcribit Mornæus, Carinum captum, à Prætore dimiſſum fuiſſe, nempe innoxium: At contra Sigonius: anno 1252. *Carinus author cædis eſt captus; verùm poſt dies decem à Prætore Petro Auocato dimiſſus; Quod ægrè adeò tulit Populus, vt ipſi abdicato vitam ideirco fuerit ereptumus. Interim vnus ex conſcijs ſceleris pœnitentia ductus, habitum Prædicatorium ſumpſit, ac ſtatim petita venia, omnes huius coniurationis participes indicauit. Carinus autem Forumliuium profectus, eandem & ipſe religionem adſciuit, atque in poſterum tanta ſe acerbitate vitæ macerauit, vt plurima ſigna reconciliati ſecum diuini numinis viderit &c.* Non igitur innoxius, vel conſcientia ipſa teſte, Carinus. De relatione eiuſdem inter Sanctos, idem Sigonius eodem anno: *Cum multa miranda ad ſepulcrum Fratris Petri nuper à ſicarijs interfecti opera ederentur, atque ad ea viſenda quotidie mirificus accolarum concurſus celebraretur; ſiue vt cultum viro Sancto adhiberent: ſiue vt vota, quibus ſe ſalutis impetrandæ cauſſa deuinxerant, ſoluerent; Leo Archiepiſcopus, ac Ciues, Fratreſque eius propè trecenti permoti, Innocentium Pontificem Peruſiæ conuenerunt, eumque diligenter de his omnibus rebus docuerunt. Quibus Pontifex lætatus de illius conſecratione ad Cardinalium Collegium retulit: Cardinales, re probata, cæremonias antelucanas in primam Quadrageſimæ Dominicam decreuere, atque eis peractis ipſum ex authoritate Pontificis in numerum SS. Martyrum ſolemni ritu Eccleſia retulere.* Hæc Sigonius. Sed adducamus Matthæum Pariſium, Mornæo tantæ authoritatis ſcriptorem: *Venerunt* (inquit anno 1253.) *nuncij Domini Regis, & quorun-*

Carinus author cædis non innoxius.

Petrus miraculis clarus mortuò inter Sanctos relatus.

Etiã Matthæi Pariſij inſcitia.

Digitized by Google

quorundam Magnatum Angliæ, nunciantes, quod quidam Frater de Ordine Prædicatorum, Petrus nomine, dum Prædicaſſet Mediolani, & vitia, & errores, immò hæreſes Mediolanenſium non palpando redarguiſſet; pro aſſertione veritatis ab eiſdem latenter interremptus eſt, & ſic Martyrium pretio ſubijt veritatis. Sed ne lateret diu veritatis ſub modio lucis ſerenitas; Dominus ipſum illicò miraculorum indicijs manifeſtauit; ſuper quibus Dominus Papa ad plenum certificatus ipſum magnificè canonizauit.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum quinquageſ. tertium.

HOc Progreſſu ſuam hiſtoriam proſequitur Aduerſarius ab Alexandro IV. qui in locum Innocentij IV. ſuffectus eſt Pontifex anno 1254. vſque ad Honorium IV. qui anno 1285. Pontifex fuit creatus. Mortuo igitur Neapoli Innocentio Bartolinus Tabernerius Prætor portis occluſis Cardinales abire molientes retinuit, ac ſine mora ſucceſſorem ſubſtituere iuſſit. Ita poſt 13. dies Rinaldus Anagninus Epiſcopus Oſtienſis declaratus eſt Pontifex, & Alexandri IV. nomen accepit. Fuit autem è nobili genere Comitum, Innocentij III. & Gregorij IX a quo Cardinalis creatus fuit, propinquus. *Alexāder IV. Pontifex Innocentij IV. ſucceſſor.* *Huius Pontificis vita* (ait Platina) *ab omnibus certè mirificè laudatur Beneficus enim, & liberalis eſt habitus, maximè verò ergà pauperes Chriſti, & benè de religione Christiana meritos.* *Laudata eius vita.* *Pacis atque morum* (ſcribit Auentinus Annal. lib. 7. ad annum 1255.) *quàm armorum, atque belli ſtudioſior.* Matthæus Paris ad annum 1254. *Satis benignus* (vt aiunt) *& bene religioſus, aſſiduus in orationibus, in abſtinentia ſtrenuus.* Quæ in laudem eius dicta ſuppreſſerat Aduerſarius, ſequentia hæc citans.

Pag. 400 *Sed ſibilis adulantium ſeducibilis, & prauis auarorum ſuggeſtionibus inclinatiuus.*

S*Cripſit in principio creationis ſuæ* (proſequitur idem Pariſius) *cunctis Eccleſiarum Prælatis, poſtulans humiliter, vt orarent pro ipſo, vt Dominus daret ei poteſtatem, gratiam, & voluntatem Eccleſiam Dei congruè gubernare, & Vicarius Dei, & Petri ſucceſſor competenter appellari. In quo facto nouo* (*alij enim eius prædeceſſores nihil tale fecerūt*) *multorum corda in ſpem erexit meliorem.* Quem creata ſignarat, poſtea carbone notat. Subijcit enim. *Veruntamen à Collateralibus fratribus ſuis decipi citò ſe permiſit eius ſimplicitas. Et de Bulla ſua, quæ eſt pignus fidei Papalis, & teſtimonium, facta eſt, vt dicitur, fraus inopinata; non tamen in his ipſum excuſo. Papa enim talis eſſe debet, vt non decipiat, vel decipiatur: vtrunque enim in tanto viro reprahenſibile eſt.* *Alexāder IV. an à Collateralibus ſuis deceptus?* Excuſandus tamen ille, qui in rebus magni momenti conſilio prudentū ſe regi permittit, nec debuit aut potuit iudicare Pontifex ſuos Collaterales malos conſiliarios, ſed potius bonos, & vtiles eſſe. In quo vero deceptus?

Conſilio nempe aliquorum (aiunt Matthæus Paris, & Mornæus) *in quos confiſa anima eius requieuit confidenter, & perſuaſu Prædeceſſoris ſui Papæ Innocentij quarti, qui fratres Cardinales ad hoc moriturus animauerat, bellum inchoatum contra Fridericales, & præcipuè Manfredum, filium Friderici naturalem, ſed legitimatū, potenter cōtinuare præſumpſit.* Pag. 400

VErùm illud bellum fuit neceſſarium, iuſtū, & honeſtum aduerſus Tyrannum Manfredum, qui ſibi iniuſtè vſurpabat Regnum Siciliæ, & Apuliæ, quod directiuus Pontifici, &c. ita quod nullo iure ſuccedebat, qui patri, & fratribus mortem intulerat, neque eodem iure, quo legitimi, & naturales filij ad illud aſpirabat, aut aſpirare poterat, nec ad eiuſdem ſucceſſionem ſine conſenſu, & authoritate Pontificis legitimari: *Bellum Pōtificis aduerſus Mā fredū fuit iuſtum.* Monuerat præterea Pontifex Alexander Manfredum, ne quicquam contra dignitatem Eccleſiæ moliretur, qui, acerſitis à Nuceria Sarracenis, copias Eccleſiæ nihil tale metuētes apud Foſſam agreſſus, partim occidit, partim cepit. Annon igitur iuſtum in eum bellum, & meritò Pontifici a ſuis Collateralibus ſuaſum? Eueretendam etiam Nuceriam Vrbem, à Sarracenis inhabitatam, qui magna damna Chriſtianis quotidie poterant inferre, prudenter iidem conſuluerunt Pontifici, *Iuſtū etiā aduersùs Nuceriam* Prout ſcribit Matthæus Paris ad annum 1254. *Erant Ciues infideles, ipſam Ciuitatem Nuceriam inhabitantes, iam circiter ſex aginta millia armatorum ad bellum apta conſerendum: qui idcircò magis timebantur, quòd moris Sarracenorum eſt ſpiculis venenatis, igne græco, & alijs nefandis in bello vti inſtrumentis.* Si Catoni videbatur è Republica Cartaginem deleri, quòd non adeò diſtaret ab Vrbe Roma, vt trium dierum nauigatione adiri non poſſet; videbatur meritò Collateralibus Pontificis ad Nuceriam delendam bellum ſuſcipiendum, quæ in ipſa media Apulia incolebatur a Sarracenis, hoſtibus Chriſtiani nominis, ſed Pontificis præſertim infeſtiſſimis.

Quod ſcribit Matthæus Paris, alium colorem belli Manfredo inferendi Pontifici, ſuisque Col-

lateralibus

lateralibus fuiſſe, quòd inhumanum eſſet, Regem Angliæ de ſua ſpe fraudari, concepta ex promiſſione Eccleſiæ de Regno Siciliæ obtinendo, & Morneus.

Pag. 400. *Quia Angliæ Regem, fucum ſibi factum tam citò agnoſcore incongruum erat, mittitur legatus, qui Edmundum eius filium Apuliæ, & Siciliæ Regem per annulum inueſtit.*

Inſtitutio Edmundi in Regem Siciliæ incerta.

VErùm huiuſmodi inueſtitura, ſeu inſtitutio Edmundi filij Regis Angliæ in Regem Siciliç nobis non adeò eſt certa, cuius nemo preter Matthæum Pariſium meminit; & ſi ita fuiſſet; Carolus ab Vrbano Quarto, Alexandri Quarti ſucceſſore contra Manfredum minime fuiſſet inueſtitus. Proſequitur Mornæus.

Pag. 400 *Alius mox legatus, Ruſtandus nomine inſequitur, decimam in Anglia, Scotia, Hibernia exacturus, Regem etiã Hieroſolymitano voto ſoluturus, modò Manfredo bellum inferat. Et his artibus ſe ſe credulus Princeps deludi patitur.*

HÆc omnia Mornæus ex Matthæo Pariſio. Quod ſubiungit poſtea ex eodem, Ruſtandum Crucem Londini prædicaſſe contra Manfredum ſolemnibus verbis: hæc fuere ſolemnia verba. *contra Manfredum Friderici quondam Romanorum Imperatoris filium, Dei & Eccleſiæ Romanæ, & Domini Regis Anglorum inimicum, Sarracenis adhærentem, & eoſdem receptantem, & fouentem, & alienum Regnum iniuſtè occupantem.* Quæ omnia interim conſentanea erant veritati, ac Pontifici iuſta cauſa fideles in eum armandi. Addebat legatus Pontificis, quod quicunque iter ipſum aſſumeret, pleniſſimam peccatorum ſuorum conſequeretur remiſſionem, ac ſi Terram ſanctam adiret peregrinans.

Subijcit ille Monachus, & excribit Mornæus.

Pag. 400 *Quod cum audirent fideles, mirabantur, quod tantum eis promitteret pro ſanguine Chriſtianorum effundendo, quantum pro cruore infidelium aliquando. Et mouerunt ſannas, & riſum, Prædicatorum mutabilitate.*

Sanguinis effuſio non Pontifici, ſed Manfredo imputanda.

VErùm cum iuſta eſſet cauſa belli Pontifici, iniuſtum verò inferret Manfredus; ipſi imputari debebat effuſio ſanguinis Chriſtianorum, non Pontifici: neque enim damna belli ei imputantur, qui iuſto bello iniuſtum hoſtem aggreditur. Et compoſitus magna ex parte erat Manfredi exercitus ex Sarracenis: neque veri Chriſtiani illi habendi erant, qui pro Tyranno, & iniuſto hoſte bellum Pontifici, & Eccleſiæ inferebant: nec in hoc mutabilitatis erant notandi Prædicatores, ſi ad nutum Pontificis modò contra Sarracenos, modò contra Manfredum ad Crucem ſuſcipiendam fideles hortarentur; cum vtrique hoſtes eſſent, & maius periculum fortaſſe à Manfredo immineret, cui eundum obuiam eſſet, quàm ab ipſis Sarracenis.

Sed en (inquit) *Cataſtrophē; Manfredus in Apulia Pontificis copias delet,* Pag. 400

AC deinceps ſcribit, omnes auerſos à Pontifice ad Manfredum confluxiſſe, eos adeò ipſos, qui Pontificis partes ſectati erant. Sed quid mirum, ſi impiorum via ad tempus proſperetur, & benè ſit his, qui præuaricantur, & iniquè agunt? Contritum eſſe tum Pontificis exercitum cui Octauianus Cardinalis præerat, ſcribit Matthæus Paris. Si contigit in Anglia, quod ſcribit Matthæus Paris, & ex eodem refert Mornæus, quod

Expirauerit, quæ conſueuit haberi deuotio habita à Prælatis, & populo penes matrem noſtram Eccleſiam Romanam, & patrem, & paſtorem noſtrum, Dominum videlicet Papam,

EO certe peius debebat timeri Regno. Sed quid inde concludit aduerſarius? Nam & deuotio erga Deum tepeſcit, immò aliquando plane in hominibus extinguitur: & Chriſtus Lucæ 18. *Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?* & Matth. 24. *Quoniam abundabit iniquitas, refrigeſſet charitas multorum.* Et gentes abdicato vero Deo ad Idololatriam omnes deflexerant. Et poſtea: *videns Diabolus,* vt ait Ciprianus lib. de vnitate Eccl. cap. 2. *Idola derelicta, & per nimium credentium populum ſedes ſuas, ac Templa deſerta, excogitauit nouam fraudem, vt ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos. Hæreſes inuenit, & ſchiſmata, quibus ſubuerteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet vnitatem. Quos detinere non poteſt in viæ veteris cæcitate, circumſcribit, & decipit noui itineris errore. Rapit de ipſa Eccleſia homines, & dum ſibi appropinquaſſe iam lumini, atque euaſiſſe ſæculi noctem videntur, alias neſcientibus tenebras rursùs infundit, vt cum Euangelio Chriſti non ſtantes, & cum eius obſeruatione, & lege, Chriſtianos ſe vocent, & ambulentes in tenebris habere ſe lumen exiſtiment, blandiente aduerſario, atque fallente &c.* Nihil igitur mirum, ſi tum expirauerit deuotio erga Romanam Eccleſiam, quæ mater, & erga Pontificem, qui pater; ſicut neque mirum eſt, ſi noſtro ſæculo, eo certè infelici, aliquot Prouinciæ ſe ſubduxerunt ab obedientia, & fide Sanctæ Romanæ Eccleſiæ: & tamen fatebantur tum omnes in Anglia, poteſtatem habere Papam in his, quæ operabatur in ædificationem, non in his, quæ ad ruinam, vbi longè alia eorum erat ſententia de authoritate Pontificis, quam Mornæi, & Nouatorum noſtri temporis.

Extinctio deuotionis erga Romanam Eccleſiam nihil detrahit eius authoritati.

De Brancaleone ciue Bononienſi, viro non tam iuſtitia, quàm ſeueritate inſigni ad reuocan-

De Brancaleone Romam euocato, vt diſciplinam veterem reſtitueret et alijs huc ſpectantibus.

dam veterem diſciplinam, quæ iam ſolutior euaſerat, à Romanis euocato, & ſenatoria dignitate ab eiſdem ornato, & Bononiam miſſis obſidibus primorum ciuium filijs, & ſimul Sacramento Romanis adactis, legi poſſunt Matthæus Paris anno 1256. & Sigonius lib. 19. de Regno Italiæ anno 1257. Cum ſeueriùs ille iuſto capitales in vrbe quæſtiones nullo perſonarum diſcrimine exercere putaretur in offenſionem Nobilium atque Potentum, popularibus ſuffragantibus, incidit. Seditione igitur in vrbe commota, captus, atque in carcerem tanquam ad pœnam coniectus eſt. Qua re cognita, vxor eius occultè Roma exijt, ac primo quoque tempore Bononiam properauit, ciues ſuos obteſtatum, vt arctius obſides Romanorum haberent, ne illis reſtitutis, Romani duriùs in maritum ſuum conſulerent. Romani verò Pontificem adeuntes orarunt, vt Bononienſes ad obſides ſuos ſibi reddendos adduceret. Atque ille eorum voluntate permotus primùm petijt, vt Romanorum, in eo gratificari ſtudio vellent. Deinde grauiora minatus eſt, niſi in authoritate ſua fuiſſent. Bononienſes autem mala omnia ſuſtinere, quàm obſides in certam ciuis ſui pernitiem reſtituere maluerunt. Romani Emanuelem Madium Brixianum ſubſtituerunt, qui & ipſe ius ſeueriſſime dixit. Idem ad annum 1258. & cum populares varijs iniurijs afficeret, & nobilitatis inſtinctu multis eos modis exhauriret, ac ſolis Nobilibus, & præſertim Hanniballenſibus placere ſtuderet; ea re commoti populares effracto carcere Brancaleonem extraxerunt, ac rurſus Senatorem conſtituerunt, ac fidelitatem vetere Ciuitatis inſtituto iurarunt. Popularibus adiuuantibus inimicos ſuos ex Vrbe deiecit, Hanniballenſes duos patibulis obtulit. Pontificis excommunicationem deriſit, ipſique, & Cardinalibus extrema omnia intentauit eundem vrbe diſcedere coegit, ac Mãfredo Siciliæ Rege omnia ſubſidia aduerſus Pontificem miniſtrante, Anagniam oppugnauit; precibus tamen Pontificis ſuæ patriæ miſerti exoratus obſidionem reliquit, arces, ac turres nobiliũ Romanorum ad ſolùm euertit, neque ità multò poſt, magno cum omnium deſiderio vitæ finem impoſuit. Quod vt intellexit Pontifex Romanos ſtatim admonuit, ne quem iniuſſu ſuo Senatorem deligerent. Cuius authoritatem ipſi adeò contempſerunt, vt patruum Brancaleonis Catellanum, quem Pontifex ſummè oderat, ſubſtituerint, ac caput Brancaleonis pretioſo vasè conditum ſuper columnam marmoream ſtatuerint virtutis, ac beneuolentiæ ergò, quã ille erga populum Romanum præſtiterat. Hæc in Oppoſitione ſua omnia diligenter inſerenda iudicauit Mornæus. Verum ſi repulſam paſſus à Bononienſibus Pontifex, ſi Brancaleon, & eius fautores excommunicationem Pontificis habuere con temptui, ſi in odium, & contemptum Pontificis poſt eius mortem electus à Romanis Senator eiuſdem patruus, quid inde concludit aduerſarius? Nec ideò ſequitur, ex prauo regimine natum huiuſmodi contemptum. Quoties enim in contemptum venit Paſtorum Eccleſiæ, vel Principum authoritas; id certè prauæ eorum adminiſtrationi tribui non debet.

Nihil hac inuadi cauſſam Mornæi.

De Gulielmo Hollandiæ Comite poſt Henricum Lantgrauium Turingiæ in locum Friderici abdicati Imperatore ab Innocentio Quarto deſſignato iam anteà dictum eſt. Inde Principes Germaniæ electores in duas partes diſtracti, alijs Alphonſum Caſtellæ Regem, alijs Richardum Cornubiæ Comitem Regis Angliæ, fratrem eligentibus in Imperatorem. Siquidem, vt Nauclerus, & alij ſcribunt feruntur Archiepiſcopus Colonienſis, & Treuerenſis, Palatinus quoque Rheni, & Dux Saxonię muneribus corrupti Richardum elegiſſe; ex aduerſo cęteri electores Alphonſum Caſtellæ Regem elegerunt. Verùm quia neuter à Pontifice confirmatus; ideò nec inter Imperatores recenſentur, & prorogatum eſt interregnum vſque ad tempora Gregorij X. & Rodolphi Imperatoris. Kranzius lib. 8. Saxoniæ cap. 19. aliam cauſſam adfert, cur Regnum Italici ſcriptores vacaſſe velint à Friderico ad Rodolphum Sueuum: *Nam mediorum Principum* (inquit) *nulla ſenſerant arma, ita aſſueti Germanorum gladijs, vt viuere, aut regnare non crederent, qui in Prouinciã ſuã non bello detonarent.*

Vrbanus 4. Alexandri 4. ſucceſſor.

Anno 1261. Alexandro 4. VIII. Kal. Iunij vita functo, poſt tres amplius menſes. nempe IV. Kal. Sept. Vrbanus 4. Trecis in Gallia natus, ſubrogatus eſt; qui *& ſi infima conditionis; nobilis tamen fuit ſapientia, & virtutibus* ait Nauclerus Generat. 43. vol. 2. ad annum 1261. Eius conſtitutionem, vt omnis Epiſcopus, aut Abbas electus perſonaliter tranſalpinare teneatur *crudeliſſimam* vocat Matthæus Paris à Mornæo citatus. Verùm non eſt, quod in hoc diſcutiendo Matthęi Pariſij, & Mornæi iuditio diutiùs immoremur. Nauclerus ibidem ad annum 1263. *Hic Vrbanus inſtituit ſolemnitatem de corpore Chriſti, cuius officium D Thomas Aquinas compoſuit.* Sanderus lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſ. num. 961. *Ex mirabili conſenſu, quo Eccleſia feſtum illud iam per annos tercentenos coluit, conſtat, & fidem realis præſentiæ corporis Chriſti in Eucbariſtia certiſſimam ſemper fuiſſe (alioquin ſaltem aliquæ Eccleſiæ reſtitiſſent Pontificis decreto,) & vniuerſam Occidentis Eccleſiam Romani Pontificis primatum agnouiſſe, vtpotè cuius decretum tanta cum alacritate ſuſcepit, & obſeruauit.* Mornæus

Hic ſolemnitatem Corporis Chriſti inſtituit.

Habet, & Vrbanus Concilium Romæ, non quidem de fide, quòd exoleuerat pridem, ſed de expellendo Manfredo &c. Pag. 403

Id in Concilio Rom. decernit de Manfredo expellendo, quod ob cauſſã.

ITà narrat Sigonius lib. 20. de Regno Italiæ ad annum 1263. *Vrbanus Pontifex vt, acriter vrgente Manfredo; labi uel potius præcipites ferri res Eccleſiæ uidit; opportunum, ac neceſſarium ſuſtinendis illis ſubſidium quærens, ſolemne patrum Romæ Concilium aduocauit, atque ibi relatione de ſumma Reipublicæ facta, ex communi omnium ſententia, crucem aduerſus Manfredum indicere, omneſque Chriſtianos perinde, ac contra Icilinum promiſſis Eccleſiaſticis ingentibus excitare conſtituit.*

Quin

Carolum Ludouici Regis Frãcorum fratrẽ in ſubſidiũ vocat.

Quin etiam Decreto facto ſanciuit, ut Carolus Comes Andegauenſis Ludouici Regis Francorum frater, vir illa tempeſtate opibus, virtute, ac rei militaris prudentia inclytus, ad auxiliam partium acciretur, ac Legato ad eum miſſo, ſe illum Regem Siciliæ, atque Apuliæ inſtituturum, atque illi auxilio futurum ad Manfredum communem hoſtem eijciendum, oſtendit; ſi validas præſidio pereuntium Guelphorum in Italiam copias adduxiſſet, quod ille, re cum fratre communicata, reſpondit ſe ſine cunctatione facturum.

Quod ille re cum fratre communicata pollicetur.

Obijt idem Pontifex anno 1264. 2. Octobris, & cum vacaſſet ſedes menſes 4. Clemens 4. Gallus è Prouincia Narbonenſi, e Villa S. Ægidij, Guido Falcodij antea vocatus, meritò ob ſanctitatem, & doctrinam Pontifex creatus, Carolum, ac populos Chriſtianos ad idem, quibus deceſſor Vrbanus, promiſſis ad arma contra Manfredum transferenda ſolicitauit: quibus acceptis Carolus, Paſchate cum Ludouico fratre piè peracto, exercitu terra ſubſequi iuſſo, conſcendit, ac nauibus menſe Maio Romam acceſſit, & Clemente Viterbij conſidente, à Romanis non ſolum benignè exceptus, ſed etiam Senatoria dignitate, quæ tum in Vrbe eminebat, ornatus, ſuum ibi terra aduenturum exercitum expectauit III. inde Kal. Iulias, quatuor Cardinales Romam miſſi cum plenis a Clemente mandatis, ſolemnes tabulas conferunt, quibus ipſi Regnum Apuliæ, & Siciliæ cum certo tributo, & certis conditionibus detulerunt, quas poſtea Pontifex Peruſiæ confirmauit. Imminente inde anno 1266. Carolus in die Epiphaniæ iuſſu Clementis per duos Cardinales Legatos Romæ Rex Siciliæ, & Apuliæ appellatus, maximo in Apuliam infeſto exercitu abijt, & ponte Ciperani ſuperato, cum occurrente Manfredo ſummo prælio ad Beneuentum decertauit, quo non ſolum exercitum eius fudit, atque diſiecit, ſed ipſum etiam pridie Kal. Martias interemi, ac proinde Regnum vtrumque ſibi aſciuit. Venit inde in Italiam Conradinus Friderici Imperatoris nepos ex Conrado filio, in Apuliam tranſiturus, cum Carolo bello decertaturus, ac Regnum Apuliæ, & Siciliæ recuperaturus; ac in finibus Regni cum tribus horis pugnatum eſſet, ac primùm fuſus eſſet exercitus Caroli, dum Conradini milites nihil iam ſibi ab hoſte metuentes, effunduntur in prædam, Carolus ex inſidijs eos adortus, clariſſimam retulit victoriam, Conradino ex fuga retracto, qui anno ſequenti ſupplicio affectus eſt Neapoli cum Friderico cognato, Auſtriæ Duce, ſicque extincta eſt Sueuorum familia. Hæc Caroli victoria contigit anno Chriſti 1268. die 22. Auguſti.

Vrbano 4. ſuccedit Clemens 4. Gallus, iſq; Carolũ ad idem ſolicitat.

Carolus Romam profectus Senatoria dignitate à Romanis ornatur.

Eidẽ à Põtifice defertur Regnũ Apuliæ, & Siciliæ cũ certo tributo &c.

Tum abit cum exercitu i Apuliam, Manfredi exercitum fundit, ipſumque interficit.

Conradinus ei ſe opponit.

Sed & ipſe ſuperatur, & poſtea extremo ſupplicio afficitur.

Scribunt aliqui, conſilio Pontificis, non abſq; labe infamiæ, & contra regium decus, Carolum ſuſtuliſſe è medio Conradinum. Alij, Carolum ad Pontificem per literas retuliſſe, quid de Sueuo agi placeret, illumque reſpondiſſe, non intercedere ſe, quominus lege ageretur, ita ſecuri percuſſum. Mornæus tantam crudelitatem multis verbis exaggerat, ac Collennutium citat Authorem hiſtoriæ Neapolitanæ, qui notet, magnanimos quoſque ex Gallica nobilitate in hanc ſententiam conſentire noluiſſe, Comitem Flandriæ ſuper omnes Caroli generum, qui liberandum Conradinum, & aliqua affinitate deuinci eum proponebat.

Hoc facinus (inquit) *deteſtatus eſt totus orbis Chriſtianus, omnes omninò Principes, qui D. Ludouicum Regem, & Carolum Fratrem ipſum, nuper admodum à Soldano in Paleſtina captos, humaniſſimè habitos recordabantur, quam interim crudelitatem, nemo non Clementi imputat.* Pag. 403

Si ob eius ſuppliciũ reprahẽdẽdus eſt Clemens multò magis Carolus.

NE videatur Franciæ Principi, & Franciæ Regis fratri odium creare, ei reiciendum potius viſum eſt in Pontificem; cum tamen ei, qui conſulit, moraliter tantum, & impropriè aliquod opus tribui debeat; erat enim penes Carolum vel Pontificis, vel nobilium Franciæ, qui diſſuadebant mortem Conradini, parere conſilio. Neque Collennutius lib. 4. hiſt. Neap. ad annum 1268. quem citat Mornæus, ex propria authoritate, ſed authorem ſecutus Gundefrugem Conſtãtinenſem in Chronico Auſtriæ, ſcribit, Carolo conſulenti Pontificem, quid de Conradino ſtatuendum eſſet, reſpondiſſe: *Vita Conradini mors Caroli, Mors Conradini, vita Caroli.* Scribit idem, Carolum conuocaſſe Neapolim Synodos præcipuarum Ciuitatum Regni, & in eam ſententiam ab omnibus itum, tollendum è medio Conradinum; licet non deſint, qui ſcribant, ex voto Caroli ita ab omnibus iudicatum. Certè Ricordanus illorum temporum Author in Hiſt. Florent. cap. 193. aſſerit, Pontificem, & Cardinales ęgrè tuliſſe ſententiam mortis pronunciatam fuiſſe in Conradinum, & ob necem ei illatam Carolo grauiter infenſos fuiſſe: & Clementem Pontificem a ſanctitate vitæ, & omnibus veri Pontificis virtutibus omnes plurimùm commendant. Et Matthæus Paris Author Mornæo grauiſſimus in Henrico 3. ad annum 1271. *Clemens Papa* (inquit) *per idem tempus obijt Viterbij, & ibidem in Eccleſia Fratrum Prædicatorũ ſepelitur. Iſte Papa ita vigilijs, ieiunijs, & orationibus, ac alijs bonis operibus erat intentus, quod multas tribulationes, quas tunc ſuſtinebat Eccleſia, Deus ſuis meritis creditur extinxiſſe. Quin etiam, cum multi factum Regis Caroli pro deſperato haberent, tum propter multitudinem exercitus Conradini, tum propter totius penè Regni Siciliæ rebellionẽ; in publico ſermone rei euentum prædixit.* Quod ſpiritui prophetico tribui videtur; cum tamen Prophetæ eorum, quæ prædicunt, malorum hominibus minimè ſint Authores. Sigonius: lib. 20. de Regno Italiæ anno 1268. de Conradino, *Iuſſu Caroli iudicio conſtituto, quaſi latro ſupplicio vltimo eſt affectus.* Mornæus.

Ricordanus tradit id diſplicuiſſe Pontifici.

Clemẽs ab ipſo Matthæo Pariſio commẽdatus.

Qui vtique patris, & aui Regnum armis diſceptabat. Principes, quàm Pag. 402

X 2 *ſæpè*

ſæpè, non tam iuſto titulo, inter ſe dimicant.

Clemens legitimè detulit Carolo Regnũ Siciliæ, & Apuliæ.

CErtè niſi velimus non modò Carolum, ſed & Sanctum Ludouicum Regem Galliæ, Proceres item, ac nobiles totius Regni iniuſtitię condemnare, dicendum eſt, & à Pontifice iure offerri potuiſſe, præterito Conradino, Regnum Siciliæ, & Apuliæ ipſi Carolo, & iuſtum fuiſſe bellum eiuſdem aduerſus Manfredum primùm, deinde aduerſus Conradinum pro Regno Siciliæ, & Apuliæ. Nec enim Carolus, inconſulto Fratre Rege, annuit votis Pontificis de bello in Manfredum ſuſcipiendo, & Regno Siciliæ, & Apuliæ armis debellando: & Franci nonniſi Rege authore ad id bellum nomina dedere, quod pro Carolo, & pro Pontifice, nonniſi iuſta de cauſſa, videbatur ſuſcipiendum. Sed in bello iuſto, etiam iam parta victoria, licet hoſtes occidere, ſi id neceſſarium ſit, vt ſecuritati, & quieti Reipublicæ conſulatur; Superſtite autem Conradino, neque Pontifex ex factione Gibillinorum ſecurus erat, neque Carolus Regnum Siciliæ, & Apuliæ, pacatè tenere poterat. Non dubium, quin magis famæ, & exiſtimationi nominis conſuluiſſet Carolus, ſi, Conradino vita donato, eum ſibi aliqua affinitate coniunxiſſet; non tamen ideò notandus eſt iniuſtitiæ. Deceſſit Pontifex Clemens 4. Viterbij, raræ virtutis, & ſingularis exempli Pontifex, cum in alijs, tum maximè in affectu erga conſanguineos, & affines temperando, & vacauit ſedes ferè triennio; adeò non conueniebat inter Cardinales de futuro ſucceſſore. Scribit Sigonius lib. 20. de Regno Italiæ anno 1270. Philippum Regem Franciæ, & Carolum Regem Siciliæ, imminens Eccleſiæ detrimentum iniquo animo patientes, Viterbium acceſſiſſe, & eos ad Comitia perficienda rogaſſe, quę res mirè ad accendendum eorum animos valuit. Illi poſt varias in Pontifice ſubſtituendo diſſenſiones, tandem omnes in Theobaldum Vicecomitem Placentinum, Archidiaconum Leodienſem, voti cauſſa tùm agentem in Syria, conſenſerunt, ac per Nuntios in Italiam reuocarunt. Is Gregorius decimus eſt appellatus, & huius electio incidit in annum 1271. primo Septembris.

Carolus notandus non eſt iniuſtitia ob ſuppliciũ Cõradino illatum.

Obitus Clementis IV.

Gregorius 10 Põtifex

Anno 1273. *Principes Alemaniæ* (vt Sigonius lib. 20. de Regno Italiæ) *Francofordiam ad Regia Comitia conuenerunt, atque varijs inter ſe certare ſententijs inſtiterunt, cum quidam ex eis æquum eſſe Alphonſum Caſtellæ Regem* (nam Richardus frater Regis Angliæ, obierat) *retinere cenſerent: alij verò Regem Germaniæ nonniſi ex ipſa Germania legi debere, contenderent. Cæterum Gregorio Põtifice apertè denunciante, ſe creaturum Regem, niſi ipſi communi concordia elegiſſent; omnes vno animo in Rodolphum Comitem Habſpurgi Principem exiguarum quidem opum, ſed magnos gerentem ſpiritus, conſenſerunt.* Vbi Pontificis authoritas plurimũ illuxit; nam Rodolpho ab eo confirmato, omni ſuo iuri ceſſit Alphonſus, eo vrgente Principes Germaniæ Cæſarem Rodolphum elegerunt; intellexerunt enim alioqui, niſi conſentirent in aliquem, potuiſſe Pontificem pro ſua authoritate Regem Germaniæ, & Romanorum creare. Is Auſtriacæ familiæ caput, penes quam hodie Imperium. Hunc ferunt nunquam adduci potuiſſe, vt in Italiam more maiorum ſuorum, aut prædeceſſorum diadema ſuſcepturus veniret; cum diceret, ſe Cæſarum in Italia veſtigia læta, magnifica, plenaque bonæ ſpei videre, ex Italia verò referentia, & foras verſa, triſtia, miſera, luctuoſa, alludens ad illud apologi Æſopici de Vulpe, & Leone ὅτι ὁρῶ ἴχνη πολλῶν εἰσιόντων, ὀλίγων δὲ ἐξιόντων.

Pag. 394

Rodulphus electus Imperator.

De Concilio Lugdunenſi indicto à Gregorio X.

Nunc de Concilio Lugdunenſi indicto à Gregorio decimo, & celebrato anno Domini 1274. Primùm Mornæus ſcribit, Philippum Regem Franciæ, Imperatorem Græcorum, & plures Magnates, ac Principes ei interfuiſſe, cum ex hiſtoria præfixa huic Concilio Tom. 4. Conciliorum, Grecè, & Latinè, Romæ editorum conſtet, Imperatorem Græcorum tùm Michaelem Paleologum, qui nuper Conſtantinopolim recuperarat à Latinis, nonniſi per Legatos adfuiſſe: & Nicephorus Gregoras ſcribit, eum Legatos ad Papam miſiſſe de ineunda veteris, & nouæ Romæ Eccleſiarum concordia, modò Caroli Regis Siciliæ contra ſe expeditionem auerteret. Ex eadem hiſtoria colligitur, non alium præter Iacobum Aragoniæ ex Regibus, huic Concilio adfuiſſe, alios verò Oratores ſuos eò miſiſſe. Mornæus vt eleuet authoritatem huius Concilij, ſcribit, Gregorium ex vnaquaque Prouincia certos ſibi addictos Antiſtites adeſſe, iuſſiſſe. Verùm ex hiſtoria eius Concilij patet, biennio ante eius celebrationem Gregorium ſcripſiſſe omnibus Epiſcopis, vt ad Concilium Lugduni conuenirent, non autem ex vnaquaque Prouincia certos ſibi addictos inuitauit. Scripſit Regibus, & Principibus, vt ipſi quoque ſuos Oratores ad Synodũ mitterent; nam in eo de fide, nempè de Græcis ad Catholicæ, ac Romanæ Eccleſiæ fidem, communionemque traducendis, & de Chriſtianorum moribus ad priſtinam Eccleſiaſticam diſciplinã informandis, ac pręterea de ſubſidio Chriſtianis mittendo in Syria degentibus, erat agendum; non verò, vt priuatis ſuis rebus conſuleret Pontifex, indixerat illud concilium. Quid opus igitur habebat, vt ſibi priuatim addicti eſſent illi Antiſtites? Viros præterea & ſanctitate, & doctrina pręſtantiſſimos euocauit, in quibus S. Thomas Aquinas, qui, dum ad Concilium proficiſcitur, ex hac vita migrauit, ac S. Bonauentura, quem Lugduni Pontifex Cardinalem Epiſcopũ Albanenſem creat. Conuenerant ad indictum diem Lugduni, præter Conſtantinopolitanum, & Antiochenum Patriarcham, Epiſcopi quingenti, Abbates, & inferiores Prælati permulti. An verò omnes illi ad Concilium inuitati, & nulli præterea, quòd addicti eſſent Pontifici? Equidem in Epiſtola ſua, qua inuitat Antiſtites ad Concilium vult, in vnaquaque Prouincia ex illis vnum, vel duos remanere ad ea, quæ officium Epiſcopale requirunt, inibi exercenda; non tamen iniungit in particulari, qui remanere, vel qui ad Concilium accedere debeant. In prima ſeſſione cauſſas expoſuit, propter quas euocauerat

Pag. 404

Grecorum Imperator ei per ſe nõ affuit, vt putat Mornæus.

Non certos Epiſcopos ſibi addictos ex unaquaq; Prouincia inuitauit ad id Conciliũ, vt fingit Mornæus, ſed omnes.

Digitized by Google

rat Concilium, & ſuper quibus, ſcilicet ſuper ſubſidio Terræ Sanctæ, & ſuper vnione Græcorum, & ſuper reformatione morum.

Pag.404 *Thema illi fuit* (inquit) *Machabæorum exemplo oſtendere, Epiſcopum Romanum, ſummum vtique Sacerdotem, vtriuſque gladij compotem eſſe; quare de bello ſtatuere, præſertim ſacro, ſui propriè iuris eſſe &c.*

QVomodò vterq; gladius ſit Pontificis, iam alibi ex S. Bernardo oſtenſum. Et quis id non probet Chriſtianus, Romanum Pontificem in primis rationem habere gloriæ, ac nominis Chriſti dilatandi, animarum Chriſto conciliandarum, & è faucibus Tartari eripiendarum, ad bellum præterea contra infideles ſuſcipiendnm Principes, ac populos inuitandi? Annon hęc ſunt bella Domini, ad quæ Iuſtitia, zelus Chriſti, ac ſplendor Religionis, animarum præterea procuranda ſalus inuitant?

Pag.404 *Itaque conſequenter ſtatuit, vt omnium beneficiorum decima, per ſex annos in id perſoluatur &c.*

HOc in ſecunda ſeſſione factum eſt, vt Pontifex, Cardinales, & Epiſcopi decimas omnium Eccleſiarum reddituum pro ſubſidio belli Hieroſolymitani collaturos ſe eſſe, promiſerint.

Pag.404 Cœtera mendacia ſunt, quæ ſcribit, vnum Authorem Auentinum ſecutus, *Pontificem Pœnitentiarijs, & Confeſſoribus iniunxiſſe, apud peccatores gnauiter inſtent, vt pecunia, opibuſque ſuis eum adiuuent, ac Chriſtianis omnibus, nullo ſexus, ætatis, conditionis, diſcrimine, ſub anathematis pœna, annuum denarium imperaſſe.* Hæc neque ex Concilio Lugdunenſi, neque ex vllo ſcriptore fide digno eorum, qui vitas Pontificum, vel res per annos, & tempora geſtas ſcriptis prodiderunt, colliguntur, Meræ itaque hæ Auentini, & Mornæi impoſturæ.

** Mornæi mendacia de ſtatutis in hoc Concilio.*

Scribit, Imperatorem Græciæ iam reuerſum in Greciam, nempè è Concilio Lugdunenſi, cui eum vult interfuiſſe, Gregorio per Legatos pollicitum eſſe, dummodò Caroli conatus auerteret, ſe nouam Romam veteri, Conſtantinopolim Romæ coniuncturum. Id quidem ſcribit Gregoras; tamen neque ex hiſtoria illius Concilij, neq; ex literis Michaelis Paleologi Imperatoris ad Gregorium Papam colligitur, aut Carolum inſtituiſſe expeditionem in Michaelem, aut Michaelem eam conditionem propoſuiſſe Pontifici, modò Caroli conatus auerteret, ſe Conſtantinopolitanam Eccleſiam ad vnionem Romanę Eccleſiæ reducturum: neque ea fuit occaſio Michaeli Imperatori mittendi tum Legationem, & literas ad Gregorium; ſed quòd, cum Balduini opera, qui primus ex Latinis fuit Conſtantinopolitanus Imperator, Græci ad Eccleſiæ Romanæ obedientiam reuertiſſent, Latinis paulatim ex Grçcia pulſis paulatim quoq; Grçci ad vetus ſchiſma reuerſi ſint. Cū autē poſt duorum annorū, & eò ampliùs Apoſtolicę Sedis inter regnū Gregorius X. qui in exercitu Chriſtianorum in Syria aduersùs Sarracenos cõmorabàtur, Pontifex eſſet electus, protinùs Legatos ad Michaelem Paleologum deſtinauit, vt eum ad Catholicam fidem reducerent. Hac igitur ratione factū eſt, vt Michael Legatos, & literas ad Pontificem mitteret, & ad eundem ſcriberent, & ipſi Epiſcopi Græciæ, in quintaque ſeſſione lectæ vtræque literæ, in quibus Catholicam fidem profitebantur, & Romanæ Eccleſiæ Primatum agnoſcebant: eorum Legati Summo Pontifici obedientiam præſtiterunt, & magna cum Pontificis, ac totius Concilij lætitia publicè tandem profeſſi ſunt fidem, & in Miſſa ſolemni, quam celebrauit Pontifex, Symbolum eſt cum additione illa, *Filioque* ter Græcè decantatum. Græci ſcriptores Georgius Pachimeres lib. 5. hiſtoriæ, & Nicephorus Gregoras lib. 5. hiſtoriæ in principio addunt, Græcos cum tribus conditionibus admiſſos ad Romanæ Eccleſiæ communionem. Prima fuit, vt Pontificis Romani in ſacris Miſſarum myſterijs à Græcis mentio fieret. Secunda, vt Græcis omnibus liceret ad Sedem Apoſtolicam appellare. Tertia, vt Romano Pontifici in omnibus Principatus deferatur. Mornæus.

An Græcorum Imperator Gregorio promiſerit, ſe Conſtantinopolim Romæ coniuncturum ſi Caroli conatus ab ipſo auerteret.

Græci Primatū Pontificis in hoc Concilio profeſſ.

De alijs Theologiæ capitibus, inquit Gregoras, *non commutatum verbum; Non de ipſa additione Symbolo facta*, ἀλλὰ μακρά τις ἠρεμία, καὶ ἄνεσις, *ſed pacata, & tranquilla fuerunt omnia; Longum de his ſilentium* (inquit Aduerſarius) *ſolum quod eius intererat, hic ſpectatum.* Pag.405

VErùm, quicquid ſcribat Gregoras, ex Actis Concilij colligitur contrarium. Siquidem Legati nomine Imperatoris, & Prælatorum Græciæ profeſſi ſunt fidem Catholicam. In literis Imperatoris, quæ lectæ ſunt in Concilio, id habetur: πιστεύομεν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πλήρη καὶ τέλειον θεὸν, ἀληθῆ θεὸν, ἐκ πατρὸς υἱοῦ τε ἐκπορευόμενον. Id eſt, *Credimus & Spiritum Sanctum plenum, & perfectum, verumque Deum, ex Patre, Filioque procedentem.* Et Pontifex in eodem Concilio (quod ob Græcos ad vnionem Catholicæ, ac Romanæ Eccleſiæ fidem, & communionem traducendos in primis indictum fuerat) fideli, ac deuota profeſſione fatetur, quod *Spiritus Sanctus æternaliter ex Patre, Filioque, non tanquam ex duobus principijs, ſed tanquam ex vno principio, non duabus ſpirationibus, ſed vnica ſpiratione procedit*: Et damnat, ac reprobat, omnes, *qui negare præſumpſerint, æternaliter Spiritum Sanctum ex Patre, & Filio procedere, ſiue etiam temerario auſu aſſerere, quod Spiritus Sanctus ex Patre, & filio, tanquam ex duobus principijs, & non tanquam ex vno procedit.* Ergo de proceſſione Spiritus Sancti à Filio (articulo, in quo diſſidebant Gręci à Latinis) tum actum eſt

In hoc Concilio acta eſt etiam de proceſſione Spiritus Sancti à Filio.

Digitized by Google

eſt, & non ſolùm, quod Pontificis erat, ſpectatum. Mornæus.

Pag. 405 *Verùm, incommodè ei accidit, quod Imperatorem Eccleſia Græca eiurauit.*

QVoties Græci ipſi cum Latinis in Concilijs conuenerunt, toties ipſa veritate conuicti fidem S. R. Eccleſiæ ſunt profeſſi; quòd verò poſtea ad vomitum ſint reuerſi, & antiquum ſchiſma ſint amplexi; id inconſtantiæ, & leuitati eorum eſt tribuendum. Sed non negabit Mornæus meo iudicio, orthodoxè ſenſiſſe Imperatorem cum Eccleſia Romana, prout ex literis eius conſtat in Concilio lectis de proceſſione Spiritus Sancti à patre, & Filio, malè verò ſentire Græcos immò hæreſim profiteri, cum negant proceſſionem Spiritus ſancti à Filio.

Conclaue inſtitutū in eligēdo Pontifice.

In eodem Concilio ſanciuit Gregorius, vt Cardinales in electione Pontificis arcto, ſub auſteriore cuſtodia, Conclaui contineantur, donec Pontificem elegerint, idque iuſta de cauſſa; nam paulò ante, cum ille electus eſt, ex diſſentientibus Cardinalibus ferè per triennium ſedes vacauerat cū magno Eccleſiæ, & Chriſtianæ Reipublicæ, detrimento: habeturque ſtatutum illud in eodem Concilio, tit. de electione, & electi poteſtate. Quia verò Pontifex his verbis eò loci vtitur: *Cum agitur de creatione Vicarij Ieſu Chriſti, ſucceſſoris Petri, Rectoris vniuerſalis Eccleſiæ, gregis dominici directoris &c.* & ibidem. *Id acturi tantummodò, vt eorum miniſterio acceleretur vtilis, & pernéceſſaria totius mundi prouiſio, idoneo celeriter eidem Eccleſiæ ſponſo dato &c.* indè Mornæus.

pag. 405 *Et, qui hunc titulum ſibi vendicat, quis porrò niſi Antichriſtus?*

Pontifex quo ſenſu ſponſus Eccleſiæ.

ET producit S. Bernardum, qui hoc nomine Eugenio Papæ interdicit. Verùm iam alibi ad hoc argumentum reſponſum eſt. Quemadmodum enim etſi Chriſtus Dominus ſit caput Rector, & Paſtor Eccleſiæ ſuæ; hæc tamen nomina, & Pontifici ſub Chriſto tribuuntur, tanquam eius vices gerenti: ita licet Chriſtus ſponſus ſit Eccleſiæ, de quo Ioannes cap. 3. *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt*; vtpotè cuius ſemine, & cui naſcuntur filij; Pontifices tamen & ipſi dicuntur *ſponſi*, quia cooperantur extrinſecùs in generatione filiorum, tanquam miniſtri verbi, & Sacramentorum, & filios non ſibi, ſed Chriſto generant: & ſpirituale quoddam matrimonium inter Pontificem, & Eccleſiam contrahitur: nec repugnat Eccleſiam & ſponſam dici Chriſti, & ſponſam item Summi Pontificis, cuius curæ commiſſa eſt, licet diuerſa ratione.

Innocētius V. in locū Gregorij decimi ſuffectus.

Adrianus V Innocentij V. ſucceſſor.

Anno 1276. mortuo Gregorio decimo, Petrus è Tarantaſia ordinis Prædicatorum ex Epiſcopo Oſtienſi ſuffectus, Innocentij V. nomen accepit, quo poſt quinque menſes Romæ extincto, Cardinales, Carolo Rege vrbis Senatore præſente. Othobonum Fliſcum Genuenſem S. Adriani Diaconum Cardinalem ſuffecerunt, atque Adrianum V. vocauerunt, qui vt ſe immenſæ Caroli potentia ſubtraheret, Viterbium abijt, ac Rodolphum Cæſarem prout Gregorio promiſerat, in Italiam venire ad imminuendas eius opes præcepit. Mornæus.

Hic iudicet Lector, id quàm vehementer animum eius pungeret, cum vndecim dies tantùm ſederit, & nondum conſecratus, de ſupplantando Carolo cogitaret. Pag. 406

MEritò fortaſſe ei diſplicebat, quòd Carolus Romæ, quæ ditionis erat Pontificiæ, quæ præterea ſedes illius, tantam ſibi arrogaret autoritatem, & omnia pro arbitrio ageret.

Scribit Mornæus, ordinem Conclauis à Gregorio inſtitutum ab Adriano contraria Bulla in eam rem edita reuocatum; & Platinam in Adriano V. citat in margine; cum tamen hæc ibi ſint verba Platinæ: *Fuerat ei in animo, & ditionem Eccleſiæ tutiorem à Tyrannis reddere, & conſtitutionem Gregorij de eligendo Pontifice in meliorem formam redigere, non omnino tollere.* Mortuo Adriano Pontificatus ſui die quadrageſimo, electus eſt Petrus, natione Luſitanus, vocatus Ioannes 20. dictus 21. Platinæ 22. qui viterbij, ruina cameræ, quàm in Palatio extruxerat, oppreſſus obijt, cum ſediſſet menſes 8. & dies 8. Scribit Mornæus, hunc Ioannem ſtatim confirmaſſe Bullam Adriani V. deceſſoris ſui, qua ille ordinem conclauis à Gregorio decimo inſtitutum reuocarat: & hinc Pontifices aliquot ſubſequentes ſinè Conclaui creati. Mornæus. pag. 406

Platina perperā citatus à Mornæo.

Ioannes XXI Adriano ſuccedit.

Vt vel ex eo quàm inconſtans ſit, quo regantur Spiritu cognoſcere liceat. Pag. 406

EQuidem, prout notat Onuphrius ad Platinam in hoc Ioanne, *Poſt Innocentij V. mortem, qui ei ſucceſſit Adrianus V. Pontifex Gregorij X. de Conclaui Conſtitutionem ſtatim reuocauit. Cuius reuocationem, ſiuè ſuſpenſionem, quòd ante eius coronationem facta fuiſſet inualida erat, Ioannes XXI. confirmauit. Atque ſine Conclauis reclusione, qui deinceps ei ſucceſſerunt Romani Pontifices, Nicolaus III. Martinus II. dictus IV. Honorius IV. Nicolaus IV. & Cæleſtinus V. creati ſunt. A Cæleſtino verò eadem, qua Gregorius X. cauſſa, moto ipſius Gregorij Conſtitutionem de Conclauis reclusione denuo renouatam, & approbatam, qui ei ſuffectus eſt Papa Bonifacius VIII. ratam habens, & confirmans libro Decretalium VI. regiſtrauit. A quo deinceps tempore vſq; ad noſtram memoriā perpetuò obſeruata eſt.*

Cōſtitutio de Conclaui ab Adriano V. reuocata.

Eadem à Cæleſtino renouata, et deinceps vſq; ad noſtram memoriā obſeruata.

Ioanne XXI. vita functo, ſuffectus eſt Ioannes Caietanus Vrſinus Romanus dictus Nicolaus III. Hunc ambitionis, & audaciæ plenum deſignat Macchiauellus lib. 1. hiſt. Florent. nec omittere voluit Mornæus. Sed quæ in eo erat magnitudo animi, atque Conſilij, audaciam, & ambitionem interpretatus eſt cum Macchiauello Mornæus, ſic enim ſcribit Platina: *Fuit Nicolaus Pontifex (vt authores ſcribunt) vir magni animi atque conſilij, adeòque moribus, & vita integer, & vernacula lingua compoſitus vulgò diceretur*, quem & eo commendat, quòd amator, & cultor fuerit doctorum virorum, & eorum maximè qui doctrinam cum prudentia, & religione coniun-

Nicolaus III. Ioannis XXI. ſucceſſor.

An ſit ambitionis, & audaciæ plenus.

Digitized by Google

ſam haberent. Scribunt etiam hiſtorici quidam, neminem ante ipſum ſacrificare religioſius viſum, cum ſemper dum ſolemnia ageret, lacrimas funderet; & à multis alijs dignis Pontifice virtutibus commendatur. Hic Pontifex edixit, ne vllus deinceps Prætor eſſet Vrbanus (Senatorem Romani vocabant) ex Regia nobilitate ortus, & ne pluſquam annua foret Prætura. Erat tunc Carolus Siciliæ Rex, idemq; Imperij Vicarius Hetruſcis dans iura, & Magiſtratus: ei nomen Vicarij abrogauit Nicolaus, cui nimis magnas hac tempeſtate Franciæ viſas opes Aemilius affirmat. Verùm impoſtura eſt Mornæi, & calumnia in Pontificem, eius perſuaſioni tribuere veſperas Siculas, nempè coniurationem illam Siculorum ipſo die (narrat Aemilius lib. 7. in Philippo 3.) qui Chriſto reſurgenti ſacer eſt, factam, quando, dato ad veſpertinas preces ſigno inermes Franci per totam inſulam trucidati ſunt, Ioannis Prochitæ artibus ea tragœdia peracta, quem aliqui ſcribunt defectionis conſilia Pontifici aperuiſſe: verum tantæ crudelitatis in Francos exercendæ certum neque authorem, neque conſcium fuiſſe Pontificem: neque vllus ſcriptor eſt, qui id teſtetur: neque ſub hoc Pontifice, ſed ſucceſſore Martino 4. Gallo tam crudelem ſtragem Gallorum in Sicilia editam volunt anno 1282. Pontificatus Martini 2.

Mornæi calumnia in Nicolaum III.

Author Nicolaus 3. decretalis illius, quæ habetur in ſexto de electione, & electi poteſtate. Cap. *fundamenta*; vbi inter cætera dicit: *Petrum in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptum, id quod ipſe erat dominus voluit nominari dicendo: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, vt æterni templi ſtructura, Deo ædificante, conſtructa mirabili munere gratiæ Dei in Petri conſiſteret infirmitate*, Et priùs ſcripſerat. *Vt ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet*. Quid habet iſte, quod in his verbis reprædendat? Quemadmodum certè indiuidua illa vnitas munera gratiæ ſuæ diffundit in totum corpus Eccleſiæ, ita petrus tanquam miniſter ad id aſſumptus; neque enim alio ſenſu dicitur aſſumptus *in conſortium indiuiduæ vnitatis*. Et ſi dicimur aſſumi in filios Dei, & per maxima, & pretioſa dona, quæ nobis donauit, Diuinæ effici conſortes naturæ; cur non Petrus dicatur aſſumi in conſortium indiuiduæ vnitatis, cum Dominus, qui eſt Petra, ſuper quam ædificata Eccleſia, voluit, & Petrum eſſe Petram, ſuper quam item ædificaretur Eccleſia. Sed impius ipſe Aduerſarius verbis Decretalis hæc ſubijcit.

Quo ſenſu Petrus à Chriſto aſſumptus in conſortium indiuiduæ vnitatis.

Pag. 407 *Vt quo peiores sũt, peioraq; faciũt, eo plura ſibi perpetuò, & audaciùs arrogẽt.*

NImirum eructat id, quod plenus eſt Mornæus. Progenies viperarum quomodò poteſtis bona loqui, cum ſitis mali?

Vita functo Nicolao III. vacauit ſedes menſes ſex, in cuius locum Martinus IV. Simon antea vocatus tituli Sanctæ Ceciliæ Præsbyter Cardinalis, natione Gallus, patria Turonenſis eſt ſubrogatus, cui, etſi Gallus eſſet, & Gallicis rebus addictiſſimus, non magis pepercit Mornæus, quàm cœteris. Carolo Regi Senatoriam dignitatem, qua à Nicolao tertio priuatus fuerat, reſtituit, excommunicato in eius gratiam Petro Rege Aragoniæ, Cruce in eum, eiuſque ſequaces aſſumi iuſſa, quod Regnum Siciliæ contra Carolum occupaſſet. Mornæus.

Martinus IIII. Pont. Gallus.

Is Carolo Regi Senatoriam dignitatem reſtituit.

Vt, qui eos afflabat, Spiritus ſibi ipſe contrarius erat. Pag. 407

VErùm id nihil ſpectabat ad fidem, aut ad dignitatem Eccleſiaſticam: neque dicimus in omnibus actionibus ſuis dirigi a Spiritu Sancto. Quod Nicolaus III. in Petrum Aragonium propenſior fuerit, quàm in Carolum, & hunc Senatoria dignitate priuarit; Martinus verò ſucceſſor eundem reſtituerit, ac Petrum Aragonium Regni Siciliæ inuaſorem contra Carolum anathemate obſtrinxerit; variæ certè rationes potuerunt ad diuerſa conſilia capienda mouere hos Pontifices. Neque mirum, ſi diuerſa ſint Pontificum ſtudia in hos, vel illos Reges, ac nationes: & in his proprio Spiritu mouentur, ac ducuntur. In controuerſijs fidei definiendis, aut his, quæ ad vniuerſale Eccleſiæ regimen ſpectant, ſanciendis, Pontifices à Spiritu Sancto reguntur, qui ſibi minimè contrarius. Verum hæc impoſtura eſt Mornæi, quod

Pontifices quibus in rebus regantur à Spiritu Sancto.

Impoſtura Mornæi.

Prædeceſſoris concubinam apud ſe recepit, quæ quia illi vrſum pepererat, vt idem incommodũ vitaret, omnia vrſinorũ inſignia in Palatio eradi iuſſit. Pag. 407

AVthorem citat Ioannem Nouiomagum, qui ſcriptor non magnæ authoritatis. Verùm ſatis eſt perfido iſti, ſi vndequaquè Pontificis dignitatem reddat exoſam. Quanquam Ioannes ille Nouiomagus hæc duntaxat ſcribit: *Fœmina quædam Romana parit puerum crinibus, & vnguibus ſimilem vrſæ. Quidam aiunt, hanc fuiſſe Nicolai Pontificis concubinam*; Vbi nihil de Martino ſucceſſore, neque id affirmat Author ille de Nicolao. Et quis dubitet, quoſdam malè erga eum affectos id crimen voluiſſe illi impingere? Quæ vno conſenſu omnes de eius vita referunt, longè aliud docent, quam illum habuiſſe concubinam: Martinum verò Ricordanus illius temporis ſcriptor, multis magniſque virtutibus eluxiſſe, teſtis eſt.

Tradunt hiſtorici, Petrum Aragonium Carolo Regi obtuliſſe, vt Regni Siciliæ controuerſia certamine millenorum vtrinque, aut centenorum, aut ſingulari adeò ipſorum Regum finiretur, conditionem ſingularis certaminis alacriter Carolum accepiſſe, diem conſtitutum, locum item Burdegalem, tum ditionis Regis Angliæ in Aquitania. Addunt Martinum quamuis abſurdũ videretur, in id conſenſiſſe, Gerardumq; Parmẽſem Cardinalem ſpectatorem totius rei futurũ, eò miſiſſe. Id quidem ſcribit Collennutius lib. 5. hiſtor. Neapol. ad annum 1281. Et Alciatus libro de ſingulari certamine cap. 3. *Principes ipſos de regno ambigentes, contentiones ſuas hoc modo finire, ius, faſque eſt. Cum enim bellum nonniſi maxima hu-*

An inter Petrũ Aragonium, et Carolũ Regem conuenerit de ineundo duello, & an conſentiente Romano Pont.

mani

mani generis calamitate incubatur, quid iuſtius excogitari poteſt, quàm vt tanta noxa de medio ſublata, hi potiſſimum ſoli armis decernant, ad quos ea res pertinet, victoremque res ſequatur? Extant apud veteres & huius rei exempla, quorum Caroli Andegauenſis, & Petri Tarraconenſis illud potiſſimum eſt, qui cum de Inſula Sicilia bellum diu geſſiſſent, Martini Pontificis Romani, Collegijque Cardinalium authoritate, Burdegalæ in Aquitanis armis concurrere ſanxerunt; iureque iurando pacti ſunt, vter victus eſſet, Inſula decedere, nec amplius de ea re controuerſiam facere. Exiſtimo tamen Pontificem nunquam conſenſiſſe, vt duello Reges illi certarent, idque apertè teſtatur Gulielmus Nangius de geſtis Philippi Francorum Regis, illorum temporum Scriptor, ideoque maioris apud nos authoritatis, quàm ſint Collennutius & Alciatus. Neque verò ob id Martinus Pontifex Regem Arragoniũ anathemate percuſſit, quòd in arenam non prodijſſet; verùm quòd Siciliæ Regnum in feudum ipſi Carolo a Pontifice datum vi occuparet. Deinde conflictus illi particulares, qui ſolent fieri tempore belli inter vnum, & vnum, decem, & decem, qui ſuſcipiuntur contra hoſtes ipſos, non ſunt duella, quando bellum eſt iuſtum, ſed ſunt magis quædam partes iuſti belli. Scribunt autem, inter eos Reges conueniſſe, vt ſtatuto die, & certo loco nempè Burdegalæ, conuenirent, cum centum militibus dimicaturi, hac conditione, vt qui victor exiſteret, illi Regnum Siciliæ quietè, & pacificè traderetur, cum conſenſu Eccleſiæ. Non igitur conuentum eſt inter eos de ineundo duello, ſed potiùs de bello ſuſcipiendo, cui Pontifex acquieuerit; vt impoſtura ſit Mornæi, Martinum Pontificem tantos Principes inter ſe duello commiſiſſe.

Cur Martinus Pōt. anathematiZauerit Regē Aragonum.

Impoſtura Mornai.

Poſt crudelem illam Francorum cędem in Sicilia perpetratam ſcribit Paulus Æmilius lib. 7. in Philippo 3. à Panormitanis miſſos ad Pontificem Oratores, viros Sanctos, qui ad pedes illius ſtrati, velut pro ara, hoſtiaq; Chriſtum agnũ Dei ſalutantés, illa etiam ex altaris myſterijs verba ſupplices effarentur: *Qui tollis peccata mundi, miſerere nobis*, idque iterum repetijſſe, ac tertiò adiunxiſſe. *Qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem*, Pontificem reſpondiſſe, Panormitanos agere quod feciſſent, qui cum Chriſtum pulſarent, eundem Regem Iudęorum ſalutabant re hoſtes, fando ſaluere iubentes. Quodnam piaculum, quam demum ſatisfactionem peteret percunctantibus Oratoribus reſponſum datum, redderent ſe à quibus defeciſſent, violaſſe illos non modò maieſtatem Regis ipſorum Caroli, ſed ſacroſanctam poteſtatem, in cuius fide Sicilia eſſet. Mornæus ad hæc verba Panormitanorũ, *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi dona nobis pacem.*

Quid Panormitanorũ Oratores ad Pōtificē miſſi.

Quid Pō Reſpōſum.

Pag. 408

Cui interim blaſphemiæ (inquit) *non reclamat* (*Pontifex*) *nec animaduertebant miſeri Draconem in eo loqui, dum Agni cornua oſtentat.*

SEd quæ hæc eſt blaſphemia? ſiquidem non intelligebant ipſi, Pontificem eſſe Agnum illum tollentem peccata mundi; verùm ob oculos illi obijciebant Chriſtum Dominũ Dei Agnũ Saluatorem mundi, cuius vices gerebat in terris, vt eum ad miſericordiam flecterent; nam illis iuſtè ſuccenſebat Pontifex ob tantam crudelitatem, nullo ſexus, aut ætatis diſcrimine in Francos perpetratam: neque certè Pontifex eos adegit ad hæc verba ex ſacris myſterijs recitanda, quibus eum compellarent. Non igitur Draco in Pontifice loquebatur, quemadmodum in Mornæo hæretico nunc verè loquitur.

Nulla eſt in his verbis ab Oratoribus prolatis blaſphemia.

Huic Pontifici natione Gallo, & Gallorum amantiſſimo, Mornæus æquè ac cæteris iniquus eſt, cùm non tàm perſonas, quàm Pontificiam dignitatem perſequatur; & eo certè patriæ ſe hoſtem prodit. Nicolaum quendam de Biberach Theologum Erfordienſem nobis citat in libro, quem inſcripſit *Occultus*, cuius & aliquot verſus citat in imprecationem ipſius Martini, quòd ſuam Germaniam odiſſet, qui & teſtetur impubere ſe Romæ Martinum abuti voluiſſe, cum cœteri ſcriptores longè aliud de eo Pontifice ſcribant. Ricordanus eiuſdem temporis ſcriptor hiſt. Florent. cap. 227. fuiſſe Martinum virum bonum, & rerum Eccleſiæ ſtudioſiſſimũ. Eum Trithemius *virum ſanctiſſimæ conuerſationis* fuiſſe ſcribit, *qui miraculis claruiſſe fertur*. Paulus Langius in Chronico Citizenſi anno 1286. *Martinus Papa vir Sanctiſſimus, multis poſt mortem miraculis clarus.* Platina de eodem. *Peruſij tandem moritur Pontificatus ſui anno quarto, menſe vno, ſepeliturque in Cathedrali Baſilica, ad cuius ſepulcrum multi valetudinarij, delati, multi cæci perducti, muti, & claudi, priſtinam valetudinem ſanctiſſimi Pontificis meritis à Deo recepere.* Krantzius in Metrupoli lib. 9. cap. 1. *Pontifex erat vita, & mente ſanctiſſimus, quarto anno Peruſij moritur, miraculis ad tumulum eius crebreſcentibus.* Hæc non Gallici, ſed Germani, & Italici ſcriptores de Martino natione Gallo, cuius famam Pſeudogallus iſte depeculari ſtuduit.

Pag. 408

In Chronico Hirſaugienſi anno 1281.

Martinus Pōtifex miraculis etiam clarus.

Vita functo Martino quarto, ſubrogatur Pontifex Iacobus Sabellus Cardinalis, dictus Honorius quartus, prout ſcribit Platina, *omni vita probatiſſimus, & Chriſtianæ Religionis amantiſſimus.* Trithemius: *vir bonus, & integer ſcientia, & honeſtatis verus amator.* De Romandiola, ſeu Flaminia ditione Eccleſiæ ab eodem recepta, & Guidone Comite Monteſeltrano ſuperato, ac venia conceſſa, & duobus filijs obſidibus datis, in Comitatum Aſtenſem compulſo, ſuperuacaneum eſſet plura ſcribere, vt neque de facto Rodolphi Imperatoris, qui comparandæ pecuniæ ſtudioſus, Cancellarium ſuum è gente Fliſca in Etruriam miſit: qui populos omnes liberos faceret, eoſque potiſſimùm, qui ſe pecunia redimerent; quamobrem perſoluere Lucenſes duodecim millia nummum auri, Florentini ſex millia. *Quæ venditio* (inquit Platina) *Honorio non diſplicuit, licet indigna tanto Principe videretur, quòd ea ratione ditio Eccleſiaſtica futura ſecurior videbatur, cum non amplius liceret Imperatori liberas ciuitates vexare.* Mornæus.

Honorius 4. ſucceſſor Martini 4

Addamus

Digitized by Google

Pag.408 *Addamus breuiter, ſuperſtitio vt cum ambitione creuerit. Sub Alexandro quarto Peruſiæ, quæ eius ſedes, Flagellantium ſecta exoritur, authore Eremita quodam; viri, & fœminæ, in peccatorum expiationem; ſupra vmbilicum nudatæ, ſeſe per vicos flagellabant, horrendis eiulatibus Virginem Mariam reclamantes etc. At Krantzius, quid meliores de his ſentirent, expromens: In hac ſecta,* inquit, *horrendi intùs latebant errores, qui Deo volente propalati exterminabant Dæmoniacas illas adinuentiones &c.* Pag.409.

Mornæus Flagellantium ſectā confundit cum alijs pœnitentibus, qui nullos profeſſi ſunt errores.

VErùm malè confundit Mornæus ſectam Flagellantium, de qua Krantzius Metropolis lib.9.ca.44.& alij, cum illis pœnitentibus, qui ſub Alexandro quarto, vt teſtatur Sigonius lib.19.de Regno Italiæ anno 1260. Peruſiæ primùm nouo Religionis ſtudio incenſi, ſe verberibus in expiationem peccatorum afficere, ac Vrbes paſſim, agroſque obire cœperunt, Eremita quodam ſpectatæ ſanctitatis viro populum monente, niſi ad pœnitentiam ſe conferrent, ac ſupplices pacem, & miſericordiam Dei implorarent, fore, vt breui vniuerſi miſera, fœdaque lue conciderent: quo factum, vt viri, & mulieres omnis ætatis, ordiniſque vſque ad vmbilicum ſeſe nudarent, ac ſumptis ad id loris, per vrbem cederent, Diuinam opem ſuppliciter poſcentes, veteribus odijs poſitis, pacem inter ſe mutuis oſculis adhibitis ſancientes, peccata confeſſione, vix ſuppetentibus ad audiendum Sacerdotibus, expiantes: hæcque religio ex Vrbe in Vrbē, ex Prouincia in Prouinciam ſingulis populis, Epiſcopis, ac Magiſtratibus ſuis præcedentibus Vrbes, agroſquè ea æmulatione iniecta luſtrantibus traducta. Nihil hic ſuperſtitioſum, nihil, quod ab Eccleſia improbatum ſit: nullos errores iſti profitebantur: neque ullam ſectam, aut hæreſim probarunt Romani Pontifices: & ſecta illa flagellantium, de qua Krantzius citatus à Mornæo, Prateolus Verbo *Flagellantes*, Sanderus libro 7. de viſibili Monarchia Eccleſię, & alij, cum multos errores profiterentur, reprobata eſt ab Eccleſia, non verò in oculis Pontificum, vt iſte mentitur, non tam approbata, quam adorata. Certè Nauclerus, Trithemius, & Genebrardus anno MCCCXXXXVII. à Clemente ſexto damnatam volunt. Mornæus.

Flagellantium ſectā Romana Eccleſ. reprobauit.

Pag.409 *Ab eiuſdem Pontificis authoritate Clara in Sanctorum canone refertur &c.*

De S. Clara.

ANno MCCLV. Pontificatus Alexandri quarti primo: & extant literæ ipſius Pontificis, quibus Sanctam Claram inter Sanctos retulit, cuius vita ſanctiſſima, quæ etiam multis miraculis poſt mortem fulſit, & a Deo clarificata fuit. De qua ne plura adferamus, legi poteſt Bartholomæus Piſanus lib. Conformitatum Sancti Franciſci fructu 8. Sanctus Antoninus tertia parte Chronici titulo vigeſimoquarto, capite ſexto: Petrus Rodulphus libro primo, hiſtoriarum Seraphicæ Religionis. Extat & eius vita ſcripta iuſſu Alexandri quarti, cum eam in ſanctorum numerum retuliſſet anno ab eius obitu ſecundo, quam excripſit Surius ad duodecimum Auguſti diem. Sed Mornæus homo hæreticus, aperiens os ſuum in blaſphemias ad Deum, blaſphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos, qui in cœlo habitant, quæ multa in eius vita leguntur de eiuſdem ſanctimonia, humilitate, flagrāti amore in Deum, carnis mortificatione, & auſteritate vitæ admiranda, precum eius potentia, qua Sarraceni Aſiſium patriam ſuam obſidentes, ſunt profligati, denique miraculis in vita, atque poſt obitum editis, blaſphemias interpretatur.

Conſimilibus (inquit) *blaſphemijs eius legenda ſcatet.* Pag.409

DE ſolemnitate Sanctiſſimi Sacramenti ab Vrbano IV. inſtituta anno MCCLXIIII. iam dictum. Sed deuotio populi Chriſtiani erga Sanctiſſimum illud Sacramentum mirum in modum torquet Diabolum, & eius Satellites, è quibus Mornæus, & noſtri ſæculi Nouatores. Hanc interim iſte velit infamiam Vrbano quarto Pontifici inferre, quod ante Pontificatum familiariter cognouerit recluſam quandam, Euam nomine, quæ ſibi cœlitus ſignificaret reuelatum, vt hoc feſtum inſtitueret. Extat Conſtitutio Vrbani quarti de inſtitutione feſti Corporis Chriſti, relata à Clemente quinto lib.3. Clement. tit. 16. *De Reliquijs, & Veneratione Sanctorum*; vbi cauſſas recenſet inſtitutionis huiuſcè feſti. Inter cœtera id habet: *Intelleximus autem olim, dum in Minori eſſemus officio conſtituti, quod fuerat quibuſdam Catholicis diuinitùs reuelatum, feſtum huiuſmodi generaliter in Eccleſia celebrandum &c.* Quibus verò id reuelatum fuerit, nempe tribus fœminis, caſtitatis, & ſanctitatis laude præſtantibus, quas elegerit Dominus, vt diuinæ Maieſtati feſtum huiuſmodi, honorem eſſe gratiſſimum ſignificarent Pontifici, fusè narrat Nicolaus Serarius Tomo 3. Opuſcul. Theologic. lib.2. de Proceſſionibus cap.9. producitque libellum hac de re conſcriptum anno 1496. qui Duaci prodijt anno 1603.

De Ioanne Semeca Teuthonico Præpoſito Halberſtatenſi hæc habet, quod Clemente quarto Pontifice decimas a Clero Germaniæ belli ſacri prætextu inclementiùs flagitante, interceſſerit, ac Concilium appellarit. Pag. 409

Quo nomine excommunicatus fuit; In quo licet ſtatu mortuus, in Sanctorum canonem ob miraculorum famam poſtea relatus ſit.

Digitized by Google

De Ioanne Semeca ex communicato à Clemente IV.

DE hoc Ioanne Semeca iſta Auentinus lib. 7. Annal. Boiorum. *Ab hoc Clemente quarto decimas emungẽte à plebe Chriſtiana Ioannes Theuthonicus Præpoſitus Halberſtatenſis, Decretorum Pontificalium interpres, prouocat ad communem Chriſtianorum conuentum.* Et Krantzius lib. 8. Saxoniæ cap. 27. *Ioannes Semeca Theuthonicus inſignis iuris Doctor, qui Herculea audacia primus aggreſſus eſt gloſſare Decretum, quod ante eum nemo, & poſt eum nullus excellentius facere potuit, Præpoſitus Sancti Stephani Halberſtatenſis, qui Clemẽti quarto Summo Pontifici tum per Germaniam (ſicut Galliam) decimas à Clero in redemptionem Terræ Sanctæ exigenti, appellationem oppoſuit: quem pro ſua (vt dicebat) Papa temeritate excommunicauit, priuauitque Præpoſitura. Sed erant magni in Germania viri, qui Ioannem deſerendum non putabant. Quæ autem videbantur impendere mala, mors ipſa diremit, quæ tam Pontificem, quàm Ioannem breui ſuſtulit de medio.* Hæc de Ioanne illo Semeca Theuthonico Authores à Mornæo citati in margine; verum quibus ille claruerit miraculis, quando, vbi, à quo Pontifice ſit in Sanctorum Canonem relatus, nuſquam lego.

Non conſtat, eum clarniſſe miraculis, aut in Sanctorum Canonem relatum.

De ordine eligendi Pontificis in conclaui à Gregorio decimo inſtituto, iam ſuperius dictum eſt.

De Mendicantium ordinibus ab Eccleſia approbatis, & quaternario numero definitis non eſt hic dicendi locus. Id interim certum, ad ſolum Pontificem Romanum, qui præeſt vniuerſali Eccleſiæ, ſpectare ordinationem Religionum, & eorundem approbationem; prout docet in ſua Summa Auguſtinus de Ancona, quæſtione 71. art. 3. Nec ſine nutu diuino factum eſt, vt Pôtifices quatuor ordines Mendicantium approbarent, multiſque priuilegijs, ac fauoribus augerent, qui magno hactenùs fuerint, & deinceps futuri ſint Eccleſiæ emolumento. Et Sancti Franciſci quidem Regulam Honorius tertius confirmauit anno Pontificatus ſui octauo, qui fuit ſalutis MCCXXIII. & Nicolaus tertius fuit ordinis Minorum, ob contemptum rerum humanarum, amator, vt ipſe etiam Decretali Epiſtola quædam Regulæ Sancti Franciſci ambigua declarauerit, quæ habetur in ſexto Decretalium, tit. 1. *De verborum ſignificatione* Cap. *Exijt qui ſeminat*; Nuſquam verò legimus, eum Minorum Regulam in ſcholis publicè legi voluiſſe, & eos, qui impedirent, anathemati ſubieciſſe, nec Pontificis verba nedum mẽtem intellexit Mornęus, qui non præcipit ſua Decretali Regulam Sancti Franciſci, ſed ſuam illam Decretalem conſtitutionem, qua aliquot dubia illius Regulæ interpretatur, legi in Scholis; hæc enim ſunt illius verba. *In virtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, quod hæc conſtitutio, ſicut cæteræ conſtitutiones, vel Decretales Epiſtolæ legatur in ſcholis.*

Mornaeus nec verba nec mẽtem Nicolai 3. aſſecutus eſt.

Non immeritò nefandi criminis hæreſeos ſibi conſcius ægrè fert Mornæus id à Sacris Canonibus ſtatutum, vt filij, nepotes, & poſteri hæreticorum ad nullam perſonalem dignitatem, munia publica, Eccleſiaſtica beneficia quoquo modo admittantur, cum in illud crimen, vt Religioni noxium, non modò Sacri Canones, ſed & leges Ciuiles pęnas iuſtiſſimè decernant. Pag. 409

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quinquageſ. tertiam.

NVnc ad Oppoſitionem. Ac primum gurges hic mendaciorum, horrendarum earumque blaſphemiarum hęreticalium, inde ſuam exorditur Oppoſitionem.

Pag. 410 *In eam tandem magnitudinem monſtrum hoc Papatus excreuerat, vt orbis Chriſtianus vix illi nutriendo ſatis eſſet.*

VErum cum vndique Oppoſitionem nobis producat, vbique gentium interceſſum eſſe, Imperatores, Reges, ac populos ſeſe progreſſui Pontificatus oppoſuiſſe doceat, mirum, qui in tantam magnitudinem excreuerit. Certè ſi fuiſſet ex hominibus Pontificatus, quod *monſtrum* appellat Impius hæreticus, inter Oppoſitiones, quos producit, vt reſpirare Papatum nunquam ſinat, facilè corruiſſet; verum quia ex Deo erat; ideò omnes machinæ bellicæ, Oppoſitiones Imperatorum, Regum, ac nationum, omnia conſilia humana non præualebunt aduerſus eum; quia conſilium Domini ſtabit, & portæ inferi non præualebunt aduerſus Eccleſiam Chriſti ſuper Petrum ædificatam. Pag. 410

Reformidabant in primis Principes, eorum cenſuras, non tàm religione ducti, quàm ne aut ſimplicior plebs his artibus ſubornaretur, aut auidiores vicini eo prætextu ad ſuam cupiditatem abuterentur.

EQuidem religioſi Principes cenſuras Pontificum in primis reformidarunt, cum probè ſcirent eis poteſtatem ligandi, & ſoluendi datam in terris, & quicquid ſoluerent ſuper terram, eſſe ſolutum, & in Cœlis, & quicquid ligarent ſuper terram, eſſe ligatum in Cęlis. 11. q. 3. Cap. 31. referuntur verba Chriſoſtomi homil. 4. ad cap. 2. Epiſt. ad Hebræos. *Nemo contemnat vincula Eccleſiaſtica. Non enim homo eſt, qui ligat, ſed Chriſtus, qui nobis hanc poteſtatem dedit, & dominos fecit tanti honoris:* & ibidem cap. 33. verba Diui Auguſtini: *Nihil debet ſic formidare Chriſtianus,* quàm

Cur in primis Principes timerent cenſuras Pontificum.

quàm ſeparari à corpore Chriſti. Si enim ſeparatur à corpore Chriſt, *non eſt membrum eius, non vegetatur ſpiritu eius; Quiſquis autem* (inquit Apoſtolus) *ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius*; & ibidē cap. 2. *Valde timenda eſt ſententia Epiſcopi, licet iniuſtè liget.* Qui igitur religione ducebantur, & ſciebant, quanti referat in corpore eſſe Eccleſiæ, ideò cenſuras Pontificum pertimeſcebant: quos verò nulla religio, aut Dei metus affecit, hi neque aliunde valde moti ſunt, vt cenſuras Pontificum reformidarent.

An D. Ludouicus ſe à Pontificum cenſuris vindicaverit.

Ex his, qui ſe aduersùs Pontificum cenſuras vindicarunt, profert nobis D. Ludouicum; in quem tamen vt cenſuris agerent, ne cogitarunt quidem vnquam Pontifices, quem nemo ſuo tempore religione, & obſeruantia erga ſacroſanctam Pontificum dignitatem præiuit. Sed de hoc iam alibi. Ex eius Pragmatica ſanctione hæc citat.

Pag. 410 *Item exactiones, & onera grauiſſima pecuniarum per Curiam Romanam Eccleſiæ Regni noſtri impoſitas, vel impoſita, quibus regnum noſtrum miſerabiliter depaupertatum extitit, ſiue etiam imponendas, vel imponenda leuari, aut colligi nullatenus volumus; niſi duntaxat pro rationabili, pia, & vrgentiſſima cauſa, vel ineuitabili neceſſitate, ac de ſpontaneo & expreſſo conſenſu noſtro, & ipſius Eccleſiæ regni noſtri.*

HÆc Sanctio Pragmatica S. Ludouici habetur Tom. 6. Bibliothecæ Sanctorum Patrum: vbi hæc verba minimè leguntur. Neſcio itaque, an genuina ſint ipſius Pragmaticæ Sanctionis verba, an verò aliunde addita. Verum id nihil facit contra authoritatem Pontificum; nam ſi exactiones illę videbantur immoderatæ, quas pro temporum neceſſitate Pontifices impoſuerant; certè conſtituit modum illis imponendum, neque id erat contrarium menti ipſorum Pontificum. Deinde cum conſentit, pro rationabili, pia, & vrgentiſſima cauſſa huiuſmodi exactiones fieri, & onera imponi Eccleſijs ſui Regni, profitetur apertè, Romanum Pontificem habere ius, & authoritatem in Eccleſias ſui Regni; nec enim aliter conſentiret, aut permitteret ſui Regni Eccleſias huiuſmodi exactionibus, & onerum impoſitioni conſentire.

Nunc ex Gallia in Angliam progreditur, vnde Epiſcopos nobis producit, qui Ruſtando Papæ legato exactiones vrgenti reſtiterunt.

Pag. 410 *Fulco Londinenſis Epiſcopus frequenti Concilio; Antequam* (inquit) *tantæ Eccleſiæ conſentiam ſeruituti, & iniuriæ, ab intolerabili oppreſſione, profectò decapitabor. Sequitur Epiſcopus Vuingornienſis alta voce, priuſquam tali ſubiaceat Eccleſia Sancta ſubuerſioni, ſuſpendio condēnabor etc.*

HÆc ex Mathęo Pariſio in Henrico 3. Anno 1221. Verum, vt idem teſtatur, Rex conſentiebat huiuſmodi exactionibus, & nonnulli Epiſcopi Angliæ quin ipſimet Epiſcopi Anglię, qui Legato reſiſtebant, appellabant ad præſentiam Papæ, qui ſinum refugij pandere habet omni oppreſſo, nec poterant ſibi perſuadere, Dominum Papam, qui procul dubio ſanctiſſimus eſſet, talibus conſentire enormitatibus: quem conſtabat eſſe ad tantum apicem diuinitus ſublimatum. Inde etiam producit Seuualum Archiepiſcopum Eboracenſem, qui excommunicatus fuerat à Papa Alexandro, qui quanto plus à Papa maledicebatur (inquit, tanto plus à populo benedicebatur, qui moriens in hæc verba eruperit: *Ante ſummum, & incorruptibilem iudicem ipſum Papam appello, & erunt mihi teſtes cælum, & terra, quàm iniuſtè impetiuit me &c.* Cui B. Edmundus dicere conſueuerit: *O Seuuale, Seuuale, Martyr ab hoc ſæculo tranſmigrabis, ferro, vel ſaltem grauibus, & inſuperabilibus in mundo tribulationibus impetitus, & trucidatus &c.*

Pag. 411 *De Seuuale Archiep. Eboracenſi*

Authoritatem Pontificis agnouit.

Verum hæc omnia ſcripſerit Matthæus Paris Author Pontificibus iniquus: ſed inde multa truncauit Mornæus, quę Pontificis authoritatem ex teſtimonio Seuuali manifeſtè confirmant. Nam in fine vitæ conſtitutus iunctis manibus, & in cœlum vultu intendens hæc dixiſſe legitur: *Domine Ieſu Chriſte, iudicum iuſtiſſime, nouit infallibile examen tuum, quàm Papa, quem ſupra Eccleſiam tuam conſtitui permiſiſti gubernandam, meam multipliciter fatigauit innocentiam &c.* Fatetur igitur, Papam rectorem eſſe Eccleſiæ vniuerſalis à Deo conſtitutum, & de ſententia Papę in eum: *Veruntamen* (inquit) *ne ex contemptu Papalis ſententia, quamuis iniuſta, fiat iuſta, humiliter poſtulo abſolui talibus vinculis irretitus &c.* Ergo iudicauit valde periculoſum animæ ſuæ, Papam, aut eius ſententiam contemnere: nec dubium, imminente morte eum ab eiuſmodi excommunicatione petiuiſſe abſolui.

Nicolaum Gallum nobis tertio loco producit.

Hic in Gallia ſub Gregorio decimo florebat in Occitanis natus, Carmelitanorum Prior generalis ſeptimus, qui corruptelarum pertæſus, quæ iam ordinem ſuum peruaſerant, antiquam eremum repetit, ibique vitam finit; Author ille libri, cui titulus, Ignea ſagitta; In quo Monachorum ſuæ ætatis, Mendicantium præſertim mores deſcribit, qui licet ab ortu recentes, in eam deprauationem venerant, vt in ſuis conuentibus, ſtudio- pag. 411

rum, exercitiorumue Chriſtianorum nulla iam mentio fieret, voluptati, & turpitudini tantùm incumberetur. Hos dum ab eremis in vrbes tranſeunt, ita degeneraſſe, vt præſentes & futuros ſeducant; In culpa verò Pontifices eſſe, qui nihil non illis, Eccleſiæ damno, ſalutis propria periculo indulgeant.

EQuidem Nicolaum Gallum fuiſſe ſeptimum priorem generalem Carmelitarum, & authorem libri, qui inſcribitur *Ignea ſagitta*, virum doctum, & ſanctum, qui abdicans ſe generalatu ad eremi quietem reuerſus ſit, vbi ad mortem vſque in Sancta conuerſatione perſeuerauit, author eſt Trithemius lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſt. ad annum 1270. Verum illi imponere Mornæum, neque in hunc modum ſcripſiſſe, quo illum citat, facilè mihi perſuadeo. Et Trithemius hæc de illo ſuo tractatu. *Scripſit inter alia opus lugubre, ſtatum ordinis ſui deplorans, cum è Terra Sancta fratres fuiſſent expulſi, quod prænotauit, Igneam ſagittam*: & de eodem Poſſeuinus in apparatu Sacro Tom. 2. *Scripſit librum quem Igneam Sagittam inſcripſit, flebilem deplorans ſui ordinis ſtatum, quod Aconenſi vrbe Orientis nobili à Saracenis expugnata, atque euerſa Monaſterium in Carmelo quatuor inde milliaribus ſitum, antiquitus fuerit ab eiſdem concrematum, Monachique interfecti, & is ordo ex oriente ablegatus.* Petrus Lucinus Carmelita in ſua Bibliotheca Carmelitana ſcribit, apud ſe extitiſſe librum illum elegantiſſimis impreſſum characteribus; qui ſi apud me extaret, equidem puto Mornæum impoſturæ manifeſtè conuincerem: & ille viuebat anno 1270. quo ſcribere non poterat, Mendicantes in tantam deprauationem veniſſe, & in ſuis conuentibus ſtudiorum, & exercitiorum Chriſtianorum nullam mentionem factam eſſe, voluptati ſolum & turpitudini incubuiſſe; immò tum temporis multi præclari viri & ſanctitate, ac doctrina inſignes inter Mendicantes vixere.

Mornæum imponere Nicolao Gallo, veriſimile eſt.

Eliæ illius Rubei Angli in Monachos, Epiſcopos, & Curiam Romanam, aut etiam Nicolai de Biberach Germani maledicentias nihil moramur: & Arnoldū de Villanoua tanti facimus, quanti Mornæum. Illius hæreſes recenſentur à fratre Eymerico in Directorio Inquiſitorum, à Prateolo verbo: *Arnoldus de Villanoua*, & ab aliis. Docebat, naturam humanam à verbo aſſumptam Deo eſſe æqualem in omnibus bonis ſuis, adeo vt tanta ſit humanitas Chriſti, quanta eſt eius Diuinitas, & tantum poſſit, & valeat. Neſcio an Mornæus illi in hoc ſuffragetur. Dicebat præterea, quod Deus nunquam comminatus ſit peccantibus æternam damnationem, ſed iis ſolum, qui ſunt aliis malo exemplo, & offenſioni. Dicebat & anno ab incarnatione Domini 1335. mundi finem futurum eſſe. Quorſum igitur Mornæus phanaticum illum hæreticum nobis opponit, quòd diceret Diabolum feciſſe aberrare totum populum Chriſtianum à veritate Ieſu Chriſti: quod fides, quam iam habent Chriſtiani, talis eſt, qualis Dæmonum (Si intelligatur de fide Mornæi, propoſitio eſt veriſſima) Item omnes Clauſtrales ſunt extra charitatem, & damnantur. Eiuſdem rationis eſt, quod Sacrificium altaris damnabat. Hæc nimirum omnia docebat, quia hæreticus, quemadmodum, & Mornæus, quia homo à Deo reprobatus, & peruerſus hæreticus, multos nefandos errores ſcribit, & in multas blaſphemias prorumpit in ſuo *Myſterio iniquitatis*.

Errores Arnaldi de Villanoua.

Nunc aliam oppoſitionem ex Germania producit ſub Honorio quarto Pontifice.

Mittit ille Ioannem Epiſcopum Tuſculanum Cardinalem ad Rodolphum Cæſarem rogandi ſpecie, vt in Italiam coronam ſuſcepturus veniat, quamuis id minimè cuperet. Pag. 411

LOngè tamen aliud indicat Auentinus, ſignificat enim apertè, id deſideraſſe Honorium vt Rodolphus in Italiam veniret, his verbis. *Honorius quartus Germanorum amantior Ioannem Epiſcopū Tuſculanum Flaminem Romanum in Germaniam Legatione ſuſcepta proficiſci iubet, poſtulatum, vt Cæſar cum exercitu Romam petat, Auguſti cognomen, ſuſcipiat, & Campaniam, Apuliam, Calabriam, Siciliam, pulſis Gallis, & Hiſpanis, Imperio, atque Germaniæ aſſerat.* Et vbi ſubiungit præcedentibus Mornæus.

Honorius verò deſiderauit vt Rodolphus in Italiam veniret.

Ab omni Clero per quinque annos, prouentuum ſuorum quadrantem poſtulat; ſeculares pariter, & regulares complexus, etiam virginum Abbatias. Itaque conuenitur Virtsburgi, ibique explicantur diplomata &c. Pag. 412

ITa ſcribit Auentinus: *Monachi, Sacerdotes, Fæmina Sacrata, Pontifices maiores, minores militibus ſtipendia, nimirum quartas quinquennales omnium rerum ſuarum contribuant. Has ob cauſas Cæſar, & Sacrificus Romanus VVirzburgij altero, & vigeſimo die Quadrageſimæ cogunt cætum Eccleſiaſticum.* Vnde conſtat, Honorium non in gratiam ſui, ſed Rodolphi Imperatoris exegiſſe huiuſmodi quartam prouentuum. De hoc conuentu Vuirtsburgenſi hæc habent Annales Dominicanorū Colmarienſiū anno 1287. *Legatus à latere Domini Papæ miſſus, Conciliū 17. Kal. Aprilis celebrare voluiſſet; ſed per appellationē Epiſcopi Coloniēſis, et Epiſcopi Tullenſis, Probi nomine, ordinis Minorum, fuit totaliter interruptum*; Poſtea de excommunicatione Probi. *Epiſcopus Probus nomine, ordinis Minorum, fuit excommunicatus in Argentina in Dedicatione Eccleſiæ Maioris à Gordiano ordinis Fratrum Minorum*, & Nauclerus Generat. 43. vol. 2. anno 1287. *Honorius quartus miſit in*

Quid Honorius exegerit in Germania, & in cuius gratiam.

De Conuentu VVirtsburgenſi.

Epiſcopus Probus excommunicatur.

Ale-

Alemaniam Legatum à latere Cardinalem Tuſculanum, qui in Herbipoli præſente Rege Rodolpho vocauit Concilium, & quartam partem omnium prouentuum per quatuor annos poſtulauit. Multis ergo Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Prælatis trementibus ſurrexit Probus Epiſcopus Tullenſis Ordinis Fratrum Minorum, de Tubinga oriundus, & ſtans ſuper Baptiſterium nouiter in Eccleſia Herbipolenſi ædificatum, pro omnibus appellauit. Idque factum eſt in medio Quadrageſimæ. Poſt: *Idem Probus poſtea ab Epiſcopatu deiectus eſt.* Cuius tamen orationem, qua perſtrinxit Curiam Romanam, & *Romuli Vultures* appellat, quæ legitur apud Auentinum, & inde exſcribitur a Mornæo, magis confictam ab Auentino more oratorio, quam ab eo Præſule illis verbis habitam puto. Quod ſi tanta inſolentia vſus, & tam apertè in eo conuentu refractarius fuit Probus Tulleuſis; verum & ob eam contumaciam de Epiſcopatu meritò videtur deiectus.

Viſum eſt Mornæo, & hoc loco meminiſſe contentionis, quę ſub Alexãdro quarto prodijt, Theologorũ Pariſienſium cum Mendicantibus.

Pag.414 *Qui ex Phariſæis* (inquit) *Pontificum Publicani facti, Paſtorum ordinariorum Maſtiges, omnium vniuerſitatum perturbatores.*

His enim egregijs hominibus, & titulis pro more ſuo eos exornat. Sed iuxta conſilium Apoſtoli maledicimur, & benedicimus, blaſphemamur, & obſecramus, perſecutionem patimur, & ſuſtinemus. Sed qui veriùs Paſtorum ordinariorum Maſtiges, quam qui in eos tanta inhumanitate ſæuierunt, eiſdem necem crudeliſſimam attulerunt Mornæus, & ſui commilitones? An vero vnquam Epiſcoporum, vel Paſtorum ordinariorum officium vſurparunt à ſua inſtitutione Fratres Mendicantes? Et impoſtor eſt Morneus, vt ſupra iam oſtendimus, cũ diceret illos ob theſes quaſdam hereticas repræhenſos, damnatoſq; fuiſſe. Tribuit & Mendicantibus, Dominicanis præſertim, librum

Nouatores Paſtorum ordinariorum maſtiges.

Euangelium æternum, inſcriptum, *cuius ſpecie, conſilium illis, ſacrum illud Domini noſtri ſepelire.*

Citat Authorem ſuum Matthæum Pariſium. De hoc libro ita Platina, in Alexandro quarto: *Combuſſit etiam, vidente Curia Romana, libellum peſtiferum, quo author aſſerebat, ſtatum gratiæ non à lege Euangelij, ſed à lege ſpiritus procedere: quæ opinio ex libris Ioachimi Abbatis ſumpta dicebatur. Hic autem liber à ſectatoribus, Euangelium æternum dicebatur.* Proferat Mornæus, qui ex Mendicantibus, Dominicanis præcipuè, hanc opinionem vnquam ſecutus ſit. Certè D. Thomas verè Angelicus Doctor, in cuius verba, & doctrinam iurant, omninò contrarium docet, 1. 2. q. 106. artic. 4. Ante D. Thomam, qui ex eo ordine, vel alijs Mendicantium hanc doctrinam tradiderit, citet nobis Authores. Matthæus Paris ſcribit, Pontificem præcepiſſe, vt liber ille, quem *Euangelium æternum* nominant, ſecretò, & ſi fieri poſſet, ſine Fratrum ſcandalo combureretur: at Platina, *vidente Curia Romana*, combuſtum fuiſſe ſcribit. Et ſcribunt Matthæus Paris, & Mornæus, Alexandrum quartum, Mendicantibus contra detractores ſuos fauiſſe, pro eiſque pronunciaſſe ſententiam; quomodo verò illis tam impensè fauiſſet, ſi illius libri, quem vt hæreticum condemnauit, & publicè comburi iuſſit, authores fuiſſent?

De libro quem Morneus tribuit Mendicantibus

Producit ex eodem Matthæo Pariſio Doctores aliquot vniuerſitatis Pariſienſis, qui Romam Alexandrum adierint contra Mendicantes. Verum & illi condemnati ſunt a Pontifice, ac inter cæteros Gulielmus ille de S. Amore Mendicantum acerbiſſimus hoſtis, Doctoratu priuatus. Platina in vita ipſius Alexandri. *Libellos quoſdam contra paupertatem editos à quodam Gulielmo de Sancto Amore, perpetuo Edicto aboleuit. Affirmabat enim vir ille pernicioſus, pauperes religioni deditos, elemoſynis viuentes, non eſſe in ſtatu ſalutis.* De eodem legi poteſt S. Antoninus 3. part. Chronici tit. 19. cap. 7. tit. 23. cap. 5. §. 1. Si igitur non vniuerſitas Pariſienſis quidem, ſed Doctores quidam priuati præ liuore ac odio ſeſe eis a principio oppoſuerunt, & eos multis calumnijs onerarunt; at tandem ſuccubuerunt, & auditis vtrinq; rationibus, condemnatus Gulielmus de Sancto Amore cum ſuis, & ſtatus Mendicantium ſententia Pontificis approbatus, ac confirmatus. Succubuerat Gulielmus ille de Sancto Amore; alterum igitur bellum quaſi redintegratur. Producit Ioannem de Poliaco Gulielmi diſcipulum, item Laurentium Anglum, qui

Gulielmus de S. Amore Mendicantiũ hoſtis.

Has Theſes (inquit) *publicè in Sorbona defendunt.* Pag.416

Sed nego, vnquam publicè à quoquam defenſas fuiſſe Theſes Gulielmi de Sancto Amore, maximè vbi ab Alexandro Pontifice ſunt reprobatæ. Contra Ioannem de Poliaco extat Ioannis 22. extrauagans, quæ incipit: *Vas electionis*, qua tres eius errores condemnat. Aſſerebat autem ille primò, quod confeſſi Fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confeſſiones, tenentur eadem peccata, quæ prius confeſſi fuerant, iterum confiteri proprio Sacerdoti. Secundò, quod ſtante *Omnis vtriuſque ſexus* Edicto, in Concilio Generali Romanus Pontifex non poteſt facere, quod Parochiani non teneantur omnia peccata ſua ſemel in anno proprio Sacerdoti cõfiteri, quem dicit eſſe Parochialem Curatum, immò nec Deus poſſet hoc facere, quia, vt dicebat, implicat contradictionem. Tertiò, quod Papa non poteſt dare poteſtatem generalem audiẽdi confeſſionem, immò nec Deus, quin confeſſus habenti licentiam, teneatur eadem confiteri proprio Sacerdoti; quem dicit eſſe proprium Curatum. Verum ille a ſententia deductus eſt, & iuſſus palinodiam canere.

Theſes huius Gulielmus publicè à nullo defenſæ.

Errores Ioannis de Poliaco damnati.

Contra Gulielmum de Sancto Amore damnantem ſtatum Mendicantium, ſcripſerat S. Thomas, S. Bonauentura, & alij.

Qua

Digitized by Google

Pag.416 *Qua ratione* (inquit Mornæus) *vera Theologia ſophiſticæ ſuccubuit, Ariſtoteli Paulus; Mendicantes vero exinde ſcholas Theologiæ inuadunt, Iuriſprudentium pulpita Canoniſtæ, vt ad Gratianum, & Lombardum reductis omnibus de Sacra Scriptura in ſcholis ſit altum ſilentium.*

HIc tanquam cæcus de coloribus iudicat, qui Sacræ Theologiæ myſteria ne à limine quidem ſalutauit, neque, quid doceat S. Thomas, S. Bonauentura, alijque ſcholaſtici, & quàm miro compendio, aptaque methodo complectantur omnia ſacra myſteria, quæ in Scripturis diuinis, ſacris Concilijs, & à Sanctis Patribus nobis traduntur, intelligit. Nam certè volunt illi, Philoſophiam ſubſeruire Theologiæ. D. Thomas 1.p.q.1.art.8. vbi quærit, An Theologia ſit argumentatiua. *Cùm gratia* (inquit in reſponſione ad ſecundum) *non tollat naturam, ſed perficiat; oportet quod naturalis ratio ſubſeruiat fidei; ſicut & naturalis inclinatio voluntatis obſequitur charitati. Vnde & Apoſtolus dicit 2. ad Corint. 10. in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. Et inde eſt, quod etiam authoritatibus Philoſophorum ſacra doctrina vtitur, vbi per rationem naturalem veritatem cognoſcere poterunt, ſicut Paulus Act. 17. inducit verbum Arati, dicens: ſicut & quidam Poetarum veſtrorum dixerunt, genus Dei ſumus. Sed tamen ſacra doctrina huiuſmodi authoritatibus vtitur quaſi extraneis argumentis, & probabilibus. Authoritatibus autem Canonicæ Scripturæ vtitur propriè ex neceſſitate argumentando. Authoritatibus autem aliorum Doctorum Eccleſiæ, quaſi arguendo ex proprijs, ſed probabiliter. Innititur enim fides noſtra reuelationi Apoſtolis, & Prophetis factæ, qui Canonicos libros ſcripſerunt.* An igitur Theologia à Diuo Thoma, & alijs ſcholaſticis tradita, ſophiſtica eſt? An in ea Ariſtoteli cedit Paulus, aut de Sacra Scriptura in Scholis Theologorum altum ſilentium? Non dubium, quin magnus ſit vſus Philoſophiæ ipſis Theologis. Quemadmodum enim Dauid Goliath ſuo ipſius gladio interfecit: ita Theologi ex ipſamet Philoſophia Philoſophorũ errores ſubuertunt, confundunt, & iugulant. Id ſignificatum per vaſa aurea, & argentea Ægyptiorum, quæ Hebræi ab eis abſtulerunt, & tanquam ſua ſibi vindicarunt: Sic quicquid in Philoſophia verũ, id nobis iure debetur. Deuteron. 21. Si quam alienigenam Hebręus iure belli cepiſſet, poterat eam ducere in vxorem, priùs reſecatis vnguibus, & crinibus; Docet D. Hieronymus per alienigenam, Philoſophiam ſignificari, qua non priùs vti debemus, quàm reſecemus vngues, & capillos, id eſt quicquid in ea eſt mortuum, inane, & à veritate alienum. Docent præterea Theologi, nullum poſſe argumentum adferri cõtra fidem, quod à Theologis clarè, & perſpicuè ſolui non poſſit. Verùm inſipidus iſte hæc non intelligit,

Philoſophia Theologiæ ſubſeruit.

qui vult, ita à Mẽdicantibus tradi Theologiam, vt Sophiſticæ ſuccumbat, ac Ariſtoteli Paulus. Annon verò & apud Mendicantes, & in Scholis Theologorum Sacra Scriptura legitur, & ipſe Diuus Thomas, alijque Scholaſtici Sacræ Scripturæ libros doctiſſimè ſunt interpretati? quomodo igitur iam in ſcholis de Sacra Scriptura altum ſilentium? Inſcriptiones librorum Theologiæ à Scholaſticis editorum ridet iſte,

Summæ, Repertoria, Quodlibeta, Roſaria, Legendæ, Specula &c.

SEd nos iſtas nugas, ac cachinnos non pluris, quam Simias, facimus.

Subijcit de Michaele Palæologo, qui Ioannem Beccum Patriarcham eò adegerat, vt conſentiret Epiſcopi Romani primatui. Pag.416

Quem Michaele vix vita functo Epiſcopi Græciæ vno conſenſu deponunt, alium in eius locum creant, & quicquid in libertatis ſuæ fraudem in Concilio Lugdunenſi decretum, deteſtantur; adeò, vt vniuerſus regionis Clerus ea re indignatus, Michaelem in loco ſacro ſepeliri, ne quicquam inſtante Andronico eius filio, prohiberet.

HInc licet animaduertere, quanta fuerit ſemper leuitas, & inconſtantia Græcorum, qui toties in Concilijs Oecuminicis veritate ipſa conuicti ſchiſmati ſuo renunciarint, ſed tamen ad priſtinum ingenium poſtea redierint.

Quod attinet ad Ioannem Beccum; Imperatorio quidem (vt eſt apud Nicephorum Gregoram lib. 5.) Decreto de aſſerendo Romani Pontificis primatu cum ille aduerſaretur, nihil non tentauit Imperator tàm per ſeipſum, quam per alios eruditos, vt eruditis, & legitimis rationibus eũ adduceret, vt Decreto aſſentiretur; quin & eum, omneque genus eius in teterrimos carceres coniecit. Verùm ille tandem mutauit ſententiam, qui prius Latinis acriter aduerſatus fuerat, non certè ad id leuitate animi motus; verùm cum Imperator ad eum miſiſſet ſcripta Nicephori Blemmydę diuinarũm literarum peritiſſimi, qui ante viginti quinque annos, cùm ſe in otium contuliſſet, multa è Sacra Scriptura teſtimonia, quæ dogma Latinorum confirmare viderentur, collegerat, ac conſcripſerat; Sanctorum libros, è quibus ea collegerat Blemmydes, poſtulauit, quibus acceptis diligenter illos legere, expendere, & ad verbum conferre cœpit, atque breui tempore eum teſtimoniorum aceruum coegit, quæ integra volumina complere poſſent. Sic igitur Latinorum dogma, quibus antea tàm acriter aduerſabatur, amplexus eſt, & Patriarchali ſede conſcenſa Imperatori vnus fuit omnia, & lingua, & manus, & acuti ſcriptoris calamus. Hæc Nicephorus Gregoras. *Michaele Palæologo vita*

Ioãnes Beccus in Latinorũ ſententiam venit quo pacto.

functo

Digitized by Google

unƈto Andronicus filius patrem Imperatoria epultura adeò non honorauit, vt ne plebeia quidem ſit dignatus. In cauſſa erat (ait idem Author) *quod dum viueret, à recta Eccleſiæ doctrina deſciuiſſet*, hoc eſt Latinorum dogmata fuiſſet amplexatus. Ita vero ſcripſit Gregoras, quia Græcus & ſchiſmaſticus erat, & Andronicus, ac Græci poſt mortem Michaelis Imperatoris ab obedientia, & fide Sanctæ Romanæ Eccleſiæ deſciuerant, & Mornæus longè propenſiorem ſe oſtendit in errorem Græcorum, quam in dogma Latinorum de proceſſione Spiritus Sancti à Filio, vt à Patre.

ANTIDOTVM

Contra progreſſum quinquageſ. quartum.

Nicolaus 4. Honorio 4. ſuccedit.

ANno ſalutis 1288. Nicolaus IV. patria Aſculanus, Hieronimus antea vocatus, Ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis apud S. Sabinam, decimo menſe poſt mortem Honorij IV. Pontifex creatur. Platina eum commendat, quòd quoſdam Cardinales creauit ex omni ferè Religione. *Omnes enim pariter amabat: nec plus ſe debere affinibus, & cognatis, quàm cuiuis bono arbitrabatur. Virtutes, & vitia faciebant, vt in hunc magis, quàm in illum inclinaret.* Cum res Chriſtianorum in Oriente peſſimè ſuccederent (nam Sultanus Ægypti Tripolim, Sidonem, Tyrum, & quicquid Chriſtiani priùs multo ſanguine, & armis a Sarracenis receperant, recuperauit,) non deſtitit Pontifex diſſidentes inter ſe Chriſtianos Principes hortari ad pacem inter ſe componendam, & ad ſubſidium Chriſtianis in Aſia laborantibus mittendum. Reſtabat Ptolemais in annos duos inducias à Soldano conſecuta. Hanc vt tueretur Nicolaus, milites ad vexillum Chriſti vocat, ære ſuo conductos. Hi ad mille & quingenti fuere: quos poſtea multi nullo dato nomine, nullis ſignis, aut auſpicijs ſecuti cum Ptolemaidem perueniſſent, non minora Chriſtianis, quàm Sarracenis damna intulere. Mornæus, cui non alia inſtituta ratio, quàm Pontificum omnia facta in deterius interpretari.

Quæ is in ſubſidium Chriſtianorum in Oriente.

Pag. 417 *Importunè* (inquit) *adeo & temerè, vt primo ſuo impetu in Chriſtianos conuerſo ſtrage, rapinis, adulterijs, ſtupris, incendijs, omnia complerent; mox verò inducias cum Soldano pactas, quo tempore maximè neceſſariæ, non expectatis nouis copijs, abrumperent; Et hoc primum Nicolai erratum* (inquit) *Hiſtoria eius temporis agnoſcit.*

AT verò non erat hæc mens Pontificis ære ſuo milites conducere, vt Chriſtianis damna inferrent, verùm vt eis ſubſidio eſſent, & Sarracenos hoſtes perſequerentur: neque ſi aliqua damna Chriſtianis intulerunt, ea Pontifici aſcribi debent. Mornæus

Et hoc primum Nicolai erratum Hiſtoria eius temporis agnoſcit. Alterum addit, quod vnicam ſui Pontificatus felicitatem labefactauit; Carolo namque ſecundo gratificari cupiens, pacem interrupit, quam ille & Arago conſtituerant &c. Pag. 417

PRimùm quidem non probauit conditiones pacis inter Carolum claudum, Siciliæ Regem, ſuperioris Caroli filium, & Iacobum Aragonium, quòd iniuſſu ſuo pactas diceret; immò Carolum Apuliæ, Siciliæque Regem coronauit. Verùm poſtea quod id è re Chriſtiana eſſet, iiſdem conditionibus, quibus antea conuenerat, pax inter eos redintegrata. Vita deceſſit anno 1292. cum ſediſſet annos 4. menſem 1. dies 14. Scribit Mornæus ex Krantzio lib. 8. Saxoniæ cap. 35. eum etiam in morte Papatum in Ordine Minorum perennare conatum. Verum neque Krantzius loco citato à Mornæo id probabile putat: *Mira res* (inquit) *ſi vera relatio*. Poſt: *Egardum quendam Annalium Scriptorem eius rei tradunt authorem; Sed apud Italos Scriptores totum ſuper ea re ſilentium agitur.* Et meritò quidem, nam certè fabuloſa eſt hæc narratio, & ridicula, *vſque ad tempora Sixti 4. Occultum in Fratribus Minoribus fuiſſe Papam, qui in perſona eius defecerit, cùm in manifeſtum Pontificem aſſumeretur*: Et idẽ lib. 9. Metropolis cap. 1. de eodem Pontifice loquens: *Fabula* (inquit) *de illo mirabilis remanſit, quod exauƈthorauerit omnes Cardinales, & Fratres ſui Ordinis ſubſtituerit. Sed ego relinquo in medio;* vt intelligamus, quod ſit Krantzij ea de re iudicium, quo vno Authore nititur Mornæus. Pag. 417

Nicolaum IV. conatũ perennare Papatũ in Minoribus Krãtzio fabuloſũ eſt.

Et hæc Epocha iam veſana ambitione inſignis, etiam in morte, & poſt mortem, digna, in quam hic progreſſus deſinat. Pag. 418

ET rectè quidem; nam Progreſſus, & Oppoſitiones Myſterij ſui iniquitatis in huiuſmodi mendacia, & nugas deſinunt. Nunc ad Oppoſitionem.

ANTI-

Digitized by Google

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quinquageſ. quartam.

Pag.418 *Sub Nicolao* (inquit) *renouatur in Gallia contra Mendicantes Cleri quarimonia, Ordinarios ab iſtis ſupplantari quiritantis, adſtipulante Pariſienſi vniuerſitate &c.*

CItat Godefridum de Fontibus, Sorbonæ tũ Doctorem, ex eodem orationem Bituricẽſis Archiepiſcopi *de Charitate*, qua de Monachis conqueritur, quod inuitis Epiſcopis prædicaret per ſingulas Diœceſes, & confeſſiones audirent, dicentes, ſe ſuper hoc priuilegijs Papalibus eſſe munitos.

Pag.418 *Surgit poſtea* (inquit) *Ambianenſis Epiſcopus, & multis rationibus exponit, veriſimile non videri, eum fuiſſe animum Pontificum, vt priuilegia Mendicantibus conceſſa, ſuis fraudem facerent, Decretali præſertim Innocentij tertij; Omnis vtriuſque ſexus &c.*

VErùm hic nullo modo opponit ſe Romani Pontificis authoritati, neque negat, Mendicantium ordines potuiſſe à Romana Eccleſia approbari, & confirmari, ac multis priuilegijs muniri; ſed tantùm veriſimile non iudicauit, eũ fuiſſe Pontificibus animum, vt priuilegia Mendicantium ſuis eſſent fraudi, & damno. S. Antoninus 3.p. Chron. tit. 23. cap. 5. §. 1. non diffitetur, Mendicantium ordines ab initio multas vexationes habuiſſe à Prælatis, & Clericis Sæcularibus; *Nec ceſſant adhuc* (inquit) *æmulationes, & moleſtiæ Prælatorum Sæcularium contra Mendicantes, ſed frequenter noua cuduntur cõtra eos. Propter quod neceſſe fuit Summos Pontifices multis priuilegijs, & exemptionibus eos communire, vt quieti eorum prouideretur, ne ita abſorberentur à faſtu, & cupiditate eorum, & præcipuè vltra alpinorum.* Recenſitis poſtea eorum priuilegijs ſubiungit: *Verùm quia in proceſſu temporis ipſi Mendicantes, ſeu aliqui ex eis inſolentes cœperunt aliqua agere, quæ minus erant in venerationem Prælatorum, & damnum Clericorum; Eccleſia aliquibus conſtitutionibus repreſſit audaciam, & temeritatem illorum, & tanquam pia Mater ſtatuit, quæ ad pacem habendam, & nutriendam, & conſeruandam proficere poſſent, & fraterna dilectione vtroſque tueri:* Et ſubiungit, quę à Pontificibus hanc ob cauſſam ſunt conſtituta; vt intelligamus, Pontifices Romanos multa quidem priuilegia Mendicantibus conceſſiſſe; non tamen vt eis inſuperbirent, aut Epiſcoporum authoritatem contemnerent, ac deprimerent. Verùm Doctor ille, quem citat Aduerſarius, Godifredus de Fontibus, debebat infeſtus eſſe Mendicantibus; ideoque pro arbitrio fingit quęrimonias eorum Prælatorum in Mendicantes; vnde tamen nihil conſequitur Mornæus: neque ab ordinarijs abrogari poterant priuilegia, quæ viſum eſt Summis Pontificibus Mendicantibus ipſis concedere.

Mendicantium ordines multas ab initio vexationes paſſi.

Proinde multis priuilegijs à Põtificibus muniti.

Idem poſtea ipſos repreſſerũt.

Proſequitur.

Pag.419 *At Germania neglectis ramuſculis ſecurim ad radicem apponit* (ramuſculos Mendicantes, radicem, Summum Pontificem intelligẽs) *Præceperat* (inquit) *omnibus Germaniæ Archiepiſcopis Nicolaus, Synodum quiſque in ſua Prouincia haberet, ibique recuperandæ Palæſtinæ prætextu decimas toties perabuſum extortas, et interuerſas depoſcebat etc.*

HÆc quidem ex Auentino: cuius verba fideliter referenda erant, ſic enim habet lib. 7. Annal. Boior. ad annum 1291. *Nicolaus Pontifex maximus omnes Archimyſtas Germaniæ, quemque cum ſuis Collegis in ſua Prouincia Concilia habere iubet. Ab his rurſus conſilium ſimul, & auxilium petit, quo Palæſtina armis recuperari poſſit.* Vbi primum obſeruandum, non ſe oppoſuiſſe Pontifici Archiepiſcopos, vt dicerent, nullam eſſe eius ad cogenda Concilia Epiſcoporum in Germania authoritatem; cum Saliſburgenſis, vt ſubiungit Mornæus, tum ſuos ſuffraganeos conuocarit. Nec recuperandæ Palæſtinæ mentio fuit prætextus, ab eis decimas per abuſum extorquendi; nam conſtat, tum maximè Chriſtianos in Oriente opus habuiſſe ſubſidio, & Sultanum Aegypti tùm præcipua Chriſtianorum loca occupaſſe: qui omnes ad auxilium illis ferendum animaret, vnius erat Romani Pontificis, more prædeceſſorum ſuorum, officium. Si ſuffraganei illi reſponderunt, *ſe tot extra ordinem tributis attritos & exinanitos*; propria certè commoda ſpectabant; vbi Pontifex Reipublicæ Chriſtianæ conſulere, ab eaque damna à Barbaris imminentia, licet cum aliquo incommodo priuatorum, arcere volebat: & illi quidem ſe tot extra ordinem tributis attritos, & exinanitos, reſponderunt; non negant tamen Pontificem, vbi cauſſa ſubeſt iuſta, poſſe onera, & exactiones Eccleſijs imponere. Non igitur *ſecurim ad radicem apponunt.*

Cõcilia in Germania haberi iubet Nicolaus ad quid.

Archiepiſcopi Germaniæ ſe Pontificis authoritati non opponunt.

Ex eodem Auentino citat nobis Oppoſitionem Meinardi Comitis Tyrolenſis, cui duas ob cauſſas potiſſimum ſacris iuſſu Pontificis interdictum Pag.419

dictum

De Meinardo Comite Tyrolenſi interdicto, & excommunicato à Nicolao Pon. & poſtea ſoluto à Cœleſtino.

dictum eſt. Tridentini Epiſcopi Caſtella occuparat, viqùe obtinebat, Henricum ius Pontificium profitentem Epiſcopum Tridentinũ continuis attriuit bellis, cedereque Epiſcopatu compulit. Hoc mortuo Nicolaus Pontifex Rom. Franciſcanus Religione, Philippo Mantuano, ſui Ordinis viro, eundem Epiſcopatum tradit, hocque inſtigante Meinardus diris deuotus eſt. Igitur & iniuriam ſibi a Sanctiſſimis illis Patribus fieri, vociferatur, Edicto publico obnunciat, crimina obiecta diluit. Apologiam eius ex Auentino totidem verbis ſubijcit Mornæus, quã multis contumelijs ipſos Epiſcopos onerat. Sed quid mirum, ſi homo male animatus erga ſacrum Epiſcoporum ordinem eos ita exagitet. Annon verò iuſtiſſimæ illæ fuerunt cauſſæ eum anathemati ſubijciendi, quas producit Auentinus? Meinardus interim à Cæleſtino S. Nicolai ſucceſſore, anathemate ſolutus eſt; igitur & ligandi, & ſoluendi ſui poteſtatem habere Romanum Pontificem, haud dubiè agnouit: & cum iniquum ſibi ſua Apologia Nicolaum Pontificem conquereretur; non ad alium tamen, quàm ad Romanum Pontificem, prouocauit: *Proinde à ſano, & nobis iniquo Pontifice ad æquum Paſtorem, & pientiſſimum patrem prouoco*. Sed iniquus ille, qui bona Epiſcoporum iniuſtè vi occupabat, eoſque bellis atterebat; non Pontifex, qui eum iuſtè anathemati ſubiecerat.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum quinquageſ. quintum.

Cæleſtinus V. Pontifex quomodo electus.

VIta functo Nicolao IV. Pontifice anno 1292. ex diſcordia Cardinalium vacauit ſedes annis 2. menſibus 3. diebus 2. ex Onuphrio. Sed tandem anno 1294. Eligitur Papa Petrus Moronus dictus Cęleſtinus V. Anachoreta, vir ſanctiſſimæ vitæ, ſecundo à Sulmona miliario tum Cęnobium incolens. Mornęus.

Pag. 420 *Si ſtellæ credimus, in contemptum & ludibrium electus.*

IMmò ſi Trithemio credimus, diuina ordinatione tunc creditum eſt, factam eſſe illam electionem. Vt Nauclerus ſcribit volum. 2. generat. 44. ad ſupradictum annum; *In hoc tandem Cardinales conuenerunt non eligere aliquem de Collegio. electus eſt itaque* Petrus Moronus, *Carolo Rege & Latino Cardinale inſtantibus*. Non itaque in ludibrium, & contemptum.

Poſt electionem ſuam Aquilam profectus, eò ſtatim omnes Cardinales ad ſe inuitat: illuc profecti Cœleſtinum ipſum, vt verum Pontificem adorant. Eius coronationi ſcribuntur interfuiſſe ducenta hominum millia; quomodo igitur per ludibrium electus? Nec dubium, electionem illam legitimam, & Sacris Canonibus conſentaneam fuiſſe. Verum cum rebus adminiſtrandis parum eſſet idoneus, de eius abrogatione mentio fieri cæpta, maximè Latino Cardinale viro optimo, cuius authoritate Cęleſtinus tantum opus ſuſtinebat, mortuo. In primis verò (Platina in Cæleſtino V. Et Nauclerus, Generat. 44. anno 1294.) eum vrgebat Benedictus Caietanus Cardinalis, vir in iure Ciuili, & Canonico peritiſſimus, ac vafer, & qui primum locum apud eum habebat, vt ſe Pontificatu abdicaret, ne Eccleſia Dei ob eius imperitiam periclitaretur: itidem alij Cardinales vehementer inſtabant, vt id quamprimùm ageret, propoſito Reipublicæ Chriſtianæ diſcrimine, quod ſua ignoratione imminere omnium ceruicibus oſtendebant, affirmantes, omnia tum ſuccedentia mala, in die iudicij ſibi imputatum iri; quibus verbis motus vir Sanctus, & ſimplex, futurum ſe in eorum poteſtate, dixit; modò id iure fieri poſſet; nec Rex Carolus ab ea cogitatione animum eius amouere conatus, quidquam profecit, clamante etiam vbique locorum populo, ſe nolle alium Pontificem, quàm Cęleſtinum, idque ab eodem Pontifice precibus, & obſecrationibus contendente; cum ille reſponderet, ſe nihil aliud eſſe facturum, quàm quod Deus vellet, quodque ipſe è re Chriſtiana eſſe iudicaret. Conſtitutione igitur ex omnium Cardinalium conſenſu facta, licere Pontifici ſeſe abdicare Pontificatu ſponte, renunciauit menſe ſexto ſui Pontificatus: de quo Æmilius, lib. 8. in Philippo 4. & Pulchro 45. *Nemo tam cupide accepit ſummum decus, quàm ille depoſuit, vir ſanctus; & dignior naſcente, quàm conſeneſcente Chriſtiana pietate*. Hanc conſtitutionem Bonifacius VIII. eius ſucceſſor poſtea in librum ſextum Decretalium retulit tit. de *Renunciatione*, & incipit. *Quoniam aliqui*. Idque anno 1298. Cęleſtino iam mortuo. Falſum igitur, quod ex Thoma Vualſinghan, & Auentino ſcribit Mornæus, Bonifacium, Cęleſtino mortuo, abrogato priore Decreto Pontificatui renunciare, nefas ſtatuiſſe inexpiabile. Aegidius Romanus Theologus eo tempore doctiſſimus, librum de Renunciatione Papæ edidit contra eos, qui impugnare volebãt Pontificatum Bonifacij VIII. eo innixi fundamento, quod Cæleſtino non licuiſſet Papatui renunciare, & oſtendit, Papam cedere poſſe Pontificatui, & argumentis in contrarium reſpondet. Cæleſtinus ſanctitate claruit, & miraculis, ac decimo ſeptimo, poſt eius obitum, anno à Clemente V. Auenione ſedente, in Sanctorum numerum eſt relatus.

Sollicitatur vt Papatui renunciet.

Quid ipſe.

Papatui renunciat.

Auentini, & Thomæ Vualſinghan falſitas de Bonifacio 8.

Cæleſtinus V. in Sanctorum numerum relatus.

Abdicante ſe Cęleſtino Pontificatu, ſuffectus eſt in eius locum Benedictus Caietanus Cardinalis, patria Anagninus, dictus Bonifacius VIII. Examinanda itaque, quæ de eius Pontificatu ſcribit Aduerſarius.

Bonifacius VIII. Pontifex.

Digitized by Google

Pag.421 *Inſignis* (inquit) *omni violentiæ genere eius Pontificatus, vt non immeritò Langius Monachus Citicenſis* (ad annum 1295.) *dicat, Leonina mente tyrannizans, magis quam papiſſans, vniuerſo orbi metum ſui, & terrorem incutere moliebatur &c.*

IDigitur Aduerſario moris eſt, vt quæ repræhenſione digna de Pontificibus Authores ſcribunt, diligenter notet; quæ verò de iiſdem commemorant, quæ laudem mereantur, ſubticeat. Nam Langius ibidem ſubiungit: *Bona, quæ fecit, ſunt, quod Ordinibus Mendicantium conceſſit, vt liberè poſſent prædicare, audire confeſſiones, & ſepelire; citra tamen Prælatorum, & Curatorum iacturam. Iubilæum primus inſtituit, de centeſimo in centeſimum annum perpetuò celebrandũ, quatuor Euangeliſtarum pariter, & Doctorum quatuor feſta inſtituit, ſextum Decretalium ordinat, & confecit librum totum cauſidicum, Clericorum contentionibus deſeruientem, & alia multa magnificè fecit &c.*

Quæ Langius laudat in Bonifacio 8.

De odio eius in Columnenſes Gibellinos, vnde ortum ſit primo, & quæ inde ſecuta, breuiter complectemur. Viſus quidem eſt plus æquo infenſus eis, ac vehementius, quàm par erat, & Pontificem decebat, eos perſecutus, non dubium tamen Colũnenſes tanti in eos concepti odij cauſſam dediſſe. Nam cum initio Pontifex illorum poſtulata ſpernere videretur, nec concederet, quæ ab alijs Pontificibus facilè conſequi ſolebãt, cum tamen ad ea concedenda nullo iure teneretur; illi viciſſim ſumma potentia, immenſis opibus, familiæ ſplendore, clientum multitudine elati, Pontificem deſpicere non verebantur, in eum obloqui, & interdum in Conſiſtorijs, & in dicendis ſententijs, eius poſtulatis refragari; vt de pari cum eo certare vellent. Cùm Columnenſibus Præneſtinis aliquando mandaſſet, vt partem Oppidorum Conſobrinis ſuis redderet, quæ hæreditario iure ad illos pertinentia ipſi violenter occupauerant; Pontificis mandata non modò reiecerunt, ſed nec à verbis contumelioſis ſibi temperarunt. Supellectilem etiam Pontificis, cum ex Anagnia ad Vrbem veheretur, Stephanus Columna diripuit, & Præneſte aſportauit; licet poſtea Pontifici reſtituta ſit opera Cardinalium Columnenſium, qui eò ſe tranſtulerunt. Inde igitur odium Pontificis in Columnenſes, quod illis non minimo fuit detrimento. Iacobum, & Petrum Cardinales Columnenſes galero, & omnibus honoribus, & Eccleſiaſticis, prophaniſque redditibus priuatos excommunicat, eorum Palatia in vrbe deijcit, & fautores expellit.

Bonifacij VIII. odiũ in Columnenſes vnde ortum.

Quod ſubijcit Mornæus.

Pag.421 *De vi quidẽ ſibi illata apud omnes Principes Chriſtianos conquerebantur illi, quam interim ille libro Decretalium ſexto, quem tum euulgabat, tanquam re benè geſta triumphans, inſerere non verebatur.*

EQuidem illi de illatis ſibi à Pontifice iniurijs ad Reges, Principeſque omnes Chriſtianos literas ſcripſerunt de eius arrogantia, malignitate, & ambitione, affirmantes, ipſum non eſſe legitimum Pontificem, quòd contra ius, & fas Pontificatus Sedem occupaſſet, fraudibus Cæleſtino reiecto, eodemque in carcere mori coacto. Hoc certe erat crimen læſæ Maieſtatis, & præterea velle ſchiſma in Eccleſiam inducere. Itaque eorum literas nemo ſuſcepit. Igitur Bonifacius iuſtiſſimis cauſſis impulſus eſt, vt decretalem illam contra Cardinales illos Iacobum, & Petrum ederet, quam in ſexto inſeruit, titulo de *Schiſmaticis*.

In Gibellinos etiam ſuum odium prodidit hic Pontifex. Siquidem notum illud, quod Prochetto Genuenſi Archiepiſcopo, ad pedes eius in die cinerum prodeunti, dixerit: *Memento homo quia Gibellinus es, & cum Gibellinis in cinerem reuerteris*, Et in eius oculos cinerem coniecerit, non in caput, vt moris eſt, & Archiepiſcopatum ei ob nomen factionis abrogarit. Verùm cum poſtea intellexiſſet, Cardinales Columnenſes Genuam non petijſſe, vt ipſe ſuſpicabatur, eum in integrum reſtituit. Mornæus.

Quid Pontifex cum Archiepiſcopo Genuenſi.

Iudicet hinc Lector, ſuas ceremonias in quo pretio haberet. Pag.422

ATqui nemo id factum Bonifacij probat, neque ille iudicauit, aut ſanciuit, hac cæremonia abutendum eſſe. Proſequitur.

Iubileum inde anno 1300. celebrans cuius ipſe inuentor.

EXtat Extrauagans Bonifacij VIII. qua centeſimo quoque anno viſitantibus Baſilicas Petri, & Pauli Apoſtolorum pleniſſima peccatorum venia conceditur. Blondus dec. 2. lib. 9. *Bonifacius Pontifex Romanus prudenti, pioque vſus conſilio, Patres imitatus veteris Teſtamenti, annum conſtituit iubilæum, in quo* (inquit S. Antoninus 3. p. tit. 20. ca. 8. §. 2.) *viſitantibus certas Eccleſias, & pænitentibus, ac confeſſis plenaria indulgentia pœnæ peccatis debitæ concedebatur.* Addit Blõdus: *Magnum ea Pontificis indulgentia alicubi fructum attulit, quòd diſſidentes aliqui in pacem conciliati ſunt.* Sanderus lib. 7. de viſibili Monarchia Eccleſ. num. 985. *Cùm conſtet, vniuerſam Eccleſiam Occidentalem hanc Romani Pontificis de anno Iubilæi conſtitutionem vſque in hodiernam diem obſeruaſſe; conſtat etiam ea ex re, hanc fuiſſe vniuerſæ Occidentalis Eccleſiæ fidem, quod Pontifex Romanus poterat & hanc rem, & alias einſmodi legitimè decernere.* Celebratum fuiſſe tum Iubilæum magno ad Vrbem concurſu, ſcribit Krantzius lib. 8. Saxon. cap. 36. Sed quoad verba, quæ ex eodem citat Mornæus.

Bonifacius VIII. iubilæum centeſimo quoque anno celebrari inſtituit.

Vſque ad illum Pontificibus non venerat in mentem tam feſto negotio commouere Chriſtianiſmum &c.

Conſtat

Digitized by Google

Ante Bonifacium indulgentia conceſſa accedentibus ad S. Petri Baſilicam.

CONſtat tamen ex ea Extrauag. de pœnit. & remiſſ. cap. 1. remiſſiones, & indulgentias peccatorum non fuiſſe tùm nouum inuentum. *Siquidem* (inquit) *Antiquorum habet fida relatio, quod accedentibus ad honorabilem Baſilicam Principis Apoſtolorum de Vrbe conceſſæ ſunt magnæ remiſſiones, & indulgentiæ peccatorum:* & id fuſiùs docet Nauarrus in comment. de Iubileo, & Indulgentijs notab. 7. nu. 2. 3. & 4. *Quamuis* (inquit) *Polydorus lib. 8. cap. 1. de inuentoribus rerum, primum authorem fecerit Iubilæi Bonifacium VIII. huius Extrau. conditorem; Ioannes tamen Monachus, qui eius tempore floruit Cardinalis, in 4. col. gloſ. 9. prædictæ Extrauag. 1. ait vulgatam rem eo tempore fuiſſe, quod illa Iubilæi indulgentia centeſimo quoquè anno concedi ſolita fuerat.* Et longè antè illum teſtatus fuit Iacobus Cardinalis S. Georgij in libro de centeſimo, ſeu Iubilæo, anno 1300. ingentem multitudinem ex longinquis partibus confluxiſſe in vrbem Romam ad Sacram B. Petri Baſilicam properantem, cuius rei cauſſam eſſe dicebant centeſimi anni tempus; quo omnium culparum ſordes abluerentur: & tunc prouectæ ætàtis hominem fuiſſe, qui recordaretur, patrem ſuum ſuperiore centeſimo veniſſe Rômam, ad conſequendas indulgentias. *Quare Bonifacius VIII* (ait Nauarrus) *videtur potiùs nouaſſe, & in ſcriptis eam conſtitutionem omnium primus redegiſſe, quam inueniſſe.* Si Mornæus hanc extrauagan. minime probet; non modò Pontificis, ſed & totius Occidentalis Eccleſię ab anno 1300. authoritati neceſſe eſt, ſe opponat.

De Bonifacij Decretali Vnam Sanctam &c.

Aliam citat Decretalem Bonifacij, quæ habetur libro Extrauagant. communium de maioritate, & obedientia, & incipit: *Vnam Sanctam &c.* quæ ſanè nihil continet non fidei Orthodoxæ maximè conſentaneum. *Vnam Sanctam Eccleſiam Catholicam, & ipſam Apoſtolicam, vrgente fide, credere cogimur, & tenere. Noſque hanc firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur: extra quam nec ſalus eſt, nec remiſſio peccatorum &c.* Ideò Mornæus, & quotquot ſunt infideles, & hæretici, nec ſalutis, nec remiſſionis peccatorum, nec ſaluificæ Dei gratiæ poſſunt eſſe participes. *Poſtò Eccleſiæ vnius, & unicæ unum corpus, vnum caput, non duo capita, quaſi monſtrum, Chriſtus videlicet, & Chriſti Vicarius Petrus, Petriq; ſucceſſor, dicente Domino ipſi Petro: Paſce oues meas: meas* (inquit) *& generaliter, non particulariter has, vel illas, per quod commiſiſſe ſibi intelligitur vniuerſas.* Annon verò illa ſunt verba Chriſti ad Petrum, & nonne hactenùs totus Orbis Epiſcopum Romanum agnouit Petri eſſe ſucceſſorem? Rectè itaque concludit Pontifex: *Siue Græci, ſiue alij ſe dicant, Petro, eiuſque ſucceſſoribus non eſſe commiſſos, fateantur neceſſe eſt, ſe de ouibus Chriſti non eſſe, dicente Domino in Euangelio, vnum ouile, & vnicum eſſe paſtorem.*

Catholica Eccleſia vna eſt.

Habet vnū caput, Chriſtum, & Petrū, Petrique ſucceſſores

Quod de duobus gladijs habet in ſua extrauag. Bonifacius, vno materiali, & altero ſpirituali, vno pro Eccleſia, altero ab Eccleſia exerendo &c. eadem diſertis verbis docet S. Bernardus lib. 4. de conſiderat. cap. 3. cuius verba alibi citauimus.

Quod verò aſſerit, duplicem eſſe poteſtatem ſpiritualem, & temporalem, & ſpiritualem dignitate, & nobilitate terrenam quamlibet præcedere poteſtatem: nemo certè niſi infidelis, & prophanus id negabit. Neque tamen hæc Extrauag. quidquam Regum poteſtati temporali detrahit, prout declarat Clemens V. in Extrauag. de Priuilegijs cap. 2. *Meruit Chariſſimi filij noſtri Regis Francorum illuſtris ſinceræ affectionis ad nos, & Eccleſiam Romanam integritas, & progenitorum ſuorum præclara merita meruerunt, meruit inſuper Regnicolarum puritas, ac deuotionis, ſinceritas, vt tàm Regem, quam Regnum fauore beneuolo proſequamur. Hinc eſt, quod nos Regi, & Regno per definitionem, & declarationem bonæ memoriæ Bonifacij Papæ octaui prædeceſſoris noſtri, quæ incipit:* Vnam Sanctam, *nullum uolumus, uel intendimus præiudicium generari, nec quod per illam Rex, Regnum, & Regnicolæ, prælibati amplius Eccleſiæ ſint ſubiecti Romanæ, quam antea exiſtebant, ſed omnia intelligantur in eodem eſſe ſtatu, quo erant ante definitionē præfatam tàm quantum ad Eccleſiam, quantum etiam ad Regem, Regnum, & Regnicolas ſupra nominatos.*

Hæc Extrauagans temporali Regum poteſtati nihil detrahit.

Mornæus

Concludit nihilominus ex his ridiculis antecedentibus impudenter; Porrò ſubeſſe Romano Pontifici omni humanæ creaturæ declaramus, dicimus, definimus, & pronunciamus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis. Pag. 423

De neceſſitate ſalutis eſt Romano Pont. ſubeſſe.

PORrò impudenter negat Mornęus, hanc concluſionem rectè inferri ex illis antecedentibus. Si enim ouem eſſe Chriſti eſt de neceſſitate ſalutis, ſed non eſt ouis Chriſti, qui non paſcitur à Petri ſucceſſore Romano Pontifice, cui dictum eſt, *Paſce oues meas* generaliter, non has, aut illas; certè paſtorem agnoſcere Romanum Pontificem, eique ſubeſſe, haud dubiè eſt de neceſſitate ſalutis, & id ex ſuis præmiſſis rectè concludebat Pontifex. Mornæus:

Poſt obitum igitur Rodolphi Imperatoris, ſcinditur Imperium, vacante tum Pontificia Sede; pars Principum, Eccleſiaſtici præcipuè, Adolphum Comitem Naſſouium eligit, pars Albertum Rodolphi filium, Bonifacius verò vt ad Papatum venit, vtrunque repudiat, eo obtentu quod ſe inconſulto de electione deliberare non potuiſſent. Pag. 423

Mornæus deceptus in hiſtoria

FAllitur in hac hiſtoria Aduerſarius, Siquidem anno 1292. Francofurti electus eſt poſt mortem Rodolphi Imperatoris. Adolphus Comes de Naſſau, & ſex annos regnauit magna cū laude; ita enim adminiſtrauit omnia; vt nuſquā notari potuerit, ſua quęrere, aut fauore ſuos eue-

here: & præfecit rebus adminiſtrandis, quos dignos, & Imperio vtiles iudicauit: & tum in Germania res quietæ fuerunt, neque Albertus Auſtriacus ei bellum intulit, aut pro Rege ſe geſſit, licet egrè tuliſſet, ſibi ab Electoribus Adolphum præferri, dicens, Imperium pertinere ad ſe iure paterno, neque alium eligendum, quandiu de Regali proſapia idoneus aliquis ad Regnum poſſet inueniri; vnde ſemper infenſum illũ habuit, donec tandem anno 1298. conſpiratum eſt in eum, atque propter graues exceſſus à Regno depoſito, Principes ipſum Albertum Auſtriæ Ducem in Regem vnanimiter elegerunt, eique fidelitatem obedientiam, & aſſiſtentiam contra quoſcunque aduerſarios promiſerunt, ac mox commiſſo prælio occiſus eſt Adolphus, iterumq; electus Albertus, & Aquiſgrani coronatus. Hæc fuſiùs Nauclerus, Gener. 44. vol. 2. ad annum 1297. Auentinus, Annal lib. 7. Krantzius, lib. 8. Saxon. cap. 36. Trithemius, in Chron. Hirſaug. ad annum 1298. Chronicum Germanicum lib. 22. anno 1298. Citizenſe eodem anno, Belgicum, Colmarienſe p. 2. vbi etiam refertur, Papam mandaſſe Regi Adolpho, ſi ad ſe veniret, quod ipſum in Cæſarem conſecraret: vbi etiam de abdicando Adolpho, & Alberto ſubrogando Principes ipſi coniurati literas ad Pontificem miſerunt; Certè quia id iniuſſu ſuo iure ſe facturos non iudicarunt: & Albertum quidem Bonifacius Papa priùs, vt homicidam, & Imperij inuaſorem reiecerat.

Chronicum Germanicum lib. 22. anno 1299. *Non diu poſt coronam acceptam miſit Legatos Romam, vt peterent confirmationem à Bonifacio Pontifice; ſed negata eſt ei aliquoties confirmatio; Scribunt enim, Papam reſpondiſſe, non dignum Imperio, qui occiderit Adolphum ſuum Dominum, habentem coronam in capite, ac ſpatham ad latus clamantem,* EGO SVM CAESAR. *Hic habitus, & hæc vox* (inquit Bonifacius) *debebat deterrere Albertum, ſi homo fuiſſet.* Immò Carolo Valeſio fratri Philippi Regis Francorum, Imperij diadema promiſerat, vacantis, vt ipſe dicebat, morte Adolphi; Verùm poſtea in Philippi odium Alberti Legatione ſuſcepta, eum Romanorum Regem confirmauit, vt præter cæteros Krantzius teſtatur lib. 8. Saxoniæ cap. 36.

De exemptione Clericorum.

Edidit Decretalem Bonifacius VIII. quam inſerunt in ſexto *De immunitate Eccleſ.* cap. *Clericis*, qua ponit exceſſus Laicorum, qui Clericis collectas, tallias, & onera imponebant, ab ipſis ſuorum prouentuum decimam, ſeu viceſimam, aut quamuis aliam portionem, aut quotam exigebant, eoſque ſuæ ſubijcere ditioni nitebantur. Ponit etiam exceſſus Clericorum, qui talibus conſentiebant. Mornæus.

Pag. 423 *Audax captum, & omnibus Principibus, & Magiſtratibus manifeſtè iniurioſum.*

AT certè nullam inde iniuriam Principibus, aut Magiſtratibus Pontifex irrogabat, qui cum Chriſtiani eſſent, libentiſſimè in huiuſmodi exemptionem Clericorum à tributis, & tallijs eò conſenſerunt; idque videtur iuri diuino maximè cõſentaneum: neque Clerici, Dei veri cultui addicti, & conſecrati debent eſſe peioris conditionis, quàm quondam apud Ethnicos Idolorum Sacerdotes. Legimus ſiquidem in Sacra Scriptura Geneſ. 47. apud Aegyptios totam terram Aegypti fuiſſe obnoxiam tributo, & quintam partem Regibus ſolui conſuetam, præter terram tamen Sacerdotalem, quæ libera fuit hac conditione. D. Tho. in cap. 13. Epiſt. ad Romanos, ad illa verba: *Ideò & tributa præſtatis &c. Sicut Reges* (inquit) *ſollicitudinem habent de bono publico in bonis temporalibus; ita miniſtri Dei in bonis ſpiritualibus, & ſic per hoc quod Deo in ſpiritualibus miniſtrant, recompenſant Regibus, quod pro eorum pace laborant.* In Capitulis Caroli Magni, & Ludouici Imperatoris lib. 6. cap. 107. legimus: *Poſſeſſiones ad religioſa loca pertinentes, nullam deſcriptionem agnoſcant, niſi ad conſtitutionem viarum, vel pontium, ſi tamen intra eadem loca habuerint poſſeſſiones; in alijs verò omnibus habeant integram immunitatem.* Legimus apud Gregorium Turonenſem lib. 4. hiſt. Francorum cap. 2. Clothariũ Regem aliquando indixiſſe, vt omnes Eccleſiæ Regni ſui tertiam partem fructuum Fiſco exoluerent: quod, licet inuiti, tum omnes Epiſcopi conſenſiſſent, atque ſubſcripſiſſent; Iniurioſus Turonenſis Epiſcopus renuit ſubſcribere, dicẽs Clothario: *Si volueris res Dei tollere, Deus Regnum tuum velociter auferet.* Et S. Gregorius ad Theodoricum, & Theodebertum Reges Francorum ſcribens lib. 7. Epiſt. 114. *Audiuimus* (ait) *quod Eccleſiarum prædia tributa nunc præbeant; & magna ſuper hoc admiratione ſuſpendimur, ſi ab eis illicita quærantur accipi, quibus etiam licita relaxentur.* Quod ergò Bonifacij Sanctione Clerici ſint immunes ab oneribus, tallijs, & tributis; id certè Principibus minimè iniurioſum cenſeri debet. C. de Sacroſ. Eccleſ. c. Placet. *Eccleſia nullum onus agnoſcit, niſi ordinarium, & propter ſubitum aduentum Principis.* Antiquitùs apud Gallos, referente Cæſare lib. 6. de bello Gallico cap. 14. Druides omnium munerum, & tributorum vacationem habuerunt. Certum itaque, antiquos illos Gallos longè religioſiùs veneratos inanium Deorum Sacerdotes, quàm nunc Mornęus, & ſui collegæ Chriſti miniſtros, qui velint, eos tributis, tallijs, & Reipublicæ oneribus eſſe obnoxios: & Catholici Principes, ingruente neceſſitate aliqua, non ſine conſenſu, & authoritate Sedis Apoſtolicæ, exactiones, vel tributa Eccleſijs impoſuerunt.

Quàm conueniens.

Quid decent Capitula Caroli Magni, & Ludouici Imperatorum.

Quid pro ea Iniurioſus Epiſcop. Turonenſ.

Druides apud Gallos quondam immunes.

At Mornæus.

Hactenus ſanè (inquit) *nemine reluctante; At vt in Gallia noſtra idem audet, in Regem Philippum Pulchrum incidit, qui Decretali ſua non plus æquo tribuens, eius inſolentiam omnium Principum commodo gnauiter coercet.* Pag. 423

Verum

VErum quicquid de Philippo Pulchro adferat, eiuſque contentione cum Bonifacio Papa, ea certè præcipua eſt Regum Franciæ commendatio, quòd in Sedem Apoſtolicam propenſi fuerint, & Sacroſanctam Pontificum Romanorum dignitatem, atque authoritatem ſingulari obſeruantia coluerint. Si Decretali Bonifacij parum ille tribuit, in fauorem Clericorũ editæ; id certe fecit ob odium priuatum in perſonam ipſius Pontificis; cum alioqui ſciret, non inultum fore apud Deum Sacroſanctæ illius poteſtatis contemptum: & ex Capitulis Caroli Magni Regis item Franciæ, id retulit Gratianus in ſuo Decreto diſt. 19. cap. 3. *In memoriam B. Petri Apoſtoli honoremus Sanctam Romanam, & Apoſtolicam Sedem; vt quæ nobis Sacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat Eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas; vt licet vix ferendum ab illa Sancta Sede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus.* An verò de ea Decretali in fauorem Clericorum edita, fuerit vnquam contentio Philippo Pulchro Regi cum Bonifacio Papa, certò non conſtat. Equidem Renatus Choppinus in præfat. de ſacra politia forenſi Sanctionis meminit ab eo editæ anno 1302 & 1303. *quæ rerum, hominumque Eccleſiaſticorum* (inquit) *fautrix mirificè, ac protectrix*, dicitque eam haberi in ſtylo Parlam. p. 3. tit. 2. Hinc ad Oppoſitionem.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quinquageſ. octauam.

De origine odij inter Bonifaciũ Põt. & Philippum Pulchrum quæ nõnulli ſcribunt.

IN Oppoſitione igitur primo loco refert contentionem illam, quę fuit inter Papam Bonifacium VIII. & Regem Philippum Pulchrum. Quæ fuerit prima huius odij inter eos origo, non omnes eadẽ referunt. Papyrius Maſſonus ſcribit ex Nangio, li. 3. Annal. Franciæ in Philippo Pulchro anno 1296. Philippũ exegiſſe à Laicis, & Clero Regni omnium bonorum centeſimam, mox quinquageſimam, vt ſumptus Anglici belli ſuſtineret, & id Bonifacio diſplicuiſſe, itaque Sanctione illa, de qua ſupra, vetuiſſe in ordinem Eccleſiaſticum huiuſmodi exactiones fieri: ac per Legatos Regios Philippum non obſequẽtem monuit, vt a Clero vexando abſtineret; non parenti poſtea literas per Iacobum Normannum, Notarium ſuum, acrimoniæ plenas miſit, quibus conquerebatur, plurima ab illo contra æquitatem, & iuris ordinem fieri, plebem, & Clerum exactionibus opprimi, Eccleſiaſticas dignitates conferri, bona Sacerdotum occupari, iuriſdictionem illis ſuam eripi &c. Philippus Nuncium illum, qui literas attuliſſet, malè acceptum dimiſit. Põtifex Ioannem SS. Marcellini, & Petri Presbyterum Cardinalem, genere Gallum ad Regem miſit, qui illum, vt amicus beneuolè moneret, Romanæ Sedi meritò ſuccenſenti, vltrò audiens eſſet. Hunc datis cuſtodibus obſeruari iubet: mandat inſuper, ne quis cum eo colloqui, ne cui literas dare, aut accipere à quoquam poſſet. Qua re cognita Bonifacius per ſeruum Cardinalis Nicolaum Benefractum miſit literas, quibus mandabat, Regi denunciari, ipſi ſacris interdictum eſſe. Verùm ſeruus antequam literas dare poſſet, compræhenſus, & in carcerem coniectus eſt. Bonifacius igitur Eccleſiaſtica pœna in contumacem vſus, ipſi interdixit, ſubditoſque eius omnes Sacramento ſolutos pronunciauit. Ex ipſis Bonifacij literis, quarum exempla apud ſe habebat, hæc narrare ſe ſcribit Papyrius. Philippus, vocatis Lutetiam ad Concilium Proceribus Regni, Epiſcopis, Abbatibuſq; & Oeconomis templorum recriminatione vſus eſt, Bonifacio per VVilielmum Nogaretum, ſimoniæ, & hæreſeos accuſato, Bonifacio, etiam ad eius ſucceſſores, aut futurum Concilium prouocare ſe teſtatus. Sed huic appellationi Abbas Ciſtertienſis minimè conſenſit. Alij verò ſcribunt, quod Bonifacius Hieroſolymitanam expeditionem iampridem meditans, Apameenſem Epiſcopum ad Philippum Regem Francorum miſit, qui eum ad eam rem cohortaretur. Is ergo eò profectus, cum nihil precibus impetraret, minas etiam addidit; iratus inde Philippus hominem in carcerem conijcit. Quo à Bonifacio reſcito, eò ſtatim miſit Narbonenſem Archidiaconum, qui Pontificis nomine Philippo mandaret, vt miſſum faceret Epiſcopum Apameenſem: id ſi non impetraret; diceret palam omnibus, Regnum Franciæ ad Eccleſiam deuolui ob Philippi contumaciam, & violatum ius gentium, adderetque anathema, & omnes Francos à iuramento Regio abſolueret, quæ omnia quam diligentiſſimè Archidiaconus præſtitit, ac Regem compulit Epiſcopum Apameenſem dimittere. Rex igitur conuocato Pariſios Eccleſiaſticorum, & Nobilium conuentu, commemoratiſque iniurijs à Bonifacio acceptis, eiuſque ambitione, & malis artibus ad occupandum Pontificatum, ad Apoſtolicam Sedem tum, vt ipſe dicebat, vacantem, futurumque concilium appellauit. Hæc igitur ſunt, quæ de origine odij inter eos variè ſcribunt Authores. Addunt etiam alij Regem putaſſe, ſe à Pontifice deluſum, qui Carolo Valeſio fratri ſuo promiſiſſet Coronam Imperij, reprobato Alberto Auſtriaco, quem tamen poſtea ille confirmauit in Cęſarem.

Quæ item alij.

Aemilij iudicium de literis Bonifacij, & Philippi.

Extant Pontificis, & Regis alternæ literæ vtrinque miſſæ, quas in hac ſua Oppoſitione exſcripſit Mornæus, plenæ conuitijs mutuis, ignominioſæque, quas tamen Paulus Aemilius ab alijs potiùs confictas, quàm ab ipſis compoſitas, vero ſimilius putat. Verùm in literis illis cum

Rex

Rex nõ negat, ſe Pontificẽ in ſpiritualibus ſubiectum.

Rex profitetur ſe in temporalibus nemini ſubeſſe; non negat certè, ſe in ſpiritualibus Pontifici eſſe ſubiectum.

Pag. 425

Robertus Atrebatenſis ob contemptũ Bonifacij à Deo punitus.

Quod ſcribit Mornæus, Robertum Atrebatenſem Comitem, ex manibus Archidiaconi captam Bullam Pontificis in Palatij Pariſienſis atrio combuſſiſſe: Id quidem fecit in contemptum Pontificis; ſed non impunè. Ideò enim iuſto Dei iudicio, vt obſeruat S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 20. cap. 8. nu. 20. malè perijt, ſicut & Ioachim Rex Hieruſalem Hier. 36. comburens Dominicas literas.

Quot crimina Bonifacio obiecta, totidẽ impoſtura.

De his ipſe ſe purgauit

Quoad decem illa crimina Bonifacio obiecta, quę hic refert Mornæus, quod eſſet Simoniacus, hæreticus, homicida &c. conſtat impoſturas fuiſſe, atque in primis, vnquam hæreticum fuiſſe Bonifacium: & ipſe anno 1302. congregato Romæ maximo Sacerdotum conuentu, coram cuncto Clero, & populo Romano iureiurando de obiectis ſibi huiuſmodi criminibus ſe purgauit, & ſe inſontem de his omnibus eſſe pronunciauit.

Pag. 425

De coniuratione in Bonifaciũ, eiuſdem captura, et morte.

Quid Pontifex ad Nogareti minas, & illuſiones.

Nogareti ferocia concidit ad reſponſũ Pontificis.

Pag. 425

Qualis Bonifacij obitus.

Reliqua proſequitur nempè de coniuratione in Bonifacium, de eiuſdem captura, & morte: in qua hiſtoria referenda ſibi triumphare videtur Aduerſarius, captum ab hoſtibus Romanum Pontificem referens, quemadmodum Philiſtæi quondam, victoria reportata de Hebræis, & arca Dei capta, tripudiabant. Anagniæ captus eſt, prodentibus etiam eum ſuis, Bonifacius: ac duces coniurationis, & tanti ſceleris fuere Sciarra Columna, Pontificis hoſtis infeſtiſſimus, & VVilelmus Nogaretus. Intellecta proditione, & cognito periculo Bonifacius, Pontificio ſumpto ornatu, in Sacro Solio conſedit. Sciarram, ferunt ob dignitatem Sedis Apoſtolicæ non eſſe auſum mittere manus in eum. Nogareto illudenti, ac minitanti, ſe illum in vinculis Lugdunum pertracturum, vt in Francia a Sede Petri deturbaretur, conſtantiſſimè reſpondit, Paterini minas nullum ſibi metum incutere: quę vox hæreticum hominem ſignificabat, cuius criminis reus Nogareti auus igne crematus fuerat; & ad eam Pontificis vocem Nogareti ferocia concidit. Mornęus ex neſcio qua hiſtoria refert, cum eum appręhendiſſent, in equum poſuiſſe effrænem, ad caudam verſa facie, ſic diſcurrere ferè vſque ad nouiſſimum halitum coactum Bonifacium &c. cùm longè aliter referant Hiſtorici Gallici, & cæteri, nempè triduo poſt huiuſmodi tam indignum facinus perpetratum, in Pontificem miſeratione motos, ciues Anagniæ, ac metu ne Romanum Pontificem, eunque ciuem ſuum publico conſenſu prodidiſſe dicerentur, repente arma corripuiſſe, Sciarramque, & coniuratorum ſocios vrbe pepuliſſe; Pontificem verò quamprimùm Romam reuerſum, ex dolore animi in morbum incidiſſe, ac trigeſimo quinto à vi illata die obijſſe. Nemo quidem probabit tantam Pontificis ambitionem, & ſuperbiam, quod Imperatoribus, Regibus, Principibus, Populis terrorem potiùs, quam religionem inijcere videretur, quod dare Regna, & auferre pro animi arbitrio tentaret, ſibique temporalem æquè, ac ſpiritualem authoritatem arrogaret; ſed hæc iuſta non erat cauſſa, tàm ſacrilegè mittendi manus in Chriſtum Domini, ac tam atrocem iniuriam Eccleſię Dei inferendi: neque id impunè ceſſit Philippo Francorum Regi. Cum Nuncius ad eum properaret, Epiſcopus Morianenſis (vt refert D. Antonin. vt ſupra, §. 21., vir Sanctæ conuerſationis coram multis dixit. *Hoc nuncium dabit magnum gaudium Regi Franciæ; ſed propter tantum exceſſum notabile Dei iudicium irruet ſuper eum, & ſuper progeniem eius*, ſicq; cõtigit. Nam Rex ipſe inter venandum feroci apro in equum irruente lapſus, mortuus eſt: Tres eius filij breui tempore regnarunt ſine liberis, vnus poſt alium: Vxores in adulterio depræhenſæ ſunt: Addo, non ſine ingratitudinis nota, tàm infeſtum fuiſſe Regem ipſi Pontifici.

Philippi iniuria in Bonifaciũ diuinitus punita ſicut prædictum fuerat.

Philippus ingratus Pontifici.

Bonifacius legitimus Pontifex.

Cur Caroli Magni canonizatio recepta non ſit ab Eccleſia Rom.

Nam vel hoc nomine æquior eſſe debebat illius Pontificatui, quòd auum ſuum Ludouicum IX. in Sanctorum Catalogum retuliſſet: & ſi legitimus non fuiſſet Pontifex Bonifacius (vt contendebat Philippus Pulcher) non coleretur ſolemni ritu ab Eccleſia S. Ludouicus Rex, nec nomen eius illatum eſſet in Eccleſiæ Romanę mortyrologium, vt nec Caroli Magni, cuius canonizatio ab Eccleſia Romana ideò recepta non eſt, quòd à Paſchali Papa III. dicto, non legitimo, ſed ſchiſmatico ſub Friderico Imperatore in Sanctorum numerum ſit aſcriptus. Miror verò, qui Mornæus in hiſtoria Bonifacij Papæ VIII. Canonizationis S. Ludouici Regis Franciæ non meminerit, eamque inter ſuperſtitiones Romanas non recenſuerit. Certè ſub finem Progreſſus quinquageſimi primi cum ſcripſiſſet, Gregorium IX. in Sanctorum Canonem Franciſcum, Dominicum, Antoniumque Patauinum retuliſſe, & Innocentium IV. iiſdem faſtis inſeruiſſe Edmundum Cantuarienſem, Staniſlaum Cracouienſem, & Petrum Veronenſem; ſubiungebat;

Iudicet hic Lector, quibus cautionibus in regno cęlorum alios collocent; qui tam horrendis ſceleribus ſemetipſos indignos, qui terrrã calcent, oſtendãt. pag. 368

Ludouicus IX Franciæ Rex in Sanctos relatus à Bonifacio VIII.

ATqui magis horrenda nunc retulit in hiſtoria Bonifacij. Sanctum igitur non habebit Ludouicum Regem Franciæ, qui ab eo Pontifice in Sanctos ſit relatus; vnde tamen Regno, & genti Gallorum non modica gloria ac ceſſit. Proſequitur.

Ad doctrinam quod attinet, florebat hoc ipſo tempore in Gallia Robertus Gallus, vir inſignis, ex Prælato Dominicanus, qui tamen ordinis ſui mores minus probaſſe videatur &c. Pag. 416

CItat deinde libellum eius, Lutetiæ editum, cum Hildegardæ Vaticinijs, in quo viſiones quaſdam ſuas ſit complexus, Cap. 5. Papam Idolum vocat, Deum loquentem his verbis inducit: *Quis poſuit Idolum hoc in ſede mea, vt imperaret gregi meo?* & alijs paucis ex eo citatis.

Et

Digitized by Google

Pag. 427 *Et hunc tamen Authorem* (inquit) *Poſſeuinus Ieſuita, excellentem verbi Diuini concionatorem vocat.*

De Roberto Gallo.

AT verò Robertum hunc Gallum, inſignẽ verbi Diuini Prædicatorem, Poſſeuinus in Apparatu ſacro non Dominicanum, ſed Carmelitam facit; cuius viſiones certè dicimus, non eſſe prophetias: & ſi contra Romanam Eccleſiam, & Pontificis authoritatem non habet alia Mornæus, quæ obijciat, præter has viſiones, debilibus valde nititur argumentis. Et cum Trithemius in catalogo de Scriptor. Eccleſ. Sixtus Senenſis in Bibliotheca, & Poſſeuinus Authores Catholici eius meminerint, & opera recenſuerint, eo de nullo errore notato, argumento eſt, cum nihil à fide S. R. E. diſſonum ſcripſiſſe, neque in viſionibus ſuis per Idolum, Papã, ſed malos paſtores, qui in Eccleſia ſunt, & veri paſtoris non exercent Officium, intellexiſſe.

Quid per Idolum intellexerit.

Proſequitur.

Pag. 427 *Nec verò ambigamus in tanto Gallici Cleri contra Bonifacium conſenſu, plures fuiſſe, qui cum Roberto, & Pontificis tyrannidem, & Eccleſiæ deformitatem agnoſcerent. Etenim Philippus Rex, anno 1302. dum Narbonenſem Prouinciam luſtrat, querelas multorum, contra fidei Inquiſitores audit &c.*

NOn dubium, quin & querelas audiuerit contra Iudices, & Magiſtratus à ſe inſtitutos: qui ſi minus probè fungerentur ſuo officio, ius ſuum cuique tribuendo, ſi iuſtum, atque innocentem opprimerent; non ideò Tyrannus Rex iudicari debebat? ita neque Pontifex, conſtitutis Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, ſi illi abſque cauſſa, quos videbatur, compræhenderent, & abſque probatione damnarent, Tyrannidis notari debebat: & in Republica Chriſtiana ſanctiſſimè inſtitutum Inquiſitorum hæreticæ prauitatis officium, de quo multa in Sexto tit. de hæreticis: & quoad huiuſmodi querelas, Rex certè neque de crimine hæreſeos, quod merè Eccleſiaſticum eſt, neque de Inquiſitorum officio cognoſcere poterat; ſed debebat huiuſmodi querelas ad Pontificem deferre. Pontificiæ tyrannidis aliud argumentum adfert Mornæus.

Inquiſitorũ iniuſtitia non arguit in Põtifice tyrãnidem.

Pag. 427 *Addamus* (inquit) *Nogareti illius patrem, qui Philippi Pulchri mandato Bonifacium capit, in Occitanis propter VValdenſium religionem combuſtum.*

NImirum propter crimen hæreſeos, cui pœna ignis meritò decreta eſt, prout docet Alfonſus à Caſtro lib. 2. De iuſta hæreticorum punit. cap. 12. Coraſius lib. 3. Miſcell. iuris cap. 8. Iacobus Simanca in inſtitutionibus Catholicis tit. De pœnis cap. 45. & Roias Tractatu de hæreticis parte 2. aſſertione 45. & ſing. 91. & Authores, quos ipſi citant. Neque de patre, ſed de auo Nogareti id referunt; idque illi Bonifacius exprobrando, ferociam eiuſdem cohibuit.

Nogareti non pater, ſed auus ob hæreſim combuſtus: & meritò.

Subiungit de Fraticellis à Bonifacio nullo non rigore exterminatis.

Quorum Doctores præcipui, Gerardus Sagarelli Parmenſis, & Dulcinus Nouarienſis Hermanni cuiuſdam diſcipuli, qui in Italia, dum vixit, pro ſancto habitus, Bonifacij demum iuſſu Ferrariæ ex Sepulchro effoſſus. Pag. 427

FRaticellorũ hæreſim Bonifacius meritò damnauit, & vbique perſecutus eſt. Inter cæteros errores docebant, *promiſcuos debere eſſe concubitus*. De his legi poteſt Prateolus verbo *Fraticelli*. Author fuit erroris quidam Italus Hermannus nomine, de quo idem Prateolus verbo, *Hermannus*. Huius corpus apud Ferrariam iam viginti annis ſepultum, & qui pro Diuo quodam colebatur, exhumari fecit, & in cineres redigi Bonifacius VIII. circa annum Domini 1297. diligenti, & accurrata ſuper hac re habita prius inquiſitione. Nam hæreticos etiam D. Auguſtinus poſt mortem anathematizandos eſſe, docet, licet in hac vita accuſati non fuerint; Dulcinus verò ille Nouarienſis, nonniſi poſtea ſub Clemente V. cum Margarita vxore ſua item hæretica, & complicibus ſuis capti fuere, qui priùs membratim conciſi, ad poſtremum exuſti ſunt, & in cineres redacti. Mornæus.

Fraticelli meritò dãnati.

Hæretici non accuſati in vita, poſt mortẽ anathematizandi.

Quibus interim (inquit) *pro ſuo more ſexcentas turpitudines impingunt.* Pag. 427

VErum Scriptores eorum temporum referunt; nos non impingimus. Cur illis fidem derogemus, nullam rationem adfert; & ſic, quæ de turpitudinibus Gnoſticorum, Valentinianorum, Manichæorum, & aliorum hæreticorum referunt Irenæus, Tertullianus, D. Auguſtinus, & alij, ficta eodem iure dicet Mornæus. Sed quo argumento doceat ea illis impingi, videamus.

Fraticellis non impingimus errores.

Et porrò (inquit) *à Bonifacio impuriſſimo, ac profaniſſimo Pontifice quod tanta paterentur, flagitia, vlla in cauſſa fuiſſe nemo præſumat.*

VErùm quo argumento vult, nos præſumere, eos inſontes à Bonifacio paſſos, & omnes Scriptores, qui eorum errores, & flagitia referunt, mentitos fuiſſe? Immò magis præſumendum, à Pontifice Romano, nonniſi erroribus, & criminibus infames homines damnari potuiſſe. Pag. 427

Addamus

Pag.428 *Addamus* (inquit) *ſub Nicolao quarto, Petrum Johannis Biterrenſem Franciſcanum, qui Poſtillas in Apocalypſim compoſuit, in quibus celebres illos locos ad Eccleſiam Romanam refert, quam Eccleſiam carnalem & Synagogam Sathanæ vocat, Papam Antichriſtum myſticum, Prælatos Antichriſti membra, quo nomine ab Inquiſitoribus hæreſeos damnatur; qui, quem viuum comprehendere non poterant, mortuum tumulo extrahunt.*

Petrus Ioãnis meritò hæreſis condemnatus.

HOc certè argumento eſt, non primũ à Mornæo, & Nouatoribus horrendas huiuſmodi blaſphemias excogitatas fuiſſe, ſed à perfidis hominibus iampridem hæreſeos damnatis, accepiſſe. Sed quid mirum, ſi Petrus ille hæreſeos ſit condemnatus? cum impias huiuſmodi propoſitiones tàm impudenter proferret: & nonniſi ab hæretico homine proferri potuerunt. Nemo enim loquens in Spiritu Sancto, dicit anathema Ieſu: Nemo, niſi ſpiritu Sathanæ agitatus, potuit in huiuſmodi blaſphemias hæreticales prorumpere. Huius errores referuntur à Sandero lib. 7. de viſibili Monarchia Eccleſię hæreſi 155. ex Guidone Carmelita, & à Prateolo verbo *Petrus Ioannis*; ac vltimus eſt, quo per Babylonem Meretricem magnã in Apocalypſi dicebat vniuerſalem Romanam Eccleſiam intelligi: quæ interpretatio mirum in modũ arridet Mornæo. Verùm eum refert in tempora Nicolai IV. & dicit, fuiſſe Franciſcanum: cum tamen Sixtus Senenſis meminit Petri Ioannis, qui fuit Franciſcanus Baccalaureus formatus Sorbonæ Pariſiorum, & ſcripſit Poſtillas in omnem ferè Diuinam Scripturam; eum refert in annum 1400. At Prateolus Petrum illum Ioannis, qui Poſtillas in Apocalypſim ſcripſit, & docuit, Papam eſſe Antichriſtum, & Eccleſiam Romanam Babylonem illam Meretricem magnam; longè antiquiorem Nicolao IV. facit; ſiquidem illum ſcribit Cęleſtini III. & Henrici VI. temporibus vixiſſe, circa annum Domini 1199. quo certè nondum ordo Minorum à Sancto Franciſco erat inſtitutus. Eiuſdem Cœleſtini Pontificis iuſſu, & mandato idem Petrus, cùm in ſacro loco poſt mortem eſſet, exhumatus eſt, & hæreticus omnium calculo, & ſententia declaratus, eius oſſa rogo impoſita, exuſta fuere: Idque factum eſt exemplo Ioſiæ ſanctiſſimi Regis Iuda, qui effodit oſſa Sacerdotum Idolorum, eaque comburi iuſſit 4. Reg. 23. & 2. Paralipom. 34. Verùm Eymericus 2. p. Directorij Inquiſitorum quæſt. 9. Petrum Ioannis Ordinis Fratrum Minorum Diœceſis Biterrenſis, quem certè intelligit hoc loco Aduerſarius, poſteriorem facit Nicolao IV. ſiquidem eum ſcribit inſurrexiſſe tempore Clementis V. in Prouincia Narbonæ, & quamplures hæreſes in dicta Prouincia verbis, ac ſcriptis publicaſſe; ac plures ad ſe traxiſſe. Sed quiſquis ille fuerit, quocunque tempore vixerit; proſcriptus ab Eccleſia, & hæreſeos condemnatus eſt; vt eodem loco habeamus, quæ ille docuit, quò quæ ſcribit in hoc ſuo *Myſterio Iniquitatis* Aduerſarius.

An is fuerit Franciſcanus, & in quæ tempora inciderit.

ANTIDOTVM

Contra progreſſum quinquageſ. ſextum.

Pag.428 *Bonifacio Benedictus XI. Taruiſinus ſuccedit, ordine Dominicanus &c.*

IS Nicolaus antea vocabatur: & cum eſſet Generalis Ordinis Prædicatorum, à Bonifacio VIII. fama Sanctitatis eius, & doctrinæ impulſo Presbyter Cardinalis S. Sabinæ creatus eſt, cumque in Gallia peregrinaretur ordinis ſui cenſuræ intentus, eum ad Vrbem accitum idem Põtifex Oſtienſem, & Veliternum Epiſcopum conſtituit. Is tanti beneficij immemorem nunquam ſe præſtitit; ſiquidem Bonifacio dum vis inferretur à coniuratis, adfuit, eumque captiuum nunquam ipſe deſeruit, & Benedictus ideo dici voluit, quod eo nomine Bonifacius ante Pontificatum vocatus fuiſſet. Pontificatu inito Gulielmum Nogaretum, Sciarram Columnam ob vim illatam Bonifacio, quique Anagninorum cum eis ſenſerant, citatos antea, cum die dicta non adeſſent, Sacræ Maieſtatis, parricidijque damnatos execratus eſt. Petrum, & Iacobum Columnenſes tanti ſacrilegij ſe inſontes edocentes, in gratiam recepit, ex ſanctione tamen Bonifacij rubro pileo eos vti, vetuit, haud dubiè memoria apud eum Bonifacij Sancta, & actorum approbatione. Regem Philippũ anathemate, Regnumq; Franciæ interdicto ſoluit. Siquidem Rex per Oratores purgauit ſe, nihilque durius ſtatuiſſe ſe in Bonifacium, quàm vt concilium appellaret, nec, ſe authore, vim factam contendebat. Papyrius Maſſonus ex veteribus Actis exſcribit Epiſtolam Philippi Regis, qua Benedicto congratulatur, Pontificiam dignitatem adepto, eiuſque virtutes plurimùm commendat, hac inſcriptione: *Sanctiſſimo Patri in Domino Benedicto, Diuina prouidentia Sacroſanctæ Romanæ, ac vniuerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, Philippus Dei gratia Francorum Rex, deuota pedum oſcula beatorum*: Præter cętera, quæ ſcribit, obſeruantiæ, & deuotionis erga Sedem Apoſtolicam plena, eum

Benedictus XI. Bonifacij VIII. ſucceſſor.

Quis ini. is Pontificatu.

Cur Regi Frãciæ anathematiſ. ueris, Frãciam interdicto.

Regis obſeruantia erga Pontificiam dignitatem.

Patrem

Digitized by Google

Patrem orbis, & fidei ſucceſſorem Petri, Chriſti Vicarium appellat, vt hinc conſtet, fuiſſe quidem Philippum Regem Bonifacio infenſum, ſed tamen dignitatis Pontificiæ, ac Sedis Apoſtolicæ obſeruantiſſimum Principẽ. Obijt octauo menſe ſui Pontificatus, veneno, vt ferunt, extinctus: cuius ſanctitatem declarant miracula, ab eo edita poſt mortem, ægrotis multis ſanitati reſtitutis, & è corporibus humanis Dæmonibus pulſis. Quæ certè nemo niſi impudens Ethnicus Magicis artibus aſcribet, aut prodigia mendacia, cuiuſmodi erunt Antichriſti, fuiſſe contendet.

Benedicti XI. obitus.

Miraculis claruit.

Benedicto XI. vita functo, vacauit ſedes menſes x. dies xxviij. dùm Cardinales in duas factiones diuiſi, alij Gallici nominis, & Regis Franciæ, ac Columnenſium ſtudioſum, alij Italicum è Bonifacij VIII. factione Pontificem volunt. Tandem communi cõſenſu omniũ electus eſt Clemens V. Archiepiſcopus Burdegalenſis anno MCCCV. antea vocatus Bertrandus Vaſco. Et Italiæ quidem factionis Cardinales in eum conſenſerunt, quòd crederent, eum adhuc infenſum eſſe Regi Francorum, ob iniurias propinquis ſuis à Carolo Valeſio bello Aquitanico illatas; Qui verò addicti erant Regi conſenſerunt, quod priùs Regem monuiſſent, & præſertim Nicolaus Cardinalis Pratenſis, vt Archiepiſcopo Burdegalenſi reconciliaretur, & conditiones ſibi, ac amicis vtiles requireret (ſiquidem in ipſius poteſtate erat ipſum Pontificem Max. renunciare) vt ipſe poſtea Regis beneficio creatum ſe Pontificem, eique ſe deuinctiſſimum iudicaret, Cardinales in Galliam Lugdunum euocat, ibi Pontificia inſignia deſumit incredibili omnium concurſu, triſti omine, vt plerique interpretabantur, quòd ipſo celebritatis die, dum nouus Pontifex in pompa circumfertur, parietis ruina, vetuſtate, atque onere ſuperſtantis multitudinis procumbentis, ex equo, quo vehebatur, excuſſus eſt, tiara ex eius capite, ex illa carbunculus magni pretij amiſſus. Rex Galliæ lateri adhærens proximus fuit periculo: Ioannes Dux Britaniæ perijt: Anglus, & Aragonius Reges, qui etiam coronationi aderãt, incolumes perſtiterunt: plures tum ruina, tum multitudine obruti ſunt, & oppreſſi. Romana Curia ab eodem Roma Auenionem tranſlata. Mornæus.

Clemẽs V. Pontifex.

Quid in eius coronatione cõtigerit.

Romanam Curiam Auenionẽ transfert.

Pag. 428 *Sedi Pontificiæ locum Auenionenſem Ciuitatem deligit, qui Cardinalibus ita arriſit, vt ſeptuaginta quatuor annorum ſpatio, ibidem perſeuerarit.*

ET cauſſas aliquot comminiſcitur, cur is locus arrideret; cùm tamen certum ſit, non ex Cardinalium voto, & conſenſu, ſed Pontificis arbitrio tranſlatam eò Curiam, fortaſſe propter ſeditiones Italicas, quibus mederi non poterat, non verò

Quam ob cauſſam.

Pag. 428 *Quòd inde* (vt fingit iſte) *abſque contentione dominationem ſuam in alias gentes exporecturos ſe ſperarent.*

NAm ſi hoc illis propoſitum fuiſſet; Roma certè Auenioni longè præferenda erat, quæ quondam caput Orbis effecta eſt, & fines Imperij ſui longè latèque protenderat. Quoad ea, quæ ſcribit de Clemente V. ex Hermano, Occamo Minoritis, *qui ambitionis auaritiæ, voluptatis ſummæ* notam *huic Pontifici inurunt*, & ex S. Antonino, qui eum minùs honeſtè vixiſſe ſcribit, & cum quadam Comitiſſa pulcherrima contubernium habuiſſe: etſi hæc omnia vera ſint, cum tamen multa ſciamus ab Aduerſarijs aliquando de Pontificibus conficta; nos certè non mores, & Pontificum vitam, ſed ipſam dignitatem, & authoritatem à Chriſto inſtitutam defendendam ſuſcipimus. Quid enim ſi quidam exciderunt? An iniquitas eorum fidem Dei euacuauit? Eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax. Non eis confert Pontificatus, ne homines ſint, & à recto declinare non poſſint. Mornæus.

Nec verò ium excepiſſe quemquam legas, Romam Petri Sedem eſſe, illuc remeandum vbi Spiritus Sancti domicilium. Placebat ſanè Auenio, quam Petrus nunquam adierat &c. Pag. 429

SEd reſpondemus, Spiritus Sancti aſſiſtentiam eſſe quidem Summi Pontificis muneri ita affixam ex promiſſione Chriſti, qui iubet Petro confirmare fratres ſuos, vt non poſſit aliquẽ errorem definire, vel proponere Eccleſiæ credendum; etſi Vrbi, vel alteri loco non ſit affixa. Quod Petrus Romæ Sedem fixerit, Põtifex Romanus ſit ſucceſſor Petri, Eccleſia Romana ſit Caput, & Mater omnium Eccleſiarum, hoc toto Opere paſſim docuimus. Et ſi Pontifices ipſi per 74 annos Auenione manſerunt; non tamen Roma Sedem tranſtulerunt, neque mutauerunt Epiſcopatum Romanum, cum Auenionenſi; ideoque ſucceſſores erant Petri, & in eius Cathedra ſedebant non minùs Auenione, quam Romę: neque cachinnos, & nugas iſtius eſt quod remoremur. Mornæus.

Pontificia Sedes nunquam Roma Auenionẽ tranſlata.

Anno 1308. Alberto occiſo, Henricum Henrici Comitis Lutzemburgenſis filium, qui ſeptimus dictus, Electores in Imperatorem aſſumpſerunt &c. pag. 429

ALbertus Imperator a fratris filio, Ioanne, alijſque paucis comitibus impijſſimè trucidatus eſt. Quæ cauſſa fuerit Ioanni patruum opprimendi, docet Krantzius lib. 8. Saxoniæ cap. 41. *Adoleſcens erat egregiæ virtutis, quem Rex negligere viſus eſt, vt nullo ductu, nulla adminiſtratione, nulla ditione à patruo honoraretur. Id dolens nimiùm, acerbè, & immaniter ſuo vindicauit periculo, atrociſſimo in Regem facinore.* Et Trithemius in Chron. Hirſaug. anno 1308. *Cauſſa* (inquit) *fuit iſta. Rudolphus Dux Sueuiæ, Frater Alberti Regis, moriturus præfatum Ioannem filium ſuum adhuc puerum cum vniuerſo Ducatu ipſius tu-*

Albertus Imperator occiſus à Ioanne nepote.

telæ commiſit, qui cum adoleuiſſet, paternum Ducatum à patruo repetijt, ſe ad regendum iam ſufficientem affirmans. Verùm cùm Albertus bonis illum verbis de die in diem ſuſpendens, reddere commiſſa diſſimularet; nepos malorum vſus conſilio, interficere ipſum decreuit. Vnde nacta opportunitate gladio eum transfodit &c. Electores Francofurti renunciant Imperatorem Germaniæ Henricum VII. Comitem Luxemburgenſem, & electio à Clemente Pontifice probata fuit: miſſis ad eum pro confirmatione obtinenda, Duce Bauariæ Henrici cognato, & Guidone de Namurco, fratre Comitis Flandriæ, duo Cardinales à Pontifice miſſi Legati, Dominus à Fliſco Genuenſis, & Nicolaus Pratenſis, qui eum per Italiam concomitaretur, & omnibus mandarent, vt eum Imperatorem reciperent, & in omnibus ei obedirent. Anno 1311. Italiam ingreſſus, ſedat Ciuitatum diſſidia, & coronatus Mediolani, hibernat Genuæ 1312. Romam peruenit, vbi à deſtinatis Cardinalibus coronatus eſt Imperator 1313. Dum expeditionem parat in Regnum Neapolitanum, apud Bonconuentum in agro Senenſi diem clauſit extremum. Mornæus.

Henricus VII. Imperator.

Eius electio probata à Pontifice.

Eiusdem obitus.

Pag.430 *Bonus Princeps Senas contendens, inque itinere Bonconuentum obſidens, veneno propinato, paucis poſt diebus interimitur. Ex Hiſtoria verò, de Authore iudicet Lector, quandoquidem in eo conueniunt omnes, venenum illud à quodam Bernardo Dominicano, Henrici confeſſore in hoſtia traditum &c. Addunt & quidam, inſtigante Pontificis Legato; Qui id moliebantur, num, quæſo, Trãſubſtãtiationẽ ĩ animo credebãt?*

ITaque velit Mornæus non obſcurè ſignificare, huiuſmodi venenum propinatum Authore, & conſcio Pontifice: cui id vnum propoſitum eſt, qualecunque infamię notas Pōtificibus inurere: quemadmodum, & alij addiderunt, id Florentinorum procuratione factum, qui voluerunt hanc maculam illis aſpergere. Qui verò ſcribunt (vt Nauclerus Generat. 44. vol. 2. anno 1313. Krantzius lib. 9. Saxoniæ cap. 7. Chron. Germanicum, & Citizenſe eodem anno) ſuſpicionem fuiſſe, a Fratre Dominicano venenum propinatum, teſtantur etiam, Fratres Ordinis multa in purgationem illius congeſſiſſe, & tanti criminis innocentem oſtendiſſe, idque ab æmulis fuiſſe confictum; cum tamen religioſiſſimi Ordinis exiſtimationi tam nefarium priuati hominis ſcelus nihil officere debuiſſet. Certè referenda, quæ ſcribit Trithemius in Chron. Hirſaug. anno 1313. *Henricus VII. Imperator in Italia, nouis comparatis exercitibus, contra Robertum Apuliæ Regulum proceſſurus, in itinere apud Bonconuentum diſſenteriæ morbo reſolutus in die S. Bartholomæi obijt, non ſine iactura magna totius Imperij Romani, vacauitque Imperium anno vno. Sunt, qui ſcribant, eum veneno periſſe per adminiſtrationem Fratris Bernardi Ordinis Prædicatorum, Confeſſoris, & Capellani ſui, à quo ipſum in die aſſumptionis B. Mariæ ſemper Virginis communicantem in hoſtia conſecrata, ferunt, intoxicatum: & ob id Prædicatores omnes à Papa hac pœna notatos, vt vſque in hunc diem, ac deinceps communicantes in altari eorum Sacerdotes, ſiniſtra ſe manu communicent; ſed quoniam hoc omninò confictum putamus; idcirco fidem adhibere iſta dicentibus iuſta ratione contemnimus. Prædictus autem Frater Bernardus multos innocentiæ ſuæ teſtes habuit, viros illuſtres, & literas ſimiliter Ioannis, Bohemiæ Regis filij, Imperatoris, Archiepiſcoporum quoquè, atque Pontificum, qui in morte Imperatoris ipſum clara voce excuſantis, fuere præſentes, videlicet Mediolanenſis, Ianuenſis, Peruſini, Lucenſis, & Argentinenſis. Nihilominus Henricus Comes Flandriæ, cæterique nobiles Curiales è contra conſtanter affirmabant, reum eſſe Bernardū mortis Imperatoris, & eum in Sacramento corporis Chriſti intoxicaſſe. Vnde magna in Ordinem Prædicatorum perſecutio minùs iuſtè fuit exorta, etiamſi Frater ille innocens à crimine obiecto non fuiſſet; cùm crimen vnius hominis in totum ordinem non fuerit referendum.* Satis igitur euidentibus ſignis, & teſtimonijs de Fratris illius conſtabat innocentia. Quod ſi iſti a concepta ſemel opinione tanti ſceleris diuelli non poterant; an ideò ille reus, aut nocens? In Chronico Fratrum Prædicatorum anno 1310. ita habetur: *Huius Decadis tempore multas, & magnas paſſa fuit Religio noſtra tribulationes, in terris præſertim Imperio Romano ſubiectis. Cuius cauſſam qui noſſe cupierit, accipiat. Imperatore Henrico Luxemburgenſi mortuo, quidam Ciſtercienſis Ordinis Frater (qui multum conatus fuerat, vt idem fieret à ſacris cōfeſſionibus, ſed fruſtra, quia iſtud munus fuerat cuidam noſtri Ordinis commiſſum, qui vocabatur Frater Bernardus de Monte Poluiano) inuidia, & odio commotus contra eundem Fratrem Bernardum, illum diffamauit, dicendo, quod Imperatorem nouo quodam, & inaudito modo occiderat, veneno illi porrecto: quæ fama alas acquiſiuit eundo, & Imperij Occidentalis præſertim terras impleuit, & ſic in omnibus fuit in Religioſos noſtros prauus affectus concitatus. Attamen veritas fuit poſtmodum comperta, & multis, grauiſſimiſque rationibus comprobatum, quod fuerat mera calumnia, quæ prædicto P. Bernardo imponebatur, & ipſius innocentia oſtenſa plurium Cardinalium Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Eccleſiæ teſtimonijs, & literis ad varias partes tranſmiſſis manifeſtata.* Neque vero Fratribus Prædicatoribus ab aliquo Pontifice vnquam impoſitum legitur, vt ſiniſtra tantum manu, vel alio ritu, quàm aliorum ordinum Fratres, vel reliqui Sacerdotes communicarent. Sed ad obiectionē Aduerſarij: *Qui id moliebantur, num quæſo tranſubſtantiationem in animo credebant?* Reſpondetur facilè, quod etſi Legatum Pontificis, aut etiā Florentinos aliqui accuſent, quod procurarint, tolli veneno Imperatorem; nemo tamen ſcribit, eos ad tantum facinus Fratrem impuliſſe, vt venenum

An Bernardus Dominicanus eius Author.

venenum

Digitized by Google

-nenum ſacroſanctæ Euchariſtiæ permiſceret: Infandum quidem ſcelus ita proditoriè è medio tollere Imperatorem; ſed longè abominandum ſacrilegium, ſi hanc rationem cum tollendi frater iniuiſſet; ſiue ita ab alijs perſuaſus, ſiue propria iniquitate ad id inductus fuiſſet, cum tamen & fides Tranſubſtantiationis cum tanto ſcelere conſiſtere poſſit, & Tranſubſtantiatio cum eiuſmodi facto, vt videre eſt apud Theologos, ſed hæc omnia meræ calumniæ.

Quoad ſanctionem Clementis, cuius meminit Mornæus.

Vti Reges Romanorum in Germania electi pro Imperatoribus, nec habeantur, nec ſe ſe gerere poſſint, donec à Papa nomen Imperatoris acceperint;

Imperatoris nomen à Pontifice accipiendũ

CErtè Caſtaldus lib. de Imperatore quæſtione 45. oſtendit communem eſſe vtriuſque iuris Doctorum ſententiam, electum, antequam Imperatoris nomen à Pontifice accipiat, non dici ſimpliciter Imperatorem, ſed dumtaxat deſignatum; ſiue electum, vel nominatum: & adducit in hanc ſententiam Bartholum, Baldum, Innocentium, Speculatorem, Angelum, Abbatem, Ioannem Andream, Felinum, & alios. Et quidem ex cap. *Venerabilem* ext. de elect. & Clemẽt. 1. de *Iureiurando* colligitur, electum in Regem Romanorum non dici ſimpliciter Imperatorem, ſed futurum. Quoad alteram ſanctionem.

Vti in interregno, Papa ĩ vrbibus, et ditionibus Imperij omnẽ poteſtatẽ habeat.

Vacante Imperio Pōtifex põt, quicquid Imperator

IOannes Fabri Inſtit. de adopt. §. 1. dicit, Papam, vacante Imperio, poſſe quicquid poteſt Imperator. Bartolus L. *Naturaliter*, ff. de vſucapionibus, ait, vacante Imperio, Eccleſiam in eius adminiſtratione ſuccedere. Idem tradit Baldus L. *Cum notiſſimi* §. *Immò* C. *de preſcript.* Abbas in cap. *Licet ex ſuſcepto* num. 8. de foro competenti num. 16. de iudicijs. Id conſtat Extrauagant. Ioannis XXII. *Si fratrum*, tit. *Ne ſede vacante, aliquid innouetur*; vbi ſic legimus. *De iure liquidum eſt, & olim inconcuſſè ſeruatum, vt vacante Imperio, in illo nequeat ad ſæcularem iudicem haberi recurſus; ſed ad Summum Pontificem, cui in perſona B. Petri terreni ſimul, & cæleſtis Imperij iura Deus ipſe commiſit, Imperij prædicti iuriſdictio, & regimen, diſpoſitio deuoluuntur.* Itidem pœna in eos omnes conſtituitur, qui ſe prætenderent, Vicarios eſſe Imperij, eo vacante: & Clemens V. de ſent. & re iudic. cap. *Paſtoralis* §. vltimo: *Vacante* (inquit) *Imperio Imperatori ſuccedimus.* Annon Summorum Pontificum authoritas, & Doctorum iuris vtriuſq; iudicium nugigerulo iſti præferendum? Scribit ex Auentino, Clementem,

Pag. 430

Henrico ex eo hoſtem factum, quod, coronam ſuſcepturus, Cardinalibus Sacramentum præſtare denegaſſet.

VErum manifeſtè conſtat ex Clement. *De Iureiurando*, in Concilio Viennenſi, Henricum præſtitiſſe iuramentum fidelitatis, iuxta formam, *Tibi Domino*, cum declaratus eſt in Regem Romanorum, & cum coronatus eſt in Imperatorem: aliud item Romæ iuramentum præſtitiſſe, quod in libro Pontificali Romano præſtandum Pontifici per Imperatorem coronationis ſuæ tempore continetur. Verùm quia poſtea præfatus Henricus non virtutem, & mentem, ſed necdum verborum infectans corticem, ſenſumq; confundens, iuramento reſtringendo prædicta curio ſè videbatur aſſerere, illa ad debitum fidelitatis non extendi ideo Pontifex ſua decretali declarat illa fore iuramenta fidelitatis, quæ præſtat Imperator Eccleſiæ Romanæ, approbationis ſuæ tempore iuxta formam capituli, *Tibi Domino*, & tempore coronationis ſecundum formam, in Pontificali Romano deſcriptam. Nec certè a Cardinalibus, à Pōtifice miſſis, Imperij corona donatus fuiſſet, niſi ab eo Pontificis nomine huiuſmodi iuramentum recepiſſent: neque illius erat deludere ſenſum iuramenti, illudq; pro arbitrio ſuo interpretari. Quod ſcribit, Clementem Papam

Henricus iuramentum fidelitatis Pontifici præſtitit.

Robertum Regem Neapolis, & alios Principes in Henricum inſtigaſſe, quem cum vitæ ſuæ inſidias etiam per venenum ſtruere intelligeret, eidem dixiſſe, contumacemque, læſæ Maieſtatis reum, ac proinde Regno ſpoliatum pronunciaſſe. At regeſſiſſe Clementem, de Neapolitano regno Henricum ſtatuere non poſſe, cuius cognitio, feudi quippe Pontificij, ad ſedem Romanam pertineat.

NVnquam conqueſtus eſt Henricus Imperator, quòd eius vitæ inſidias Robertus Rex etiam per venenum ſtruxiſſet: neque ideò eum contumacem, ac læſæ Maieſtatis reum pronunciauit, ſed quod, cum Romam pergeret, coronam Imperij ſuſcepturus, Robertus Ioannem fratrem ſuum cum copijs miſerat, qui, Vrſinis, cęteriſque factionis eius coniunctis, Capitolio, & Ianiculo, & Adriani mole, cunctiſque trans Tyberim locis occupatis, Henricum ab ingreſſu vrbis arceret. Sed Columnenſibus contra, qui fauebant Imperatori, Cœlium, Auentinum, & Quirinalem montes; aliaque vrbis loca occupantibus, Henricus per portam Flaminiam ingreſſus eſt. Coronatus deinde à tribus Cardinalibus Romanos in ſua verba iurare coegit, ac celebrauit ingens conuiuium, cui omnes Romani Proceres, Vrſinis dumtaxat exceptis, interfuere. Sed ne in tanta celebritate tumultus, vrbe in duas partes diuiſa, oriretur; milites ſuos in Theatris, Thermis, lociſque munitis pro ſtatione collocauit: quibus præſidijs adeo confiſus eſt, vt auſus ſit etiam tributum inſuetum à populo exigere. Qua ex re ciues vtriuſque factionis omnes ad Vrſinos confugiunt: qui ædes ſuas propè Tyberim, & Adriani molem ſitas, validis præſidijs communierant. Tum verò Imperator ira percitus ſagittarios,

Cur Henricus Robertum Maieſtatis reum pronunciauit.

Digitized by Google

tarios, quos Piſani miſerant, in Romanos acceſſit. Hos Ioannes Roberti Regis frater, qui nauales copias in inſidijs ſub Auentino collocauerat, facilè repulit: equitatum deinde, quem non procul inde in ſtatiuis habebat, in Germanos immiſit, & Romano populo adiuuante, Henricum vrbe eiectum, Tibur abire coegit. Ita referunt S. Antoninus 3. p. Chronici tit. 21. cap. 2. § 5. Sabellicus, Aenead. 9. lib. 8., Nauclerus Generat. 44. anno 1313., Platina in Clemente V. & alij. Hac igitur de cauſſa Robertum Regem læſæ Maieſtatis reum facit, citatum, nec comparentem Regno priuat. Sed hanc Imperatoris ſententiam Clemens Pontifex improbauit, quòd in loco nequaquàm idoneo tantam rem, nec ad ſe pertinentem peregiſſet: Pontificis enim eſſe Regnum Siciliæ cis, & vltra Pharum dare, & adimere. De hoc extat Clement. Paſtoralis, tit. *De ſent. & re iudicata.* Neque legitur Pontifex in Henricum inſtigaſſe Robertum Regem, & alios Principes; ſed quod, cum videret potentiam illius, & rancorem inter Robertum, & iſtum Principem, immò & Philippum Regem Franciæ, pœnituerit eum facti, ideſt mandati, quod dederat, vt coronaretur Imperator. Proſequitur Mornæus.

Henrici ſententia à Clemente improbata.

Pag. 430 *Clemens, cum ſtudio Caroli Comitis Valeſij Pontifex crearetur, in ſex capita ſecundum Antoninum, fidem ſuam Sacramento obſtrinxerat, quæ apud Antoninum, & alios habentur.*

VErùm hiſtoria creationis Clementis V. Pontificis, non refert, eum ſtudio Caroli Valeſij fuiſſe creatum Pontificem, ſed opera Cardinalium Gallicæ factionis, ac in primis Nicolai Pratenſis, monito priùs Rege Philippo, vt pacem cum eo componeret, eumque ſibi reconciliaret: neque fidem ſuam Carolo Valeſio, ſed Regi Pilippo Clemens obſtrinxit. Hæc verò capita fuere, quæ ab illo Rex eſt ſtipulatus; vt veniam capti Bonifacij, læſæque Pontificiæ dignitatis obtineret; vt ſocij, & fautores, quos habuiſſet, reſtituerentur in gratiam, nempe anathemate ſoluerentur; vt decimas in annos quinque exigere permitteretur; vt Pontifex Bonifacij memoriã damnaret; vt Iacobum, & Petrum Columnas priſtino honori reſtitueret, & ex Regis amicis Cardinales aliquot crearet. Sextum caput tempore, & loco ſe dicturum promiſit. Mornæus

Clemens quorũ opera creatus ſit Pontifex.

Quid in his capitibus.

Pag. 431 *Et Columnenſibus quidem iam proſpectum fuerat, ſed reſtabat, vt memoria Bonifacij damnaretur, ex ipſa tùm Philippi iuſtificatione tùm Authorum abſolutione ſatis damnata.*

VErùm cum Rex à Pontifice futuro veniam capti Bonifacij, & læſæ Maieſtatis Pontificiæ ſtipularetur, quin & anathemate ſe, & fautores ſuos, atque authores violentiæ illatæ Bonifacio, ſolui poſtularet; hoc certè ſe ſontem, non verò innocentem, & iuſtum docebat: & ſi authores uis illatæ Bonifacio abſolutione opus habebant; iuſta igitur erat anathematis ſententia, in eos ob tantum ſacrilegium pronunciata, idque Rex fatebatur illis capitulis, quæ à futuro Pontifice ſtipulabatur. Et dificilè perſuaſus eſt Pontifex, vt Sciarram, & Nogaretum abſolueret, pollicente Nogareto, ſe iturum pœnitentiæ gratia contra Sarracenos. Quorſum vero Rex poſtulabat tertio loco, vt illi in quinquennium decimas Regni ſui concederet, niſi exiſtimaſſet, opus eſſe authoritate, & conſenſu Romani Pontificis, ad exigendas huiuſmodi decimas Eccleſiarum etiam in Regno ſuo? Proſequitur.

Philippus Rex, et authores violentia in Bonifaciũ non inſontes.

Sed hoc caput ad Viennenſe Cõciliũ reijcitur, quod exeunte hoc anno cœptum. Pag. 431

POllicitus fuerat Clemens, ſi Pontifex crearetur, ſe memoriam Bonifacij damnaturum. Igitur a Rege, vt id faceret rogatus reſpondit, damnari Pontificem Maximum niſi ab Oecumenica Synodo non poſſe legitimè accuſatum, conuictumque: Concilium igitur Viennam ſe indicturum, vbi de grauiſſimis Reipublicæ Chriſtianæ negotijs ageretur. Anno 1311. Kal. Nouembris, qui fuit ſeptimus Clementis, illud Concilium cœptum celebrari: cui præfuit ipſe Pontifex, adfuere Cardinales, & pluſquam 300. Epiſcopi, prçter alios Prælatos ex diuerſis Regnis, & Prouincijs. Patres noluerunt aſſentiri Regi de damnanda memoria Bonifacij; immò ipſum declararunt, fuiſſe Catholicum, verum, & legitimum Pontificem. Verùm id Decreto firmatum eſt, quacunque ex cauſſa Rex deliquiſſet in Bonifacium, vel Eccleſiam, id nullo vnquam tempore Regi, aut illius ſucceſſoribus nocere debere.

Quid Clemẽs ad Philippum rogantem, vt memoriam Bonifacij damnaret.

Patres Cõcilij Viennenſis Philippo in hoc renuerunt.

In hoc Concilio (inquit) *tria capita agitabantur; Templariorum negotium, Bellum ſacrum, Eccleſia reformatio; Damnantur hæreſeos, & aliorum criminum Templarij, exindè in pluribus locis crudeliſſimè combuſti, totaque Europa proſcripti, bonis ſpoliati. Multi tamen authores innocentiæ illis teſtimonium perhibent &c.* Pag. 431

IN quarto Tomo Conciliorum Romæ nupèr editorum, ita habet hiſtoria Concilij Viennenſis, eidẽ præfixa: *In Hieroſolymitana vrbe erat religioſorum militum Ordo inſtitutus, qui cum iuxta Templum Domini cohabitarent, Templarij dicti ſunt. Horum munus, & officium fuit tueri fines, ac vias Hieroſolymitanæ ditionis, ab incurſionibus hoſtium, & latrocinijs, vt aduenæ, & peregrini, ad Sancta illa loca inuiſenda tutò poſſent accedere. Ex hiſce militibus multi olim Chriſti cauſſa, et ſanguinẽ profuderunt, & frequẽter vitæ diſcrimen adierunt. Verũ deinde à Sãcto hoc inſtituto recedẽtes; Patriarchæ Hieroſolymitano, à quo prima beneficia acceperunt, obe*

dire

Templarij vnde dicti.

Ipſorum munus.

Scelera.

Digitized by Google

dire renuerunt, Eccleſijs decimas, primitiaſque ſubtraxerunt, atque omnibus redditi ſunt infeſti. Aſſyſinorum etiam Legatum contra ius gentium à Templarijs fuiſſe occiſum, ſcribit VVilelmus Tyrenſis.

Quorum cauſſa Vienenſe Concilium conuocatũ in quo ipſorũ ordo extinctus.

Præterea ad Clementem V. Summum Pontificem multi Principes viri detulerunt, eos in hæreſim, apoſtaſiam, aliaque nefanda vitia eſſe prolapſos. Cumque Templariorum Religio eſſet toto iam ferè Chriſtiano Orbe proſeminata, atque diſperſa; Clemens vt remedium aliquod huic tanto malo poſſet adferre, Concilium Generale cenſuit conuocandum. Et poſt: *Templariorum ordinem extinxit: eorumque bona Hoſpitalarijs militibus attribuit. De Terra Sanctæ verò recuperatione eadem ferè decreuit, quæ priores Pontifices in Generalibus Concilijs antea conſtituerant. Multas edidit Conſtitutiones Eccleſiaſticæ diſciplinæ perutiles: quas vna cum alijs tàm ante, tum poſt Concilium editis, in vnum volumen contulit: quod volumen cum morte præuentus promulgare non potuiſſet, Ioannes XXII. qui ei in Pontificatu ſucceſſit, poſtea in lucem edidit, eamq; collectionem, Clementinas appellauit.*

De tribus actum in Concilio Viennenſi.

Hæc igitur ſunt tria capita, de quibus actum in eo Concilio: De Templariorum extinctione extat ſententia à Clemente V. lata in eo Concilio. Sed: *Multi authores* (inquit Mornæus) *innocentiæ illis teſtimonium perhibent.*

Templarij non innocentes. ☞

Certè Aluarus Pelagius qui tum temporis vixit lib. 2. de planctu Eccleſiæ cap. 23. *Templarij* (inquit) *modò ab Eccleſia propter eorum flagitia reprobati ſunt;* Vbi Sanderus lib. 7. de viſibili monarchia Eccleſiæ hæreſi 157. *Cum autem Clemens V. cauſſam Templariorum cognouerit, eorumque ordinem abrogauerit, & hic Aluarus, vir certè inſigni doctrina, & pietate vixerit eo tempore, quo Templariorum nomen deletum eſt; multò ſecuriùs ei creditur, quàm neſcio quibus ramuſculis, qui aut ab incerto, aut à priuato certè authore prodierunt.* Præterea Blondus decad. 2. lib. 9. Volateranus Anthropol. lib. 21. Platina, in Clemente V. *Fama frequentior, & ſenſus propè omnium eos condemnant.*

Templariorum auaritia.

Quæ eſſent accuſationum contra eos capita, videndus præ cæteris S. Antoninus, 3. p. tit. 21. cap. 1. §. 13. & Mariana, lib. 15. de rebus Hiſpan. cap. 10. Grauiter eos aliquando peccaſſe in Religionem, conſtat ex his, quæ ſcribit Archiepiſcopus Tyri. Certè Lib. 17. cap. 27. vehementer eos auaritiæ arguit, quòd in obſidione Aſcalonis, dum ſoli cuperent vrbis præda potiri, & ſeſe in præſentiſſimum vitæ diſcrimen obiecerunt, & ne Ciuitas à Chriſtianis tunc caperetur, in cauſſa fuerunt.

Eorundem peccata in Religionẽ.

Lib. 18. cap. 9. refert, quod cùm aliquando Chriſtiani ſpolia hoſtium partirentur, fratribus militiæ Templi cecidit in ſortem præter cætera in funiculo diſtributionis, nobilis viri, Ducis hoſtium filius, Noſceradinus, vir audaciſſimus, rei militaris ſingularem apud Aegyptios, habens experientiam, cuius etiam nomen populis illius Regionis eſſet formidabile. Hunc cum diebus multis habuiſſent prædicti fratres in vinculis, & auidiſſimè petens in Chriſto regenerari, literas iam didiciſſet Romanas, prima fidei Chriſtianæ rudimenta edoctus, pro ſexaginta millibus aureorum Aegyptijs, eum ad mortem poſtulantibus, vendiderunt. Traditum autem, vinctum manibus, & pedibus, cathenis ferreis, in cauea ferrea camelis imponentes in Aegyptum deduxerunt; vbi inhumanis deſiderijs ſuis ſatisfacientes, eum mordicitus diſſerpentes, in fruſtra minutiſſima conciderunt. Lib. 20. cap. 32. refert, ab eiſdem impiè perpetratam, & contra ius gentium, cædem legati Aſſyſinorum, qui ſpem dabant Regi Hieroſolymitano, quod ipſi ad Chriſtum, & ad Baptiſma conuolarent, ſi fratres militiæ Templi, quæ Caſtella Regioni eorum contermina, duo millia aureorum, quæ ſingulis annis de hominibus eorum quaſi pro tributo ſolebant aſſumere, eis vellent remittere, & fraternam deinceps obſeruare caritatem: quæ Rex ipſe de proprijs redditibus prædictis fratribus refundere paratus erat. Hæc grauiſſima certè crimina in Religionem. Quo tempore S. Ludouicus in Syria agebat, ſuſpectum habuit de proditione Magiſtrum militum Templi, quòd cum Soldano Aegypti per Internuncios de pace tractatus haberet: quo factum eſt, vt ei mandaret, ne deinceps Nuncios Soldani ſine ſuo ſpeciali mandato admitteret, aut colloquia cum eis haberet. Alexander III. in Concilio Lateranenſe cap. 9. de eis conqueritur, quòd indulta ſibi ab Apoſtolica Sede priuilegia excedentes, contra Epiſcopalem dignitatem multa præſumerent, quæ & ſcandalum generarent in populo Dei, & graue parerent periculum animarum. Honorius III. ext. de purgatione vulgari, cap. *Dilecti*, accuſat Templarios, quòd in Liuonia, ſi quando de aliquo crimine infamarentur Chriſtiani, eos ferri candentis iudicium ſubire compellerẽt; quibus inde ſi qua ſequeretur aduſtio, ciuilem pœnam infligerent. Et ſi fuiſſent innocentes, ac non legitimè probati rei, & conuicti; nunquam in Concilio Viennenſi damnati fuiſſent, ac penitùs eorum nomen extinctum. Extat de hac re Epiſtola Clementis ad Philippum Regem Francorum, & ad Abbatem Ciſtercienſem, in Actis eius Concilij. Mornæus.

Ad Palæſtinam quod attinet, Crux aſſumenda publicatur in Turcas, additis indulgentijs, quàm vnquam antea indulgentioribus; nempè, vt quicunque in hanc expeditionem Cruce ſe ſignaſſet; damnationem incurrere non poſſet, his disertè verbis; Nolumus vt pœna inferni ſibi aliquatenus infligatur; concedens inſuper Cruce ſignatis, ad eorum vota, tres aut quatuor animas, quas velint, è Purgatorio poſſe eripere. Vnde magnum apud Theologos Pariſienſes ſcandalum, eò impenſiùs, quòd huic Bullæ clauſula ſpecialis inerat; Mandamus Angelis, quatenus animam à Pag. 452

Pur-

Digitized by Google

Purgatorio penitùs abſolutam, in Paradiſi gloriam introducant &c.

Nouā Bullarum formam fingit Mornæus.

FIngit nobis iſte more ſuo nouam formam Bullarum, quam nunquam excogitarunt Pontifices; vt doctrinam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ de Purgatorio, & Indulgentijs ſuſpectam reddat, ac Pontificum Diplomata ludibrio exponat. Certè vnde expiſcatus ſit hanc Bullam Mornæus, non facilè aſſequor; ſed hoc mihi conſtat, nullum vnquam Pontificum in hanc formā Bullam edidiſſe: *Nolumus vt pœna Inferni ſibi aliquatenùs infligatur*; vel: *Mandamus Angelis, quatenus animam à Purgatorio penitùs abſolutam, in Paradiſi gloriam introducant.* Sciunt Pontifices, hæc ſui iuris non eſſe, neque eò vſque, protendere poteſtatem, illis in terris conceſſam. Verum Mornæus.

Huius Bullæ (inquit) *exemplaria etiamnum ſeruantur Viennæ, Pictauij Lemouici.*

AN extent huiuſmodi exemplaria; fateor id mihi non conſtare. Verum id mihi certò conſtat, non eſſe exemplaria Bullæ Pontificiæ, ſed à quæſtoribus fortaſſe lucri cauſſa confictæ. Ideo enim ex Concilio Vienneſi, tit. *de pœnitentijs, & remiſſionibus*, decernitur; quæſtores non admittēdos eſſe ſine literis Apoſtolicis, vel Diœceſanorum, & per Diœceſanos literas Apoſtolicas priùs examinari debere. Hæretici aliquando libros ediderunt, quos Sanctis Patribus ad cōfirmanda ſua dogmata inſcripſerunt, vt teſtatur D. Auguſtinus, lib. 1. de conſenſu Euangel. cap. 8. & 9. Pagani quoſdam libros Chriſtum ſcripſiſſe aſſerebant, quos etiam ſe legiſſe affirmabant; Quid mirum igitur, ſi commentitias Bullas Pōtificibus obtrudat Mornæus, quarum etiam exemplaria extare affirmat? cum tamen eorum ſenſus, & forma nunquam illis in mentem venerit, ſitque aliena omninò à doctrina, quam profitetur S. R. E.

Vbi Mornæus ex S. Antonino 3. p. tit. 21. cap. 3. §. 3. mortem Clementis V. Papæ retulit, quodque, vt Chronica referunt, fuerit nimis cupiditatibus deditus, & quod vitium Simoniæ circa beneficia multum viguerit in ſua Curia &c.

Pag. 432 *Et hic tamen* (inquit) *ille eſt, qui in Clementina, Paſtoralis; Nos tàm ex ſuperioritate, quam ad Imperium non eſt dubium nos habere, quàm ex poteſtate, in qua (vacante Imperio) ſuccedimus Imperatori, & nihilominùs ex illius plenitudine poteſtatis, quam Chriſtus Rex Regum, & Dominus Dominantium nobis, licet immeritis, in perſona B. Petri conceſſit decernimus &c.*

PRimùm quidem, ad leges ſanciendas non requiritur integritas vitæ, & morum honeſtas, ſed authoritas. Itaque etſi minùs honeſtæ vitæ Clemens; quia tamen Pontifex, potuit controuerſias fidei dirimere, hæreſes condemnare, eaque ſtatuere, quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam reſarciendam, vel conſeruandam ſpectare viderentur. At verò plenitudinem poteſtatis, quanta ad gubernandam ſuam Eccleſiam requireretur, Chriſtum, ſapientiam ipſam Patris, inſtituiſſe, nemini dubium: eam verò non in alijs reſidere, quam in B. Petro Apoſtolo, & ſucceſſoribus illius Romanis Pontificibus, perpetua, & conſtans fuit totius Eccleſiæ fides, ac ſententia. At Mornæus.

Clemēs et dere potuit leges authoritate à Christo accepta.

Numnon potius credere datur nobis, vel ex illis, quæ ſupra, ab eo hanc poteſtatem eſſe, qui Domino dicebat; Hæc omnia dabo tibi regna, ſi procidens adoraueris me. Pag. 432

SI ſcribæ, & Phariſæi admiranda Chriſti ſeruatoris noſtri opera in Belzebut principem Demoniorum referebant, & miracula per Sanctos edita, Pagani magicis artibus tribuebant; quid mirum, ſi Summum Pontificatum à Chriſto inſtitutum, plenitudinem, inquam, illam poteſtatis ad gubernandam Eccleſiam Mornæus, hæreticus ſacrilegus, Iudæos, & Paganos perfidia longè ſuperans, Diabolo aſcribat?

Feſtum corporis Chriſti Vrbanus IV. inſtituerat, eius decretum poſtea fuit confirmatum, & promulgatum in Concilio Viennenſi ſub Clemente V. prout habetur in *Clement. titulo de reliquijs, & veneratione Sanctorum*; Vbi multa de veneratione, dignitate, & excellentia tanti Sacramenti, vnde hæretici iſtius, & omnium Nouatorum confundatur perfidia, & inſania. Præfatus Pontifex: *Nos* (inquit) *Chriſti fideles ad colendum tantum feſtum, & celebrandum donis volentes ſpiritualibus animare, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui matutinali officio feſti eiuſdem in Eccleſia, in qua celebrabitur idem, interfuerint, centum; qui verò Miſſæ, totidem; qui autem in primis ipſius feſti veſperis interfuerint, ſimiliter centum; qui verò in ſecundis, totidem; illis verò qui Primæ, Tertiæ, Sextæ, & Nonæ, & Completorij, Officijs interfuerint, pro qualibet horarum ipſarum, quadraginta; illis autem, qui per Octauas illius feſti matutinalibus, veſpertinis, Miſſæ, ac prædictarum horarum Officijs interfuerint, centum dies ſingulis Octauarum ipſarum diebus de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Apoſtolorum eius Petri, & Pauli authoritate confiſi, de iniunctis ſibi pœnitentijs relaxamus.* Hoc certè ſanctiſſimum Pontificis inſtitutum; nec enim ſatis dignè à nobis venerari poteſt tantum Sacramentum. Sed Mornæus. Pag. 433

Quæ Clemens V. pro veneratione Sacramenti Eucharistiæ.

De huiuſmodi verò inuentis, num melius quàm ex ipſis inuentoribus iudicium feramus, quibus ſeu vitam ſeu

mortem

mortem eorum conſulas, deriſui & ludibrio illa ipſa erant?

Eius veneratio non eſt Pontificis inuentum.

SEd veneratio, ſeu adoratio debita tanto Sacramento non eſt Pontificis inuentum, immò ex adoratione illi debita impulſi ſunt Pontifices, vt feſtum ſolemne inſtituerent, & fideles ad venerationem tanto Sacramento debitam, propoſitis donis ſpiritualibus animarent. Et hæc ludibrio quidem ſunt,& deriſui; ſed Mornæo,& infidelibus. Alijs enim ſicut Chriſtus eſt odor vitæ in vitam;ita, & iſtis eſt odor mortis in mortem:& hoc Sacramentum eſt, quod norunt Fideles,non infideles,Hæretici,& Pagani.

Pag.433 Quod vltimò ſubijcit de Venetis, à Pontifice tàm diro anathemate percuſſis, & de Franciſco Dandulo, quem abſolutionem petitum Veneti miſerant; eos execratus eſt Pontifex, cum Ferrariam, quæ ditionis erat Eccleſiæ, vi occupaſſent. Legi poſſunt Petrus Iuſtinianus lib. 4. Hiſt Venetorum in principio, Ioannes Baptiſta Ignatius Hiſtor.M.S.Venetorum, Platina in Clemẽte V.Sabellicus,qui Ennead.9.lib.7.ſub finem, de Dandulo hæc ſcribit: *Franciſcus Dandalus, qui in Galliam ad eam culpam deprecandam publicè acceſſerat;etſi ſerò, ad Pontificis tamen conſpectum admiſſus,illuſtri exemplo priuatæ pietatis in patriã, publicæ in Religionem, cathena ferrea collo iniecta, ad eius menſam tandiu proſtratus iacuit, donec expugnata Clementis ira, ignominioſam notam patriæ ademerit, atque ex eo fuit illi poſtea Canis cognomen inter ſuos, quia vt canis ad Pontificiam menſam proiectus iacuiſſet;nec fuit ingrata Ciuitas; ſed data ſedulo opera eſt, vt qui non multò priùs in tam ignominioſo eſſet accubitu vulgi opinione conſpectus,cultus ſummi honoris inſignibus conſpiceretur &c.* Vnde conſtat,non fuiſſe Pontificem, qui Dãdulum eò adegerit, vt ad eius pedes prouolutus ferrea cathena ad menſam eius iaceret, vt ſcribit Mornæus, immò ipſe voluit ita prodire in conſpectum Pontificis, vt pietatem in patriam demonſtraret, ac faciliùs Pontificem ad miſericordiam flecteret. Veneti interim niſi magni beneficij loco habuiſſent anathemate ſolui;non hoc nomine,quòd adeò ſe abieciſſet Dandulus, & ciuibus ſuis tanta demiſſione veniam impetraſſet, ſupremi Magiſtratus inſignibus exornatus fuiſſet. Et hinc conſtat,quanta fuerit eorum religio, & obſeruantia in Sedem Apoſtolicam: ex qua non dubium creuiſſe eorum Dominium: quod quidem,iiſdem artibus faciliimè retinetur, quibus initio partum eſt.

De Venetis à Clemente V. excõmunicatis & Dandulo ab ipſis pro abſolutione ad eũ miſſo.

Qui cathena ferrea collo iniecta ad menſam Pontificis proſtratus iacuit, non adactus à Pontifice, ſed ſuã & ſponte.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quinquageſ.ſextam.

SAtis in Progreſſu immoratis, deinceps Oppoſitionis capita nobis examinanda. Sic igitur exorditur Aduerſarius.

Pag.433 *Clemens in indicendo Viennenſi Concilio reformationis Eccleſiæ ſpem facturus, Durando Rotæ auditori, & Epiſcopo Mimatenſi Gallo (is vulgo ſpeculator) mandatum dederat, vt quædam capita ad eam pertinentia in Concilio proponenda digereret; Extat adhuc Tractatus ille, cui Titulus, de Concilio celebrando, Lutetiæ anno 1545. excuſus,*

Durandi ſpeculatoris Tractatus nõ editus ſub Clemente V.

AC deinceps citat aliquot loca ex illo Tractatu. Sed meo iudicio non potuit mandare Clemens V.Durando, dicto ſpeculatori, vt huiuſmodi capita digereret;cum tum non potuerit eſſe ſuperſtes. Nam ſcripſit ſpeculum in tria volumina diſtinctum ad Cardinalem Othobonum, qui fuit poſtea Adrianus Papa V. ſcripſit & Cõmentarium in Concilium Lugdunenſe,ſub Gregorio X. celebratum anno 1274. quem primùm inuenit, & in lucem edidit Simon Maiolus: at ſcribunt,eum edidiſſe Speculum anno 1271.& exceſſiſſe è vita non multo poſt quàm id abſoluiſſet,iuuenem adhuc,& annum 30.non ita multum egreſſum. Eum referunt vixiſſe ſub Nicolao III.nempe anno 1280. Poſſeuinus, Cardinalis Bellarminus, & alij. Simon Maiolus in eius vita,quam ex multis Authoribus, & peruetuſtis monumentis collegit, ſcribit, eum iam ſenem ſub Bonifacio VIII. anno 1296. Nicoſiæ, quæ Cypri Metropolis eſt, diem clauſiſſe extremum. Sed quiſquis horum Authorum verum ſcripſerit, iuuenis, an ſenex obierit;non potuit certè ſub Clemente V. edidiſſe Tractatum illum, quẽ citat Mornæus. Sed quoniam viſum eſt ei tantum nobis Authorem in limine ſuæ Oppoſitionis obijcere; videndum, quæ ſit illius ſententia de Romani Pontificis primatu, & Eccleſiæ Romanæ dignitate. In Rationali diuinorum Officiorum lib.2.cap.1. *Apoſtolica* (inquit) *fides, ſicut ait Anacletus Papa.22. d. ſacro.caput, & cardo eſt aliarum Eccleſiarum, quoniam ſicut oſtium cardine regitur; ſic illius authoritate omnes Eccleſiæ reguntur, & inde dicti ſunt Cardinales, per quos tota Eccleſia, ſicut oſtium per cardinem, gubernatur. Illius autem Prælatus, Papa, ideſt Pater Patrum vocatur, & Vniuerſalis, quia vniuerſa Eccleſia principatur, & Apoſtolicus, quia Principis Apoſtolorum vice fungitur, & Summus Pontifex, quia caput eſt omnium Pontificum, à quo illi tanquam à capite membra deſcendunt, & de cuius plenitudine omnes accipiunt, quos ipſe vocat in partem ſollicitudinis, nõ in plenitudinem poteſtatis.* Et lib.6.cap.53. agens de

Ipſius ſententia de Romani Pont. primatu.

Cardinales vnde dicti.

Digitized by Google

de cæremonia roſæ aureæ, quæ à Pontifice celebraturo Dominica 4. Quadrageſimæ portatur. *Huius floris* (inquit) *eſt baiulus Vicarius Saluatoris, Romanus verò Pontifex, ſucceſſor vtique Petri, & Vicarius Ieſu Chriſti*. Et in ſuo ſpeculo lib. 1. partic. 1. de legato §. nunc, num. 43. *Papa ſolutus eſt legibus, quia nulli ſubeſt, nec ab aliquo iudicatur.* Et num. 47. *Ipſe ſedet in ſede illa, quam Dominus ſibi in perſona B. Petri ſpecialiter elegit, ideoque Sūmus Pontifex appellatur*. Et num. 51. *Ipſe eſt ſucceſſor Petri, & Vicarius Ieſu Chriſti, vicem non puri hominis, ſed veri Dei gerens in terris &c. Habet Papa etiam plenitudinem poteſtatis, ad quam vocatus eſt; alij vero in partem ſollicitudinis ſunt vocati.* Et num. 52. *Poteſt omne ius tollere, & de iure ſupra ius diſpenſare: item non habet ſuperiorem, ſed ipſe ſuper omnes eſt, nec poteſt ab aliquo iudicari. Ei iura cœleſtis, & terreni Imperij à Deo commiſſa ſunt*. Ex Commentario illo in Concilium Lugdunenſe ſub Gregorio X. plura loca eodem ſpectantia poſſemus citare. Vnde conſtat, eum non aliud ſenſiſſe, quàm quod docet S. R. E. Si aliqua digeſſit, quæ conferre putaret ad diſciplinam Eccleſiaſticam reſtituendam; atqui non aliud ſibi proponunt Pontifices in Concilijs indicendis, vel celebrandis, quàm ut Orthodoxam fidē neceſſariam ad ſalutem confirment, hæreſes dānent, & reſarciendæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ inuigilent. Sic in Concilio Viennenſi Beguardorum, & Beguinarum hæreſes damnatæ, &, vt ſcribit Trithemius in Chron. Hirſaug. ad annum 1311. in eo liber Clementinarum publicatus fuit, & multa ad Eccleſiæ vtilitatem ſtatuta. Mornæus,

Pontificū ſcopus in celebrandis Concilijs.

Pag. 433 *In eo initium à Cleri Romani reprehenſione ducit, ſi auditus fuiſſet, fortè eius corruptioni non parſurus.*

SEd de reformando Clero in vniuerſum, non Romanæ duntaxat Eccleſiæ agit. Et de Clero Romano quidem verum eſt, quod ſcribit S. Bernardus lib. 4. de conſiderat. cap. 2. *Clerum illum ordinatiſſimum eſſe decet, ex quo præcipuè in omnem Eccleſiam Cleri forma proceſſit*. Et Eugenium III. alloquens: *Intereſt* (inquit) *gloriæ Sanctitatis tuæ, vt quos præ oculis habes, ita ordinati, ita ſint informati, quatenùs totius honeſtatis, & ordinis ipſi ſint ſpeculum, ipſi ſint forma*. Ex eo tractatu Mornæus præcipua capita digeſſit, quibus & gloſſas ſuas inſerit,

Clerū Romanum ordinatiſſimum eſſe decet: cur.

Pag. 433 *Vt ad legem Dei, ad Euangelium, ad Concilia, inſtinctu Spiritus Sancti approbata ad bonas etiam leges humanas, recurratur. Tollantur etiam omnes abuſus, conſuetudines, diſpenſationes, priuilegia, libertates &c. II. Papæ ipſi, ſe ſuaque facta, & dicta diuinis, & humanis legibus conforment, & ſe per imitationem eis ſubijciant &c. III. Negari non poſſe, quin Eccleſia Romana à ſacra Primitiuæ Eccleſiæ inſtitutione, ſanctorumque Patrum Conciliorum & Decretorum ſententia deflexerit &c.* Pag. 434

VBi tamen non de Romana ipſa Eccleſia (vt imponit Mornæus) Author ille intelligit, ſed de aliquot eius miniſtris, idque quoad diſciplinam, & mores, non quoad dogmata fidei primitiuæ Eccleſiæ, quæ in Eccleſia Romana ab omnibus inconcuſsè tenetur.

Impoſtura Mornæi.

IV. Papam non debere facile pati, cauſſas ex prouincijs in curiam trāſferri Pag. 434 debere item Epiſcoporum iuriſdictionem ſeruari, idoneos docendo paſtores præfici, & ſimoniam ab Eccleſiaſticis arceri. Verum id non ſignificat, non habere Papam authoritatem diiudicandi cauſſas, per appellationem ex omnibus Prouincijs ad eum deuolutas, de quo ſuo loco diximus.

V. Gregorium Magnum Epiſcopi vniuerſalis titulum repudiaſſe, nec aliū quemquā eo nomine vocari voluiſſe. Pag. 434

VErùm quo ſenſu eūm titulum repudiaret S. Gregorius, alibi dictum eſt.

Addo (inquit) *vt Mileuitani Concilij, Canonem confirmandum dicat (Durandus) Vt vnaquaeque cauſſa in ſua Prouincia terminetur.*

SEd alibi expoſuimus ſenſum illius Canonis.

VI. Vtile videri, vt in Concilio matrimonium Sacerdotibus concedatur. Pag. 434

SEd de cœlibatu Sacerdotum, & quam iuſtis de cauſſis ab Eccleſia ſit inſtitutus, alibi dictū.

VII. Cogendos eſſe Monachos ad laborē manuū, vt olim in Eccleſijs Aegypti.

VErùm quo fine id inſtitutum ſeruarent illi Monachi, docet S. Hieronymus Epiſt. 4. ad Ruſticum Monachum: *Aegyptiorum Monaſteria hunc tenent morem, vt nullum abſque operis labore ſuſcipiant, non tam propter victus neceſſitatem, quàm propter animæ ſalutem, ne vagetur perniciosis cogitationibus mens, & inſtar fornicantis Hieruſalem omni tranſeunti diuaricet pedes ſuos*. Sed longe præſtantiora ſunt hæc exercitia Monachorum, oratio, meditatio, lectio ſcripturarum & c. de quibus ibidem D. Hieronymus. An debeant, vel teneantur Monachi manibus operari videndus D. Tho. 2. 2. q. 187. arti. 3.

Cur Monachi Aegypti manibus laborarent.

VIII. Reprimi opus eſſe abuſum imaginum, nundinationem indulgentiarum & pænitentiarum. Pag. 434

Verùm

Digitized by Google

VErùm hos abuſus vel ab Eccleſia Romana, vel a Pontificibus ipſis conſtat non eſſe introductos, aut approbatos.

VIIII. Eo redit (inquit) *reformandæ Eccleſiæ, ſeu, in politia ſeu in diſcipli na, ſeu in moribus nullam ſpem fore, nullam rationem eſſe, ni Romana exemplo præeat, cuius corruptelas per omnes partes exequitur &c.*

HOc certè nihil aliud ſibi vult, quàm Eccleſiæ totius reformationem à Romana tanquàm à capite pendere, in eamque tamquam exemplar omnes intueri debere: & in his omnibus capitibus nihil contra Romanæ Eccleſiæ, aut eius Antiſtitis primatum, vel dogmata eiuſdem aſſeritur; vt nihil ſit, quod cauſæ Mornæi ſuffragetur. Subiungit.

Pag. 435. *Interim harum commonefactionum nullus fructus; In hoc contrà concilio editur Decretalis illa, cui initium, Paſtoralis, in qua Clemens ſeſe ſupra Imperatores longè extollit, quippe Vicarium Regis Regum.*

SEd non dubium, Concilium illud, ſicut cætera Oecumenica, contra aliquot hæreſes celebratum, fuiſſe Eccleſiæ Dei vtiliſſimum; vnde extant & Decreta, quæ dicuntur *Clementinæ*, de quibus Ioannes XXII. in Proemio: *Sanè fœlicis recordationis, Clemens Papa quintus prædeceſſor noſter dudum, nedum in Concilio Vienneuſi, quin etiã ante, & poſt ipſum Concilium conſtitutiones plurimas edidit, in quibus multa vtilia ſtatuit, atquè ſalubria, & nonnulla dubia in iudicijs, & extra frequentata decidit.* Quod vero in Clement. *Paſtoralis*, ſupra Imperatores ſe ſe extollit, quippe Vicarium Regis Regum: nemo verè Chriſtianus negabit, Eccleſiã eſſe ſupra Imperium; cum Eccleſia ſpiritualis ſit, Imperium temporale, cùm ordo gratiæ ſuperior ſit ordine naturæ: Chriſtus itẽ habet in fęmore ſuo ſcriptum: *Rex Regum, & Dominus Dominantium*: non ſeipſum glorificauit Romanus Pontifex, vt ſe illius Vicarium conſtitueret; ſed ab ipſo Chriſto conſtitutus eſt, qui ei plenitudinem poteſtatis ad regendam ſuam Eccleſiam dedit in terris, & qui Petro dixit Matth. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues Regni cælorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram &c.* Vocat *ridiculam legem*, cuius in Clementinis initium, *Exiui de Paradiſo, dixi: Rigabo hortum plantationum*, Mornęus:

Pontifex ſuperior Imperatoribus.

Pag. 435 *Audi verò, talia præfatus quid ſubiungat; Hic hortus ſiquidem eſt fratrum Minorum Sancta religio, quæ muris regularis obſeruantiæ firmiter vndique circumcluſa, intra ſe ſolo contenta Deo, adornatur abundè nouellis plantationibus filiorum.*

HOc Mornæum offendit, quòd Pontifex fratrum Minorum Religionem paradiſo comparet; cum tamen longè antea ita Sanctiſſimi Patres ſint locuti, S. Chryſoſtomus Homil. 8. in Matthæum: *Si quis nunc ad Aegypti veniat ſolitudines, Paradiſo quouis omnem illam videbit Eremum digniorem, & innumerabiles Angelorum cætus in corporibus fulgere mortalibus.* Poſt: *Eſt cernere tota illa regione diffuſum exercitum Chriſti, & admirabilem illum regium gregem, virtutumquè cæleſtium conuerſationem in terris micantem. Atque hæc non in viris ſolum, verùm etiam in fœminis ſplendere conſpicias &c.* Ibidem: *Non ita varijs aſtrorum choris cælum refulget, vt Aegypti eremus innumeris Monachorum, ac Virginum diſtinguitur, atque illuſtratur habitaculis.* & S. Baſilius cum multa de religioſi inſtituti præſtantia diſſeruiſſet, concludit tandem in Conſtitut. Monaſt. cap. 15. nihil eſſe in terris tam magnum, & tam pulchrum, quod ei comparari poſſit; itaquè è ſolo cœlo petendam eius ſimilitudinem. *Sicut enim in cæleſtibus omnibus incorruptio viget; ita etiam in Religioſis: & ſicut charitate, quæ in Cælo ſunt, inter ſe coniunguntur; ità charitas hos mutua compagine connectit.* & S. Bernardus Serm. in feſto S. Nicolai. *Verè Clauſtrum eſt Paradiſus. Hic prata virentia ſcripturarum, præterfluens lachrymarum vndoſitas, quam de puriſſimis affectibus amor ille cæleſtis eliquat. Hic ſunt arbores erectiſſimæ, chori Sanctorum, nullaque eſt, quæ non gaudeat multa fructus vbertate,* & quæ ſequuntur. & Homil. ſuper verbis Domini: *Simile eſt Regnum Cælorum homini quærenti bonas margaritas: Verè clauſtrum fratres mei, verè Religio eſt paradiſus. O Religio habitaculum Dei, & Angelorum eius. Hic permanſionem faciunt conſerui ſui. O Religio vita beata, vita Angelorum &c.* Item Laurentius Iuſtinianus de perfectione Monaſticæ conuerſationis cap. 7. *In humanis rebus, & in hac peregrinatione nihil tàm efficaciter gerit in ſe imaginem cæleſtis patriæ, quàm monaſtica conuerſatio, & congregatio diuino cultui dedicata &c.* Non igitur mirum, ſi Pontifex Sanctam Religionem fratrum Minorum Paradiſo comparet; Sed animalis ille homo non percipit, quæ Dei ſunt. In hac etiam Clement. declarat, An fratres Minores teneantur ad obſeruationem eorum omnium, quæ in regula ponuntur ſub verbis imperatiui modi, & non omnia Euangelia conſiglia eſſe præcepti quoad fratres: deinde multa inſeruntur, ad quæ fratres ipſi obligantur. Sed Mornæus

Religio fratrum Minorum rectè Paradiſo comparata ſicut & alij Religioſorum cætus.

Profunda ſcilicet religionis Chriſtianæ myſteria, Concilij generalis conſideratione digna.

VErùm qui ſunt timoratæ conſcientiæ non parum intereſſe iudicant, ſint ne ad aliquid obſtricti ſub peccato, eoque mortali, an veniali:

Digitized by Google

& dubia hæc ſoluere, quæ occurrebant circa regulam S. Franciſci ad omnem ſcrupulum eximendum, non alius poterat, quàm Romanus Pontifex, qui vnus poterat & religionem Minorum, ac regulam illis præſcriptam approbare, & confirmare.

Poſt Durãdum Mimatenſem Epiſcopum opponit nobis Dantem Florentinum.

Pag. 435 *Tractatū* (inquit) *is ſcripſit, cui titulus Monarchia, in quo probat Papam Imperatore ſuperiorem non eſſe, nihilquè in Imperium iuris habere; quod cum illa Clementina Paſtoralis ex diametro pugnat, qua vtrumque Pontifex ſibi præfractè arrogat.*

De Dante eiuſq; Monarchia.

VErùm Bartolus ſcripſit, Dantem propter illàm opinionem fuiſſe quaſi de hęreſi damnatū: in quo tamen video, Bartolū repræhendi à Nauarro in cap. *Nouit.* de iudicijs notab. 3. nu. 42. Dantis certè Monarchiam Eccleſia ipſa omninò proſcripſit; vt nemini eam habere, aut legere liceat; vbi in corpus iuris canonici relata, & nobis authentica Clement. *Paſtoralis*: & errorem illius Dantis, Papam Imperatorem ſuperiorem non eſſe, cum aliquot alijs eiuſdem refutat S. Antoninus. Et certum eſt, Dantem fuiſſe factionis Gibellinæ, magis addictum Imperio, quàm Eccleſiæ, ideoque à patria actum eſſe in exilium. Et tamen Dantes in Monarchia ſua ſcribit, Papam eſſe Chriſti Domini noſtri Vicarium, ac Petri ſucceſſorem; & vbi Imperium à Deo immediatè pendere docuit, concludit ſub finem: *Quæ quidem veritas vltimæ quæſtionis non ſic accipienda eſt, vt Romanus Princeps in aliquo Romano Pontifici non ſubiaceat; cum mortalis iſta fœlicitas quodammodò ad immortalem fœlicitatem ordinetur. Illa igitur reuerentia Cæſar vtatur ad Petrū, qua primogenitus filius debet vti ad patrem, vt luce paternæ gratiæ illuſtratus, virtuoſiùs Orbem terræ irradiet.*

Dantis iudicium de Romano Pont.

Mornæus citando locum Dantis ex libro 3. de Monarchia.

Sunt & tertij, quos Decretaliſtas vocant, Theologiæ, ac Philoſophiæ cuiuslibet inſcij, & expertes, qui ſuis Decretalibus tota intentione innixi, de illarum præualentia credo ſperantes, Imperio derogant.

HAnc Dantis clauſulam ſuppreſſit, *quas profectò* (Decretales) *venerandas exiſtimo.* Et ibidem ſcribit, eas fundamentali quidem Scripturæ poſtponendas eſſe, etſi authoritate Apoſtolica venerandas. At certè nec Pontifices ipſi Decretales ſuas Epiſtolas Scripturis Sacris æquare voluerunt, vt patet ex diſt. 15. Decreti Gratiani cap. *Sancta Romana Eccleſia.*

Eiuſdē iudicium de Decretalibus, quod Mornæus ſuppreſſerat.

De donatione Conſtantini iam alibi dictum eſt: &, quid de ea ſcripſerit, vel ſenſerit Dantes, parum noſtra refert: neque tanta eſt eius apud nos authoritas, quanta eorum, qui de facto donaſſe, & de iure donare potuiſſe, contendunt. Sed ſi Monarchiam illam Dantis tantæ velit eſſe authoritatis Mornæus, vt ex ea validum argumentum ducatur ad demonſtrandum Imperatorem non ſubeſſe Pontifici (quod dumtaxat in temporalibus intelligit) certè magis, aut æque iniquus erit Regibus, ac Principibus, quos in illa ſua Monarchia vult Dantes ſubeſſe ipſi Imperatori.

Quo ſenſu Dantes velit, Imperatorem non ſubeſſe Pōtifici.

Quoad reliqua Dantis loca: potuit quidem infenſus eſſe Pontificibus ipſis, inuehi in vitia perſonarum, de ijſdem conqueri, quòd, ſuo iudicio, officio ſibi commiſſo non reſponderent; verùm dignitatem ipſam vt Catholicus ſemper reueritus eſt; neque locus vllus extat apud eum, vnde ipſum de Eccleſia Romana, & Pontificis authoritate, & Clauium Eccleſiæ, aut poteſtate concedendi indulgentias perperam ſenſiſſe colligamus. Quod Scriptura diuina à tergo relinquatur, aut violenter torqueatur, & cætera, quæ ex Dante fingit Mornęus; meræ ſunt impoſturę. Nā Scripturæ diuinæ leguntur in Scholis Theologorum, docentur è ſuggeſtu, eas à Spiritu ſancto dictatas eſſe, in eiſque ne minimum quidem mendacium contineri, omnes Catholici firmiter credunt.

Dantes Pōtificiam dignitatem ſemper reueritus.

Mornæi impoſtura.

Rem, ſuo iudicio, memoratu dignam, referendam hic putauit Aduerſarius de Friderico III. Siciliæ Rege, & Arnoldo de Villanoua, & colloquio inter eos habito. De Friderico primum id ſcribit, quod

Princeps religioſus, ſcandaloſo Eccleſiæ Romanæ regimine ita commouetur, vt de veritate Euangelij tantumnum dubitet; Compulſus tamen viſione, in qua mater ei apparuit &c.

SEd reſpondemus, haud fuiſſe religioſum, & verè Chriſtianum Principem, ſi de veritate Euangelij dubitabat; nam dubius in fide, infidelis eſt, neque fides, quæ Dei donum eſt, ſinit, nos de veritate Euangelij dubitare; nec debebat cōmoueri ſcandaloſo Eccleſiæ Romanę regimine; fides enim non eſt probanda ex perſonis, ſed perſonæ ex fide. Verùm illius hiſtoriæ, aut colloquij Regis habiti cum Arnoldo de Villanoua nullum probatum Authorem citat Mornæus. Subijcit enim:

Fridericus Siciliæ Rex non religioſus, ſi de veritate Euangelij dubitauit.

Arnoldum Villanouam accerſit, qui tum magnæ apud omnes exiſtimationis; vt eius ope ſuis dubijs ſatisfieret. Dubium hoc ei præcipuum; Euangelij doctrina inuentum ne humanum eſſet, an diuina traditio. Pag. 436

HOc erat vacillare in tota fide, de Myſterio Trinitatis, de Incarnatione Chriſti, & Myſterio noſtræ redemptionis, adeoque de omnibus, ac ſingulis Fidei noſtræ articulis, atque dogmatibus

matibus dubitare. De Arnoldo illo Villanouano ita ſcribit S. Antoninus 3.p. Chron. tit. 21. cap. 3. §. 83. *Eodem anno 1313. quidam Arnoldus de Villanoua Prouincialis magnus Philoſophus Pariſijs dogmatizabat, & per prophetiam Danielis, & Sibillæ Erithreæ probare nitebatur, aduentum Antichriſti, & perſecutionem Eccleſiæ futuram eſſe inter 1300. & 1400. Domini annum quaſi in 1377. anno: ſuper qua materia librum edidit intitulatum, De ſpeculatione Aduentus Antichriſti. Sed fuit reprobatus, & quaſi hæreticus reputatus. Vnde quia Magiſtri Pariſienſes tenebant contra eum; timens ipſe, ne deueniret ad manus Inquiſitoris, aufugit inde, & profectus eſt in Siciliam: qui cum miſſus fuiſſet à Friderico Rege Siciliæ Orator ad Papam, in mari mortuus eſt.* Eadem ſcribunt Ioannes Villanus li.9.ca.3.& Paulus Langius, in Chron. Citizenſe anno 1328. & Picus Mirādulanus lib. 5. contra Aſtrologos cap. 1. de eodem: *Arnoldus Hiſpanus* (inquit) *nobilis quidam Medicus, ſed ad ſuperſtitiones paulò nimis propenſus ex Aſtrologica vanitate, pleriſque alijs adiectis Antichriſti, nobis ãnno gratiæ 1345. comminabatur. Fluxere ab eo tempore anni iam ſupra centum quadraginta octo, & nullus adhuc Antichriſtus niſi quales etiam multi tempore Apoſtolorum.* De eodem Mariana li. 14. de reb. Hiſpan. cap. 9. *Arnoldus Villanoua, vt Regi decumbenti adeſſet, Barcinone venerat, rei medicæ ea tempeſtate peritiſſimus; maiori tamen fama, quàm laude; cum nobile ingenium, eruditionẽ maximam prauis ſuperſtitionibus, prauiſque de Religione opinionibus fœdare viſus ſit: quo nomine aliquanto poſt ab Inquiſitoribus ignominia notatus eſt, librique, quos magno numero ediderat, reprobati.* Eius errores referuntur ab Eymerico, 2.p. Directorij q. 11. & à Prateolo, verbo, *Arnoldus à Villanoua.* Non eſt, quod immoremur in examinando colloquio à Mornæo hic relato, habito inter Regem, eiuſdem teſtimonio de doctrina Euangelij dubitantem, & Arnoldum ab Eccleſia tanquam hæreticum proſcriptum, & damnatum.

Arnoldus de Villanoua damnatus ab Eccleſia tanquam hæreticus.

Citat Eduuardi Regis Angliæ Epiſtolam ad

Pag. 439 Clementem: quæ ſi ſit ad Clementem V. ſcripta; procul dubio erit Eduuardi II. qui Regnum iniuit anno 1308. Sed ea nihil ſuffragatur Mornæo. Nam primùm hæc eius eſt inſcriptio. *Sanctiſſimo Patri in Chriſto, Dei prouidentia Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Eccleſiæ Pontifici, Principis Apoſtolorum ſucceſſori.* Apud eum conqueritur, Eccleſiaſtica beneficia conferri indignis plerumque, & illiteratis, ac inde multa damna conſequi: obteſtatur, vt quamprimum his prouideat; Agnoſcit igitur Pontificem ius habere in Eccleſias ſui Regni.

Eduuardi Regis Angliæ Epiſtola nihil ſuffragatur Mornæo.

Regreditur ad ſuos VValdenſes Mornæus.

Perturbabant (inquit) *in diuerſis Prouincijs, & diuerſis nominibus, quæ*

Pag. 440 *aduerſarij pro libidine plerumque ijs imponebant; In Lombardia Fraticelli vulgo appellabantur; & quia Papam, Curiam Romanam, quaſque in doctrinam, moreſque corruptelas induxerant, deteſtabantur, non ſolum ad necem crudeliſſimè poſcebantur, ſed etiam apud poſteros ſexcentis turpitudinibus per calumniam infamabantur; cum tamen non alia eorum dogmata fuerint, quàm VValdenſium, & Albienſium &c.*

VErùm ex Authoribus, & ex erroribus, quos profitebantur, conſtat, has omnes fuiſſe diuerſas ſectas, nec vno tempore ab Eccleſia condemnatas. De Fraticellis hæc Platina in Clemente V. *Interim verò apud Nouarienſes noua hæreſis à Dulcino, & Margarita inuecta eſt, qua mares, & fœminæ ſimul inhabitantes, in omnem libidinem prolabebantur. Fraticelli hi ſunt appellati, quos opprimere Clemens conatus, eò ſtatim milites quoſdam cum Apoſtolico Legato miſit, qui eos in Alpibus poſitos partim inedia, & frigore, partim armis oppreſſit. Dulcinus autem, & Margarita viui capti, membratim lacerantur, eorumque oſſa combuſta diſſipãtur.* Nauclerus parte 2. Generat. 44. anno 1306. *Ex his remanſerunt reliquiæ ſceleſtiſſimæ in annos aliquot, origo Boemicæ maculæ.* Sunt igitur huiuſmodi reliquiæ, de quibus Trithemius in Chron. Hirſaug. anno 1315. *Eodem anno in ciuitate Cremenſi Patauienſis Diœceſis in Ducatu Auſtriæ plures nefandiſſimi hæretici per Fratres Prædicatores inquiſiti, inuenti, & combuſti fuerunt. Articulorum hæreſeos eorundem primus erat iſte, Miſſas vanitatem eſſe dicebant, & nullius vel reuerentiæ, vel vtilitatis.* Secundus Articulus fuit: *Luciferum cũ Dæmonibus ſuis Cœlo iniuria pulſum dicebant, tandemque beatitudini cum omnibus ſuis reſtituendum; Michaelẽ, & Angelos omnes æternis cruciatibus deputandos, hominesque ab eorũ ſecta alienos ſimiliter eſſe dãnandos. Vnde cum ſe mutuò ſalutarẽt, dicebãt: Salutet te iniuriam paſſus, id eſt Lucifer.* Tertius Articulus iſte nefandiſſimus fuit; *Dicebant enim: Maria, ſi Virgo manſit poſt partum, nõ hominem, ſed Angelum peperit; virgo poſt partum non fuit. Item dicebant, ſe habere duodecim Apoſtolos, qui totum Imperiũ ſingulis annis perluſtrarent, & duos ex eis ordine, & profeſſione Seniores ſingulis annis Paradiſum intrare, ac poteſtatem ab Helia, & Henoch, ligandi, & ſoluendi accipere, quam alijs communicabant in eadem Secta conſtitutis. Sacramentum Baptiſmi irridebant, dicentes: Si baptiſmus eſt Sacramentum; ergo quodlibet balneum eſt Sacramentum, & per conſequens quilibet balneator eſſet Deus. Sacramentum pœnitentiæ turpiter vitiabant, confitentes non Sacerdotibus, ſed Laicis in genere, peccata ſua in ſpecie exprimentes, ſperãtes, ſe ex hac confeſſione omnium peccatorum à pœna, & à culpa remiſſionem plenariam recepturos. Sacramentum Dominici corporis non credebant, hoſtiam conſecratam Deum fictitium appellantes. Sacramentum quoque Matrimonij, iuratum meretricium in vulgari nuncupabant. Sacramentum extremæ vnctionis irridebant &c. Conſecrationes Eccleſiarum, Cœmeterio*

VValdenſiũ & Fraticellorum ſecta diuerſa.

Nefandã Fraticellorũ errores.

rumque, & benedictiones palmarum, ſalis, aquæ, & cæterorum, quæ in Eccleſia fiunt, nihil eſſe dicebant. Item dicebant, Deum nec ſcire, nec punire mala, quæ ſub terra fierent; Vnde in ſpeluncis, & cauernis ſubterraneis conuenientes, pater cum filia, frater cũ ſorore, ac filius cum matre indifferenter turpitudinem carnis ſuæ exercebant. Sed Mornæus aliud Trithemio reſponſum non vult, quam eum vulgi opinione abreptum, ac nimiùm credulum his calumnijs hiſtoriam ſuam conſperſiſſe. Verùm eodem argumento omnis fides abroganda erit Authoribus, qui de Tyrannis, vel etiam ſuperioribus hæreticis horrenda quoad doctrinam & mores retulerunt; illos nimirum vulgi opinione abreptos, vel etiam nimium credulos, hęc literis mandaſſe. Sed proſequitur. Pag.441

Refellitur Mornæi reſponſio de Trithemio

Pag.440 *Conſtat ipſo teſte, eos Miſſam tanquam vanam, & inutilem execratos eſſe, & hoſtiam conſecratam, Deum ab hominibus inuentum, Eccleſiam Romanam infidelium congregationem, non Chriſti cœtum dixiſſe. Et porrò merita & interceſſiones Sanctorum apud Deum, dierum & ciborum diſcrimen, conſecrationes Romanas, aliaque huius generis & pro nihilo habuiſſe, & deteſtatos eſſe, vt quod præterea Author, eis affingit, mendacij Parenti ſit tribuendum.*

ITaque Mornæus vult, aliqua quidem vera Trithemium de illis retuliſſe, nempe quoad illa dogmata, quę cum illis vna cum ſuis Symmiſtis profitetur; alia verò de iiſdem ſcripſiſſe, ſed nimis credulum, ac vulgi opinione abreptum; puderet enim Mornæum, qui Eccleſiam ſuam à VValdenſibus, Albienſibus, & Fraticellis deducit, tam horrendos errores, cuiuſmodi refert Trithemius, profiteri. Sed quo argumento nobis perſuadeat iſte, Trithemium vera quædam de illis ſcribere, illa nempe in quibus ſua reformata Eccleſia cum eiſdem conſentit, in alijs verò referendis vulgi opinione abreptum fuiſſe? Et porrò quæ vera de illis vult referri à Trithemio, nõ minùs execrãdos errores ab Eccleſia damnatos, affirmamus, quam eos, quos falsò illis imponi, aſſerit Aduerſarius. Ibidem ſubiungit Trithemius. *Magnus eorum numerus fuit in Auſtria, Bohemia, & terris vicinis. Nam ſicut quidam ex eis Viennæ crematus nomine Nouus Magiſter, confitebatur, fuerunt eorum in Auſtria, Bohemia, & in confinibus eius illo tempore pluſquam octoginta millia hominum omnes in eam ſectam iurati, & profeſſi, præter eos, qui in alijs terris erant.* Paulò poſt: *Multi autem eo tempore fuerunt in diuerſis locis combuſti, qui omnes vnanimiter in ſuis erroribus pertinaciſſimè vſque ad mortem cum magna hilaritate perſeuerarunt.* Mornæus.

Fraticellorum multitudo.

Multi ex eis combuſti, qui vſque ad mortem pertinaciſſimi dogmatibus ſuis fuerunt.

Iudicet æquus Lector, num ob illa, quæ illis imputantur flagitia, quiſquam vnquam rogum alacriter aut adeat, aut adire poſſit, nedum tam numeroſa omnis generis multitudo. Pag 440

AT vero ſi illi rogum adierunt pro dogmatibus, quæ illis non falsò impoſita concedit Mornæus, damnatis tamen ab Eccleſia Romana, tanquam hæreticalibus; vtique & pro alijs defendendis, quæ ægrè fert illis affingi, æquè potuerunt rogum adire. Fateor quidem, neminem ſapientem pro huiuſmodi flagitijs, aut erroribus mortem aditurum: ſed quemadmodum ſcribit D. Auguſtinus, ſerm. 2. in Natali S. Vincentij, *Diabolicus, & ſeductor ſpiritus plerumque implet vel fallaces Vates, vel falſos Martyres ſuos, vt tormenta corporis vel ipſi ſibi ingerant, vel ingeſta contemnant*: ita tormenta illi patiebantur prauo errore, non recta ratione; pertinacia, non conſtãtia; Diabolo poſſidente, non perſequente: &, vel teſte Ariſtotele, erroribus ſuis multi firmiùs adhærent, quam alij demonſtrationibus. Ex rogo igitur non colligit Aduerſarius, vel ex ſupplicio ignis, eos tàm infanda flagitia non perpetraſſe, aut errores non aſſeruiſſe, cuiuſmodi à Trithemio de illis referuntur.

Diabolo ſcilicet illos poſſidente.

ANTIDOTVM

Contra progreſſum quinquageſ. ſeptimum.

CVm morte Clementis Papæ quinti, vacaſſet ſedes annos 2. menſes 3. dies 17. propter diſcordiam Cardinalium, tandem creatus eſt Lugduni Pontifex anno 1316. 7. Idus Auguſti Iacobus de Oſſa, Caturcenſis Diœceſis, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, & S. Rufinæ à Clemente V. factus, & ibidem coronatus nonis Septembris, dictus Ioannes XXIII. Platinæ, alijs XXI. ſed XXII. vulgo appellatus. Ita vero contigit eum creari Pontificem: nam Cardinales cum tamdiu altercando in neminem poſſent conuenire, tandem eius arbitrio detulere, vt quem iudicaret aptiorem Pontificatui, nominaret; voluit vero ipſe Pontifex deſignari. Hanc eius ſententiam probarunt Neapolio Vrſinus, cæterique Cardinales veriti, ne quem aliũ minùs gratum haberent. Ioannes Villanus lib. 9. cap. 79. S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 21. cap. 4. §. 1. Nauclerus, Generat. 44. anno 1316. Et quamuis in alijs electionibus quis ſe ipſum eligere proni-

Ioannes XXII. Clementis V. ſucceſſor.

Digitized by Google

Quempiā eligere ſe ipſum ī Pōtificē, quādo non prohibeatur.

prohibeatur; tamen in electione Papæ non prohibetur, cum ſibi committitur electio, & in eam omnes Cardinales conſenſerunt ext. de electione cap. *Licet. In Romana Eccleſia ſpeciale aliquid conſtituitur, quia non poteſt ad ſuperiorem haberi recurſus.*

Henrico VII. defuncto Ludouicus Dux Bauariæ et Fridericus Auſtriæ Dux per diſcordiā electi in Imperatorem

Anno 1314. morte Henrici VII. vacante Imperio, electi ſunt in diſcordia Ludouicus Dux Bauariæ à Moguntinenſi, & Treuerenſi Archiepiſcopis, Rege Bohemiæ, & VValdemaro Marchione Brandeburgenſi, non tamen per ſe, ſed per Nuncium, qui mandati fines prætererit, & præter Domini ſententiam in Ludouicum votum contulerit: & Fridericus Dux Auſtriæ ab Archiepiſcopo Colonienſi, Rodolpho Duce Bauariæ, Palatino Rheni, & a Rodolpho Duce Saxoniæ. Scribit Mornæus vtrumque pro confirmatione ad Ioannem Pontificem literas miſiſſe, neminem admiſiſſe.

Vterq; pro ſua confirmatione ad Pōtificem mittit.

Pag. 441 *Nempè vt vtrumque quamdiu poterit (inquit) in æquilibro retineat, regnet verò intereà iuxta illam Anteceſſoris legem; vti in interregno Pontifex Imperium gubernet &c.*

CHronicum Germanicum ita habet li. 24. *Cū primū audiuit Ludouicus, eſſe Pontificem electum, mittit Auenionem Legatos cum muneribus, & promiſſis ampliſſimis, confirmationem petens à Ioanne XXII. Pontifice maximo, Pontifex verò cauſſis redditis recuſauit. Quod vbi audiuit Fridericus negatum aduerſario, Pontificemque parum æquum Ludouico ob delicta quædam, mittit ſtatim Auenionem Legatos ſubijciens, ſe & ſuum Imperium Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, iuraturumque pollicetur, ſe nunquam à ſententia Pontificis diſceſſurum. Pontifex non negat illi confirmationem, ſed differt neſcio quam ob cauſſam. Rediere legati, bonam ſpem afferunt de confirmatione, ſed nihil certi. Videbatur itaque Pontifex propenſior in Fridericum, quàm in Ludouicum.*

Pontifex Ludouici votis non conſentit.

Friderico non renuit ſed tātum confirmationem differt.

Cæterum anno 1322. Fridericus Auſtriæ Dux, Bauariam ingreſſus cum exercitu a Ludouico, Bauariæ Duce ſuperatur, & poſt triennij cuſtodiam dimiſſus, & a ſuis exceptus, breui diem clauſit extremum, ſicque deinceps ſolus ſe pro Cæſare gerit. Krantzius lib. 9. Saxoniæ cap. 8. *Ea elatus victoria Ludouicus pro Rege illicò ſe geſſit, multa diſponens, quæ confirmatum, coronatumque decuit Romani Pontificis iudicio, conſilioque ſubijcere.* Ei etiam confirmationem à Pontifice poſtulanti obiecit, quod ſupra impietatem, quam in electum ſecum, & eodem iure nitentem commiſerat, multa peregerit, quæ nullus Regum niſi Imperatoria dignitate ornatus conſueuiſſet. Aluit tamen idem Ludouicus Vicecomitum Mediolani tyrannidem; vt tum primùm auſi ſint palam mores in populum tyrannicos oſtendere.

Fridericus à Ludouico ſuperatus tandē obit.

Quæ propterea Ludouicum.

Cur Pontifex excommunicauerit Ludouicum.

De excommunicatione Ludouici Bauari, eò quòd faueret Mediolanenſibus Viceconitibus, contra Eccleſiam bellum gerentibus, S. Antoninus, Nauclerus, & alij. Verùm longè iuſtiorem habuit aliquando cauſſam ferendi anathematis in Ludouicum Bauarum ipſe Pontifex, quàm refert Trithemius, in Chro. Hirſaug. anno 1524. & data opera ſuppreſſit Mornæus, ne præter morē ſuū aliquid ſcriberet, quod manifeſtè ſuffragaretur Pontifici. *Nā Ludouicus Imperator cupiens dilatare dominium ſuum, vxorem cuiuſdam viri potentis violenter abſtulit, eamque Othoni filio ſuo Brandeburgenſi Marchioni, matrimonio cum pompa, & ſolemnitate copulauit, viro eius, cum quo matrimonialiter vixerat, annos vndecim reclamante, & auxilium Summi Pontificis, licet fruſtra inuocante. Dicebat enim Imperator, inter eum & illam impedimentum extare conſanguinitatis. Sed alia eum cauſſa mouebat, ſcilicet deſiderium habendi dominium Ducatus Charinthiæ, & Tirolis, quod ad ipſam mulierem iure hæreditario fuerat reuolutum. Vnde cōmotus Papa Ioannes XXII. tanta iniquitate, ſcripſit Ludouico, multis vicibus rogando, monendo, & cōminando, quatenus vxorem viro ſuo reſtitueret, & pro corona Imperij ſuſcipienda ad ſe Auenionem veniret. Sed Imperator Papam contemnens, nec mulierem viro ſuo reſtituit, nec venire in Galliam commiſit. Quam ob cauſſam iratus Pontifex, nimioque furore non iniuſtè commotus, ei communionem Eccleſiæ interdixit, & varijs cenſuris eum publicè damnauit.* En igitur quam iuſtam cauſſam habuit eum anathemate feriendi.

Anno 1327. Ludouicus Bauarus cum multis Principibus, & magno exercitu Romam pro corona Imperij profectus eſt, & à Romanis magno honore exceptus, cum Auenionem eſſet inuitatus a Pontifice: & iuſſu Cleri, ac populi à Stephano Columna corona illi impoſita; præerant enim tum Vrbi duo ex nobilitate Romę, quos Romani Imperatoris Vicarios appellabant. Cum vero Nicolaus Comes alter collega tum abeſſet, Stephano ea ſors obtigit. Conſecratus verò eſt à duobus Epiſcopis ſchiſmaticis, Iacobo Pratenſi Epiſcopo Caſtellano, & Epiſcopo Ellerenſi; poſtmodum erexit Idolum in templo Domini. *Adeò temerarius fuit, & ſuperbus* (Scribit S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 21. cap. 6. §. 6.) *quod poſt falſam coronationem auſus ſit facere contra Papā Ioannē proceſſum, & contra Regem Robertum tanquam hæreticos & Patarenos, cum multis contumelijs, & deriſionibus eos ad ignem condemnando. Unde omnes boni fideles abominati ſunt eum, & multi Clerici ab vrbe receſſerunt, ne participarent cum illis ſchiſmaticis, & excommunicatis. Idem falſus Imperator ex ſuo arbitrio creauit Papam Petrum de Corbaria Ordinis Minorum, qui acceptans Papatum, fecit Cardinales vt ſchiſmaticus & fatuus, & habuit aliquos fautores ex Clericis, & Religioſis, ac Principibus in terris Gibellinorum, prædicantibus illum vt verum Papam contra Ioannem. Sed Catholici, & veri Religioſi ipſum prædicabant Antichriſtum, & omnes ei adhærentes hæreticos; vnde diſſenſio erat non modica. Sed quid inde boni ſperari poterat prouenturum ex Tyranno ſcelerato Eccleſiæ inimico, niſi quod euenit? &c.* Eadē ſcribunt Blondus Decad. 2. lib. 9. Sabellicus Ennead. 9. lib. 8. Nauclerus Generat. 45. anno 1327. Krantzius, in Metrop. lib. 9. cap. 15. Trithemius in Chron. Hirſaug. anno 1327. Eum Pſeudopontificem Nicolaum

Ludouicus Romæ coronatur & à duobus Epiſcopis ſchiſmaticis cōſecratur.

Ipſius temeritas & ſuperbia in Pontifice.

Antipapā creat.

V. appel-

Digitized by Google

V. appellauit, a quo denuò coronam Imperij cũ maiori ſolemnitate ſuſcepit: ſed poſtea Antipapa ille à Bonifacio Piſano Comite, rem gratam Pontifici facturo Auenionem perductus eſt, vbi agnito errore ſuo, & abiurato ſchiſmate, perpetuo carceri mancipatus obijt. Ioannes Pontifex cũ ſediſſet annos 19. menſes 4. dies 28. (Vt Onuphrius) Obijt Auenione anno 1334. *ætatis ſuæ 90. relicta in theſauris tanta auri copia, quantam nullus ante eum Pontifex*. Platina in Ioanne XXIII. Mornæus vt doctrinam Sanctę Romanæ Eccleſiæ ſuſpectam reddat etiam Catholicis, huic Pontifici libenter errores impingit.

Quis huius Antipapa exitus.

Pag. 442 *Publicè cæterùm prædicauit Auenione, fidelium etiam ſanctiſſimorum animas ante ſupremum iudicium faciem Dei non videre &c. Quin & Monachos duos Lutetiam miſerat, Minoritam vnum, Dominicanum alterum, qui hanc opinionem de ſuggeſtu docerent, & Sorbonam ad eam approbandam cohortarentur, quod & apud cæteras Vniuerſitates procurabat.*

HÆc ex ſuo Auentino Mornæus, qui ſcribit, ſe legiſſe Epiſtolam Theologorum eiuſdem tempeſtatis, maximè Pariſiorum, qui Ioannem nota hæreſeos inurant, atque vt reſipiſcat, commonefaciant, qui eiuſdem cum Mornæo claſſis eſt Author apud nos. Potuit quidem ita ſentire, vt priuatus Doctor Ioannes XXII. nam & aliqui ex Patribus in eadem fuere ſententia; nunquã tamen eam definiuit, vt Pontifex, prout ſcribit etiam Ioannes Villanus lib. 10. cap. 230. qui tum temporis vixit: vbi & addit, Philippum Regem Franciæ ſcripſiſſe ad Pontificem amicè, & reuerenter, eumque monuiſſe, vt caueret ab illis opinionibus, quæ videntur ſuſpicionem erroris poſſe generare: & Benedictus XII. Ioannis XXII. ſucceſſor in publica conſtitutione ſua, quam recitat Alphonſus a Caſtro Verbo *Beatitudo*, hæreſi 6. teſtatur, Pontificem Ioannem multis Prælatis, & Magiſtris in Theologia diſtrictis in Conſiſtorio mandaſſe, vt in ea quęſtione vnuſquiſque deliberatè diceret, quid ſentiret; ad deciſionem enim concertationum huiuſmodi ſeſe parabat. *Tamen morte præuentus perficere nequiuit*, inquit, Benedictus Papa. Legendus de hac re Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifice cap. 14. & lib. 1. de Beatitudine Sanctorum cap. 2. quibus locis impudentiſſima mendacia Caluini notat, & refellit; & Sanderus lib. 7. de viſibili Monarch. Eccleſiæ num. 1006. Sed miror qui hanc ſententiam errori aſcribat in Ioãne XXII. Papa, cum id lib. 4. Inſtitut. cap. 25. §. 6. doceat Caluinus Princeps Eccleſiæ ſuæ reformatæ, & ſuæ Theologiæ anteſignanus.

Quomodo Ioãnes 22. cenſuerit, ne Sanctiſſimorũ quidẽ animas videre faciẽ Dei ante ſupremũ iudicium.

Secundò. Mornęus ab hodiernis tãto magis hæreſeos fortè damnandum Ioannem XXII. aſſerit, quòd ex Auentino quoſdam, qui in finibus Bohemiæ, atque Auſtriæ ſupremam illam Maieſtatem Senis, Adoleſcentis, Columbæ imagine (*vt adhuc fieri ſolet*) pingebant, læſæ Religionis acceſſiuit, Antropomorphitas eſſe renunciauit, quos ad ignem condemnauit.

Quandoquidem (inquit) *hanc abſurditatem, in clariſſima Euangelij luce Bellarminus hodie, eiuſque ſequaces defendere non verentur.*

VErũ longè alius eſt ſenſus Bellarmini, prout ex eodem colligitur lib. 2. de Reliquijs, & Imaginibus Sanctorum cap. 8. & aliorum Catholicorum, quam ſit hæreticorum illorum, qui condemnati fuere à Ioanne Papa XXII. Hi enim Antropomorphitarum errorem ſequebantur, Deum eſſe corporeæ naturæ, ideoquè coloribus, ac lineamentis depingi. At Bellarminus, eiuſque ſequaces, hoc eſt Catholici, depingi non formam eius propriam, quæ inuiſibilis eſt, & incorporea, ſed prout ſub velamine rerum corporearum nobis in Scriptura Sacra exhibetur. Ita per *Antiquum dierum* apud Danielem cap. 7. Pater æternus ſignificatur; Chriſtus in nouiſſimis temporibus humanam carnem aſſumpſit, Spiritus Sanctus in ſpecie columbæ apparuit Matthæi 3. Sic igitur ſi depingatur imago Dei Patris in forma hominis ſenis, & Spiritus Sancti in forma columbæ, oculis in pictura exhibendo rem ipſam, prout eam auribus exprimit Scriptura, nullus eſt error.

Bellarminus & Catholici quã lõgè diſſiti ab Antropomorphitis.

Tertiò, vt definitiones Romanorum Pontificum Aduerſarius in ſuſpicionem adducat, eas ſibi inuicem repugnare, nititur oſtendere.

Minoritas (inquit) *Nicolaus quintus* (IV. erat ſcribendum) *magnopere promouerat; Iohannes id operis redemiſſe videtur, pro ſolita ſpiritus mendacij varietate, vt eos deijciat, & conculcet; Et argumentis quidem, quæ Mendicantium fundamenta planè euertant.*

SEd hæc impoſtura eſt. Neque enim vnquam id ſibi propoſuit Ioannes XXII. vt Minoritas euerteret, licet infeſtos haberet quoſdam ex illo Ordine, Michaelem de Ceſena maximè Pſeudogeneralem, & Gulielmum Ochamum. Igitur in extrauag. De verborum ſignificat. cap. *Ad conditorem Canonum*, dominium eorum, quæ perueniebant ad Fratres, retentum ab Eccleſia Romana, ſimplici vſu facti ipſis Fratribus reſeruato, in cap. *Exijt qui ſeminat*, refutat multis rationibus, probans non poſſe eos habere in re aliqua ſimplicem vſum facti, & ſtatuit, quod de cætero nullũ ius, nullumque Dominium habeat Eccleſia Romana in huiuſmodi rebus, quæ in poſterum conferentur, vel offerrentur ipſis Fratribus. Et cap. *Cum inter nonnullos*, opinionem, quæ aſſerit Chriſtum,

Mornæus imponit Ioãni XXII.

Quæ Ioannes XXII. de paupertate Fratrum Minorum.

Digitized by Google

Quę item contra ſententiā quorundam de paupertate Chriſti, eiuſq; Diſcipulorū.

ſtum, & eius Diſcipulos nihil habuiſſe, & in his, quę habuerunt, nullū ius eis fuiſſe, definit erroneam, & hæreticam; cum Scripturæ Sacræ, quę in plerifque locis iſtos nonnulla habuiſſe aſſerit, contradicat expreſsè &c. Et cum nonnulli præſumerent impugnare has conſtitutiones Ioannis XXII. obijcerentque, non licuiſſe illi iſta definire contra determinationem ſuórum prędeceſſorū, maximè Nicolai IV. in Conſtitutione, *Exijt qui ſeminat*, qui concedebat vſum facti duntaxat rerum, quæ perueniebant ad Fratres Minores, reſeruato ipſi Romanæ Eccleſiæ dominio, & proprietate, vbi etiam in eadem Conſtitutione hæc habet: *Dicimus, quod abdicatio huiuſmodi proprietatis omnium rerum, non tàm in ſpeciali, quàm in communi propter Deum meritoria eſt, & ſancta, quam & Chriſtus viam perfectionis oſtendens verbo docuit, & exemplo firmauit, quamque primi Fundatores militantis Eccleſiæ, prout ab ipſo fonte hauſerant, volentes perfectè viuere, per doctrinæ, & vitæ exempla in eos deriuarunt*; idem Pontifex in extrauag. de verb. ſignif. cap. *Quia quorundam mentes*, reprobat opinionem iſtorum detractorum, & docet, ſuas conſtitutiones non eſſe contrarias ſuorum maiorum, & maximè Nicolai IV. definitioni. Has certè Conſtitutiones Summorum Pontificum, quæ ſecum pugnare videntur, ita rectè conciliat Turrecremata in Summa de Eccleſia lib. 2. cap. 112. ſolut. ad 10. arg. Canus lib. 6. de locis Theologicis cap. 8. ad 6. arg. & Franciſcus Pegna in 2. p. Directorij Inquiſitorum Comment. 42. *Quoniam Chriſtus, vt ex contextibus Euangeliorum, & Sanctorum Patrum expoſitionibus colligitur, duas paupertates ordinauit congruentes diuerſis ſtatibus perfectorum; Primam illis competentem, qui prædicaturi mittendi erant in Iudæam ad annunciandum Regis aduentum; & hæc paupertas nihil proprium habere permittebat, nec in ſpeciali, nec in cōmuni: de qua intelligitur illud Matthæi 10. Nolite poſſidere aurum, nec argentum. Altera fuit paupertas illis competens, qui fixi erant manſuri in congregatione; cuius proprium eſt nihil habere in particulari, benè tamen in communi: de qua Act. 4. dicitur: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna; nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, ſuum eſſe dicebat, ſed erant eis omnia cōmunia. Vtramque igitur paupertatem Chriſtus habuit. Quodam enim tempore primam tenuit, nihil penitùs habens nec in particulari, nec in communi, ſed illis veſcebatur, quæ ſibi à pijs offerebantur, qui ipſum ſequebantur: de quo Lucæ cap. 8. extat exemplū. Secundam paupertatem approbauit verbo; & exemplo, Lucæ 22. cùm dixit: Quando miſi vos ſine pera, & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? &c. Iam hæc ſecunda paupertas, quæ poſſidere aliquid in communi permittit, non repugnat perfectioni Euangelicæ, vt docet D. Thomas 2. 2. q. 188. artic. 7. Primam igitur paupertatem intuitus Nicolaus IV. Pontifex, Chriſtum omnia abdicaſſe & in communi, & in particulari, aſſeruit; ſed & præterea concedit, Chriſtum aliqua in communi aliquando habuiſſe. Siquidem in dicta Conſtitutione, Exijt qui ſeminat, ſubiungit: Nec hæc his quiſquam putet obſiſtere, quod interdum dicitur Chriſtus loculos habuiſſe. Secundam reſpiciens Ioannes XXII. Scripturæ Sacræ repugnare, decreuit, et hæreticum eſſe dixit, aſſerere, Chriſtū, & Apoſtolos nihil in communi, aut in particulari habuiſſe; ſicque ſibi facilè conciliantur.* Qua de re legendus eſt etiam Cardinalis Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifice cap. 14. vt conſtet, non fuiſſe Spiritum mendacij, qui in eis variarit. An verò vſus rei poſſit ſeparari à Dominio, & an Fratres Minores in rebus vſu conſumptibilibus habeant vſum, & dominium. non eſt res, quæ ita ſpectet ad Fidem, vt ipſemet Ioannes dicit.

Quæ contra detractores ſuarum de his rebus Conſtitutionū.

Ioannes in his à ſuis ſuperioribus nō diſſentit.

Chriſtus duplicem paupertatem inſtituit.

Idemque habuit vtramque.

Mornæus Ioanni rurſum impoſuit.

Cætera, quæ Mornæus ſubiungit, meræ ſunt impoſturæ, quod Ioannes XXII. in extrauag. aſſeruit.

Quia quorundam, Chriſtum nunquam dediſſe conſilium Chriſtianis vt bona ſua relinquerent; Non aliam pietatis regulam Apoſtolis, quàm cæteris Chriſtianis ſanxiſſe; quorum perfectioni, mobilium immobiliumue poſſeſſio neutiquam repugnet. Pag. 443

SEd quomodo nō repugnet mobilium, immobiliumue poſſeſſio perfectioni religionis, vt iam dictum eſt, docet D. Tho. 2. 2. q. 188. artic. 7. Neque verò in hoc diſſentiunt Pontifices; nec enim Nicolaus definit tāquam articulum Fidei, paupertatem, quę omne dominium à ſe abdicat, ſolo vſu retento, perfectiſſimam eſſe, aut ad perfectionē religionis ſpectare; nec Ioannes id apertè impugnat ſua Extrauag. *Ad conditorem canonum*; ſolum intendit renunciare dominio earum rerum, quę Fratribus Minoribus donantur, quod eſſe penes Romanum Pontificem aſſeuerat Nicolaus; at renunciare eiuſmodi iuri poterat Pontifex. Mornæus.

Huic etiam Johanni Decretalium ſupplementum debemus, quas extrauagantes vocant Iohannes XXII. Conſtitutiones, vt à Clemente Clementinas. Nec deſunt, qui dicant, vtraſq; ab eo publicatas, cum Clemens, agnito multa in ſuis ſimplicitati repugnare, eas ſuppreſſiſſet. Pag. 443

Clemens ſuas Clementinas non edidit morte præuentus.

ITA Mornæus ex ſuo Auentino. Verum eas voluiſſe publicare, ſed morte præuentum id efficere minimè potuiſſe, teſtatur ipſe Ioannes XXII. in proemio ipſarum Clementinarū: *Sanè felicis recordationis Clemens Papa V. prædeceſſor noſter dudū, nedum in Concilio Viennenſi, quin etiam ante, & poſt ipſum Concilium Conſtitutiones plurimas edidit, in quibus multa vtilia ſtatuit, atque ſalubria, & nonnulla dubia in iudicijs, & extra iudicia frequentata decidit. Et licet eas collectas in vnum, & ſub congruis titulis collocatas mittere decreuiſſet, & dare in communi ſubiectis; aſſidua tamen occupatio circa magna, & ſortis humanæ conditio, quæ ipſum de medio ſuſtulit, in cauſſa fuerunt, quare ſuis*

Digitized by Google

in hac parte propoſitum non impleuit. Nos etiam, qui ſicut eidem (licet immeriti) in Apoſtolatus officio, Domino permittente, ſucceſſimus; ſic & in affectus plenitudine in his quæ compendium uniuerſi cõcernunt, ſucceſſiſſe debemus, tot grandibus agendis, & arduis fuimus à noſtra promotionis exordio circumſepti, quòd tàm ex hoc, quàm ex cauſis rationabilibus alijs, quas ſub ſilentio prouidimus committendas, prædictas vobis communicare conſtitutiones fuimus hactenus impediti. Nunc igitur opportunitate captata illas vobis ſub Bulla noſtra tranſmittimus. Scribebat autem Doctoribus, & Scholaſticis Vniuerſitatis Bononienſis. Non igitur eas Clemens ſuppreſſerat, quòd agnoſceret in eis multa ſimplicitati repugnare; cum eas promulgare decreuiſſet, niſi mors eum præocupaſſet. Mornæus.

Pag. 444

Legitur vna, præter illas, in ſumma Conſtitutionum, in qua, quod nonullæ prouinciæ, & Ciuitates Italiæ Imperatoris Ludouici partes ſequerentur, Inquiſitoribus præcipit, vt eos non ſecus ac hæreticos perſequantur, quippè qui hæreticis ſocietate iuncti ſint; Hæreſis autem in eo erat, quod legitimo Principi contra Papam obſequerentur.

Cur, et qui nã ipſi ſint in quos teã nes cenſuris egerit.

IMmò hæreſis erat, quòd ſchiſmatico Principi rebelli Eccleſiæ, & Antipapæ ab eo creato adhærerent, quo nomine meritò in eos cenſuris agebat Pontifex. Deinde ea conſtitutio *Cum nonnulli*, quæ habetur in Bullario, non loquitur de Ludouico Bauaro, aut eius ſequacibus. Ita enim Lamberto ſcribit de Ordine fratrum Prædicatorum, Inquiſitori hæreticæ prauitatis in inferiori parte Lumbardiæ: *Cum nonnulli de Prouincia noſtra Romandiolæ tàm Clerici, quàm Laici Deum, & Romanam matrem Eccleſiam offendere, ſeque in præcipitium damnationis, & mortis immergere non verentes, adeò fauere, & fauiſſe dicantur damnatis hæreticis, confœderationes, ligas, & ſocietates ineundo cum ipſis, eoſque receptando, & ſibi præſtando multipliciter auxilia, conſilia, & fauores; quod de labe hæreſis ſe reddiderunt, & reddunt vehementer ſuſpectos, nos tàm ipſorum, quàm multorum aliorum periculis, & præmiſſis imminentibus obuiare ſalubriter cupientes, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs contra fautores huiuſmodi, & alios quoslibet de crimine prauitatis hæreticæ culpabiles, vel ſuſpectos, ſic ſolerter ſecundùm formam Canonum, ac priuilegiorum conceſſorum Inquiſitionis officio, procedere non poſtponas, quod inde debeat tua diligentia meritò commendari.* Ergo hoc ſuo Reſcripto Pontifex vult, Inquiſitores procedere contra fautores hæreticorum, vel de hæreſi culpabiles, ac ſuſpectos; non verò aliquid ſtatuit contra eos, qui legitimis Principibus obſequuntur.

Mornæus auorum vulgatum prouerbium quoddam nobis fingit.

Pag. 444

Ex quo Decreto alæ ſuperuenerunt, id eſt Decreta in decretalia abierunt, omnia in peius perpetuò ruiſſe.

Decreti, & Decretalium opportunitas.

CVm vel vim, & ſenſum nominis ipſe ignoret. Quemadmodum certè In Iure ciuili præter Pandectas, ſeu Digeſta non eſt ſuperfluus codex; ita neque præter Decretum, ſuperfluæ ſunt Decretales, nempe Conſtitutiones Summorum Pontificum, quæ vim legis habent. Decretum enim Pandectis, Decretales Codici reſpondent proportione: vt enim in Codice Imperiales, ita in Decretalibus Pontificiæ Conſtitutiones continentur: & vt Reſponſa Prudentum in Digeſta, ita Patrum placita in Decretum relata ſunt: & Extrauagantes Ioannes XXII. reſpondent ipſis Nouellis, quæ editæ ſunt poſt Codicem Iuſtiniani.

Mornæus multa Pontificibus hic imponit.

Pergit aliqua citare ex Decretalibus, quibus inuiſam reddat Principibus Pontificis authoritatem, quæ illis ſacroſancta eſſe debet. Verùm multa imponit, & ex ſuo fingit. Nec enim vnquam ſanciuerunt Pontifices, aut docuerunt, licere illis curatorem Imperatori dare, & cæteris Regibus & Statibus, Regnaque pro arbitrio ab vno ad alium transferre, vtque eorum rector ſit, & corrector. Hæc ſunt Mornæi figmenta. Sic olim Gentiles multa comminiſcebantur in noſtram Religionem, vt eam inuiſam, & exoſam redderent. Neque ſtatuerunt, ſibi ſolis eligere Imperatorem licere, Cap. *Venerabilem*, ext. de electione, *Illis Principibus* (ait Pontifex) *ius, & poteſtatem eligendi Regem in Imperatorem: poſtmodum promouendum recognoſcimus* (*vt debemus*) *ad quos de iure, ac antiqua conſuetudine noſcitur pertinere; præſertim cum ad eos ius, & poteſtas huiuſmodi ab Apoſtolica Sede peruenerit. Sed & Principes* (inquit) *recognoſcere debent, & recognoſcunt, ſicut ijdem in noſtrà recognouere præſentia; quod ius, & authoritas examinandi perſonam electam in Regem, & promouendam ad Imperium, ad nos ſpectat, qui eum iniungimus, conſecramus, & coronamus. Eſt enim regulariter, & generaliter obſeruatũ, vt ad eum examinatio perſonæ pertineat, ad quem impoſitio manus ſpectat. Numquid enim ſi Principes non ſolum in diſcordia, ſed etiam in concordia ſacrilegum quemcunq; vel excommunicatum in Regem, Tyrannum, vel fatuum, hæreticum eligerent, vel Paganum; nos iniungere, conſecrare, et coronare huiuſmodi hominem deberemus? Abſit omninò. Item: Electoribus nolentibus eligere, Papa ſupplet.* Numquid *enim ſi admoniti, & expectati, vel non potuerunt, vel noluerunt in vnum propoſitum conuenire, Sedes Apoſtolica aduocato, & defenſore carebit, eorumq; culpa ipſi redundabit in pœnam?* Item data paritate vocum eligentium, nec accedente maiore concordia, Papa fauere poteſt, cui vult. Hæc continentur in Cap. *Venerabilem*, citato à Mornæo in margine, vbi nuſquam aſſeruit Pontifex, ſe ſolum eligere poſſe, ſi velit; immò ius, & authoritatem eligendi aſſerit ex antiqua conſuetudine ad Principes ipſos pertinere. Legi poteſt Auguſtinus de Ancona q. 35. de poteſtate Eccleſiaſticâ.

Quæ Ioannes ſibi tribuat circa electum in Imperatorem, eiuſq; electionem

Axiomata

Digitized by Google

Axiomata quædam tanquam deprompta ex Gloſſis, & Deciſionibus Rotæ nobis obtrudit Mornæus, vt quod

Pag.444 *Papa cenſetur Vicariatum Chriſti gerere, non tantum in terrenis, cæleſtibus & infernis, ſed etiam in & ſupra Angelos bonos & malos.*

Pontifex Catholicis eſt Vicarius Chriſti tantùm in Eccleſia militante.

CVm omnes Chriſtiani Catholici eum fateſtur duntaxat Vicarium Chriſti eſſe in Eccleſia militante D. Thom. 3.p.q.8.artic.6. vnus vice omnium Theologorum: *Chriſtus* (inquit) *eſt caput omnium eorum, qui ad Eccleſiam pertinẽt, ſecundum omnem locum, & tempus, & ſtatum; alij autem homines dicuntur capita, ſecundum quadam ſpecialia loca, ſicuti Epiſcopi ſuarum Eccleſiarum, vel etiam ſecundum determinatum tempus, ſicut Papa eſt caput totius Eccleſiæ, ſcilicet tempore ſui Pontificatus, & ſecundum determinatum ſtatum, prout ſcilicet ſunt in ſtatu Viatoris*. Proſequitur.

Pag.444 *Solus habet poteſtatem & iuriſdictionem maiorem quàm omnes Sancti, omnes Angeli; adeo vt Angelos ipſos excommunicare poſſit.*

Pontifex iuriſdictione ſuperior Angelis.

CErtè quomodo in iuriſdictione maior ſit Papa ipſis Angelis, legi poteſt Auguſtinus de Ancona quæſt.18.de poteſtate Eccleſ. & S. Antoninus 3.p.tit.22.cap.5.§.1.2.3.& 4. *Non enim Angelis ſubiecit Deus Orbem terræ futurũ* Hebr.2. Annon verò D. Chryſoſtomus, Homil.2.de laudib. Pauli, præfert Paulum in iuriſdictione cuilibet Angelo, ſcribens, quod *Angelis quidem ſæpè diuerſarum gentium cura commiſſa eſt; ſed nullus illorum populum ſibi creditum ita gubernauit, vt Paulus vniuerſum gubernauit Orbem, Nam Michaeli commiſſa eſt gens Iudæorum, Paulo verò terra, ac maris, atque vniuerſi Orbis habitatio, ipſumque deſertum*. Si igitur iuriſdictio Pauli maior fuit iuriſdictione omnium Angelorum; multo magis id de Petro iudicandum, cuius ſucceſſor eſt in omni iuriſdictione Papa; Vnde idem Chryſoſtomus ſuper Ioan. dicit, quod Iacobum certo loco determinauit, Petrum autem totius Orbis ordinauit Magiſtrum & Doctorem, cui poteſtatem dedit non in gente vna, vt Moyſi, ſed in Orbe vniuerſo.

Poſſe verò excommunicare Angelos, nullus noſtrũ dicit.

Quod verò Papa poſſit excommunicare ipſos Angelos, neque Theologi, neque Canoniſtæ docent: immò, quod ſolus homo iſque ſingularis, & in indiuiduo excommunicari poſſit Doctores in Cap. *Romana §. vniuerſitatem* de ſent. excommunic. lib.6. tradunt, & communis omnium ſententia idipſum confirmat.

Eiuſdem generis ſunt, quæ ſubiungit.

Pag.444 *Ex quadrato rotundum facere poteſt, ius ex iniuria, ex nihilo aliquid. Poteſt & ipſe contra ius naturale, gentium, & ciuile, humanum, diuinum abſolutè & tamen iuſtè iudicare; ſupra & contra omne ius &c. Poteſt diſpenſare contra Apoſtolum, tanquam ſuperior, & contra vetus Teſtamentum, eo quod ſit maior omnibus eius authoribus.* Vnde concluſionem elicit: *Quidni & Spiritu Sancto maior, qui eos inſpirauit?* Proſequitur: *Quidam, immò contrà Euangelium ipſum voluntas nempe Papæ eſt omnis iuſtitiæ regula, quicquid facit, Deus pro benefacto habet; idem ei Conſiſtorium cum Deo, idem tribunal cum Chriſto, cum ſimilis ſit Papa Deo, excepto peccato, adeò vt ſi ſententiam mutet, Deum mutaſſe præſumere oporteat. Item, ab eo ad Deum appellari non poteſt &c. Denique mandat Angelis, vt animas in Paradiſum transferant, Dæmonibus vt eaſdem, in vim ſuarum indulgentiarum, ex Purgatorio; & inferno retrahant &c.*

BReuiter reſpondetur, ex his poſſe aliqua in rectum ſenſum interpretari: neque verum eſt, aut contra ius naturæ, aut contra ius Diuinũ, quod in Lege, & Euangelio continetur, Pontificem diſpenſare, aut ſuperiorem eſſe ſcriptoribus Canonicis; ſed aliud eſt interpretari ius naturale, & diuinum, aliud in eo diſpenſare. Multa verò pro more ſuo Canoniſtis ipſis imponit. Quo enim loco docent. Papam Angelis mandare, vt animas in Paradiſum transferant aut Dæmonibus vt eaſdem in vim indulgentiarum ſuarum ex Purgatorio, & Inferno retrahant? Hæc certè Mornæus Canoniſtis obtrudit. Quod ſi aliquando plus æquo Pontifici videantur tribuere Canoniſtæ; non ideo neganda ampliſſima eius in ſpiritualibus authoritas, cui limites præſcribere, nec poſſumus, nec debemus. Regula iuris eſt, vtile per inutile non debere vitiari. Et quidem, quæ, & quanta ſit Pontificis authoritas, cum inſtituta ſit à Chriſto, & ex Scripturis Sacris colligatur, potius audiendi ſunt Theologi, quam Canoniſtæ. Nec verò eſt, quod in ſingulis examinandis diutiùs immoremur. Nam certè multas impoſturas Mornæi facilè nobis fuiſſet detegere.

Mornæus Canoniſtis imponit.

Diſcutienda, quæ habet in ſubiuncta Oppoſitione.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quinquageſ. ſeptimam.

Pag. 445

REfert primò ex Auentino, quomodo Ludouicus Bauarus auctus ſit affinitate Regis Angliæ vxoris, eius ſorore, Margarita Batava, Comitis Holandiæ filia, ducta in vxorem, qua ratione viſus ſit Ioanni Pontifici, Carolo Pulcro, Regi Franciæ, & Roberto Regi Apuliæ potentior, quam ipſis vtile forte eſſet. Luitpoldum Auſtriæ Ducem, captu Friderici fratrē, facile in partes trahunt, Poloniæ quoque Ducem Ioannes in Regem promouet, ea conditione, ſcribit Auentinus, lib. 7. annal. Boiorum: quò immunis Imperij, cui hactenus ſtipendiarij, & obnoxij fuerant Poloni, agat, Mornæus: *vt Ludouico bellum inferat*. Certè Gregorius VII. Pontifex ob cædem Diui Stanilai Regio honore Polonis interdixerat, vt Cromerus li. 4. de reb. Polon. vnde poſtea ſucceſſores nō *Reges*, ſed *Principes* dicebantur; idque durauit annos 215. donec anno 1295. Præmiſlus electus Gneſnæ, vetuſto more reuocato, inunctus eſt, & coronatus ab Archiepiſcopo Iacobo Suinca, & *Rex*, non iam *Princeps*, vocatus. Verùm Epiſcopis poſtea viſum eſt, Præmiſlum id ſibi inauſpicato, iniuſſu Pontificis, aſſumpſiſſe, quòd non ignorarent, interdictū fuiſſe eo titulo Polonis poſt cædem Diui Staniſlai a Boleſlao Rege perpetratam: itaque Gerardo Vuladiſlauienſi Epiſcopo ad Ioannem XXII. Auenionem miſſo: diadema, & Regium nomen Vuladiſlao, cognomento Loctico, impetratum. Hæc idem Cromerus lib. 11. de rebus Polonorum; qui legis impoſitæ Regi Poloniæ, vt Ludouico bellum inferret, nuſquam meminit; neque refert, eum aliquando cum Ludouico Bauaro bellum geſſiſſe, eiue diſſidium aliquod cum eodem interceſſiſſe; qui tamen res geſtas Polonorum accuratiſſimè in ſuam Hiſtoriam redegit: & falſum eſt, Polonos tum ſtipendiarios fuiſſe, & obnoxios Imperio; prout colligi poteſt ex eodem Cromero lib. 3. de rebus Polonorum. Nam Otho III. Imperator Boleſlaum Regem, *ſocium, & amicum Romani Imperij* appellauit, diadema Regium ei impoſuit, eum, eiuſque poſteros à tributo, & omni iuriſdictione Imperatorū ſolutos eſſe voluit. Itaque iure ſuo vſus eſt Pontifex, nulla Imperio illata iniuria. Vnde etiam conſtat, quanti apud Polonos valuerit authoritas Romani Pontificis in tollendo, ac poſtea reſtituendo honore, & titulo Regio. Videmus etiā, Reges Franciæ Chriſtianiſſimos, contra Imperatores Pontificibus ſemper, perpetuòque fauiſſe; quos certè voluiſſe ſuffragari iniuſtitiæ, cùm & ipſi Principes eſſent temporales, qui nihil detractum de iuribus alterius Principis voluiſſent, haud probabile eſt.

Poloniæ Dux à Ioãne Pont. in Regem promotus alia conditione, quàm ſcribat Mornæus.

Poloniæ à Gregorio 8. interdictū Regio nomine.

Idē poſtea à Ioanne XXII. impetratum.

Polonos hoc tēpore obnoxios Imperio fuiſſe, falſum eſt.

Pag. 446

Mornæus ex Auentino exſcribit diploma Ioãnis XXII: miſſum ad Ludouicum Bauarum, quod mandatum continebat de abdicando Imperio ob ea, quæ ibidem expreſſa habentur, maximè quòd Galeatio, eiuſque Fratribus Vicecomitibus, Mediolani, & in alijs Lombardiæ Ciuitatibus tyrannidem exercentibus, ſuppetias tuliſſet: qui, cum Genuenſes antea fidem Pontificis imploraſſent, & ſupplices oraſſent, vt ab iniuria, & maleficio tutaretur, Genuam nihilominus obſidione præmebant: & cum Pontifex iuſſiſſet, vt ab Eccleſiæ Romanæ ſupplicibus vim abſtinerent, & ſi quid æqui habere ſe exiſtimarent, amoto exercitu, verbis Sacroſancta poteſtate cognoſcente, docerent, non paruerunt illi. Hinc factum, vt de inferendo illis bello cogitarit, ac Legatum, & Philippum Valeſium, nepotem Caroli Regis Franciæ, cum exercitu in eoſdem miſerit, Bauarum, & Vicecomites Sacroſanctæ poteſtatis hoſtes, impioſque iudicarit, ipſi Ludouico ſpatium trium menſium præſcripſerit, quo renunciaret electioni de ſe factæ, & compareret, ſe excuſaturus, quòd hæreticis, ſchiſmaticis, & rebellibus Eccleſiæ fauorem præſtitiſſet. Mornæus.

De Diplomate Ioã. nis 22. contra Ludouicum Bauarum, & potiſſima eius cauſa

Cur Ioannes de bello Vicecomitibus inferendo cogitarit etc.

Pag. 446

Et perpetuò ob illam quam volunt hæreſim, cuius non Apoſtoli, non Patres meminerunt vſquam.

VErùm contemnens cenſuras Eccleſiæ præſumitur hæreticus, & qui Eccleſiam non audierit, per quam Prælatus Eccleſiæ intelligitur, & maximè Summus Pontifex, habetur tanquam Ethnicus, & Publicanus. Scribit S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 21. cap. 4. §. 13. quod cum Ludouicus Bauarus Oratores ad Legatum Pontificis miſiſſet Placentiam, rogaturos, vt non inferret moleſtiam, nec bellum indiceret Dominio Mediolanenſi, cum Mediolanum eſſet iuris Imperij, non Eccleſiæ, Legatus reſpondit, Eccleſiam non velle auferre iura Imperij, immò ea conſeruare; ſe verò mirari, quod Ludouicus vellet defendere hæreticos, & rebelles Eccleſiæ. Requiſiuit itaque literas ſigillo Ludouici confirmatas, & mandatum eorum. Verum illi concipientes, ſi illas oſtendiſſent, fore, vt Ludouicus conuinceretur fauere rebellibus Eccleſiæ; ſubitò reſponderunt, ſe nullum habuiſſe ſuper his mandatum à Ludouico, veniam à Legato petentes de ſuo mendacio. Ita Domini ſui famæ conſulere voluerunt; vbi interim ex confeſſione tacita Legatorum conſtat, Vicecomites fuiſſe rebelles Eccleſiæ, iiſque non debuiſſe Ludouicum fauorem, aut auxilium præſtare. Poſtea Vicecomites à Ludouico Bauaro, quem magno honore Mediolani exceperant, in carcerem miſſi ſunt. Cum enim Galeatius Ludouicum ab exactionibus nimijs orando, ſuadendoque retrahere conaretur; ille non magis iracundia, quàm auaritia ductus, vi adhibita, illum cum alijs Vicecomitibus in carcerem coniecit, ac Dominio ſpoliauit. Inde

Contēnens cēſuras Eccleſię præſumitur hęreticus.

coniicitur

Vicecomites Mediolani à Ludouico Bauaro ſpoliati Dominio.

conijcitur facile, tum quibus moribus Ludouicus Bauarus fuerit; vt iniuſtè minimè fuerit excommunicatus, tum quomodo Vicecomites, qui excommunicati excommunicato ſe coniunxerant, ſuæ impietatis, ac perfidiæ pœnas dederint: idque contigerat 1327. Poſtea anno ſequenti obijt Galeatius Vicecomes exul a patria, cuius mortem S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 21. cap. 6. §. 8. referens, ei accommodat illud Pſal. 36. *Vidi Impium ſuper exaltatum, & eleuatum, ſicut cedros Libani; tranſiui, & ecce non erat &c.* Et 72. *Deiecisti eos, dum alleuarentur, quomodo facti ſunt in deſolationem, ſubitò defecerunt, perierunt propter iniquitates ſuas &c. ad inferos deſcenderunt cum armis ſuis excommunicati, vt rebelles Eccleſiæ. Idem contigit, & in poſterum eueniet cunctis rebellibus, & inimicis Eccleſiæ.* Addo & patronis eorum, cuiuſmodi eſt Philippus Mornæus, dum ipſum Pontificem inſequitur, Gigantum more Cœlo ipſi, immò verbo Dei, quod validius eſt, ac ſolidius Cœlo, & terra, bellum inferens.

De morte Galeatij Vicecomitis.

Mornæus, recitata ex Auentino Bulla Ioannis XXII. in Ludouicum Bauarum.

Pag. 445 *Hæc Bulla* (inquit) *vt in manus Ludouici peruenit, qua erat prudentia ſuper illa, in Italia, Germania, Francia, Bononiæ præſertim, & Lutetiæ, celeberrimos quoſque Theologos, & Iureconſultos ſeriò conſulit; Eoque redit omnium ſententia. Quod acta, & dogmata Iohannis aduerſus Cæſarem, Chriſtianæ ſimplicitati, & diuinæ philoſophiæ repugnant. Extant verò adhuc,* inquit Auentinus, *huiuſcemodi conſilia Theologorum in Bibliothecis, in membranis ſcripta.*

Auentini, & Mornæi mendacium.

NOn dubitamus equidem, tum temporis aliquos & Theologos, & Iuriſconſultos ſuffragatos eſſe cauſſæ Imperatoris contra Pontificem. Verùm de Theologis Pariſienſibus, & Bononienſibus id mentiuntur Auentinus, & Mornæus. Siquidem & Francorum Rex partibus Pontificis ſtudebat, & Facultas Pariſienſis damnauit doctrinam Ioannis Ocham, contra Pontificem Ioannem XXII. & Ciuitas Bononiæ tum temporis dedidit ſe Pontifici, & Ioannes XXII. promulgans Clementinas, eas inſcribit *Doctoribus, & Scholaſticis Bononiæ commorantibus*. Nulla igitur probabilitate nititur, Theologos Bononienſes damnaſſe Acta, & Proceſſus Ioannis XXII. contra Ludouicum Bauarum.

De conuentu Reginoburgi habito à Ludouico.

Mornæus ex ſuo Auentino refert, Ludouicum Reginoburgi ſolemnem conuentum indixiſſe, quo confluxerunt præcipui Germaniæ Epiſcopi, & Principes, vbi decretum ſit.

Curaturum Imperatorem Ludouicum, ne Germana libertas in ſeruitutem redigatur, vtque Maieſtas Imperij à faucibus tyranni eripiatur. Quare ex conuentus decreto, vana irritaque eſſe Iohannis viceſimi ſecundi Acta declaratum &c. Pag. 447

DEinde ex Auentino refert, Decretum eiuſdem conuentus authoritate promulgatum, quo multæ continentur calumniæ, & iniuriæ contra Ioannem Pontificem, indignæ planè, quæ à Principe Chriſtianum nomen profeſſo prolatæ ſint, vel in conuentu tam celebri auribus Epiſcoporum, Principum, ac tot Nobilium exceptę. Neque verò eſt, quod in eo examinando Decreto operam perdamus, cuius præcipua capita duntaxat, nempe calumnias in Pontificem, & atroces iniurias viſum eſt Mornæo inſerere. Nã certè puduiſſet ea referre, quæ de gente Gallorum eodem Decreto continentur. *Cæterarum Occidentalium freti viribus, atque amicitia* (Pontifices Romani) *gentiſq; gentilitia infirmitate, hoc eſt leuitate confiſi, atque ſuperſtitione, libertati Germaniæ plagas tendunt &c.* Verum conſtat plurima magis conficta ab Auentino, homine perfido, & non minus, quam Mornæus, Pontificiæ dignitatis inimico, quam à Proceribus illis tam iniurioſe ſcripta, vel pronunciata. Neque verò decretum eſt illud Concilij, vt fingit Auentinus, & cũ ipſo Mornæus, ſed Ludouici Bauari inuectiua, plane impia in Pontificẽ, prout colligimus ex Krantzio li. 9. Sax. c. 14. hęc ſcribẽte: *Interim Pontifex Ioannes, ſolemnibus inſtitutis proceſſibus, Ludouicum Regno pellere anniſus eſt. Ludouicus ad appellationem conuolauit, quam inſigniter conceptam vbique fecit publicari. Nos* (inquit) *Ludouicus Romanorum Rex, proponimus aduerſus Ioannem, qui ſe dicit eſſe Papam, quod Chriſti teſtamentum de pace malè exequitur, publicam Chriſtianitatis pacem perturbans, nec reminiſcitur, à Sancto Conſtantino id quicquid nunc habet honoris, latitanti Silueſtro permiſſum, malè gratus Romano Imperio &c. Et reliqua in hunc modum plura* (inquit Krantzius) *quæ proſequi & longum eſſet, nec omninò oculis poſteritatis ſubijcere prouidum, vnde ſcandala puſillorum orirentur &c.*

Auentini, & Mornæi figmentũ.

Verùm neque famæ Bauari conſulere, tam irreligioſè Pontificem calumnianti, neque ſcandalo puſillorum prouidere Auentino, & Mornæo propoſitum fuit. Deinde idem Author lib. 9. Saxoniæ cap. 15. longè aliter refert Decreta illius conuentus. *Ibi conſtituta ſunt multa* (inquit) *quæ ex dignitate Imperij ſunt tum viſa, inter alia verò, quod electus à Principibus, aut à maiore, aut à ſaniore parte, adminiſtrationem habeat citra aſſenſum Pontificis &c. Electus inſinuetur Romano Pontifici, quod ſit Princeps Catholicus, iuſtus, Imperio dignus, petaturque coronatio, quæ (niſi obſtaret manifeſta cauſſa) ſi negatur ſumatur conſecratio à quouis Catholico Pontifice &c. Deinde ordinatum eſt, quod Imperator præſtabit Pontifici & Eccleſiæ defenſionis, & humilitatis, non fidelitatis, homagij,*

Quæ Krãtzius refert in hoc conuentu decreta.

Digitized by Google

aut ſubiectionis iuramentum; quia temporalis Dominij Imperatori Papa nihil tribuit &c. Et hæc quidem Decreta in eo Concilio refert Krätzius; non tamen Pontifex laceſſitus iniurijs, immò illius aliqua ratio habita.

Suam Apologiam, ſeu Orationem inuectiuam in Pontificem, ita Bauarus concludit, prout ex Auentino exſcribit Mornæus; *Vt Antichriſtus non ſit, tamen eius antecurſorem, atque anteambulonem eſſe neceſſe eſt, à quo ad propugnandum Templum Dei (cuius cura nobis cælitus à Deo O.M. data eſt) ad vniuerſum totius orbis Senatum Chriſtianum prouocamus.* Subijcit Mornæus.

Pag. 449 *Et hanc appellationem nonnulli plenam periculi arbitrabantur; Sed Gulielmus OcKam Franciſcanus, magni nominis Theologus, eiuſque collegæ, libris in eam rem euulgatis, nodum in ſcirpo quærentibus*, inquit Auentinus, *ſatisfecerunt.*

Gulielmus Ocham declaratus hæreticus à Ioanne 22.

DE Gulielmo Ocham ſcribit Trithemius in Chron. Hirſaug. anno 1324. & lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis eum cum Michaele de Cæſenna à Ioanne XXII. excommunicatum, & hæreticum declaratum eſſe, quod eius extrauagāti, qua damnabat eos, qui dicebant, Chriſtum, eiuſque Diſcipulos nihil proprij habuiſſe, ſeſe opponeret, nec ſuum qualemcunque ſenſum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubijceret: confugiſſe itaque ad Bauarum; ac eius defenſionem ita imploraſſe: *O Imperator, tu me gladio à Papæ iniurijs defende; & ego te verbis, & ſcriptis indiſſolubili ratione defendam. Sußceptus autem à Ludouico multa, & vana contra prædictum Papam ſcripſit, aſſerens eum hæreticum, atque ſchiſmaticum, eiuſque cenſuras non eſſe curandas. Manſit itaque excommunicatus cum excommunicato in Ciuitate Monacenſi vſque ad mortem, & ibidem mortuus, ſepultus eſt. Sunt qui dicant, eum circa finem vitæ, ſuum recognouiſſe errorem, & Apoſtolicæ Sedis gratiam impetraſſe.* Et anno 1333. eum virum doctum ſcribit fuiſſe in Philoſophia, & literis ſacris, ſed temerarium nimium, eum a Ioanne excommunicatum, multa in eum blaſphemando ſcripſiſſe. Paulus Æmilius, Hiſt. Francorum in Carolo IV. Pulchro: *Ochamus Theologus Minor cùm Auguſtorum iura copiosè tutaretur, in Ioannem Pontificem monumenta edidit atrocia, quæ extant, eum non criminibus modò, ſed maledictis lacerans.* Extat eius Tractatus, quem inſcripſit, *Compendium errorum Ioānis XXII. item Opus nonaginta dierum.* Et Dialogos contra eum editos, Eccleſia meritò interdixit in Indice librorum prohibitorum. Ipſe tamen alioqui fidem ſuam de Romana Eccleſia apertè confitetur in Prologo libri, quem ſcripſit de Sacramento altaris. *De illo* (inquit) *altiſſimo Sacramento aliqua breuia conſcripturus, proteſtor, me nihil aſſerturum, niſi quod Romana docet, & tenet Eccleſia.* Niſi fortaſſe hæc ſcripſerit, antequam deficeret ab obedientia Papæ. Inter cætera verò ſcribit hic Imperatoris ſtipendiarius, Papam ſe conſtituiſſe Imperij, & Regnorum dominum. Ita Auentinus, & Nouatores perſuadere nituntur, Romanum Pontificem ſibi arrogare poteſtatem, Regna pro arbitrio ab vno ad aliū transferendi. Mendacium iſtud malæ mentis purum putum, eoque excogitata calumnia, vt, cum Eccleſiam Catholicam in ſuo capite reddiderint odioſam, ſchiſma creent inter Pontificem, ac Principes Chriſtianos, & illius authoritatem ipſis ſuſpectam reddant. De nimia temeritate, & præſumptione Bauari in creando Antipapa Petro Corbario Romæ contra legitimum, & indubitatum Pontificem, Ioannem XXII. iam ſuperiùs dictum eſt: qui poſtea Antipapa Auenione, inſerto in collum laqueo, abiecit ſe ad pedes veri Pontificis, veniamque ab eo petijt, & vitam deprecatus eſt, deteſtatus publicè Ludouicum Bauarum, ſchiſmaticum, & hæreticum manifeſtum illum nominans, perfidum præterea, & datum in reprobum ſenſum aſſerens, verum, & vnum Ieſu Chriſti Vicarium Ioannem recognoſcens. Nihil itaque moramur Decretum Bauari de inualida, ac prorſus nulla abdicatione legitimi Pontificis, ac temeraria, & præſumptuoſa creatione Antipapæ, ſeu erectione Idoli in Templo Dei, quod ex Auentino viſum eſt Mornæo exſcribere.

Confugit ad Ludouicum Bauarum.

De ipſius obitu.

Qualis vir fuerit.

Eius fides de Romana Eccleſia.

Auentini, & Nouatorum mendacium de Rom. Pont.

Petrus Corbarius à Ludouico Bauaro creatus Antipapa.

Antipapa reſipiſcit, & Bauarum deteſtatur.

Non omittendum putauit Mornæus.

Vdalricum Ludouici Cancellarium in literis quas Domini nomine, Iohanni ſcribebat, eum inter alia, Beſtiam de mari aſcendentem, de qua in Apocalypſi, appellaſſe &c. Pag. 451

De Vdalrico Ludouici Cancellario, eiuſque literis ad Ioann. XXII.

SEd de hoc Vdalrico hęc Trithemius in Chro. Hirſaug. anno 1333. ſcribit: *Habebat quendam Cancellarium, Vdalricum nomine, de Auguſta, Rheticorum oriundum, hominem temerarium, & ſuperbum, Cleri, & religionis æmulum, Eccleſiaſticæq; dignitatis, & libertatis maximum oſorem, & aduerſarium, qui in literis ad Papam nomine Imperatoris, & inſcio, quædam indigna poſuit, ipſumque Papam inter alia Beſtiam de mari aſcendentem appellauit, multaque in eum opprobria ſcripſit, quibus non immeritò Pontifex ad indignationem prouocatus, Ludouicum Regem excommunicauit. Hanc malitiam ſuam Cancellarius iam morti proximus coram multis publicè confeſſus eſt.*

Reliquis ſuppreſſis, hoc ſolū citauit Mornęus, quod in literis ſuis appellarit Papam *Beſtiam de Mari aſcendentem*: quam blaſphemiam non magis miramur, a Cleri, Eccleſiaſticæque dignitatis, & libertatis aduerſario tum dictatam eſſe, quàm nunc à Mornæo, & Nouatoribus proferri. Eodem certè argumento probaret Paganus aliquis, Chriſtum eſſe Magum, & ſeductorem, quia Iudæi dixerunt, eum ſeducere turbas, & in Belzebut Principe Dæmoniorum eijcere Dæmonia.

De Gulielmo Ocham iam dictum eſt, qualis fuerit, Ludouici ſtipendiarius, Ioanni XXII. infeſtiſſimus, & ab eodem excommunicatus. Sed

errores

Digitized by Google

Mornæus Ochamo imponit.

Pag.451

errores ſequentes manifeſtè illi imponit Mornæus.

Quod Papa ex iure diuino nullum Primatum habet; Quod Petrus nunquam habuit, nunquam Romæ Epiſcopus ſedit, proinde nec Papa; Quod Papa errare poteſt, quin & Eccleſia Romana tota, inque Concilio iudicari debet.

Loca Ochami de Romana Eccleſia, & eius Pontificis Principatu.

SI hæc ſcripſiſſet Ocham, indubiè erronea ſcripſiſſet. Verùm ipſe in Dialogo ſuo lib.5. prima parte cap. 16. apertè docet, quod Beatus Petrus habuit ex ordinatione Chriſti ſuper alios Apoſtolos principatum, & contrariam opinionem hæreticam appellat. Et cap.21. docet, Romanam Eccleſiam habuiſſe primò immediatè Principatum à Beato Petro, transferente ſedem ſuam in Romanam Eccleſiam, & eam omnibus alijs Eccleſijs præferente, & ideò à Chriſto habuiſſe immediatè Principatum; *nam B. Petrus* (inquit Ocham) *electus in Papam, & Prælatum totius Eccleſiæ à Saluatore ante Aſcenſionem pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, ac etiam pro Eccleſia, vbi ſedem ſuã diſponeret collocare, Primatũ habuit &c.* Romanam Eccleſiam, prout diſtinguitur à tota congregatione fidelium, non poſſe contra fidem errare, probat octo rationibus cap.13. & 24. Reſponſiones, quæ adferuntur in contrarium, dicit eſſe irrationabiles. Sed ex illo Dialogo plura huiuſmodi loca poſſemus citare. Verùm ita in eo diſſerit & de Pontifice, & de eius, atque Imperatoris maieſtate, quonam vſque potentiarum ſeſe vtraque protendit, tanta ſubtilitate in varias ſententias diſputauit, vt neſcias (quemadmodum Aſcenſius Epiſt. ad Trithemium præfixa Dialogo notauit) *doctiùſne, an cautiùs illud effecerit. Nam ne in hæreſim inuidus quiſpiam incidiſſe calumnietur, hac via cauit, qua ſe nihil aſſertiuè, ſed omnia diſputatiuè diſcuſſurum proteſtatus eſt.* An verò maximam partem pro Magiſtratu Ciuili, pro Regibus, inquam, & Principibus pronunciet (quod ſcribit Mornæus) in diſcutienda

pag.452

ſingula eius loca nolo operam conferre. Excommunicatus erat à Pontifice, illique infeſtiſſimus, & ſtipendiarius erat Imperatoris ſchiſmatici, & ab obedientia Papæ defecerat; vt nulla apud nos ſit illius authoritas.

Poſt Ochamum producit Marſilium Patauinum.

Aurei (inquit) *illius Tractatus Authorem cuius titulus; Defenſor pacis, de Imperatoris, & Papæ poteſtate.*

Marſilius Patauinus hæreticus.

DEinde citat aliquot Theſes ab eodem aſſertis. Sed reſpondemus, eum hæreticum hominem eſſe, reprobatum, & damnatum ab Eccleſia cum ſuis Theſibus, non maioris authoritatis apud nos, quàm ſi quis *Myſterium iniquitatis, ſiue Hiſtoriam Papatus Philippi Mornæi*, nobis citet contra Pontifices. Contra eũm ſcripſit luculenter Albertus Pighius li.5. Eccleſ. Hierarch. cap.1. & 2. Similiter Ioannis de Ianduno Gandauenſis ſententiam eodem loco habemus: & quam plurimos Catholicos, doctrina, ac pietate inſignes Authores iſtis poſſemus opponere, qui contraria prorſus illis docent. Neque mirum eſt, ſi quemadmodum nullum ſæculum lapſum eſt, quo non fuerint facinoroſi homines, parricidæ, ſacrilegi, & alijs criminibus infames; ſic nullum prætererit, quod non tulerit fidei Orthodoxæ inimicos, quos nobis homo eiuſdem famæ producat.

Quantum ad Michaelem de Ceſenna; ille quidem à Ioanne Pontifice XXII. excommunicatus, & à Generalatu ſui Ordinis depoſitus, cum ſeſe pertinaciter opponeret Extrauagãtibus eiuſdem, quę habentur tit. De verborum ſignificatione. *Cum inter nonnullos &c. Ad conditorem &c. Quia quorundam &c.* auſus eſt, Pontificem ipſum, Apoſtatam, & hæreticum, ſicque ipſo iure depoſitum prædicare, & literas ſuæ impietatis modo ad Fratres Minores, nunc ad Ludouicum Bauarum deſtinare, & omnia contra Papam moliri. Et quidem habetur in Indice Romano, inter Authores primæ claſſis damnatos ab Eccleſia. Verùm puto, hanc eſſe calumniam Mornæi, quod ille vnquam docuerit, Papam eſſe Antichriſtum, & Eccleſiam Romanam Babylonem, Sanctorum ſanguine inebriatam; cum ille publicè, & ſolemniter proteſtatus ſit, ſe à Ioanne XXII. appellare ad Sanctam Eccleſiam Romanam, prout legitur in literis illius ad Capitulũ Fratrũ Minorum. Neque S. Antoninus eum collocat inter Pauperes de Lugduno, ſi rectè expendantur, quę ſcribit loco, à Mornæo citato 3.p. Chron. tit.21. cap.5.§.1. neque omnes hæreſes Pauperum de Lugduno, ſeu VValdenſium aſſeruit. Sed etſi docuerit, quæ impingit illi Mornæus, hæreticus eò magis ſit manifeſtus, & in blaſphemias hæreticales prorupit.

Michael de Ceſenna damnatus ab Eccleſia.

Mornæi in hunc calũnia.

An numeratus inter Pauperes de Lugduno.

Opportunum hoc loco referre iudicauit Mornæus contentionem, quæ aliquando in Francia orta eſt, Rege Philippo Valeſio, inter Prætores Regios, & ipſos Epiſcopos de iuriſdictione. Nã Regij Prætores conquerebantur, eam ab Regijs Tribunalibus ad Sacrã delapſam, multò plures cauſſas profanas, & inter profanos controuerſias cognoſci, dijudicarique ab Epiſcopis, ac reliquis Sacerdotibus, quàm à Regijs Prætoribus, quicunque quæcunque de re Sacerdotum decreto non ſteterit, continuò Templis arceri, piorumque communicatione moueri &c. Pro iuriſdictione Regis verba Petrus Cunerius fecit, vt quę Dei ſunt, Deo, quæ Regis, Regi darentur. Bertrãdus Heduorum Pontifex cauſſam Templorũ, iuriſdictionemque tutatus eſt. Et cum prima Actione nihil conſtitutum fuiſſet; die D. Thomæ Cantuarienſis feſto cum Patrum frequenti globo Bertrãdus Regem adijt, admonuitque, illum illuxiſſe diem, quem pro libertate Eccleſiæ Thomas ſanguine ſuo conſecraſſet. Reſpondit Rex, omnia ſibi curæ futura. Anceps vox. Bertrandus vt certius, & lætius reſponſum eliceret, orauit, vt qui diuinitùs ad Sceptrum vocatus fuiſſet, ambiguo

Pag.454

Contentio in Francia de iuriſdictione inter Epiſcopos, & Regios Prætores.

reſponſo

Digitized by Google

Catholica Regis Galliæ vox pro iuribus Eccleſiarum.

reſponſo non dimitteret ab ſe triſtes Sacerdotes, qui rem diuinam pro eo quotidie facerent. *Tum Rex: Iura*(inquit) *Eccleſiarum auxerim potiùs, quã imminuta velim.* Vox certè Chriſtianiſſimo Rege digna. Hæc Paulus Æmilius Hiſt. Francorum in Philippo 6. Valeſio. Gloſſa Mornæi.

Pag. 455

Iura inquam, non vſurpationes.

QVæ ſanè ſuperflua. De iuribus enim apud Regem agebatur, non de vſurpationibus. Petrus verò Cunerius nonniſi notam infamiæ apud poſteros contraxit. Extat Tractatus Domini Bertrandi, altercationem omnium, ac ſingulorum, quæ ratione iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & Sæcularis per eum, & Electum Senonenſem ex vna, & Magiſtrum Petrum de Cunerijs ex altera parte coram Philippo Rege, & in preſentia multorum Nobilium, & aliorum Procerum Regni deducta, & aliquot diebus fuere propoſita, & allegata, cõtinens. Huic vero narrationi Mornæus inſeruit impoſturam, quod Theologi Pariſienſes diſputarint, damnatum potiùs fuiſſe Thomam Cantuarienſem, qui læſæ Maieſtatis reus pœnas luiſſet. Neque enim magis dubitauit vnquam facultas Pariſienſis de ſalute eorum, qui in Canone Sanctorum ab Eccleſia referuntur, quã dubitet de damnatione Mornæi, & omnium hæreticorum, ſi in eo ſtatu decedant: nec magis Thomas læſæ Maieſtatis reus, quam Apoſtoli, & Sancti Martyres, qui Deo magis, quam hominibus obediebant: & ipſemet Henricus Rex Angliæ, cuius legibus conſtanter reſtiterat, eum poſt mortem coluit vt Sanctum. Sed de hoc iam alibi.

Mornæus impoſtor Theologis Pariſienſibus.

Pag. 455

De Epiſtola Luciferi ad Papã & Eccleſiam Rom.

Subiungit Epiſtolam Luciferi ſcriptam ſub id tempus ad Papam, & Eccleſiam Romanam. Non dubium, ab aliquo Luciferi Cancellario, non abſimili Mornæo dictatam fuiſſe. Et qui ſuis Oppoſitionibus contra Pontifices non alios Authores inſerit, præter homines damnatos, & proſcriptos ab Eccleſia, eumdem certè decebat, & Luciferum omnium reproborum Ducem, & anteſignanum euocare ex inferis, eundemque Pontificiæ Maieſtati opponere. Dignum opus *Myſterium iniquitatis* Mornæi, farrago, & congeries mendaciorum, cui Luciferi, patris mendaciorum, literæ inſererentur; ſed nonniſi à Lucifero, aut aliquo miniſtro ſub eius nomine hæ impietatis literæ dictari, aut poſtea recitari, & exſcribi poterant. Neque velim in examinanda hac Epiſtola operam conſumere, cum à nomine iſtius Authoris, & mentione abhorream. Literas quæ nobis de Cœlo venerunt, vt benè, pièque viuamus, exoſculor, & quam eximia poſſum, reuerentia ſuſcipio; Sacram autem Imperatoris Luciferi, exſcriptam ab eius amanuenſi Mornæo, reijcio prorsùs, & execror.

Pag 455

Pontificis, eſt Græcos ad fidei plenitudinem reuocare.

Subijcit vltimò ex Ioanne de Mandeuilla Anglo Scriptore, Ioannem Pontificem miſiſſe ad Græcos, qui ad vnionem cum Eccleſia Romana eos hortarentur, plenitudinemque illam poteſtatis ſibi in perſona Petri in vniuerſam Eccleſiam conceſſam proponerent. Id certè pro ſui muneris ratione Pontifex faciebat. Nam vt ſcribebat Diuus Bernardus ad Eugenium Papam lib. 3. de Conſid. cap. 1. *Infidelibus debitor es, Iudæis, Græcis, & Gentilibus. Intereſt proinde tua dare operam, quam poſſis, vt increduli conuertantur ad fidem, conuerſi non auertantur, auerſi reuertantur. Porrò peruerſi ordinentur ad rectitudinem, ſubuerſi ad veritatem reuocentur &c.* De Græcis ibidem: *Addo & de pertinacia Græcorum, qui nobiſcum ſunt, & nobiſcum non ſunt, iuncti fide, pace diuiſi. Quanquam & in fide ipſa claudicauerint à ſemitis rectis.* Erat igitur Pontificis, eos ad plenitudinem fidei reuocare. Plenitudo verò illa poteſtatis in Pontifice Romano, ſucceſſore Petri Principis Apoſtolorum, inſtitutio eſt Chriſti, & de neceſſitate ſalutis eſt; vt neque in hæreſi, neque in ſchiſmate hinc decedentes ſalutem ſint conſecuturi. Reſponſio verò, quàm adfert Græcorum, Pontifici datam,

De reſponſione à Græcis data Ioanni Pontifici, ſuam poteſtatis plenitudinẽ illis proponenti.

Potentiam tuam ſummam circa tuos ſubditos credimus, ſuperbiam tuam ſummam tolerare non poſſumus, auaritiam ſatiare non valemus; Diabolus tecum, quia Dominus nobiſcũ.

NIhil aliud refert, quàm ſummam impudentiam, contumaciam, & eorum temeritatem. Neque tamen eò impudentiæ Græcos vnquam veniſſe putem, vt verbis adeo procacibus Pontifici reſponderint, & Ioannes Gerſon ſermon. de Pace, & Vnione Græcorum, Conſiderat. 7. ita ſcribit. *Dicunt aliqui, Græcos aliàs ſcripſiſſe Papæ: Potentiam tuam recognoſcimus, auaritiam implere non poſſumus. Viuite per vos*: quæ non adeò procax, & impudens eſt reſponſio, vt quæ illis à Mornæo imponitur. Mornæus.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum quinquageſ. octauum.

Iohanni ſuccedit Benedictus XII. Cardinales ſexdecim dierum ſpatio de ſucceſſore conuenire non potuerant; Tandem ex altercatione per contemptum in Iacobum de Furno, Bearnenſis, vel, vt alij, Tholoſani Piſtoris filium conſentiunt, è doctore Theologiæ Cardinalem factum, nomi-

ne

ne Blancum, omnium miſerrimum; & contemptiſſimum.

SEd nonne elegit Deus abiecta huius Mundi, vt confundat ſapientes? Sic elegit Dauid ſeruum ſuum, de poſt fœtantes elegit eum paſcere Iacob ſeruum, & Iſrael hæreditatem ſuam, qui erat inter fratres ſuos contemptiſſimus, & cuius nulla ratio habebatur. Sic Apoſtolos elegit contemptiſſimos, per quos myſterium Crucis, Iudæis ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam, Mundo promulgaret. Et ipſum quidem electum iri, nunquam animis conceperunt Cardinales, qui Pontificatum prius obtulerunt Cardinali optimo, & generoſo viro, Comitis Conuenarum fratri ea lege, vt nunquam Romam ſe transferret; Sed id pactum cum reſpondiſſet eſſe contra Eccleſiam Romanam, ſententiam mutarunt: & Cardinales executores ſunt prouidentiæ, ac voluntatis diuinæ; itaque Deus occulto iudicio quem præordinauit, à concordibus, diſcordibuſque eligi permittit. Benedictus hic XII. Iacobus Furnus antea dicebatur, ex Prouincia Toloſana, Oppido Sauardino, Diœceſis Appamiarum, ignobili genere ortus, & obſcuris parentibus, vtpote quem molitoris in agro Toloſano filium fuiſſe, fama conſtans ſit, Ciſtertienſem ordinem profeſſus: quem ex Abbate Montisfrigidi Ioannes XXII. Papa Epiſcopum Appamiarum primum, deinde Mirapenſem, & demum Presbiterum Cardinalem tit. S. Priſcæ creauerat, & vulgò Cardinalis Albus, ſeu Blancus, dicebatur.

Benedictus 12. Ioãnis 22. ſucceſſor.

Pag.456

De viſione cuidã conceſſa quoad eius Põtificatum.

Circa viſionem illam, quam refert Aduerſarius ex Alberto Argentinenſi, qua Epiſcopo cuidam Auenionem petenti, obeunte tum Ioanne, quis futurus eſſet Pontifex, manifeſtatum, & vt Cardinalem Blancum adierit, agnitumque ex viſione his verbis ſit affatus: *Pater vos eſtis Papa futurus*; non eſt quod diutius immoremur. Hæc viſio ſi diuinitùs oſtenſa fuit, diuinitùs item pręordinatus fuit Pontifex futurus Cardinalis ille Blancus; ſic enim & Samueli, 1. Reg. 16. diuinitùs reuelatum fuit, quem ex filijs Iſai vngere deberet in Regem: ſic Eliæ. 3. Regum 19. diuinitùs reuelatum, Hazael regnaturum ſuper Syriam, & Iehu filium Nanſi Regem futurum ſuper Iſrael. Quod verò monuit eum Epiſcopus, ſe in viſione introductum eſſe in ſtabulum immundiſſimum, & illius eſſe tanquam paſtoris, atque ſtabularij Curiam, & Sedem Apoſtolatus, iam immundiſſimum ſtabulum, ab auaritijs, & Simoniacis ſtercoribus expurgare, & Sanctam Romanam Eccleſiam, & Vrbem recommiſſas habere; Ea certè viſio ſuffragatur Eccleſiæ Romanæ, & Pontificis authoritati, cuius ſit omnem auaritiam, & Simoniam ab Eccleſia longè arcere. Quorſum verò ſpectant Canones Romanorum Pontificum, niſi ad reformandos mores potiſſimùm Clericorum, & reſtituendam diſciplinam Eccleſiaſticam? Et quid magis deteſtantur Sacri Canones, quàm Simoniacam prauitatem? Et ſi miniſtri Eccleſiæ labe Simoniæ, vel auaritiæ laborabant; an ideò Romana Catholica, & Apoſtolica Eccleſia non erat ſponſa Chriſti, & Pontifex Romanus illius ſponſus, Vicarius Chriſti, & ſucceſſor Petri Principis Apoſtolorum? De moribus Chriſtianorum ſuo tempore grauiter conquerebatur Cyprianus ſerm. de lapſis. *Non in Sacerdotibus religio deuota, non in miniſtris fides integra, non in operibus miſericordia, non in moribus diſciplina &c.* Et tamen, vt obſeruat D. Auguſtinus, in vnitate eiuſdem Eccleſiæ, & communione eorundem Sacramentorum cum illis manebat, nec ideo, non erat Eccleſia Chriſti, in qua illi multis peccatis onuſti, immò & fortaſſe criminibus infames, participes erant diuinorum Sacramentorum.

Pag.456

Nunc perditè deperiſſe ſororẽ Petrarchæ falſum eſt.

Quod ex Hieronymo Squarzafico, Authore nullius authoritatis refert de Benedicto XII. fuiſſe Auenioni Petrarchæ ſororem, eleganti forma inſignem, moribus, & virtutibus præditam, cuius pulchritudine, & forma perditè deperiret, apocriphum eſt, longèque aliud reliqui Scriptores de eo Pontifice tradunt. Eum Trithemius in Chron. Hirſaug. ad annum 1334. *Virum integerrimæ rectitudinis* appellat. Chronicum Germanicum lib. 24. *Morum doctrinaque præſtantia nobilem virum.* Ioannes Villanus, qui tum temporis viuebat, lib. 11. cap. 21. *Hominem fuiſſe honeſta, & laudatæ vitæ*, teſtatur. Nauclerus Generat. 45. anno 1335. *Moribus, ac ſcientia clarum.* Et Albertus Argentinenſis citatus à Mornæo, in Chronico ad annum 1334. *Theologorum* (inquit) *ſummus, quem inter omnes à longiſſimis temporibus iuſtiſſimũ æſtimabant.* Platina etiam eum plurimum commendat, quod toto ſui Pontificatus tempore ſex Presbyteros Cardinales crearit, *Viros egregios non de ſua ſtirpe, ſed vndequaque ad tantam dignitatem vocatos. Tantæ præterea conſtantiæ fuit, vt dimoueri à recto, vel ui, vel præcariò, vel pollicitationibus nunquam potuerit. Bonos enim diligebat, ac viciſſim malos, ac ſceleratos apertè odio habebat.* At verò & ipſe Petrarcha hoc Elogio eum celebrat: *Era fecondo nella fede, & nelle buone opere zelatore &c.* nunquam ita ſcripturus, ſi vera eſſent, quę ex Squarzafico ſuo citat Mornæus.

Ipſius encomia.

Regreditur ad Ludouicum Bauarum.

Qui ab anteceſſore (inquit) *licet malè habitus, nihil omittebat, vnde contumacem Curiæ Papalis humorem mitigare poſſet.* Pag.457

CVr Benedictus in eum propenſior fuerit, affert hanc rationem.

Quod Philippus Valeſius vrgebat, vt Vicarius ipſe generalis Papæ in Italia, totoque orbe Chriſtiano conſtitueretur, decimaque illi decimarum omnium per decem annos penderetur, inque Paleſtinæ ſubſidium vniuerſus Eccleſiæ theſaurus traderetur.

TRadunt quidẽ Germanici Scriptores, Chro. German. lib. 24. Albertus Argentinenſis in

Digitized by Google

in Chronico anno 1335. Nauclerus Generat. 45. anno 1335. Philippum Regem multa inaudita initio à Pontifice poſtulaſſe, quibus ille territus ad Ludouicum Bauarum confugere ſtatuerit; vnde is amicorum literis hortatus ſemel atque iterum Legatos ad Pontificem miſerit, reconciliari Pontifici, & communioni Eccleſiaſticæ reſtitui cupiens: Et Pontifex benignè reſpondit, *ſe, & fratres ſuos plurimùm gratulari, quòd nobilis ramus Eccleſiæ Alemanæ, qui ſe in perſona Domini Ludouici lædi per Eccleſiam æſtimans, iam ab arbore Eccleſiæ ſeparari cœperat, eidem arbori cum tam magno honore ſedis redintegraretur.* En igitur vnde impulſus Ludouicus Legatos ad Pontificem miſerit, & quæ fuerit erga eum mens Pontificis.

Cur Ludouicus Legatos miſerit ad Benedictum Pōtē & quę h eius erga ipſū mēs.

Verùm, vt poſt alios ſcribit Mornæus, deterritus eſt à Philippo Rege Franciæ, miſſis Legatis, qui eum monerent, vt ab Imperatore illo Sathanæ tradito caueat, ne contemptor Catholicę Eccleſiæ, & hæreticorum defenſor, & fautor videatur: à quibus tamen induci non potuit, vt dānaret Ludouicum, vel excommunicaret, aut iuſtàm declararet Ioannis XXII. ſententiam aduerſus eum. Itaque ſi culpa fuit aliqua non recepiſſe in gratiam Ludouicum, ea reijcienda magis in Philippum Regem Franciæ, quàm in ipſum Pontificem. Chronicum German. lib. 24. *Benedictus Papa vir ſimplex neſciebat, quo animo Gallorum Rex tantopere accuſaret Imperatorem. Putabat, omnia zelo pietatis fieri, ex ſuo aliorum iudicans animum. Rex Galliæ etiam minabatur, Pontificem ſe habiturum pro hoſte Catholicæ Eccleſiæ, & tractaturum ſicut Bonifacium aliquando tractaſſet, ſi Ludouicum Imperatorem non haberet pro excommunicato, & hæretico &c.* Ex metu igitur cadente in conſtantem virum deterritus eſt Pontifex, ne cum Imperatore benigniùs pro animi ſententia ageret.

Philippus Franciæ Rex Benedictum ab ipſo deterret.

Pag. 457

Quod verò ſcribit Mornæus, eum anteceſſorem ſuum, eiuſque acta apertè damnaſſe: id apertè negamus. Nam ſi Ioannes XXII. eius deceſſor contumacem, & ſchiſmaticum damnauit, & anathemate percuſſit, reſipiſcentem poſtea in gratiam recipere, & communioni Eccleſiaſticæ reſtituere voluiſſe, non fuit acta ſui deceſſoris reſcindere. Et hæc quidem Germani Scriptores. Nam alij, vt Platina ſcribunt, eum ſtatim Pontificatu inito cenſuras in Bauarum, vt vſurpatorem Imperij, & excommunicationem à Ioanne XXII. in ipſum latam confirmaſſe. An verò vnquam improbaſſet excommunicationem in Bauarum latam à deceſſore ſuo ob temerariam Antipapæ creationem? Sic certè damnaſſet ſui deceſſoris Ioannis XXII. Pontificatum, & Petrum illum Corbarium fuiſſe verum, & legitimum Pontificem, profeſſus fuiſſet.

Benedictū damnaſſe anteceſſorem ſuum eiuſq; acta falsū eſt.

Sed mirum quod refert, Philippum Valeſium à Pontifice poſtulaſſe, vt Vicarius ipſe Papæ generalis in Italia, totoque Orbe Chriſtiano conſtitueretur. Nam certum, de Vicariatu in ſpiritualibus non fuiſſe Regem ſollicitum: ſi igitur Pontificis in temporalibus poteſtas non ſe protendebat per totum Orbem Chriſtianum, & Rex ipſe in Regno Franciæ verè iudicabat ſe habere ſupremam temporalem poteſtatem; qui fieri potuit, vt Pontificem vrgeret, quatenus eius Vicarius in toto Orbe Chriſtiano conſtitueretur?

Aut volebat eius eſſe Vicarius in Regno Frāciæ, aut Pontificem putabat maiorem habere poteſtatem temporalem, aut plus iuris in reliquum Orbem Chriſtianum, quam in ſuum Regnum.

Cum repulſam paſſus eſſet Ludouicus Bauarus à Benedicto XII. ſiue quod iuſtum cenſeret confirmare ſentētiam ſui deceſſoris in eundem, quem omnino Eccleſiæ obſequentem non videret, ſiue quod ad id adigeretur minis Philippi Valeſij Regis Franciæ; conuentum indixit Principum Germaniæ anno 1338. vbi Decretum ediderunt, hoc loco ex Auentino à Mornæo relatum:

De Ludouici Decreto contra Pōtificem.

Quod Imperium à Deo ſolo pendet, cui Imperator rationem reddere tenetur; Quod ex quo ab Electoribus electus eſt, abſolute eſt Imperator; Quod bona conſcientia non poteſt contra Maieſtatem Imperij, Papam per Legatos adire, ei Sacramentum dicere, ab eo adminiſtrandi Imperij veniam petere, qui nihil in Imperiū iuris habeat.

Pag. 457

SCribit Nauclerus Generat. 45. anno 1338. Ludouicum hoc Decretum promulgaſſe ſub ſigillo ſuo de conſilio quorundam Fratrum Minorum contra proceſſus quondam Ioannis Papæ. Sed iſti fautores erānt Ludouici Bauari, ſectatores Michaelis de Cæſenna, & Gulielmi Ochā, qui in contradictione Chore fuerunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt. Scribit idem Author: *Quamobrem tunc quæſtiones de poteſtate Eccleſiaſtica multi viri doctiſſimi diſputabant, longè certè plures, & doctiores pro Pontifice, quam pro Ludouico Bauaro.* Verum ſi hoc Decretum iuſtè, & tuta conſcientia putauit ſe promulgare Bauarus; cur initio Ioannem XXII. deinde Benedictum XII. pro confirmatione Imperij adeo vrgebat? Sed quemadmodum Mornæus, & omnes ſectarij vbi vident ſuos errores à Sancta Romana Eccleſia improbari, eiuſque ſummo Præſule, cum prædicant *Antichriſtum*, Eccleſiam Romanam *Babylonem*, & dominationem quidem ſpernunt, Maieſtatem autem blaſphemant; ſic Ludouicus Bauarus, vbi vidit, ſe non potuiſſe voto ſuo, neque ex animi ſententia, & fortaſſe quibus vellet conditionibus ſolui anathemate, & reſtitui Eccleſiaſticæ communioni, præterea non obtinere à Pontifice titulum, ac dignitatem Imperatoriam, ſuum Decretum edidit, quod Imperium à ſolo Deo pendeat, nullo modo à Papa: Quod Imperator electus à Principibus ante omnem Papæ confirmationem liberam habeat Imperij adminiſtrationem: Quodque Ioannes XXII. non potuiſſet illum excommunicare, neque Benedictus XII. eius ſucceſſor cenſuras eiuſdem in eum infligere. En vnde motus ſit ad id promulgandum Decretum.

Digitized by Google

Pag.458 Scribit Mornæus, Eduardum Angliæ Regẽ aliquando poſt in Germaniam traieciſſe, Ludouici videndi cauſſa, amboſque Francofurti conueniſſe, quò & Epiſcopi multi Italiæ, Germaniȩ, Galliæ, Angliæ, confluxerunt.

Ibi ex amborum Regum, totiuſque conuentus conſilio idem Decretum promulgatur.

An Eduardus Angliȩ Rex huic Decreto cõſenſerit.

NOn adeò certum, Eduardum Regem in id Decretum conſenſiſſe. Nam refert Polydorus Virgil. Hiſt. Anglorum lib. 19. in Eduardo 3. Anno 1338. Ludouicum Bauarum, vt ei rem gratam faceret, eum Vicarium Imperij feciſſe, *quod munus* (inquit) *non abnuit, ſed obire noluit, ne Benedicto Põtifici diſpliceret, quia Bauarus eius inimicus erat*. Quomodo igitur in illud Decretum in publico illo conſeſſu conſenſiſſet?

Reliquis prætermiſſis, in quibus ſuperfluum immorari, de obitu Benedicti hæc habet:

Pag.458 *Hactenus ſedem tenuit Benedictus ad annum vſque 1342. his verſibus pro tempore deſcriptus.*

Iſte fuit vero, Laicis mors, vipera Clero,
Deuius à vero, Cupa repleta mero.

Hi verſus per inuidiã ſcripti

VErum magnum Chronicum Belgicum tale metrum referens, per inuidiam ſcriptũ fuiſſe de eo refert: vbi & eum Benedicti nomen rectè aſſumpſiſſe iudicat, vt qui tam in agro, quã in Ciuitate benedictus eſſet, & ſolidæ ſinceritatis, conſtantiſque conſcientiæ benedictionem, & animi vigorem habuiſſet. Platina. *Moritur Põtificatus ſui anno ſeptimo, menſe 3. die 17. Multam vim auri non cognatis ſuis, & affinibus, ſed Eccleſiæ reliquit. In morte autem optimi Pontificis, & doctiſſimi, omnes ferè collacrymarunt: idque in pompa funeris qui aderant, fletibus & gemitu præ ſe tulere.*

Benedicti XII. obitus

Clemens VI. Pontifex.

Nunc ad Pontificatum Clementis VI. Is Petrus Rogerius Lemouicenſis, Epiſcopus Rhotomagenſis, Cardinalis SS. Nerei, & Achillei à Benedicto XII. deceſſore creatus, anno 1342. electus Pontifex. Quoad ea, de quibus notatur ab Alberto Argentinenſi, quæ diligentiſſimè collegit Mornæus, vt quibus non parum lædatur eius Pontificis exiſtimatio, & fama, dicimus eum Authorem meritò nobis ſuſpectum eſſe, quippe qui Bauari ſtudioſus fuerit, eiuſque partes fouerat: à quo refert ipſemet, ſe miſſum aliquando ad Benedictum XII. Itaquecum Clemens excommunicationis ſententiam in eundem latam confirmaſſet, negaſſetque eum pacem habere poſſe, niſi abdicato Imperio; non mirum, ſi ei multa impoſuerit Albertus Argentinenſis, quæ nec in hominem ſapientem, iudicio, ac prudentia ornatum, aliquando cadere potuerunt. Eum Trithemius in Chronico Hirſaugienſi ad annum 1342. appellat *virum pietate, & clementia plenum.* Platina, *virum multa doctrina, compoſitaque eloquentia, liberalem in omnes, comem, & perhumanum.*

Qualis vir

Legatio Bauari ad Põtificem.

Miſit legationem Ludouicus ad Clementem, veniam ab eo, & pacem impetraturus, in omnibus obſecuturum ſe Pontifici, & ad nutum eius omnia facturum pollicitus, immò reſignaturum Imperium, nec reſumpturum, niſi hoc fieret de gratia Papæ, & ſe, ac filios ſuos, & bona, ac ſtatum ſuum in arbitrio Pontificis poſiturum. Verum cum Pontifex & hanc legem imponeret, vt Decreta aduersùs Ioannem XXII. Vicarium Chriſti retractaret, acta reſcinderet, opprobria recantaret &c. cauſſatus ille, non perſonam eius hæc tangere, ſed ſtatum Imperij, eorum exemplar vniuerſis Principibus, præſertim Electoribus, & magnis Ciuitatibus deſtinauit, omnes Principes, & Ciuitates, & oppida totius Alemaniæ ad Parlamentum publicum ſuper eiuſmodi factum Francofurti conuocando: & ab omnibus contradictum eſt articulis à Põtifice propoſitis: quo factum, vt Pontifex meritò, deluſum ſe iudicans, magis exarſerit in Bauarum: qui vrgendo eundem, vt Decreta aduersùs Ioannẽ XXII. retractaret, acta reſcinderet, & opprobria recantaret, nonniſi iuſta poſtulauerat: neque id ſtatum Imperij lædebat, ſed ad perſonam ipſam Ludouici ſpectabat; vt qui, quantum in ſe erat, abdicauerat Pontificatu ipſum Ioannem XXII. legitimum Põtificem, & ſubrogauerat Antipapam. Hæc item erat lex æquiſſima, vt Cæſar Vulielmum Ochamum, eiuſque Collegas, ac ſocios Põtifici Maximo dederet. Siquidem is multa peccauerat in Eccleſiam, & Ludouico perſiſtendi in ſchiſmate, ac multa contra Ioannem XXII. decernendi author fuerat, nec iuriſdictioni Ludouici, ſed Clementis Pontificis ſubiacebat.

Poſtulata Clementis Põt. æquiſſima.

Pag.460 Quod ſcribit ex Auentino, Theologos Pariſiẽſes Regi de hoc conſulenti reſpõdiſſe, *reſponſa Clementis nõ ſolùm iniqua, atque ſuperba, ſed & contraria æquitati Chriſtianæ eſſe*, & idem Bononienſes feciſſe; de neutris probabile eſt. Nam Philippus Rex Ludouico non fauebat, & Theologi Pariſienſes, quòd Sedis Apoſtolicæ dignitati perpetuò addictiſſimi, & priuatim in Clementem VI. benè affecti eſſent, qui Prouiſoris Sorbonici munere aliquando perfunctus fuiſſet, id de Pontificis reſponſis nunquam reſcripſiſſent: & Ciuitas Bononienſis tum erat ditionis Pontificiæ, eius partes contra Bauarum ſemper amplexa: & non ſemel monuimus Auentinum, vbi potiſſimùm cauſſa agitur Pontificum, ſuſpectum eſſe Authorem. Mornæus.

An ea Doctores Pariſienſes, et Bononienſes reprobarint.

Clemens igitur anno 1346. in Cœna Domini, Ludouicum, immaniſſimè deteſtatus, hæreticum & ſchiſmaticum pronunciat, & Principes monet, intra dictam diem alterum Imperatorem eligant, ne Eccleſia diu aduocato careat, alioqui circa hoc Sedes Apoſtolica cogitaret. pag.460

Cur Clemens Bauarum excommunicarit & Imperio depoſuerit.

CAuſſam reiecti, & excommunicati Ludouici refert Nauclerus Generat. 45. anno 1346. Et Trithemius in Chron. Hirſaug. anno 1344. *Eodem anno Ludouicus Imperator Ioannem filium Regis Bohemiæ de Ducatu Carinthiæ, quem ei accepta pecunia priùs donauerat, eiecit, eiuſque vxorem ſine Eccleſiæ iudicio raptam ſuo filio copulauit in ſcandalum multorum. Vnde tàm pro iſto, quàm pro multis alijs ſceleribus denuò excommunicatus fuit à Clemente Papa VI. tandemque Imperio depoſitus.* Et anno 1346. *Eodem anno Clemens Papa VI. qui Ludouicum per ſententiam ab Imperio ſe depoſuiſſe dicebat, mandauit Principibus, vt infra certum terminum, quem eis præfixerat, niſi ius electionis velint amittere, in locum Ludouici alium eligant Imperatorem, qui mandatis Eccleſiæ, vt filium decet, pareat; alioquin ſe neceſſariò curam, vt ſupremū caput, de Imperio habiturum.* Vbi interim Principes, quod ius eſſet Pontificis non ignari, conuenientes, Archiepiſcopus Treuerenſis, Vualramus Archiepiſcopus Colonienſis, Gerlacus, cui prouiderat Pontifex de Eccleſia Moguntinenſium, Ioannes Rex Bohemiæ, & Rudolphus Saxoniæ Dux, Carolum Ioannis ſupradicti Bohemiæ Regis primogenitum in Regem Romanorum vnanimiter præſentem elegerunt, quem in Bonna Oppido cum magna pompa Colonienſis Archiepiſcopus (vt moris eſt) inunxit: & licet alij Electores Adolphus Comes Palatinus Rheni, Henricus Archiepiſcopus Moguntinus, licet à Papa antea ob contumaciam excommunicatus, atque depoſitus, Marchio Brandeburgenſis, Duceſque Bauariæ, ac penè omnes Ciuitates Imperij partes Ludouici vſque ad mortem pro viribus ſequerentur, & eo mortuo Carolo oppoſuerint primùm Eduardum Angliæ Regem, deinde Marchionem Miſnenſem, ac denique Guntherum Comitem de Suartzaburg opponere conati ſint; ille tamen pacificè tandem imperauit, ac vnicus, ſoluſque habitus eſt verus, & legitimus Imperator, Deo efficiente, vt Vicarij ſui Romani Pontificis ſententia præualeret.

Clemens electoribus mandat vt alium in eius locum eligant.

Eligitur Carolus 4.

Reliqua, quæ inſerit huic Progreſſui, non ita ſpectant ad noſtrum inſtitutum, vt in his vel examinandis, vel refutandis labor ſit collocandus.

Auenio facta iuris Pōtificij.

Auenio, hoc Pontifice, ciuitas facta eſt iuris Pontificij. Platina in Clemente VI. *Vrbem Auenionenſem à Ioanna Regina emit, eius enim patrimonium habebatur. Perſoluitur pretium feudi permutatione: tantundem enim, & eò amplius ob Regnum Neapolitanum Eccleſiæ Romanæ debebat.*

Iubilæum ad quinquageſimū annum reductum.

Anno 1350. Clemens Papa Iubilæum de centenario ad quinquageſimum quemque annum reduxit. Auentinus ſolemnis Author Mornæi, *ludos ſæculares* appellat: *Per idem tempus* (inquit) *Sextus ludos ſæculares ſecundos, (quos centeſimo quoque anno celebrandos Bonifacium octauum inſtituiſſe retulimus) aperuit, quinquageſimo quoque anno in poſterum agendos cenſuit.* Eam inſtitutionem Mornæus in lucem cupiditatem refert.

Quam ob cauſſam.

Pag. 463 *Jubilæum vti vidimus, Bonifacius centeſimo quoque anno, magnas indulgentias pollicitus, inſtituerat; Clemens gnarus quantum inde lucrum conſecutus eſſet, Jubilæum, & ipſe ſuo tempore celebrari vult &c.*

LOngè aliter Trithemius in Chron. Hirſaug. anno 1350. *Anno Dominicæ natiuitatis 1350. Clemens Papa ſextus annum indulgentiarum, quem Iubilæum, Hebræorum imitatione, appellabant, de centeſimo, ſicut Bonifacius VIII. conſtituerat, conſtitutione ſolemni præmiſſa deſuper in quinquageſimum reuocauit, pia conſideratione motus, quod ætas hominum breuiſſima viuendi in annum centeſimum pauciſſimis tribuit facultatem.* Ita loquuntur Catholici ſcriptores. Extat Extrauagans Clementis VI. *Vnigenitus Dei filius;* Vbi ob eandem cauſſam docet ſe reducere annum Iubilæum, quem Bonifacius VIII. prædeceſſor ſuus centeſimo quoque anno celebrandum inſtituerat, ad annum quinquageſimum, quòd pauci multorum reſpectu propter vitæ hominum breuitatem valeant ad annum centeſimum peruenire.

Mornæus omnia in prauum ſenſum detorquere ſolitus,

Ad quinquageſimum quemque annum reducit Iubilæum, ita tamen vt Romæ, etiam ſe abſente habeatur, vt, Romanos vtilitatem magnam inde accepturos, ſibi conciliet. Pag. 463

Cur inſtitutum ſit, Iubilæum, Romæ celebrari.

IMmò quia Romana Eccleſia caput erat Eccleſiarum, & Romæ erant corpora Beatorū Petri, & Pauli principum Apoſtolorum, atque Eccleſia Lateranenſis prima Eccleſiarum Vrbis, & Orbis; ideò conuenienter inſtituit Romæ celebrandum Iubilæum. Id Chryſoſtomus Homil. 32. in Epiſt. ad Romanos, inde Romam celebrat, maximè quòd ibi iaceant corpora SS. Apoſtolorum Petri & Pauli: *Quemadmodum corpus magnum & validum duos habet oculos illuſtres, Sanctorum videlicet illorum corpora. Non ita Cœlum ſplendeſcit* (inquit) *quando radios ſuos Sol ex ſeſe demittit, quemadmodum Romanorum vrbs, duas illas lampades vbique terrarum effundens. Hinc rapietur Paulus, hinc Petrus. Conſiderate, & horrete, quale ſpectaculum viſura ſit Roma, Paulum videlicet repente ex theca illa cum Petro reſurgentem in occurſum Domini ſurſum ferri. Qualem roſam Chriſto mittet Roma? Qualibus coronis duabus ornatur Vrbs iſta? Qualibus catenis aureis cincta eſt? Quales habet fontes? Propterea celebro hanc Vrbem non propter copiam auri, non propter columnas, neque propter aliam phantaſiam, ſed propter columnas illas Eccleſiæ.* Hæc igitur eſt ratio, cur Pontifices Romæ celebrandum Iubilæum decreuerunt; nempe vt viſitarentur Baſilicæ principum Apoſtolorum, & deuotio fidelium erga eos augeretur; non verò quam adfert inſulſus Mornæus. Clemens in ſua Extrauag. *Vnigenitus: Felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter piè (ſicut indubiè credimus) conſiderans, & attenta*

Digitized by Google

tenta meditatione reuoluens, quātum apud homines glorioſi Principes terræ Petrus & Paulus (per quos Euangelium Chriſti Romæ reſplenduit, & per quos Eccleſia Religionis ſumpſit exordium, qui facti Chriſtiani populi per Euangelium genitores, gregis Dominici paſtores, fidei lucernæ, Eccleſiarum columnæ, præ cæteris Apoſtolis peculiari quadam prærogatiua in ipſo Saluatore fidei virtute præcellunt, quorum vni, ſcilicet Apoſtolorum principi, ſicut bono diſpenſatori claues Regni cælorum commiſit; alteri tanquā idoneo Doctori magiſterium Eccleſiaſticæ eruditionis iniunxit) in ſpeciali veneratione haberi debeant, & debita honorificentia venerari, pro ipſorum memoria recolenda crebrius, & reuerentia a cunctis Chriſtifidelibus eis deuotius adhibenda, ipſorumque patrocinio fauorabilius aſſequendo, inconſumptibilem theſaurum huiuſmodi pro excitanda, & remuneranda deuotione fidelium voluit aperire decernens de fratrum ſuorum conſilio, vt omnes, qui in anno à Natiuitate Domini 1300. & quolibet anno centeſimo ex tunc ſecuturo ad dictorum Apoſtolorum Baſilicas de Vrbe accederent reuerenter, ipſaſque, ſi Romani ad minus triginta, ſi verò peregrini, aut forenſes fuerint, quindecim diebus continuis, vel interpolatis ſaltem ſemel in die, dum tamen verè pœnitentes, & confeſſi exiſterent, perſonaliter viſitarent, ſuorum omnium obtinerēt pleniſſimam veniam peccatorum. Efficit etiam inſtitutio Iubilæi, quemadmodum ex eadem Extrauag. ſumitur, *vt cunctorum fidelium augeatur deuotio, fides ſplendeat, ſpes vigeat, Charitas incaleſcat.* Sed nihil magis, quam iſta horret Diabolus, & per miniſtros ſuos ex animis fidelium penitus excindere conatur. Quorſum autem ipſi Mornæo grata eſſet mentio, aut celebratio anni Iubilæi? qui Apoſtolica voce prænunciatur, in quo nobis merita Chriſti, & Sanctorum communicantur, ſpiritualia debita remittūtur, Spiritualis libertas reſtituitur, virtutes, & merita per peccatum perdita recuperantur, & habiles efficimur, vt in patriam, vnde propter peccatum exulabamus, reducamur: quorum certè beneficiorum Mornæus, & quotquot ab Eccleſia Catholica Apoſtolica Romana ſunt extorres, haud quaquam ſunt capaces.

Fingit poſtremò Bullam Clementis VI. quam ſuum Iubilæum commendaturus ediderit, in qua hæc clauſula habeatur. *Mornæi figmentū de Bulla Clementis 6.*

Prorſus mandamus Angelis Paradiſi, quatenus animam à Purgatorio penitus abſolutam, in Paradiſi gloriam introducant &c. Pag. 464

ET dicit extare hanc Bullam in Archiuijs multarum celebrium Ciuitatum. Sed hæc omnia finguntur ab hæretico, neque vllus vnquam Pontifex hac forma Bullam edidit, vt ius ſibi aliquod in Angelos arrogaret, qui caput eſt duntaxat Eccleſiæ militantis in terris: neque indulgentiæ animabus Purgatorij per modum abſolutionis eo modo, quo viuis, in quos habet Pontifex iuriſdictionem, ſed per modum ſuffragij tantùm applicantur.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quinquageſ. octauam.

NVnc ad Oppoſitionem: in qua primo loco producit Edictum Ludouici Bauari conſonum, inquit, Decreto ordinum Imperij anno 1338. in Acta Ioannis XXII. promulgatum. Verum quid de eo Decreto ſit ſentiēdum, conſtat ex dictis circa Progreſſum. Neque in hoc Edicto diſcutiendo, quod eſt Principis Schiſmatici, intemperantis, & in Pontificem malè animati, eſt quod diutiùs immoremur. Obijt anno 1347. è equo lapſus in venatione. Veneno eum extinctum ferunt, & priuſquam efflaret animam fuiſſe corde compunctum, Imperatorum vltimus, qui Pontifici Romano auſi ſint bellum inferre; vbi nihil aliud quam contra ſtimulum recalcitrarunt. *Ludouici Bauari obitus.*

Secundò profert Gulielmum Ocham Ludouici cauſſam indefeſſe tuentem.

Pag. 465 *Ex quo præſertim, eius conſpiratione, Carolus Imperator nominatus.*

ET refert, quibus titulis, hoc eſt iniurijs, inſectatus ſit tum Pontificem Clementem, tum Carolum IV. Imperatorem illum *Antichriſtum, paupertatis Chriſtianæ oſorem, hoſtem Reipublicæ, coniuratum Germanorum gentis Chriſtianiſſimæ inimicum, ſectatorem Clementis V. & Ioannis XXII. falſorum Pontificum, & ſæuiſſimorum luporum* appellans; hunc *periurij, læſæ Maieſtatis, parricidij, impietatis in auum, ac parentem,* poſtulans &c. Verum hæc Schiſmatici hominis, & excommunicati, animi morbo laborantis magis, quam iudicio ſcribentis ſunt voces, quas nihil moramur. Et ſi in ſchiſmate obierit Ocham, nec tam atrocium iniuriarum eum pœnituerit, procul dubio ſalutem animæ à Deo non erit conſecutus. Sed probabile, quod ſcribit Trithemius in Chronico Hirſaugienſi ad annum 1324. eum ante obitum Sedi Apoſtolicæ reconciliatum fuiſſe & eiuſdem gratiam impetraſſe; nec de eo dubitandum, ſi verum ſit, quod ſcribit Mornæus, eum Francofurti apud Franciſcanos cum duobus Collegis, Bonagratia Bergomate, & Michaele de Ceſenna honorificè fuiſſe ſepultum. Nam, vt habetur ext. de ſepulturis. Cap. Sacris: *ſacris Canonibus eſt inſtitutum, vt quibus non communicauimus viuis, non communicemus defunctis, & vt careant Eccleſiaſtica ſepultura qui priùs erant ab Eccleſiaſtica vnitate præciſi, nec in articulo mortis Eccleſiæ recon-* *An Ochamus cū ſuis Collegis reconciliatus fuerit.*

ciliati fuerint. Et in Clement. De ſepulturis cap. 1. *decernitur, ipſo facto excommunicationis ſententia ſubiacere, qui excommunicatos publicè ſcienter ſepelire præſumpſerit.* Ex his igitur, quæ ſcribit Mornæus, contra eundem argumentum ducimus, eos fuiſſe in vita Sedi Apoſtolicæ reconciliatos, & communioni Eccleſiaſticæ reſtitutos: quod vt obtinerent, oportuit vt eos errores abiurarẽt, factioni Ludouici Bauari renunciarent, & iniuriarum pœniteret, quas in ipſos Sedis Apoſtolicæ Antiſtites euomuerant.

Tertio loco citat Petrarcham.

Pag. 465 *Nemo* (inquit) *Petrarcha melius nos doceat eximiorum ea tempeſtate virorum de Papa, Curiaque Romana quod fuerit iudicium.*

ET in medium producit quædam fragmenta ex eius Epiſtolis.

In quibus (inquit) *ſententiam ſuam candidè expreſſam voluit.*

Petrarcha non damnat Pontificum dignitatẽ ſed vitia Curia Rom.

SEd hæc omnia eò conueniunt, vt Romanam Curiam multorum vitiorum accuſet, ac propterea etiam Babylonem quandã nominari poſſe affirmet; hæc autem vitia hominum damnant, non Pontificum, aut Sedis Apoſtolicæ dignitatem imminuunt: quod multis eius locis docet Cardinalis Bellarminus Appendice ad ſuos libros de Summo Pontifice cap. 20. nam ipſemet id teſtatur lib. 11. Senilium Epiſtolarum, ad Frãciſcum Brunum, Pontificis Maximi Secretariũ ſcribens. Cum enim admoneretur, ne tam multa in Cardinales, alioſque Romanæ Curiæ Prælatos ſcriberet; reſpondit, ſe non homines, ſed vitia hominum inſectari. neque id facere, quòd ſibi nocuerint, ſed quod malè viuendo iniuriam faciunt Romanæ Vrbi, Eccleſiæ Dei, Chriſto ipſi, atque Apoſtolis eius, Petro & Paulo. Et in libris Petrarchæ multa loca extant, ex quibus de fide, & cultu eius in Romanum Pontificem liquido conſtat. Lib. 1. Senil. Epiſt. 3. ad Talauãdum Cardinalem: *Quis* (inquit) *quæſo, non ſtupeat, ſimulque non gaudeat, ſi amicus ſit Vicario Ieſu Chriſti?* Lib. 7. Senil. Epiſt. 1. ad Vrbanum V. Pontificem, quem vt Romam redeat adhortatur: *Mihi* (inquit) *apud te ſummum culmen Eccleſiæ, non de mea ætate, ſed de tua humanitate fiducia naſcitur. Audio enim, te libenter audire, quæ vera ſunt, etſi acria ſint; quæ falſa autem, quamuis dulcia, aſpernari. Neque id mirum. Veritatis viuæ Vicarius es in terris.* Et infra: *Vbicumque ritè colitur Chriſti nomen, illic Sedem tuam eſſe, nec nego, nec dubito. Illud mihi non negetur, quod inter omnes alias ſingulare tecum aliquid habet, immò quamplurimum habeat Vrbs Roma cæteræ enim omnes ſuos habent ſponſos, tibi quidem vni ſubditos, ſed ſuis Eccleſijs præſidentes; Illa verò nullum habet, niſi te. Itaque ſummus in reliquis, in Romana Vrbe ſolus es ſponſus, & ſolus Pontifex.* Et infra: *Quo animo, da, quæſo, miſericors Pater, temerariæ deuotioni meæ veniam, quo, inquam, animo tu ad ripam Rhodani ſub auratis tectorum laquearibus ſomnum capis, & Lateranum humi iacet, & Eccleſiarum mater omnium tecto carens, & ventis patet, ac pluuijs, & Petri, & Pauli ſanctiſſima domus tremunt, & Apoſtolorum quæ nunc ædes fuerant, iam ruina eſt, informiſque lapidum aceruus, lapideis quoque pectoribus ſuſpiria extorquens?* Et infra, Romam, *almam, ac ſacroſanctam Vrbem, Reginam, Vrbium, arcem Chriſtianæ fidei, locum Deo gratum, hominibus venerabilem, ſacram tellurem, rerum caput*, non ſemel appellat. Et ibidem, *nullam eſſe toto Orbe terrarum Ciuitatem, vbi magis religio, ac deuotio erga res diuinas conſpiciatur*, affirmat. Ibidem de Bonifacio VIII. Papa Anagniæ compræhenſo loquens: *Nulla* (inquit) *hominibus in Vicarium Dei ſui cauſſa ſufficiens eſt offenſionis.* Lib. 9. Senil. Epiſt. 1. ad eundem Vrbanum. *Verè* (inquit) *Summus, ac Romanus es Pontifex, verè Vrbanus, verè Petri ſucceſſor, verè Vicarius Ieſu Chriſti.* In eodem libro ad Franciſcum Brunum ſcribens: *Illud* (inquit) *neque tuum, neque cuiuſquam animum moueat, quod Papam Romanum, quo nihil maius, immò cui par nihil Orbis habet, alloquor, quaſi illius reuerentia ſtylum cohibere debuerit. Mihi enim vt uides, magna hinc pars fiducia orta eſt, quod Vicario veritatis nulla veri particula occultanda videretur.* Idem in Apologia contra Galli calumnias. *Non quidem ſic inſanus ſum* (inquit) *vt Romano Pontifici legem ponam, cum ipſe ſit legifer omnium Chriſtianorum.* Et lib. 1. Inuectiuarum contra Medicum: *Romano Pontifici* (inquit) *omnes, qui Chriſtiano nomine gloriantur, non modo conſilium, ſed obſequium inſuper, & obedientiam debemus.* Certè ex his locis conſtat, quod fuerit Petrarchæ, natione Florentini, Parmenſis Archidiaconi, ſæculi ſui luminis, & eximiorum ea tempeſtate virorum (quorum, niſi breuitati conſuleremus, innumera adferre poſſemus teſtimonia) de Romani Pontificis dignitate, & authoritate iudicium. Nec modo ex Latinis eius Operibus, ſed ex verſibus Italicis, quos producit in medium, & libello, quem de vitis Pontificum, & Imperatorum conſcripſit, quàm rectè, & religioſè de Pontifice ſcripſerit, Bellarminus demonſtrat: qui & alibi Ludouicum Bauarum non alia de cauſſa, *Solum Idolum* appellat, & nomen habere dicit ſine re, niſi quia Summi Pontificis authoritate & ab Imperio deiectus fuit, & extra communionem fideliũ eiectus. De Pontificibus ſui temporis, vt omittamus, quæ de ſuperioribus ſcripſit, in eo libro Italico, quem de vita, & moribus Pontificum Romanorum inſcripſit, valde honorifice loquitur, nempe de Ioanne XXII. Benedicto XII. Clemente VI. Innocentio VI. & Vrbano V. Ex his rectè colligimus cum Cardinale Bellarmino, non potuiſſe Petrarcham, cùm Romam, ſiue Auenionem ob Curiam Summi Pontificis Babylonem appellauit, cuius loca tàm ſtudioſè collegit Mornæus, de fide, de Religione, de poteſtate Eccleſiaſtica hæc dicere, ſed de vitijs tantùm, quæ tunc vigebant: neque illi vnquam veniſſe in mentem, vt ſcriberet, Romanum Pontificem Antichriſtum factum, aut Eccleſiam ipſam Romanam ab antiqua fide degeneraſſe. Quomodo enim eum Antichriſtum eſſe crederet, quem tot

Eius iudicium de Romano Põt.

locis

Digitized by Google

locis Vicarium Dei nominat? qui Romam, eo quòd Sedes ſit Apoſtolica, *almam Vrbem*, *Sacroſanctam, domicilium Dei, locum Deo gratum, arcem Chriſtianæ fidei, ſacram tellurem, Sacroſanctiſſimam Sedem* appellat? Sed quorſum nobis Petrarcham Aduerſarius producebat? An ille fortaſſe de grege Albigenſium, Fraticellorum, aut ſi quæ alia ſecta tum temporis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ doctrinæ ſeſe oppoſuerit? Certè non ſolum ille de Summi Pontificis dignitate longè aliter ſentit, quàm iſte nobis perſuadere velit, ſed etiam de reliquis fidei capitibus non aliter, quàm Romana Eccleſia ſenſit, prout ex quatuor eius locis colligit loco citato Bellarminus. Lib. 11. Senil. ad Bonauenturam ſcribens laudat Monachum quendam, quòd & Monaſticam vitam religioſè duxerit, & Miſſas deuotiſſimè calebrauerit. Lib. 13. in Epiſt. ad Franciſcum Brunum, orat pro anima Pontificis defuncti. Lib. 14. in Epiſt. ad Philippum Cardinalem, multa ſcribit de ſacra illa ſpelunca, in qua S. Maria Magdalena habitaſſe dicitur, eiuſque auxilium implorat. Lib. 11. de vita ſolitaria, ſacra ſtigmata S. Patris Franciſci, & Ordinem, ab illo inſtitutum debitis laudibus celebrat. Lib. 1. de otio Religionis, Monachos ſic alloquitur: *O fælices animæ, o excubitores aſſidui, intentique. O ſollicita, & deuota Chriſti mancipia, proque breui ſeruitio non libertatem modò perpetuam, ſed ingenuitatem, filiationemque promerita, &c.* Extat etiam ipſum Petrarchæ Teſtamentum, in quo præter alia Catholici hominis ſigna, B. Virginem, ac cæteros Sanctos magna deuotione implorat. Quis igitur neget, Petrarcham in ea fide, & Religione vixiſſe, quæ Romanam Eccleſiam vt omnium Eccleſiarum parentem veneratur, quæ Summum Pontificem, Chriſti Vicarium, totiuſque Orbis Chriſtiani patrem, & Paſtorem agnoſcit, quę reliquias, & imagines Chriſti, & Sanctorum colit, quæ B. Virginem, & cæteros Sanctos inuocat, quæ pro defunctis orat, quæ Monaſticam vitam laudat? vt nihil commercij ſit Petrarchæ cum Mornæo, eiuſque Eccleſia reformata, perperamque ab eo hoc loco aduocetur.

Petrarcha verè Catholicus.

Quarto loco ex Alberto Argentinẽſi in Chro. anno 1351. citat quendam Carmelitam. *Lectorem, qui faciens ſermonem in Miſſa Papa, eum, & Cardinales de eorum vitijs adeò reprahendit, quod omnes qui aderant, terrebantur: qui extitit propter hoc à ſtatu honoris rotatus.* Et meritò certè de gradu ſuo ille deiectus fuit, qui tanta temeritate, & adeò indiſcretè, nec citra ſcandalum multorum, ſuperiorum vitia palam omnibus faceret. Exodi 19. *Beſtia, quæ tetigerit montem, lapidabitur.* Et 2. Reg. 6. dicitur Oza percuſſus à Domino, eo quòd Arcam Dei tetigerat. Per montem, & Arcam ſignificatur Prælatus. D. Thom. 2. 2. q. 33. artic. 4. ad primum. *Tunc Prælatus inordinatè videtur tangi, quando irreuerenter obiurgatur, vel etiam quando ei detrahitur. Et hoc ſignificatur per contactum Montis, & Arcæ damnatum à Deo.* Et ad ſecundum. *In faciem reſiſtere coram omnibus, excedit modum fraternæ correctionis. Et ideo ſic Paulus Petrum non reprahendiſſet, niſi aliquo modo par fuiſſet quantum ad fidei defenſionem: Sed in occulto admonere, & reuerenter, hoc poteſt etiam ille, qui non eſt par.* Et in Corp. Artic. *Quia actus virtuoſus debet eſſe moderatus debitis circunſtantijs, ideò in correctione, qua ſubditi corrigunt Prælatos, debet modus congruus adhiberi, vt ſcilicet non cum proteruia, & duritia, ſed cum manſuetudine & reuerentia corrigantur. Vnde Apoſtolus dicit 1. ad Timoth. 5. ſeniorem ne increpaueris, ſed obſecra, vt Patrem. Et ideo Dionyſius redarguit Demophylum Monachum, quia Sacerdotem irreuerenter correxerat, eum percutiens, & de Eccleſia eijciens.* Multò magis repræhendendus ille Carmelita, qui in publica Concione adeo inſolenter Pontificem, & Cardinales traducebat; refert enim plurimùm conſeruare famam Prælatorum illæſam, & integram apud ſubditos. Sed tamen Carmelita ille, qui Mornæo tantę authoritatis, vitia hominum repræhendebat; non fidem, religionem, dignitatem, aut primatum Pontificis inſectabatur. Subijciebat Albertus Argentinenſis, nec omiſſum voluit Mornæus:

Hic Carmelita meritò de gradu ſuo deiectus.

Qui modus in corrigendis Prælatis adhibendus.

Affixa quoque fuit quædam clauſa litera oſtio Cardinalis, Papæ & Cardinalibus directa, quæ aperta reperitur, quod Leuiathan Princeps tenebrarum ſalutat Vicarium ſuum Papam, & Cardinales ſeruitores ſuos, quorum ope iam vincat Chriſtũ &c. Pag. 470

VErùm ille erat Pater mẽdacij ab initio, nec in veritate ſtetit, & æquè mentitur, cum vocat Papam *Vicarium ſuum*, Et Cardinales *ſeruitores, ſiue potius ſenatores ſuos*, ac Mornæus qui ex patre Diabolo eſt, cum vocat Papam *Antichriſtum*.

Scribitur; Datum in centro inferni præſente cæterua Dæmonum. Pag. 470

INde ſcilicet tanquam ex cathedra ſuos docet Leuiathan ille, & ſubminiſtrat, quæ ſcribunt in Pontificem, & contra Romanam Eccleſiam. Non aliunde prodijt Myſterium iniquitatis Philippi Mornęi, Leuiathan loricati ſatellitis. Literæ certè datæ in centro inferorum, præſente cæterua Dæmonum, dignæ erant, quæ inſererentur huic Myſterio iniquitatis, à Leuiathan non minus elaborato operi.

Subijcit & Haiabalum Franciſcanum paulò ante, nempe anno 1345. repetitis vicibus publicè Auenione concionatum,

Sibi à Deo mandatum, vt declararet Eccleſiam Romanam eſſe meretricem Babylonicam, Papam cum ſuis Cardinalibus verùm Antichriſtum, Benedictum, & Iohannem eius prædeceſſores damnatos eſſe &c. Pag. 470

SEd quo miraculo docuit ille, ſibi à Deo id demandatum fuiſſe. Certè de Prophetis ille

Haiabalus Propheta Diaboli.

erat,

erat de quibus Dominus ad Ieremiam cap. 14. *Falsò Prophetæ vaticinantur in nomine meo. Non miſi eos, & non præcepi eis, neque locutus ſum ad eos. Viſionem mendacem, & diuinationem, & frau dolentiam, & ſeductionem cordis ſui prophetant nobis*, & cap. 23. *Viſionem cordis ſui loquuntur, & non de ore Domini*. Qui erat ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum Achab, vt ei vaticinarentur mendacium, cum tamen ſibi ſpiritum Domini locutum eſſe iactarent 3. Reg. 22. idem & Diabolum, vt eructaret huiuſmodi blaſphemias, decepit, & induxit, nec alius, quam Angelus Sathanæ, qui ſe transfigurat in Angelum lucis, hoc ei mandatum impoſuerat. Idem Sathanæ ſpiritus ad eaſdem ſcribendas blaſphemias Mornæum adegit, qui tamen Deum ſibi hæc loqui per ſcripturas impudenter affirmat; cùm eò Sacram Apocalypſim, & alia Sacræ Scripturæ loca detorqueat.

Pag. 471

De ſententia Thomæ Brãdeuuardini circa iuſtificationem.

Quod ad doctrinam attinet, ſcribit, eo tempore ex tenebris quaſi emerſiſſe caput de iuſtificatione gratuita per fidem in Chriſto, Thoma Brandeuuardino, qui vulgo *Doctor profundus* eam publicè in prælectionibus docente, & in huius doctrinæ explicatione Auguſtino, Hieronymo, Fulgentio, Proſpero, Bernardo, & alijs veteribus conſonante. Citat deinde ex eius Volumine hac de re conſcripto aliqua quibus notat eos, qui de gratia Dei, & Iuſtificatione minus rectè ſentiebant. Hos Scholaſticos vult intelligi Mornæus, immò ſubijcit, Gregorium, Ariminenſem ex Eremitarum ordine inter Scholaſticos magni nominis, qui hac ætate Lutetiæ florebat, in ſuis in ſententias commentarijs, qui aliter docerent Semipelagianos appellaſſe, Thomam, Scotum, & alios. Reſpondemus, Thomam illum Brandeuuardinum ſcripſiſſe, *De cauſa Dei*, alias *De cauſſis Dei*; & *De virtute Dei, cauſſa cauſſarum* contra Pelagianos, vbi ſi conſona docuit D. Auguſtino, & alijs Patribus, doctrinam Catholicam per omnia tradidit. Nam doctrina D. Auguſtini de iuſtificatione noſtra per Chriſtum, non alia eſt, quam doctrina Sanctæ Matris Eccleſiæ, à Sacris Concilijs, & Romanis Pontificibus recepta, & approbata: neque aliam vnquam Scolaſtici ipſi, S. Thomas mentem D. Auguſtini, & aliorum Patrum præter cæteros optime aſſecutus, & ſententiam ſequutus, aut alij tradiderunt: neque Gregorius Ariminenſis; magni inter eos nominis S. Thomam vnquam ſemipelagianiſmi notauit, aut diuerſum ab alijs de iuſtificatione docuit. Non eſt, quod in conferendis eorum locis ſimul immoremur. Licet S. Thomas, Gregorius Ariminenſis, Scotus, & alij Scholaſtici quibuſdã opinionibus aliquando inter ſe diſcrepent; tamen in articulis fidei & dogmatibus ab Eccleſia S. Rom. approbatis mirificè inter ſe conſpirant: nec eſt, quod Mornæus magis ſibi vindicet Gregorium Ariminenſem, quam S. Thomam, Scotum, & alios.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum quinquageſ. nonum.

Obitus Clementis VI.

ANno 1352. obijt Clemens Papa VI. cum ſediſſet iuxta Platinam annos 10. menſes 6. dies 28. ſed iuxtà Onuphrium duntaxat annos 10. & dies 7. cui ſucceſſit Stephanus Alberti, Cardinalis Oſtienſis, dictus Innocentius VI. patria Lemouicenſis, *vir bonus* (ait Trithemius in Chro. Hirſaug.) *& amator Religioſorum, & Canoniſta maximus*. Et Nauclerus Generat. 46. ad annum 1352. *Vir integerrimæ vitæ, qui poſt coronationem multas reſeruationes à Clemente factas reuocauit, & mandauit ſub anathematis pœna, vt Beneficiati ad Eccleſias ſuas proficiſcerentur. Dicebat enim, oues à proprio paſtore cuſtodiri debere*. Eadem ſcribit Platina. Sed Mornæus omnia facta Pontificum quantumuis recta inſectari ſolitus,

Innocentius VI Pontifex: qualis vir.

Beneficiatos proficiſci iubet ad ſuas Eccleſias.

pag. 471

Epiſcopos (inquit) *in ſua quemq; Diœceſi reſidere iubet; ſed ipſe cum ſuam minimè repeteret, Legatum in Italiam Aegidium de Carilla Hiſpanum mittit*.

VErùm diſpar erat ratio. Nam aliorum Epiſcoporum iuriſdictio ſuis Diœceſibus continebatur; Romano Pontifici nulli limites ſunt aſſignati. S. Bernardus ſcribens ad Eugenium Papam lib. 2. de Conſideratione, *Habent illi ſibi aſſignatos greges, ſinguli ſingulos; tibi vniuerſi crediti, vni vnus &c.* Et paulò poſt: *Aliorum poteſtas certis arctatur limitibus; tua extenditur, & in illos, qui poteſtatem ſuper alios acceperunt &c.* Et quod vbicumque eſt Papa, eſt Eccleſia Romana, nec teneatur ſtare Romæ, rectè docet Aluarus Pelagius lib. 1. de planctu Eccleſiæ cap. 31. & 32. Legatum in Italiam miſit Cardinalem Albornotũ, Hiſpanum, eumque præfecit patrimonio Eccleſiæ Romanæ: qui quiquid ſubtractum erat Eccleſiæ, ſpatio quinquennij, reduxit ad iura Summi Pontificis. Eius vitam, & res geſtas deſcripſit Geneſius Sepulueda.

Cur Pontifex non teneatur reſidere Romæ.

Cardinalem Albornotum Legatum mittit in Italiã quid ſi.

Quod ſtatum Romanæ Vrbis, Ioannes Vrſinus, & Petrus Columnenſis Senatores à Franciſco Baroncello per arma deturbati ſunt, qui Tribunatum inuadens hunc titulum vſurpauit. *Frãciſcus Baroncellus ſcriba Senatus, Dei gratia almæ Vrbis Tribunus ſecundus, ac Romanus Conſul*; Ad cuius furorem repercutiendum Pontifex Innocentius Nicolaum Laurentij carcere Auenionenſi liberatum in ſuum reſtituit Tribunatum; Cui Romam cum ampla commiſſa Pontifice

Quam perturbatus Romæ ſtatus.

Magiſtra-

Digitized by Google

Magiſtratus authoritate venienti fauores à Nobilitate, & eam ſecuta magna plebis parte, impenſi ſunt: Tribunum è Capitolio eijcit, eiectũ; atque in poteſtatem redactum interficit, Tribunatu potitur. Cæterum Columnenſes ipſe inſectari adortus eodem ipſe loco deturbatus:cumq; mutata veſte fugam molitetur, inimicorum incurſu interficitur. Hæc Platina, in Innocentio ſexto, Blondus lib. 10. Decad. 2. ad annum 1354. Et Sabellicus lib. 8. Aenead. 9. Mornæus.

Pag.472. *Et is tum Vrbis Romanæ ſtatus, ſediũ, quam dicunt Petri, ab Epiſcopis derelictæ.*

Quod tamen referendum non eſt in Pontificis abſentiam.

VT Pontificis abſentiam perturbati Vrbis ſtatus cauſſam fuiſſe velit. Rectè quidem docuit Ariſtoteles 2. Phyſicorũ ca. 3. quod idem contrariorum eſt cauſſa; quod enim præſens cauſſa cuiuſpiam eſt, id & abſens nonnunquam cauſſam eſſe contrarij dicimus, vt gubernatoris abſentiam ſubmerſionis nauis, cuius præſentia cauſſa erat ſalutis. Sed ſubmerſio nauis tum demum alcribi deberet abſentia gubernatoris, quando deberet ille adeſſe naui, & certò conſtaret, ex eius præſentia ſaluandam fuiſſe nauim. At non tenebatur Pontifex reſidere Romæ, & Pontificibus Romæ reſidentibus, contigit plerumque; graues oriri ſeditiones, ac tumultus; vt inde fugere compellerentur. Non ergo abſentia illius cauſſa erat perturbati Vrbis ſtatus, deiectis Senatoribus per ſeditioſum illum Tribunum. Præterea Pontifex ſtatui Vrbis ſatis proſpexerat, conſtitutis Senatoribus, qui, eo abſente, eius authoritate ſummæ rerum præeſſent.

Carolus 4. coronatus Imperator ea conditione, vt nec Romæ nec in Italia moraretur.

Anno 1355. Carolus IV. Imperator in Italiam veniens, primò Mediolani ferream coronam accepit; poſtea Romæ à duobus Cardinalibus ab Innocentio VI. ideò miſſis coronatus eſt, ea conditione, vt nec Romæ, nec in Italia moraretur: neque eam conditionem Carolus iudicauit, aut conqueſtus eſt eſſe iniquam, ſed Pontifici obſecutus ſtatim in Germaniam reuerſus eſt: & Petrarcha, cuius de hoc querelas ad Nerium Foroliuienſem amicum ſuum, Imperialem tunc Notarium, & ad ipſum Carolum IV. Imperatorem lib. 2. de vita ſolitaria refert Mornæus, immiſcebat ſe rei ad ſe non pertinenti; Culpa autem eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti lib. 36. de Reg. Iuris. Nec ſine cauſſa Pontifex hanc legem imponebat Imperatori, cum Ludouicus Bauarus paulò ante multa damna in Italia Eccleſiæ intuliſſet, & Ciuitatibus ad Eccleſiam ſpectantibus Vicarios, qui ſuarum eſſent partium, ſeu potius Tyrannos, impoſuiſſet, & non aliunde factiones Guelphorum, & Gibellinorum, Italiæ adeo pernicioſæ, ortæ eſſent, quàm quòd, diſſidentibus in Italia Pontifice, & Imperatore, illi Pontificis, iſti Imperatoris partes ſequerentur. Rectè igitur, & prudenter iudicabat, nunquam futurum eſſe pacatam Italiam, ſed magis factionibus iſtis opprimendam, ſi Romæ, vel in Italia Imperator moraretur. Mornæus.

Petrarchæ vitium in hac conditione reprehendenda.

Pag.472.

Quam iuſta ea fuerit.

Interim Cardinalis Carilla Legatus Romandiolam reducebat, meſſem que aureãm ibi colligebat cuius aceruus Foroliuij proſtabat, indeque Auenionem deferebatur, meſſem dico &c. Pag.473

Pecuniæ contra quàm dicit Mornæus, Auenione Forumliuiũ delata.

LOngè aliter Platina. *Aegidius* (inquit) *pacata Flaminia adeo Foroliuij delectatus eſt, vt & ærarium Eccleſiæ, & pecuniam Auinione miſſam, vnde arces Italiæ ædificarentur, eo loci repoſuerit, & conſtitutiones quaſdam ibi compoſuerit, quibus ad huc Prouincia ipſa vtitur.* Non igitur meſſis aurea Foroliuio Auenionem deferebatur, ſed potiùs Auenione Forumliuium, pro ſumptibus belli contra inuaſores patrimonij Eccleſiæ in Italia gerendi, vehebatur. Proſequitur.

Quo factum vt Gulielmus Griſanus Lemouix, Vrbanus V. dictus ſub annũ 1362. Innocentij ſexti ſucceſſor, cui non tam ſedulam operam Cardinalis Adrianus Abbas Ciſtercienſis nauauerat, Carillam ſibi denuò in Italiam mittendum cogitaret, qui ei ita viam ſtrauit, vt de reuiſenda Roma anno 1366. conſilium caperet. Pag.473

Vrbanus V. creatus Pontifex.

QVo anno hic Pontifex creatus fuerit, Authores variant. Nam Blondus lib. 10. Dec. 2. *Anno vndeſexageſimo ſalutis terdecieſque centeno Innocentius Pontifex eſt defunctus, Cardinaleſque apud Auenionem coacti Gulielmum Griſant Lemouicenſem, S. Victoris Maſſilienſis Abbatem Legatione tunc ad Vicecomites in Italia fungentem in Pontificem delegerunt.* Onuphrius verò: *Obijt Innocentius Auenione pridie Idus Septemb. anno Chriſti 1362. Vacauit Sedes dies 14. Vrbanus deinde Mimatenſis Gallus creatus Auenione eſt V. Kalend. Octob. eiuſdem anni. Electus eſt autem, cum nec eſſet Cardinalis, neque præſens.* Quod autem ſcribit, Vrbanum V. miſiſſe denuò Cardinalem Aegidium Albornotum in Italiam Legatum: contrarium omninò docet Geneſius Sepulueda, qui res geſtas Aegidij tribus libris complexus eſt. Vult enim eundem Innocentium Pontificem, qui primò miſerat Aegidium Legatum in Italiam ad recuperandas ab inuaſoribus Eccleſiæ ditiones, eique poſt quinquennium ſuffecerat Androinum Abbatem Cluniacenſem, eundem poſt quindecim menſes, ex quo Auenionem redierat, cum rumor afferretur, pleraſque Ciuitates Italiæ tumultuari, ac quibuſdam nouis Imperijs ſtudentibus, alijs veteribus inhiantibus, idque ob ignauiam Androini, qui publicis rebus adminiſtrandis parum idoneus eſſet, ex Patrum ſententia in Italiam remiſiſſe Aegidium, cuius prudentia virtuſque multis ac maximis periculis ſibi æquè ac hoſtibus nota eſſet, & cuius harum rerum opinio ad continendos in officio populos ſatis eſſet per ſe potens. Idem ſcribit, cum morte Innocentij vacaret

Cum nec Cardinalis eſſet nec præſens.

Is non miſit denuò Albornotũ Legatũ in Italiam.

Digitized by Google

vacaret Sedes, Aegidium fuiſſe in Italia, & ei multorum amicorum literas redditas, eum ad Comitia Pontificalia reuocantium, quibus nec obſcurè Pontificatum ei pollicerentur. Itaque cum Vrbanus Pōtifex eſt creatus, ſtatim ad Ægidium literas mittit laudis, & adhortationis plenas, ac multis verbis, & ſuo & Eccleſiæ nomine gratias agens iubet, ſe expectare, cupientem, parantemque Italiam, quod iam ipſius beneficio liceret inuiſere, & Romam Sedem antiquam repetere. Vnde concludit idem Author: *Quo magis miror, quoſdam memoriæ tradidiſſe, ab hoc Pontifice Aegidium in Italiam fuiſſe miſſum. Sed & in quibuſdam alijs* (inquit) *parum his rationem illorum temporum fuiſſe exploratam, indubitato teſtimonio deprahendimus, quippe multis breuibus literis à Pontificibus ad Aegidium miſſis.*

Vrbanus Romam petit. Vrbanus V. anno 1366. Pontificatus ſui quarto Romam petijt, vbi triennio hæſiſſe dicitur. Mornæus.

Pag. 473 *Quò & Carolus Cæſar cum Auguſta eum ſalutatum venit, rurſumque ne ei ſuſpicionem moueret, tertio poſt menſe ex Italia diſceſſit.*

CArolum Imperatorem ad ſe acciuerat Pontifex cupiens bellum inferre Barnaboni Mediolanenſium Principi, & ſimilibus in Italia Tyrannis. Et veniſſe eum Romam ad Pontificem. Blondus, lib. 10. Decad. 2. ad annum 1368. Et Nauclerus volum. 2. Generat. 46. eodem anno ſcribunt; tamen Platina, In Vrbano IV. *An Imperator ad eum Romã venerit.* *Profectusnè ſit Romam* (inquit) *haud ſatis conſtat, cum ab Innocentio VI. Pontifice Romano coronam Imperij accepiſſe dicatur, Cardinali Oſtienſi Romam ob eam rem miſſo.*

Inuenta tãdem SS. Petri, & Pauli capita. Inuenta tandem Romæ Apoſtolorum capita diu quæſita, ſcribit Platina, *quæ deſierant in honore eſſe propter deſuetudinem, & ignorantiam hominum. Apud vero Sancta Sanctorum reperta, ac locellis argenteis recondita ad altare maius Baſilicæ Lateranenſis cum maxima veneratione, & celebritate collocantur, adſtante Clero, populoque Romano.* Sed inſipidus, & animalis homo prorſus Mornæus.

Pag. 473 *De hac impoſtura* (inquit) *iudicet Lector, quo ſigno aut argumento mille trecentis poſt annis ab alijs dignoſcerentur.*

SEd reſpondemus, non conſtare, primùm an à mille trecentis poſt annis ignota, & inter rudera iacentia laterent ipſa capita. Secundò, potuiſſe maniſeſtiſſimis argumētis cognoſci, hæc eſſe SS. Apoſtolorū capita. Addo & per reuelationem diuinam haud dubiè, ſi non alia certa ratione, innotuiſſe; neque enim ſineret Deus, loco harum ſacrarum reliquiarum alias à fidelibus venerari. Sed fortaſſe in eadem ſententia Mornæus eſt, in qua impius Auerroes, nullum eſſe alium hominibus diſcendi modum, niſi internūcijs ſenſibus, varijs item præceptis experimentis, diligentique ratiocinatione, reijciens penitùs eum, qui eſt per ſomnia, vel diuinam reuelationem. *Sacra reliquia à Deo reuelata.* Vnde S. Helenæ Matri Conſtantini Magni innotuit, quæ ex tribus Crucibus ea eſſet, in qua noſtrã ſalutem Chriſtus operatus eſt? Nonne per reuelationem, ſcilicet Deo miraculo id manifeſtante? Vnde verò innotuit S. Ambroſio Mediolani, vbi iacerent corpora SS. Martyrum Geruaſij, & Protaſij, & quæ inter rudera, ac fortaſſe alia cadauera eſſent illa ſacra pignora? Nōne Deo id illi reuelante? Sic enim Diuus Auguſtinus lib. 9. Confeſſ. cap. 7. vbi retulit perſecutionem Iuſtinæ, Valentiniani iunioris matris, quæ fuerat ſeducta ab Arrianis in Ambroſium: *Tunc memorato Antiſtiti tuo* (inquit) *per viſum aperuiſti, quo loco laterent Martyrum corpora, Protaſij, & Geruaſij, quæ per tot annos incorrupta in theſauro ſecreti tui recondideras, vnde opportunè promeres ad coercendam rabiem fœmineam, ſed regiam.* Et lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 8. de miraculo, quod Mediolani accidit, loquens, illuminato cæco: *Concurrente* (inquit) *immenſo populo ad corpora Martyrum Geruaſij, & Protaſij, quæ cum laterent, & penitus neſcirentur, Ambroſio Epiſcopo per ſomnium reuelata, reperta ſunt, vbi cæcus ille depulſis veteribus tenebris, diem vidit.* Sed & multa corpora Sanctorum cum prius in obſcuro iacerent, Deo reuelante, ita hominibus innotuiſſe, paſſim legimus.

Idem Pontifex ædes Pontificias tum in Vrbe veteri, tum in Monteflaſcone conſtruxit, vt ei ac cæteris Pontificibus eò proficiſci liceret vitandi Vrbani æſtus cauſſa; ſiquidem ei in Italiam redire, & Curiam Auenione Romam transferre in animo fuit. Sed in Galliam reuerſus, Maſſiliæ, vel vt alij volunt, Auenioni diem ſuum obijt anno Chriſti 1370. cum ſediſſet annos 8. menſes 2. dies 23. Cui ſubrogatus Petrus Rogerius, Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ, Lemouicenſis è Gallia, Clementis ſexti ex fratre nepos, dictus Gregorius vndecimus. Hic Pōtifex anno 1376. *Gregorius XI. Pont.* ſui Pontificatus ſexto Curiam Auenione Romã tranſtulit. Cum enim bellis Italiæ quotidie renaſcentibus modus, finiſuè nullus inueniretur; ſperabatur remedium, ſi Pontifex Romam rediret. *Is Romam venit à Catharina Senenſi potiſſimum incitatus.* Motus eſt potiſſimum Catharinæ Senenſis literis, ad profectionem eum magnopere incitantis. Extant ad eum quatuordecim Epiſtolę eiuſdem argumēti, vt ſedem B. Petri lætus adeat, pacemque ſubditis ſuis, etſi rebellibus concedat, promiſſa enim omnibus impunitate, ſtatim quieturos, ac redituros ad obſequium. Cum ſoluiſſet è portu Maſſiliæ menſe Septembri, Romam ingreſſus eſt Ianuario proximè inſequenti. Platina: *Quo apparatu, quamque incredibili populi Romani lætitia ſuſceptus in Vrbem ſit, Honorato quoque obuiam prodeunte, non attinet dicere, cum vultu, geſtu, acclamationibus omnem lætitiæ ſpeciem effuderint, vt filij ſolent, redeunte peregrè exoptato parente. Indigebant omnia aduentu Pontificis. Nam & mœnia, & Baſilicæ, & publica ac priuata ædificia vbique ruinam minabantur, quæ certè magna ex parte reſtituit &c.* *Quàm honorificè & hilariter à Romanis ſuſceptus.* Sed ex Gerſone refert Mornæus Gregorium reditus in Italiam pęnituiſſe;

Adeò,

Pag.474 *Adeò, vt moribundus anno 1378. Cardinalibus conſilium det, ne reuelationibus amplius adiungant fidem, quandoquidem à Brigida, & Catharina Senenſi deceptus, in Italiam tam infauſto omine remeaſſet.*

Gerſonis figmentum.

EAſtamen in Canonem Sanctarum relatas, ſpiritu diuino afflatas fuiſſe, haud verò fallaces, aut deceptrices, conſtat. De S. Catharina Senenſi legi poteſt S. Antoninus 3.p. Chron. tit. 23.cap.14.§.9. Nec dubium, reditum illum Gallis diſplicuiſſe: & conſilium eius vbi certior factus Carolus quintus Rex cognouiſſet, fratri Andegauorum Duci, qui Tholoſæ tunc erat, ſtatim ſcripſit, vt Auenionem pergeret, Pontificemq; Galliæ relinquendæ conſilio dimoueret. Non mirum igitur, ſi Gerſon Gallicæ Nationi addictus, id de Gregorio XI. finxerit, quod tamen cæteri Gallici Scriptores minimè referunt.

De Florentinis cenſuras Gregorij XI contemnentibus.

Quod refert de Florentinis, cenſuras Gregorij vndecimi negligentibus, & Sacerdotes, poſthabito interdicto, celebrare cogentibus, ita ſcribit Nauclerus Vol.2.Generat.46.ad annum 1378. *Legitur in Chronicis quod habito ſuper his cõſilio à Canoniſtis, cõſultum fuit ſuper eo per eoſdem, Ciuitatem non teneri ad obſeruationem cenſurarum à Papa prolatarum, quia ex odio, & inimicitia ad eos mouebatur. Id tamen videtur potius adulatoriũ fuiſſe, quia ſecundum Gregorium ſententia paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt, & ſeruanda, niſi contineat intolerabilem errorem, quod ibi non fuit.* Et niſi ante vertiſſet mors ipſius Gregorij, haud dubiè pacem cum Pontifice compoſuiſſent. *Iam enim & feſſi erant* (ait S.Antoninus 3.p.Chro.tit. 22.cap.1.§.7. *Et plurimis diſplicebat contra Eccleſiam belligerare, & cenſuris illis eos manere irretitos.* Mornæus.

Pag.474 *Cæterùm, boni iſti Pontifices ſingulare aliquod myſterium ſubinde comminiſcebantur; Feſtum namque inſtituit Innocentius ſextus, in honorem Lanceæ, & clauorum, quibus Dominus transfixus; ab eadem Theologia quidni Caipham, & Pilatum in Sanctorum Canonem relaturus?*

Feſtũ Lanceæ, & Clauorum conuenienter inſtitutũ.

HOc potiſſimum contendit Sathanas, vt memoriam paſſionis, & Crucis Domini è Fidelium mentibus tollat penitùs. Inde per ſuos miniſtros, & Mornæum ſuum vexilliferum, Feſta in honorem inſtrumentorum paſſionis Dominicæ inſtituta, tam hoſtiliter perſequitur, quę piè, & religioſè Catholici venerantur. Hinc Pariſijs 11. die Auguſti ſuſceptio ſacræ ſpineæ coronæ ab Infidelibus per S. Ludouicum Regem celebratur. Sic igitur feria 6. poſt Octauam Paſchæ celebratur Feſtum Lanceæ, & Clauorum, inſtitutum, vt ait Molanus, anno Domini 1353. ab Innocentio VI. petente Carolo IV. Imperatore: qui certè honos non in huiuſmodi rebus inanimatis terminatur, ſed ad ipſum Chriſtum crucifixum, ſpinis coronatum, & lancea vulneratum, ex intentione honorantis transfertur. Diuus Thomas 3.p.q.25.artic.4. ad tertium. *Quantum ad rationem contactus membrorum Chriſti* (inquit) *adoramus non ſolum Crucem, ſed etiam omnia, quæ ſunt Chriſti.* Vnde Damaſcenus inquit lib.4. fid. Orthod.cap.12. *Pretioſum lignum, vt ſanctificatũ tactu ſancti corporis, & ſanguinis decenter adorandum, clauos, indumenta, lanceam, & ſacra eius tabernacula, quæ ſunt præſepe, ſpelunca, & huiuſmodi.* Id quidem Mornæo Iudæo magis, quàm Chriſtiano, ſcandalum eſt; nos vero in illis Dei virtutem, & ſapientiam admiramur. Sed quæ iſta Aduerſarij conſequentia? *Ab eadem Theologia quidni Caipham, & Pilatum in Sanctorum Canonem relaturus?* Nam certè corpus Chriſti Saluatoris lancea vulneratum, clauis perforatum, & ſpinis coronatum, adoratione latriæ nobis adorandum: myſterium paſſionis eius, ſalutis noſtræ opus omnibus religioſè venerandum, ſicque illius inſtrumenta; at nemo ideò colendos dicet Iudæos, qui ex odio, & inuidia ei mortem procurarunt, aut milites, qui ei manus ſacrilegas intulerunt; quẽadmodum, & Eccleſia martyria ſeruorum Chriſti colit, non tamen ipſos Tyrannos, qui eis mortem intulerunt. Proſequitur.

Nec tamẽ ob id colendi Caiphas & Pilatus.

Et Vrbanus quintus, Dominica, quæ dicitur, lætare, Roſam conſecrat, quæ primò Johannæ Siciliæ Reginæ famigeratæ meretrici donatur, quæ virum necarat; Inde verò ſucceſſores ſinguli, recurrente quadrageſima, Principem aliquem eius dono deuincere ſolent, Aurea illa roſa, quam in Miſſa magna pompa, certis orationibus, Balſamo inunctam, muſco contrito conſperſam, aqua benedicta perfuſam, thure demum fumigatam; inſignum, aiunt, Hieruſalem tum triumphantis, tum militantis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti conſecrant. Pag.474

De ritu cõſecrãdi Roſam aureã.

SEd longè antiquior Vrbano V. ritus ille conſecrandi roſam auream in Dominica *Lætare*, quæ eſt quarta Quadrageſimæ. Siquidem cæremoniæ illius meminit, eamque explicat Innocentius III. ſanctitate, ac doctrina inſignis Pontifex, longè antiquior Vrbano V. Sermone 1. in Dominicam *Lætare*, duplicem adferens rationem, vnam ſecundùm literam, alteram ſecundùm ſpiritum, cur hac die Romanus Pontifex florem aureum fidelibus repræſentet, & quid ſignificet triplex materia in hoc flore, aurum, muſcus, & balſamum. De eadem cæremonia conſecrandæ

Digitized by Google

roſæ aureæ legi poteſt Gulielmus Durandus lib. 6. Rationalis diuinorum officiorum cap. 53. & hæc benedictio habetur in cæremoniali Romano lib. 1. ſect. 2. cap. 5. Verùm cæremonias Eccleſiæ, quæ nunquam myſterio vacant, & plurimum faciunt ad fouendam pietatem fidelium, væſani iſti homines ſubſannant, & conſecrationes, ac benedictiones in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, impius Mornæus hoc loco Antichriſti Sacramenta appellat.

Pag. 474. *Antichriſto* (inquit) *Chriſti ſimiæ, ſua etiam ſacramenta conſtent, quod Hieronymus præuiderat, neceſſe eſt.*

Non eſt opus Antichriſti.

SEd quomodo conſecrationes illæ ſint Antichriſti, quæ fiunt in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti? ſiquidem de Antichriſto omnes illud D. Pauli 2. Theſſal. 2. interpretantur: *Homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur.* Illud item Danielis cap. 11. *Eleuabitur, & magnificabitur aduerſùs omnem Deum: & aduerſus Deum Deorum loquetur magnifica &c. & Deum patrum ſuorum non reputabit, Deum autem Maozim in loco ſuo venerabitur, & Deum, quem ignorauerunt patres eius, colet auro, & argento, & lapide pretioſo, rebuſque pretioſis.* Igitur Antichriſtus non eſt, qui colit Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, neque Sacramenta ſunt Antichriſti conſecrationes, quæ fiunt in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Subijcit poſtremò.

Pag. 474. *Emergunt, & eodem tempore ſigillaria, formulæ illæ, quas Agnos Dei vocant, à Pontificibus primo Pontificatus anno, benedici ſolitæ, ſeptimo etiam quoque anno renouandæ. Oratio qua conſecrantur, execrabilis planè; Ipſorum veneratione, & honore nobis famulis tuis crimina diluantur, abſtergantur maculæ peccatorum, impetrentur veniæ, gratiæ conferantur, & tandem vna cum ſanctis, & electis tuis vitam accipere mereamur æternam. De Chriſto, vero Dei Agno quid magnificentius dici potuit?*

Agni Dei benedicti à Pontifice, meritò venerandi.

SEd execrabilis homo eſt, qui ita execrabiliter loquitur. Certè Agni illi cerei, benedicti à Pontifice meritò in veneratione habentur à Chriſtianis; cum nobis referant Agnum illum immaculatum Chriſtum, qui tollit peccata Mundi. Cera ſignificat eius humanitatem, Mel in Cera Diuinitatem in humanitate. Hi Agni propter virtutem benedictionis fideles à fulgure, & tempeſtate tuentur: vbi tamen maximè operatur fides, & deuotio erga Agnum illum immaculatum Chriſtum. De Agnorum Dei antiquitate, & quo ritu Agni Dei conſecrantur, de efficacia, & ſignificatione Agnorum benedictorum, & de miraculis factis per amuletum Agni Dei plura Ioannes Molanus Oratione de Agnis Dei: de quibus & Gulielmus Durandus lib. 6. Ration. diuin. Offic. cap. 79. Neque vero execrabilis eſt, ſed planè religioſa illa oratio, quam dicit Pontifex; vbi non ab alio, quàm à Deo petuntur hi effectus, nempe dilutio criminum, abſterſio macularum, peccatorum, & gratiarum collatio, vt cõſtat ex illa oratione, quæ habetur in Cæremoniali Romano lib. 1. ſect. 7. cap. 8. cuius maiorem partem ſupprimit Aduerſarius, cuius initium eſt: *Domine Deus pater omnipotens, ſtatutor elementorum omnium, & conſeruator generis humani, datorque gratiæ ſpiritualis, & largitor ſalutis æternæ &c.* Poſt: *benedicas, & benedicta ſanctifices, quatenus ipſorum veneratione &c.* Vt benedictio, & ſanctificatio Deo tribuatur, virtus item, quæ illis ineſt, ipſi benedictioni, & ſanctificationi diuinæ. Ibidem ſubijcitur, & alia oratio, quam Pontifex vertens ſe ad capſas, vbi ſunt Agni Dei, dicit: *Te ſupplicitèr deprecamur, vt noſtræ vocis exoratus officio has cereas formas innocentiſſimi Agni imagine figuratas benedicere, & per inuocationem tui ſancti nominis ſanctificare digneris; vt per eius fructum, & vſum fideles incitentur ad laudes, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempeſtatum, ventorum rabies, infeſta tonitrua temperentur, fugiant, atq; contremiſcant maligni ſpiritus ante Sanctæ Crucis vexillum, quod in illis exculptum eſt &c.* Longè certè aliter, ac magnificentiùs de Chriſto, Sancto Sanctorum, & fonte omnis gratię iudicamus, & loquimur, qui nullum effectũ per ſe, & ſuaptè natura huiuſmodi Agnis Dei ineſſe profitemur. Sed omnem pietatem, omnem Chriſti Agni immaculati memoriam in ſigillarijs iſtis exhibitam velit Aduerſarius, in hoc Sathanæ egregiam nauans operam, è mentibus noſtris ſublatã. Quoad verſus illos quos ſubijcit Vrbani V. ad Imperatorem Græcorum: ſi verum ſit, Vrbanum fuiſſe Authorem horum verſuum; reſpondemus, nullam in illis contineri blaſphemiam. Siquidem nonniſi virtute Agni immaculati Chriſti ex delatione, & veneratione benedictorum Agnorum Dei huiuſmodi effectus, qui illis verſibus ſignificantur, conferuntur: & ſigno, ac figuræ tribuitur nonnunquam, quod ipſi rei figuratæ, & ſignificatæ, cuiuſmodi Agnus immaculatus Chriſtus, conuenit. Vnde perperam iſte arguit.

Oratio quæ illi conſecratur, non eſt execrabilis.

Hoc ſi ita eſt, Agno ipſo quid amplius opus? Pag. 475.

VNde verò omnis noſtra ſalus, peccatorum remiſſio, & gratiarum collatio, ac virtus omnis ſpiritualis, niſi à Chriſto, Agno immaculato? quem certè ſi excludas, non erit iam in iſtis Agnis Dei, quià repræſentato vim ſuam habent, vlla virtus; non magis, quàm, ſi primam cauſſam excludas, vlla virtus in ſecundis cauſſis illi ſubordinatis remanebit.

ANTI-

Digitized by Google

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quinquageſ. nonam.

EXaminanda, quæ in Oppoſitione ſequenti nugatur Aduerſarius.

Pag.475 *Nec verò defuerunt* (inquit) *hoc tempore, qui ſeſe Pontificibus, & multifariam quidem opponerent &c.*

PRimo igitur loco producit in medium ſub Innocentio VI. Auenione Fratrem quendam Franciſcanum, vocatum Ioannem à Rupeſciſſa, vulgo de rochetaillade, *quem Papa tenebat vinctum in Caſtello Baignoſi propter res miras, quas euenturas ille docebat, præſertim ſuper Prælatos, & Præſidentes in Eccleſia, ſcilicet ob immenſum luxum, & ambitionem, quibus dediti erant; atque itidem ſuper Regnum Franciæ, & potentiores Chriſtianitatis Principes, quoniam plebem tenuem tam miſerabiliter opprimerent. Probaturũ autem ſe aiebat Ioannes ille omnia ſua dicta per Apocalypſim, & veteres libros Sanctorum Prophetarum &c.* Hæc ex Froiſſardo, Gallico ſcriptore citauit, qui duobus locis meminit iſtius Fratris Franciſcani, Vol.1.cap.211. Vol.3. cap.24. Meminit eiuſdem Paulus Aemilius lib. 9. Hiſtoriæ Francorum in Carolo V. ſapiente. Verùm ille vitia temporis corrigebat, luxum, & ambitionem Prælatorum Eccleſiæ liberè repræhendebat, vltorem fore Deum quò tardiorem, eò grauiorẽ, comminabatur; Sed contra dignitatem, aut primatum Romani Pontificis, ſeu contra doctrinã Sanctæ Romanæ Eccleſiæ non refertur aliquid vnquam aſſeruiſſe. Paulus Aemilius. *At Proceribus Eccleſiæ ſacræ ille minabatur, appetenteſq; pœnas denunciabat: Regibus, Ducibus, Comitibus, cæteriſque terrarum Principibus parcebat? minimè ille quidem, Florente re Francica, ſibique ante Pictauienſem cladem perſidente Ioanne Rege, non dubitauit vitia Aulæ grauiter, publiceque increpitare, ipſique capiti rerum Regi in primis, ingens, inſolitumq; malum canere.* Non ideò certè volebat ille euerſam Regiam, aut aliorum Principum dignitatem, ſi eorum adminiſtrandi rationem, aut oppreſſiones ſubditorum inſectabatur, ob idque illis euentura mala denunciabat: Ita neque Pontificis authoritatem, aut aliorum Eccleſiæ Procerum dignitatem è medio tollendam prædicabat; ſed luxum, ambitionem, ſuperbiam, & alia vitia ab illis arceri volebat. Quod ſi Romani Pontificis ille authoritati, ac primatui ſeſe oppoſuiſſet, & ex Sacra Apocalypſi illum eſſe Antichriſtum probaturum ſe contendiſſet; non alio loco eũ haberemus, quàm perfidũ iſtum, & ſacrilegum Authorem *Myſterÿ iniquitatis*, qui ſibi mirum in modum complacet in recitando Apologo eiuſdem Fratris.

Ioannes à Rupeſciſſa Eccleſiæ Rom. primatui aut doctrinæ ſe oppoſuit.

Summa eſt, contigiſſe Eccleſiæ, quod olim pulcherrimæ auiculæ, quæ implumis nata cum volare non poſſet, de vita periclitabatur; Aues alias eius miſertas, eam plumis operuiſſe, Reges, inquam, & Principes Eccleſiam effuſis in eam ſuis patrimoniÿs, & ditaſſe, & ſupra modo honoraſſe, & Auem quidem illam, vt ſe auctam vidiſſet, quaſi nullius iam indigam, inſuperbÿſſe, aliaſque roſtro, & vnguibus petÿſſe; Eccleſiam, inquam, cum Imperatoribus inimicitias, & bella ſuſcepiſſe; Ad Aues inde plumas ſuas repetÿſſe, vt & haud dubiè Principes beneficia, & dona ſua ſubducturi erant, donec tandem cogeretur Eccleſia veniam implorare, ni id faceret, & ad priſtinam ſuperbiam reuerteretur, Imperatores, & cæteros Principes Chriſtianos omnia ablaturos eſſe. Pag.475

APologus certè, qui redolet impietatem, & cuius Author non immeritò in carcerem fuit coniectus. Frater ille, quæ docebat ex Apocalypſi, & aliÿs libris Propheticis, confirmaturũ ſe ſpondebat, nempe fabuloſas ſuas inuentiones in Scripturis ſacris fundamentum habere volebat. Subiungit igitur Mornæus.

Et ſanè Apologus iſte de Auicula ab eo recitatus in Apocalypſi manifeſtè fundatur cap. XVII. vbi dicitur; Reges, vires, & poteſtatem ſuam beſtiæ tradent. Demùm, hi odio perſequentur Meretricem, Beſtiam illam, & deſertam reddent illam, & nudam, & carnes eius comedent, & ipſam igne exurent. Pag.476

AT verò quod Reges ditaturi eſſent Eccleſiam, manifeſtè prædixerat Iſaias cap. 60. *Venient ad te curui filÿ eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi, & vocabunt te Ciuitatem Domini Sion Sancti Iſrael. Pro eo quòd fuiſti derelicta, &*

Eccleſiam à Regibus ditandã diuinum vaticinium.

odio habita, & non erat qui per te tranſiret, ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generationem, & generationem, & ſuges lac Gentium, & mamilla Regum lactaberis; nempe Eccleſiam augendam eſſe gentium, & Regum bonis, interpretantur Cyrillus, & Procopius: & Principes qui in Eccleſiam munifici fuerunt, magnam inde ſibi gloriam, & nominis exiſtimationem compararunt, quòd quæ de manu Domini acceperant, in eiuſdem cultum fouendum, & promouendum refuderint. Quod verò ſignificabat Apologus, Principes ſubducturos ab Eccleſia dona, quæ in eam contulerant, & quæ Religioni ſemel conſecrauerant; id vero ſacrilegium abſit vt Chriſtianis religioſis Principibus veniat vnquam in mentem, quo ſibi apud poſteros perpetuam infamiā, præter vltrices pœnas Inferni, accerſerent; caueant ſibi à conſilijs perditiſſimi iſtius hæretici, & maturè conſiderent, quid Heliodoro 2. Machab. 3. in ærarium templi Hieroſolymitani inuolanti, & alijs Principibus bona Eccleſiæ rapaciter ſutrahentibus aliquando contigerit. Quod verò Apologum Fratris Mornæus dicit maniſeſtè fundari in Apocalypſi cap. 17. vbi dicitur; *Reges, vires & poteſtatem ſuam Beſtiæ tradent*: Atqui falſum eſt, Reges Chriſtianos Catholicos Regna ſua aut poteſtatem ſuam vnquam tradidiſſe Pontifici Romano. Nam certè poteſtatem ſpiritualem nunquam ſibi arrogarunt vt in eum illam transferrent, neque vno conſilio eam illi per miſerunt; ſed eam non aliunde illi datam agnoſcunt, quàm à Chriſto, qui voluerit, omnes Chriſtianos vni ſubeſſe paſtori, & in Eccleſia ſua præſtantiſſimum omnium regimen, Monarchicum inſtituerit: poteſtatem verò temporalem, & ciuilem Reges, ac cæteri Principes in Regnis, & ditionibus ſuis ſupremam obtinent, & omnia inconſulto Pontifice moderantur, niſi fortaſſe de rebus ad Eccleſiam & ſacram Religionem ſpectantibus agatur. Deinde, in eodem Apocalypſis loco dicitur, *Reges, qui tradent virtutem, & poteſtatem ſuam Beſtiæ, cum Agno pugnaturos*: at vero Reges Catholici, qui ſpiritualem in ſe Pontificis poteſtatem tanquam patris in filios agnoſcunt, non pugnant cum Agno, Chriſto, immò Chriſtianum nomen profitentur, Chriſtū Deum, & hominem, ſalutis ſuæ Authorem agnoſcunt, eique Regna ſua accepta referunt, vitam profundere, dignitatem omni periculo exponere pro eius amplificanda gloria, & eius Eccleſia ab hoſtibus vindicanda parati. Poſtremò, Mornæus confundit Beſtiam illam Apocalypticam, cui Reges virtutem, & poteſtatem ſuam erant tradituri, cum Meretrice, quam deſolatam erant facturi, & nudam; cum longè alia ſit hæc Fornicaria, quam nudam, & deſolatam facturi erant, ab illa Beſtia, cui tradituri erant virtutem, & poteſtatem ſuam, vt conſideranti textum illius loci ſtatim patebit. Non igitur Apologus illius Fratris de Auicula magis habet fundamentum in illis textibus Apocalypſis, quàm nugæ, & execrabiles errores Mornæi, ac cœterorum Nouatorum.

Apologum Ioannis à Rupeſciſſa fundari in Apocalypſi falſum eſt.

Pag. 479 Secundò producit Mornæus Magiſtrum Nicolaum Oremum, Theologiæ Doctorem,

Qui anno 1363. in Vigilia natiuitatis coram Urbano quinto, & eius Cardinalibus concionem habet, quæ adhuc integra legitur,

ALiquot igitur clauſulas inde citat. Sed breuiter reſpondemus, cum in peccata quidē Prelatorum inuehi, faſtum, luxum, ambitionem, & alia vitia, quæ in eos irrepſerunt, inſectari, non verò Romani Pontificis Primatum, aut Sanctæ Romanæ Eccleſiæ fidem, ac doctrinam impugnare. Nec verò dubium, multos fuiſſe tum in Eccleſia Prælatos, in quos iure optimo Doctor ille inueheretur; ſed nec deerant, qui, cùm ſcirēt, ſe redditur os rationem villicationis ſuæ, ſuis partibus optimè fungerentur. Certè & Cypriani tempore erant in Eccleſia Prælati, de quibus ille meritò conquerebatur ſerm. de lapſis: *Epiſcopi plurimi, quos & hortamento eſſe oportet cæteris, & exemplo, diuina procuratione contempta, procuratores rerum ſæcularium fieri, derelicta Cathedra, plebe deſerta, per alienas Prouincias oberrantes, negotiationis quæſtuoſæ nundinas aucupari, eſurientibus in Eccleſia fratribus non ſubuenire, habere argentum largiter velle, fundos inſidioſis fraudibus rapere, vſuris multiplicantibus fœnus augere.* Hæc certè vitia repræhendebat Cyprianus in Epiſcopis; non verò eorum dignitatem, aut doctrinam Eccleſiæ, in qua illi diuina ſacramenta participabant, & alijs communicabant, reprobabat Mornæus, productis illis clauſulis.

Nicolaus Oremus eſt tum inuectus in vitia Prelatorum.

Ac tandem in ſeriam exhortationem ad pœnitentiam, conuerſionem, vitæ emendationem deſinit. Pag. 479

REctè quidem; ſed non hortatur, vt ab obedientia Romani Pontificis deficiant, aut fidei, & doctrinæ Sanctæ Romanæ Eccleſię nuncium remittant.

Hic eſt Nicolaus Oremus ille (inquit) *qui vrgente Carolo V. Rege noſtro ſapientis nomen adepto, vniuerſa Biblia in linguam Gallicam vertit. Huius exemplaria in illuſtrium regni familiarum Bibliothecis adhuc reperiuntur; In Regia ipſa vnum inprimis, in quo Caroli ipſius manu teſtatum, hæc Biblia ſuo iuſſu tranſlata.* Pag. 479

ILla tranſlatio iuſſu Chriſtianiſſimi Regis à Catholico Doctore edita haud dubiè viris doctis tum probata, omni ſuſpicione carebat, quæ non vacant quæ nunc circumferuntur à Geneuenſibus, & alijs Orthodoxæ Fidei perduellibus editæ. Huius Nicolai Oremi, vt vocat Mornæus, meminit Papyrius Maſſonus Annal. Fran-

corum

Digitized by Google

corum lib. 4. in vita Caroli V. ſapientis. *Floruit hoc Rege Nicolaus Oreſmus, cuius libellum legi inſcriptum de moneta, vbi ſuccenſet Regibus, nummos ponderis nequaquam iuſti expendi iubentibus, quod difficillimis Franciæ temporibus factum quæritur. Floruit quoque Rodolphus Præleus Aduocatus Pariſienſis, ac Regis mandato libros Auguſtini de Ciuitate Dei in Gallicum ſermonem conuertit, præfatus, Regem à pueritia literis deditum, quidquid ocij habere poterat, impendere ſolitum optimis libris perlegendis*. Hæc igitur fuit ratio, cur ſacros libros in Gallicum ſermonem conuerti iuberet. Mornæus.

Pag. 479. *Commodè hic interſeritur, Carolum etiam ſapientem Authorem fuiſſe Alano Charterio Secretario, vt ſcriberet libellum, cui titulus, ſomnium viridarij, ante 100. annos Lutetiæ excuſum, in Papatus tyrannidē tum temporalem, tum ſpiritualem. Aſſerit liberè liber ille, proinde, & Carolus noſter; Eccleſiam Romanam ad tempus vſque Coſtantini obtinuiſſe licitè prioritatem, ex aliarum Eccleſiarum tacita, & voluntaria electione, non quod ei aliqua in illas authoritas eſſet.*

De libro qui inſcribitur ſomnium Viridarij.

DE hoc *ſomnio Viridarij* Papyrius Maſſonus loco citato: *Editus eſt Carolo Rege à neſcio quo libellus de Regia, & Pontificia authoritate, inſcriptus Somnio viridarij*. Incertus eſt itaque Author huius *Somnij*, in quo, quãtum intellexi (quia ad manus meas non peruenit) inducuntur Clericus, & Miles interlocutores, ille quidem pro poteſtate Pontificis defendenda acutè differens, hic autem eandem impugnans: & propoſitis vtrinque argumentis, Author quęſtionem indeciſam relinquit: nec mihi dubium, Authori propoſitū fuiſſe, quæ poterant in vtramque partem argumenta adferri, producere, vt quantò fortiora eſſent, & validiora, quibus poteſtas Pontificis aſſeritur, alijs in contrariam partem adductis, conſtaret; vt ideò fortaſſe opus non fuiſſe iudicarit alia deciſione. Interim quæ miles ille inducitur adferre in opinionem contrariam, hic eo impudentiæ venit, vt non modo Authori illi, ſed & Carolo V. Sapienti, Regi Chriſtianiſſimo imponat, cui nunquam in mentem venit, vt nec cuiquam Catholicorum, Eccleſiam Romanam ex tacita, & libera duntaxat aliarum Eccleſiarum electione vſque ad Conſtantinum Magnum habuiſſe prioritatem. Contrarium conſtat ex noſtris Antidotis, quæ adhibuimus ad Progreſſus, & Oppoſitiones Aduerſarij, quæ ducebant vſq; ad Conſtantini Magni Imperium, quibus docuimus, in confeſſo fuiſſe apud omnes, Romanum Pontificem Petri ſucceſſorem, primatum, & poteſtatē iure diuino obtinere in omnes Eccleſias:

Mornæi impudētia

nec alioqui reliquæ Eccleſiæ, quibus etiam nonnunquam interceſſit prioribus illis temporibus contentio cum Romanis Pontificibus, ſponte tantam illis in ſe authoritatem permiſiſſent. Sed expendamus rationem Mornæi, cur reliquæ Eccleſiæ voluntaria electionē ſe Romanæ Eccleſię ſubiecerint, illius monita amplexæ fuerint, cenſuras ſubierint.

Ex eo (inquit) *quòd nondum Principem ſupremum Chriſtianum haberent, qui eas in ordine, & vnitate contineret.* Pag. 479

Qui omnes Eccleſias ī vnitate cōtineret, inſtituendus à Deo fuit non ab hominibus.

SEd cuius, quęſo, erat proſpicere, vt omnes Eccleſiæ, quacumque terrarum diſpergerentur, in vnitate eiuſdem Fidei Catholicæ, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ continerentur, &, quemadmodum loquitur Irenæus, lib. 1. cap. 3. quaſi vnā animam habentes, & vnum cor, eadem prædicarent, docerent, & traderent, quaſi vnum poſſidentes os, niſi Chriſti Seruatoris noſtri, cuius nomini tot per Mundum conſecrandæ erant Eccleſiæ? *Neque enim* (inquit) *quæ in Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt, neque hæ, quæ in Hiberis ſunt, neque hæ, quæ in Caltis, neque hæ, quæ in Oriente, neq; hæ, quæ in Aegypto, neque hæ, quæ in Libia, neque quæ in medio Mūdi ſunt conſtitutæ*. Ad hoc certè neceſſe erat, vt omnes vnius nutu, & authoritate adminiſtrarentur, & ab vnius voce, qui non poſſet deuiare à fide, tanquam ab oraculo quodam diuino, penderent. Hic igitur non ab hominibus, ſed a Chriſto Domino inſtituendus erat: & quemadmodū Eccleſia ſpiritualis eſt, & ſupra homines; ſic oportebat ſupremam huiuſmodi authoritatem ſpiritualem eſſe, omni humana longè ſuperiorem, non verò ex libera hominum electione inſtitutam. Non Principibus Chriſtianis cōmiſit Deus regimen Eccleſiarum: non mundanis Principibus, ſed Eccleſiaſticis dicebat Paulus. Act. 20. *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuit vos Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo*. Et Ephel. 4. numerans varia Chariſmata, quæ inſtituit Chriſtus in Eccleſia ſua: *Ipſe* (inquit) *dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores ad conſumationem Sanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti &c.* non dicit, *Imperatores Reges, Duces, Comites &c.* Nec verò vnquā Princeps aliquis Chriſtianus ſui eſſe muneris iudicauit, Eccleſias in ordine, & vnitate continere: Et Conſtantinus ille Magnus in Synodo Nicæna disertè proteſtatus eſt, ſe debere ab Epiſcopis iudicari, non verò iudicare Epiſcopos. Quis vero Chriſtianus Princeps tam longè, lateque patens habuit vnquam Imperium, vt ſua authoritate poſſet omnes Orbis Eccleſias in vnitate, & ordine continere? Debuit igitur talem Monarcham in Eccleſia ſua Chriſtus inſtituere, cuius iuriſdictio nullis terrarum limitibus coarctaretur. Sed Mornæus ſubijcit, perſpicuum eſſe.

Eccleſiarū regimen nō eſt Mundanis Principibus à Deo cōmiſſum, ſed Eccleſiaſticis.

Quod

Digitized by Google

Pag.479 *Quod ex nullo Sacræ ſcripturæ loco colligi poſſit, Chriſti alicuiuſue Apoſtoli mandato, aut conſilio Eccleſias aut Epiſcopos, Eccleſiæ aut Epiſcopo Romano ſubijci; in ijs adeò ipſis, quæ ad ritus Eccleſiaſticos pertinent &c.*

Romani Pont. primatus ex ſacra Scriptura manifeſtus.

SEd reſpondemus, apertè falli Mornæum; & Catholicos non aliunde, quàm ex apertiſſimis Sacræ ſcripturæ locis Romani Pontificis poteſtatem, & primatum in omnes Eccleſias colligere. Siquidem Chriſtus Dominus dixit Petro, Ioannis 17. *Paſce oues meas.* Et: *Tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*, & illum antea dixerat eſſe Petram, ſuper quam ædificaturus eſſet Eccleſiam ſuam; Petri autē ſucceſſor eſt Romanus Pontifex in regimine vniuerſalis Eccleſiæ. Hac veritate totius Orbis teſtimonio iam inde ab ipſa naſcente Eccleſia confirmata, magnum monſtrum eſt Mornæus, qui id non credit. Sed non credit, quia deuius à fide, & perfidus hæreticus.

Pag.480 Sed vnde, quæſo, expiſcatus eſt, quod conſequenter ſcribit, eſſe contra Chriſti, Apoſtolorumque aperta præcepta, Pontificem ſibi ius arrogare non in Clericos tantùm, ſed & in ipſos Principes ſæculares? qui certè ſi oues ſunt Chriſti, debent ſubeſſe paſtori, quem paſcendis ouibus ſuis Chriſtus ipſe præfecit. Proſequitur.

In ipſos etiam Principes.

Pag.480 *Addamus* (inquit) *Eduuardum V. Angliæ Regem, cum fruſtra apud Pontifices de exactionibus, quas in Eccleſias Angliæ exercebant, pluries conqueſtus eſſet, ſtatuiſſe ſemel tandem à iuriſdictione, quam Papa vſurpat, Angliam vindicare. Quare anno 1374. decreuiſſe Epiſcopos deinceps à ſe creatum iri, & ab Epiſcopis inferiores quoſque &c.*

Mornæus lapſus memoria.

PRimò Mornæus lapſus eſt memoria; non enim Eduardus quintus, ſed tertius regnabat anno 1374. qui erat quartus annus Pontificatus Gregorij XI. Neque Rex ille vnquam cogitauit de vindicanda Anglia à iuriſdictione Romani Pontificis, qui Londini in Cōcilio Procerum, Sacerdotibus iureiurando promiſit, ſe à Romano Pontifice concedi curaturum, vt integrum illis eſſet, quos vellent, optare Epiſcopos, & Præfectos: & ex conceſſione à Romano Pontifice illi facta effectum eſt, vt poſtea Pontifex nonniſi deſignatos à Rege Epiſcopos crearet; ſed creandi Epiſcopos authoritatem certè nunquam ille ſibi arrogauit; neque aliunde poterāt illi ſuam iuriſdictionem habere, quàm à Romano Pontifice. Conſtitutum quidem eſt in eodem Concilio, ne quis in poſterum Anglicana Sacerdotia impetraret à Romano Pontifice, aut cauſſas niſi per appellationem ad eum deferret, pœna in transgreſſores conſtituta; Verùm reclamauit Gregorius XI. prout ex Polydoro Virgilio, refert ipſemet Mornæus, & primò quoque tempore cum Eduardo egit, vt eam legem abrogaret. Sed orto poſtea Schiſmate, non fuit Pōtifex, qui tale quid curaret, donec Martinus V. ſuper ea re vehementiores literas ad Henricum VI. ſcripſit. Vnde conſtat, parum aut nihil æquitatis in ſe habuiſſe eam legem. Quod ſcribit, Eduardum Denarium illū Petri quotannis perſoluendum aboleuiſſe. Atqui Polydorus Virgilius qui viuebat anno 1533. lib. 4. Hiſt. Anglicæ de inſtitutione huius vectigalis loquēs, anno Chriſti 740. refert, adhuc ſuo tempore fuiſſe perſolutum: *Omnis Anglia* (inquit) *hoc tempore iſtud vectigal pietatis, & religionis cauſſa, Romano Pontifici pendit, domeſticatim collatum, & nummi illi argentei vocantur vulgo, Denarij Diui Petri, quos Pontificis Quaſtor, quem non inſcienter Collectorem nuncupant, exigit. Nos hanc olim Quæſturam aliquot per annos geſſimus, eiuſque mūneris obeundi cauſſa primùm in Angliam venimus.* Si igitur Eduardus III. illum aboleuit; eum, aut ſucceſſores poſtea reſtituiſſe oportuit.

Eduardus III. nō ſtatuit Angliam vindicare à iuriſdictione Rom. Pont.

Producit Aduerſarius reuelationes S. Brigittæ, & Catharinæ Senenſis.

Vtraque (inquit) *Papa quid monſtri eſſet, tandem edocta.* Ac primum ex reuelationibus S. Brigittæ. *Pōtificem* (inquit) *animarum interfectorem vocat, ouium Ieſu Chriſti diſperſorem, & laceratorem, abominabiliorem Iudæis, inimiciorem Iuda, iniuſtiorem Pilato, peiorem Lucifero, ſedem eius demergendam eſſe, ſicut lapidem ponderoſum &c.* Pag.480

HAbetur hic locus lib. 1. Reuel. cap. 41. vnde nobis ſuppeditatur argumentum validiſſimum contra aduerſarium. Nam Deus ita inducitur loquens: *Conqueror ſuper te caput Eccleſiæ meæ, qui ſedes in Sede mea, quam Petro, & ſucceſſoribus eius tradidi ad ſedendum in ea, triplici dignitate, & authoritate. Primò vt poteſtatem haberent ligandi animas, & ſoluendi à peccato. Secundò vt aperirent cælum pœnitentibus. Tertiò vt clauderent cælum maledictis, & contemnentibus.* Ergo ex teſtimonio diuino Pontifex Romanus caput eſt Eccleſiæ, ſedet in Sede Dei, habet ab eodem poteſtatem ligandi, & ſoluendi animas, qui ſi perperam ſuo officio fungatur, & ſe mercenarium magis exhibeat, quàm paſtorem, oues diſpergat magis, quàm congreget, meritò de eo conqueritur Deus. Etſi enim à nemine hominum iudicetur; at Deo redditurus eſt rationem de ouibus ſibi commiſſis: Neque verò ibi habetur, *Sedem eius demergendam eſſe, ſicut lapidem ponderoſum*: hoc ex ſuo addit Mornæus, in quo legis Corneliæ pœna de falſis tenetur, quæ

De Pontificatu Rom. ex Reuelationibus S. Brigittæ.

Sedem Pōtificis demergendā, eſt additamentū Mornæi.

decernitur

decernitur, eos afficiendos pœna, qui, vt verum non appareat, quid celauerunt, ſubripuerunt, ſubiecerunt, reſignauerunt &c. at ille celabat initio, quæ teſtantur, Papam eſſe caput Eccleſiæ, habere à Deo poteſtatem ligandi, & ſoluẽdi &c. & ſubijciebat contra dignitatem Sedis Apoſtolicæ, quæ ibidem non habentur. Nec vero ibi conqueritur Deus de Pontifice, quòd poteſtatem ſibi arroget in omnes Eccleſias, quòd in his, quæ ad Religionem, & animarum ſalutem ſpectant, non modò Clericis, & Epiſcopis, ſed & Laicis, in hiſque Regibus, & Principibus præſit. Sed præter cætera loca, quæ ex Reuelationibus S. Brigittæ depromere poſſemus, ita habetur lib. 7. cap. 19. *Græci, qui ſciunt, quod omnes Chriſtianos tenere oportet vnam tantùm fidem Chriſtianam Catholicam, & vni tantummodo ſubeſſe Eccleſiæ Catholicæ, ſcilicet Romanæ, vnumque ſolum Vicarium meum generalem in mundo, videlicet Romanum Summum Pontificem, ſupra ſe ſpiritualem habere paſtorem, & tamen nolunt ſe eidem Eccleſiæ Romanæ, & Vicario meo ſpiritualiter ſubijcere, & humilitas ſubiugare; propter eorum pertinaciam, ſuperbiam, &c. indigni ſunt poſt mortem veniam à me, & miſericordiam obtinere. Sciant Græci, quod eorum Imperium, & Regna, ſiue Dominia nunquam ſtabunt ſecura, neque in pace tranquilla, ſed inimicis ſuis ſemper ſubiecti erunt, à quibus ſemper ſuſtinebunt grauiſſima damna, & miſerias diuturnas, donec ipſi cum vera humilitate, & Charitate Eccleſiæ, & fidei Romanæ ſe deuotè ſubiecerint, eiuſdem Eccleſiæ ſacræ Conſtitutionibus, & ritibus totaliter conformando.* En Mornæe, quid diuinitùs edocta S. Brigita ſcriberet de his, qui excuſſerant iugum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & fidem, ac obedientiam Romani Pontificis abiurauerant.

De reuelationibus diuinis S. Catharinæ Senenſi factis, & dono Prophetiæ, quo claruit, legendus S. Antoninus 3. p. tit. 23. cap. 14. §. 4 9. & 17. quæ quid ſentiret de Romani Pontificis primatu, inde conſtat, quòd Fratri Raimundo, qui mittebatur ad Regem in Galliam, vt eum à ſchiſmate reuocaret, cum Clemens dictus VII. creatus eſſet Antipapa contra Vrbanum VI. dixit. *Habeatis pro certo, hunc Vrbanum eſſe verum Pontificem ſummum, ſucceſſorem Petri, & Vicarium Ieſu Chriſti &c.* Et cum videret, in Eccleſia Dei multa mala ſuccedere propter Schiſma exortum, ac Chriſti Vicarium multis vexationibus circundatum, oraretque aſſiduè, vt Deus pacem Eccleſiæ ſuæ concedere dignaretur; conſolatus eſt eam Dominus duplici victoria, Eccleſię ſuæ, ac Pontifici Vrbano conceſſa tam de Caſtro S. Angeli, quo intra vrbem Schiſmatici potiebantur, quàm de hoſtili exercitu, qui pro Schiſmaticis dimicans multa damna inferebat, & fuſus eſt, captis ipſis Ducibus. Et cum Romæ contra Pontificem aliquando magni tumultus eſſent exorti; pro eis ſedandis Chriſtum Sancta illa Virgo interpellauit. Nonne eadem literis ad Gregorium XI. Pontificem directis effecerat, vt Auenione ille relicta, vbi Pontifices iam tot annis manſerant, Romam repeteret? Sed, quæſo, Sancta Brigitta, & Sancta Catharina Senenſis

Ex reuelationibus S. Catharinæ Senenſis.

nonne ab Eccleſia Romana vtraque in SS. numerum relata? nonne vtraque fidem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ profeſſa? Quorſum igitur eas ſuæ Oppoſitioni, aut ſuo *Myſterio iniquitatis* inſeruit Mornæus, quaſi, progreſſum faciente Papatu, contra illæ interceſſerint?

Refert S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 23. cap. 14. §. 9. S. Catharinam aliquando prædixiſſe, poſt tribulationes, & anguſtias, quibus tum occaſione Schiſmatis præmebatur Eccleſia, Deum purgaturum Eccleſiam ſuam, & quod ſequeretur poſtea tanta reformatio Eccleſiæ Dei, & renouatio Sanctorum Paſtorum &c. Vbi Sanctus Antoninus ſubijcit: *Quod iſta Sancta Virgo prædixit de tempore tribulationis, & Schiſmatis, vidimus eueniſſe. Quod autem de bonis Paſtoribus, & reformatione Eccleſiæ ab illa prænunciatum eſt, nondum aduenit, nec, quando euenire deberet tempus præfixit; vt non poſſit de falſitate redargui.* Mornæus.

De reformatione, Eccleſiæ et renouatione Sanctorum Paſtorum ab eadem prædicta.

Exinde verò ſeu doctrinam, ſeu mores intuearis in Eccleſia Romana, Pontificibusue ſuis, nihil melius conſpicitur, vt ſane hæc prædictio ad reformationem illam referenda videatur, quæ non multò poſt inchoata, quæ & doctrinam ab erroribus, & diſciplinam à corruptelis aſſeruit, piorum illorum miniſtrorum diligentia, & zelo, quos Deus ineunte proximo ſæculo excitauit, modo, quod illa dicebat, hominibus imperceptibili &c. Pag. 481

Videamus igitur, quos nobis profert Mornæus aſſertores doctrinæ ab erroribus, & diſciplinæ à corruptelis.

In Bohemia (inquit) *Militzius memoratur Pragenſis concionator; quem Iacobus Miſnenſis, famoſum, & venerabilem appellat. Narrat ille ſe inuitum à Spiritu ſancto impulſum, vt ex ſacris literis quæreret de aduentu Antichriſti, comperiſſeque eum iam adueniſſe.* Pag 481

Verum hæc inter ineptas aliorum de tempore aduentus Antichriſti ſententias referri poteſt: cui opponimus communem ſententiam omnium Patrum, & ipſius Eccleſiæ, quæ aſſerit, Antichriſtum perſecutorem Eccleſiæ ſæuiſſimum, nonniſi ſub finem Mundi venturum, quod ex Scripturis ſacris facilè colligitur. Cum certum ſit ex Scripturis, Antichriſtum determinatum quẽdam hominem futurum, multi illius aduentui tempus certum præſcribere voluerunt, ſed non eò inſaniæ venerunt, vt Antichriſtum Romanum Pontificem appellauerint: hæc inſi-

Militzij ſententia de tẽpore aduentus Antichriſti inepta.

Digitized by Google

gnis blaſphemia Nouatorum, & in primis Philippi Mornæi, quam Deus æternis pœnis Inferni vlciſcetur, & ab iniurijs hominum impiorum Sanctum ſuum aſſeret, ac Sedis Apoſtolicæ gloriam vindicabit, ſi eadem inſania Miltzius ille laborauit, qua Mornæus, vt Papam cum ſuis aſſeclis Antichriſtum eſſe contenderet; meritò Ioannes Archiepiſcopus Pragenſis iuſſus eſt à Gregorio XI. eos excommunicare, & perſequi; ſicuti Mornæus diris deuotus eſt, & ab Eccleſia Militante, & Triumphante proſcriptus. Ille à Spiritu ſancto impulſum ſe dicebat, quemadmodum Pſeudoprophetæ in nomine Domini loquebantur, ſibique ſpiritum Domini loqui, inaniter iactabant. Eodem plane ille ſpiritu impulſus, quo Mornæus, vt hoc ſuum Myſterium iniquitatis ederet.

Qualis eius ſpiritus.

Alterum nobis aſſertorem doctrinæ ab erroribus, & diſciplinæ à corruptelis profert.

Pag. 482. *At hoc ipſo tempore ſub annum 1360. caput exerit Iohannes VViglefus ingentis ingenij vir, in omnibus literis & diſciplinis Oxonij educatus, Philoſophus & Theologus inſignis, eoque nomine omnibus facultatibus, & charus & venerandus.*

HVnc velut magnum Antiſtitem Eccleſiæ ſuæ reformatę ſibi multis verbis commẽdandum putauit Mornæus. De hoc hęreſiarcha id ſcribit Polydorus Virgilius lib. 19. Hiſt. Anglorum in Edoardo III. ſub finem ad annũ 1376. *Extitere aliqui inſigni infamia, quorum caput, & Princeps fuit Ioannes Vuytbcliffus quidam, vt fama eſt, à primo indignatus, quòd non potuiſſet ad ſummos Sacerdotalis ordinis aſpirare honores, factus inde Sacerdotibus cunctis inimicior, cœpit diuina ſcripta peruerſè interpretari, atque nouam inſtituere Sectã, vſque eò, vt in nobili Oxonienſi Gymnaſio publicè ſit in Sacerdotes, vt legis euerſores debacchatus. Et vt impunè tantum facinoris fautore pariter atque audacia armatus faceret, Regi ante omnes ſummum in cunctos ordinis Præfectos Imperium, iuſque tribuit &c.* De eodem plura Coclæus Hiſt. Huſſitarum lib. 1. *Graues* (inquit) *contra Clerum contentiones in Anglia ſuſcitauit Ioannes Vuiclifus, quod eſt Anglicè interpretatum, Ioannes impiæ vitæ*: Vbi teſtatur, & Archiepiſcopum Cantuarienſem, conuocatis Angliæ Epiſcopis, & Prælatis, Londini Synodum Prouincialem habuiſſe, in qua multa dogmata velut hæretica communi omnium ſententia ſunt damnata à tredecim Epiſcopis, & triginta Magiſtris in Theologia. At VViclefus adeo non emendauit errata; vt per contemptum, & irriſionem vocauerit Synodum illam *terræmotum*, contra quam, & in multis publicè inuectus eſt libris, & ſermonibus. Et vbi hæc delata fuere ad Sedem Apoſtolicam, Gregorius XI. reſcripſit ad Vniuerſitatem Oxonienſem, mandans, vt illum caperent, ſeu capi facerent, & Archiepiſcopo Cantuarienſi, aut Epiſcopo Londinenſi tranſmitti facerent. Teſtatur ibidem; non ſolùm in Anglia per Concilium Prouinciale, & per Vniuerſitatem Oxonienſem, verùm etiam Romæ in Concilio Generali, & Pariſijs a celeberrima Theologica facultate illius errores fuiſſe condemnatos, & poſtea ſolemni Decreto à Doctoribus, & Magiſtris Academiæ Pragenſis anno 1408. Quomodo igitur omnibus facultatibus ille Charus, & venerandus? aut quæ facultas Theologica tum temporis errores illius approbauit? Inter Articulos illius vigeſimus nonus erat iſte: *Vniuerſitates, Studia, Collegia, Graduationes, & Magiſteria in eiſdem ſunt vana Gentilitate introducta, & tantum proſunt Eccleſiæ, ſicut Diabolus*. Quomodo igitur potuit Charus eſſe omnibus facultatibus?

De Vuiclefo Hæreſiarcha.

Quã multi eius errores damnauerint.

An omnibus facultatibus charus & venerandus.

Horrenda Hæreſiarchæ illius dogmata, ſeu magis horrendas blaſphemias Mornæus ſubijcit:

Et hic ſanè Eccleſiam Romanam (inquit) omni ex parte ſtrenuè adcritur; Non ei ſatis Papam demonſtraſſe, Hæreſiarcham, Antichriſtum in Scriptura deſignatum, abominationem deſolationis in abſtracto, aſtu Satanæ introductam, apoſtema in Eccleſia, eiuſque corpore &c. Pag. 482.

CVr Hæreſiarcha ille tantopere Romanam Eccleſiam impugnarit, non alia cauſſa fuit, quam quòd ſuã hæreſim ab ea condemnari moleſtè ferret. Siquidem ad Vrbanum VI. aliquando ipſe ſcripſit in hæc verba, prout ex Foxo in rerum geſtarum commentarijs lib. 1. refert Sanderus lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſię nu. 1061. *Gaudeo planè cuicunque detegere fidem meam, & ſpecialiter Romano Pontifici, quia ſuppono, quod ſi ſit orthodoxa, ipſe fidem meam humiliter confirmabit: & ſi ſit erronea emendabit*. Et poſt: *ſuppono iterùm quod Romanus Pontifex, cum Summus Chriſti Vicarius ſit in terris, ad illam Euangelij legem inter viantes maximè obligatur.* Poſt: *Si in iſtis errauero, volo humiliter etiam per mortem, ſi oporteat, emẽdari &c.* Vnde conſtat, illum in principio ſuæ hęreſeos à primatu Romani Pontificis non abhorruiſſe, cum Vrbanum VI. Summum Chriſti in terris Vicarium eſſe dicat, ab eoque fidem ſuam vel confirmari, ſi orthodoxa eſt, vel emendari, ſi erronea, ſupponat: quod declarat, eum hoc animo fuiſſe, vt ſi Romanus Pontifex hæreſim ipſius tolerare voluiſſet, eũ ſemper habiturus fuiſſet pro Summo Chriſti Vicario in terris: immò ſemper ita videtur habuiſſe Vrbanum VI. Nam Articulus IX. illius errorum erat: *Poſt Vrbanum VI. non eſt aliquis recipiendus in Papam, ſed viuendum eſt more Græcorum ſub proprijs legibus*. Et ſi Romana Eccleſia per impoſſibile illius hæreſes approbaſſet, iam abſque omni controuerſia non modo Catholica, & Orthodoxa, verum etiam prima Sedes, & omnium Eccleſiarum caput VViclefi illius teſtimonio habita fuiſſet. Illius hæreſiarchę XXXXV. articuli damnati ſunt in Concilio

Cur hic tã infenſus Eccleſiæ Rom.

Digitized by Google

Concilio Conſtantienſi ſeſſ.8.quos refert & Sanderus lib.7.Viſib. Monarch. hæreſi 169. & Prateolus verbo, *Ioannes VViclefus*. Non eſt quod ſigillatim in illis recenſendis, & refellendis immoremur.Contra eum ſcripſerunt præter cæteros Thomas VValdenſis, & VVilelmus VVidefordus. Sed neque fideliter dogmata illius Mornæus retulit; vt quæ ſcribit tanquam ab eo tradita, non conſpirent omninò cum Articulis illis VViclefi,qui tum ab alijs referuntur, tum in Concilio Conſtantienſi condemnantur. Sed magnum illum Doctorem Mornæus tanquam alterum ſe loquentem inducere voluit; & meritò certè,nam vnus Spiritus eſt, qui loquitur in iſtis Prophetis.

VViclefi dogmata Mornæus fideliter non refert.

Pag.482 *Doctrina* (inquit) *ipſius penetralia ingreditur,vanitatem,ſuperſtitionem, idololatriam coarguit,cultum à Creatore ad creaturam, ad mortales, ad ſanctos, ad reliquias, ad imagines translatum reprahendit.*

Idem Catholicis imponit.

INter articulos XXXXV. VViclefi condemnatos ab Eccleſia nihil tale reperitur; & hæ ſunt Mornæi impoſturæ; neque enim cultum ſupremum latriæ Deo debitum Catholici ad Sanctos, reliquias, vel imagines vnquam tranſtulerunt,& longè inferior eſt cultus, qui illis defertur.Proſequitur.

Pag.482 *Redemptoris ſacrificium in ineptum Miſſæ ſpectaculum conuerſum; mortis & paſſionis Chriſti, filij Dei beneficium in diſpenſationes,abſolutiones, peregrinationes, indulgentias, puri vel potius impuriſſimi hominis beneficia, an veneficia commutatum; Populũ ab incomparabili Chriſti ſeruatoris merito,ad propria merita,a ſolido crucis Chriſti præſidio ad caſſam operum arundinem.*

Rurſus idem imponit.

SEd iſte quidem quæcunque ignorat,blaſphemat.Quid enim aliud nobis Miſſa,ſacrificiũ nouæ Legis à Chriſto Domino inſtitutum, niſi memoriale mortis,& paſſionis Chriſti? Vnde verò abſolutiones,peregrinationes,indulgentiæ vim aliquam habent meriti,vel ſatisfactionis,niſi à beneficio mortis, & paſſionis Chriſti? Quæ verò ſunt propria noſtra merita, niſi Dei ipſius dona,quæ certè non alibi,quàm in Chriſti merito,& gratia fundantur? Ita docet Concilium Tridentinum ſeſſ.6. cap. 16. cuius doctrinę Catholici omnes firmiter adhærent: *Cum ille ipſe Chriſtus Ieſus tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites,in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influat,quæ virtus bona eorum opera ſemper antecedit,& comitatur, & ſubſequitur, & ſine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria eſſe poſſent &c.* Poſt: *Abſit,vt Chriſtianus homo in ſeipſo vel confidat,vel glorietur,& non in Domino, cuius tanta eſt erga omnes homines bonitas, vt eorum velit eſſe merita,quæ ſunt ipſius dona.* Non igitur inde populus à Chriſti merito ad propria merita reuocatur. Quemadmodum ſcribebat Paulus Rom.3. *Legem deſtruimus per fidem? Abſit. Sed legem ſtatuimus*: ita neque meritum Chriſti deſtruimus,& euacuamus per merita noſtra:immò magis ſtatuimus, qui nihil nos mereri niſi per Chriſtum,aſſeueranter profitemur. Nec verò à ſolido Crucis præſidio ad caſſam operum arundinem reuocamur; ſed quemadmodum tradit idem Sacroſanctum Concilium ſeſſ.6. can. 26. *Si quis dixerit,iuſtos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta,expectare,& ſperare æternam retributionem à Deo per eius miſericordiam,& Ieſu Chriſti meritum,ſi bene agendo,& diuina mandata cuſtodiendo vſq; in finem perſeuerauerit;anathema ſit.* Igitur non ſunt caſſa inſtar arundinis noſtra opera:quæ tamen non aliunde, quàm à paſſione Chriſti habent ſuum valorem, tantum abeſt, vt per ea reuocemur à ſolido Crucis præſidio.

A Deo denique vniuerſi Creatore, ad hoſtialam reuocatum,pro Deo adorandam, ab hominibus licet, & piſtam & confectam. Pag.482

Adoratio hoſtiæ Chriſtianos non reuocat à Deo.

QVemadmodum Voluſianus ad D.Auguſtinum ſcribebat, hoc videbatur quibuſdam abſurdum(haud dubie Gentilibus)quod Mundi Dominus,& rector intemeratæ fœminæ corpus impleuerit, intra corpuſculum vagientis infantiæ latuerit,cui parua putatur Vniuerſitas, atq; in vnum corpuſculum totius Mundi cura tranſla ſit.Cui reſpondet D.Auguſtinus, Epiſt. 3. ad Voluſianum, non hoc habere Chriſtianam doctrinam, quod ita ſit Deus infuſus carni, qua ex Virgine naſceretur, vt curam gubernandæ vniuerſitatis vel deſeruerit, vel amiſerit, vel ad illud corpuſculum quaſi contractam materiam collectamque tranſtulerit. *Hominum* (inquit) *iſte ſenſus eſt,nihil niſi corporea valentium cogitare*: Sic videtur abſurdum Mornæo, Gentili magis, quàm Chriſtiano,quod *hoſtiolam*, vt vocat, *piſtam & confectam ab hominibus*,Chriſtiani adorent, quaſi inde reuocentur à Deo vniuerſitatis creatore; cum iiſdem tenebris infidelitatis immerſus non magis capiat Sacroſanctæ Euchariſtiæ myſterium, quam illi Dominicæ Incarnationis Sacramentum. Quemadmodum enim ſub humanitate Chriſti loco circumſcripta latebat immenſa Diuinitas nec totius Vniuerſi quidem limitibus definita, & cum Sacram illam humanitatem adoramus,non reuocamur à Deo Vniuerſitatis creatore,ſiquidem Chriſtus Deus, & homo vna eſt perſona,quam ſupremo latriæ cultu adoramus: ita in Sacramento Euchariſtiæ ſub ſpeciebus illis externis panis,& vini continetur totus Chriſtus Deus & homo, ex vi quidem verborum conſecrationis corpus,& ſanguis,ſed quia corpus illud animatum hypoſtaticè Verbo

Ff

Digitized by Google

bo Dei vnitum, per concomitantiam eſt ibi tota humanitas Chriſti, eſt præterea peculiari modo Diuinitas, cui humanitas illa eſt hypoſtaticè vnita. Non reuocamur igitur à Deo vniuerſitatis creatore, quemadmodum nugatur hæreticus, ad hoſtiolam pro Deo adorandam, ſed in hoſtia ſacra non alium, quam Deum ipſum Vniuerſitatis creatorem adoramus. Credimus verbis Euangelij Matthæi 26. & Lucæ 22. *Cœnantibus illis accepit Ieſus panem* (piſtum haud dubiè, & confectum ab hominibus) *Et benedixit, ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & manducate. Hoc eſt corpus meum. Similiter & calicem, poſtquam cœnauit, dicens: Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effundetur;* τοῦτ' ἐςι τὸ σῶμά μου, τοῦτ' ἐςι τὸ αἷμά μου. S. Ambroſius lib 4. de Sacram. cap. 5. *Ipſe Dominus Ieſus teſtificatur nobis, quod corpus ſuum accipiamus, & ſanguinem. Numquid debemus de eius fide, & teſtificatione dubitare?* Sed errat iſte neſciēs ſcripturas, neque virtutem Dei. Quis Dei omnipotentiæ terminos præſcribat; vt qui ex nihilo condidit omnia, non poſſit etiam mutare ſubſtantiam panis, & vini, in corpus, & ſanguinem ſuum? non poſſit facere, vt idem corpus ſit in pluribus locis? vt accidentia remaneant ſine ſubiecto, & præter modum exiſtendi naturalem ſuo ſacratiſſimo corpori conferat etiam alium modum exiſtendi, quem Sacramentalem dicimus? Valeat igitur vana iſta contra certiſſimam Fidei Catholicæ veritatem adeò impudenter coaxans. Mornæus.

Pag. 482 *Opus hoc Dei vt promoueat, vniuerſa Biblia in linguam vernaculā vertit, omnia illa doctrinæ capita doctis latinè, idiotis lingua populari pponit etc.*

VVicleſi induſtria in decipiēdis idiotis.

POlydorus Virgilius lib. 19. Hiſt. Anglorum ad annum 1376. hæc de VVicleſo. *Homo nocendi cupidus certum habens, non facilè viros doctos veneno infici, vtpote qui rationes admittunt, cogitauit imperitum vulgus in ſuam in primis ſectam ſibi trahēdum, quod illud pertinaciùs ſoleat id, quod ſemel imbiberit, modis omnibus retinere. Non contentus itaque impleuiſſe codices Latinè ſcriptos de ſua hæreſi, etiam ex illis commentarios patria lingua conſcriptos fecit, atque protinùs edidit, vt etiam agreſtes maleficæ ſuperſtitionis peritos redderet.*

Quod tam audaciter ſuam hæreſim promulgarit VVicleſus, neque vlla Romani Pontificis, aut Epiſcoporum Angliæ authoritate ab inſania reuocari, aut ab incœpto deterreri potuerit, diuino cuidam miraculo velit aſcribere Mornęus.

Pag. 482 *Quæ omnia* (inquit) *ſi quis ſeriò attenderit, &c. dubitare non poſſit, quin eius Spiritus cælitus lumen, robur, fiduciam acciperet, quin Deus in eo & per eum ageret, in imbecilitate homuncionis, ſi mundum ſpectes, abiectiſſimi, imperij Sathanæ ruinam molíretur, plenitudinem illam poteſtatis tantopere iactatam, tanto tempore à Pontificibus affectatam iam aggredi occiperet.*

An VVicleſus cęlitus adiutus.

SEd eodem modo impius ille Arrius, Donatus, Macedonius, Neſtorius, Eutiches, & Dioſcorus, Pelagius, ac alij Hæreſiarchæ, qui nulla Sacrorum Conciliorum, aut totius Eccleſiæ authoritate à veſania ſua reuocari potuerūt, dicentur cœlitùs lumen, robur, & fiduciam accepiſſe; neque enim video, aliquid intereſſe inter Hæreſiarchas illos, & VVicleſum, qui contra communem Eccleſiæ ſententiam, ac fidem omnibus Chriſtianis probatam, nouos Articulos antea inauditos cudere, & promulgare cœpit. Sed *plenitudinem illam poteſtatis* (inquit Mornæus) *à Pontificibus tantopere iactatam cœpit aggredi*: At quid profecit? Nam damnata eſt memoria VVicleſi, nomen eius redditum infame, doctrina eius velut impia ab Eccleſia Catholica proſcripta, quam non profitentur, niſi qui cum Diabolo, & Angelis eius in iudicium magni Dei vinculis æternis ſub caligine ſunt reſeruati; at plenitudo poteſtatis Romani Pontificis ſtabilis, & inconcuſſa perſeuerat eadem, quæ tum temporis erat, cum eam VVicleſus aggredi cœpit; vt non niſi contra fluminis tractum niti vòluerit, & more Gygantum Cœlo bellum inferre tentarit. Sed volebat, meo iudicio, VVicleſus mēdacem facere Chriſtum, eiuſque verbum oſtendere irritum, Matthæi 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam*; quemadmodum Iulianus ille Apoſtata cum Iudæos iuſſit Templum Hieroſolymitanum inſtaurare, & patrios ritus repetere, putauit, ſe irritum facturum verbum Chriſti, qui aliquando diſcipulis oſtendens ædificationem templi, *Non relinquetur* (inquit) *lapis ſupra lapidem*: Matth. 24. Sed quid inde, niſi infamiam, & ſempiternum nominis opprobrium reportauit? Idem VVicleſi, Mornęi, & Nouatorum conſilium ſimilis haud dubiè manebit exitus.

VVicleſus nihil profecit cōtra Pontificis Rom. poteſtatem.

Proſequitur.

Vniuerſum Clerum ſeriò attonitum reddidit; Thomas enim VValdenſis in Epiſtola ad Martinum quintum non diſſimulat, ſe ad eius prægrandes Aſſertiones, & authoritates, & vehementes, quas afferebat rationes obſtupuiſſe. Pag. 483

Quæ Thomas VValdenſis de doctrina VVicleſi.

SEd hoc in iuuenilibus annis ſibi contigiſſe, cum operam Logicæ daret, & fidem tamen ſibi integram manſiſſe, ſcribit ibidem Thomas VValdenſis, & ſubiungit: *Tandem poſt tempora ad Sacros libros me tranſtuli, & non diu, quando publicum Scripturarum inuenirem falſarium, extorquere Scripturas ad ſenſum per omnes Sacros Expoſitores aduerſum Scripturas per ſe planas inuoluere, occultare ſimplices veritates, & cum gloſſis vanis*

Digitized by Google

bine modiſicari

nis binc radere Sacra dicta. Tractatores ſanctos, & ſacros Canones, ſi ſua perfidia ſociare non poſſet, abiecit, quandoque non audiendos dicens, interdum apocryphos. Quando item deficit intellectus, ſe trāſfert ad conuicia, argumenta ſumens contra fidem, crimina perſonarum. Tunc ſtrepunt litigia, volitant ſcandala, ſufflantur, & lites, & rixa, contentiones, improperia, amulationes, contumelia inaudita, & has dictiones veritatum appellat, cum planiſſimè mentitur. Horrent aures fidelium, cum ſepulcrum patuerit oris baretici. Hæc Mornæus, legis Corneliæ de falſarijs iam non ſemel conuictus, ſuppreſſerat, ex Epiſtola Thomæ VValdenſis ad Martinum V. quam miror qui non puduerit eum citare, cum de VViclefo ageret.

Quod viſum eſt Mornæo VViclefi ſectatores recenſere, quin & Regem Eduuardum, & primarios eius Conſiliarios ei aurem præbuiſſe, conqueri Chronologos huius temporis ſcribit: Certè non de alijs, quàm de hæreticis ſcribebat Diuus Paulus 2. Timoth. 2. *Multum proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum, vt cancer ſerpit.* Diabolus traxit ſecum tertiam partem ſtellarum, cum à Deo defecit; quid mirum igitur, ſi & VViclefus, & quotquot præceſſerunt Hæreſiarchæ, id permittente Deo iuſto ſuo iudicio, quorundam fidem ſubuerterunt? Scribit Coclęus lib. 1. Hiſt. Huſſitarum, eum protectorem ſibi aſciuiſſe Comitem Laguſtriæ, virum in Anglia præpotentem, ſub cuius protectione tutus, ac ſecurus liberrimè ſcripſit, quicquid voluit: & reſcribente Gregorio XI, Vniuerſitati Ozonienſi, vt eum caperent, & Archiepiſcopo Cantuarienſi, aut Epiſcopo Londinenſi ſub fida cuſtodia tranſmitterent, viri eius protectione, & conniuente etiam Rege Eduuardo, non in perſonam animaduerti licuit; Sed in libros eius duntaxat animaduerſum eſt ab Epiſcopis, & Doctoribus. Sed vt ſcribit Thomas VValdenſis Epiſt. ad Martinum V. Rex *Henricus V. Chriſto, & Mundo commendatiſſimus inter Reges gaudebat in ipſo regni ſui primordio primò contra VViclenistas hareticos erexiſſe vexillum, dum ſcilicet ad Chriſti Natalem cùm duce iniquitatis eorum Ioanne Caſtri veteris contra inclytum Regem conſpirare cœperunt. Nec mora longa proceſſit, quin ſtatutum publicum per omne Regni Concilium in publico emanauit, edicto, quod omnes VVicleniſta, ſicut Dei proditores eſſent, ſic proditores Regis, proſcriptis bonis, cenſerentur & Regni, duplici pœna dandi, incendio propter Deum, ſuſpendio propter Regem.* — *Qua Henricus quintus Anglię Rex contra VVicleniſtas.* Si ab initio Eduuardus III. naſcenti morbo occurriſſet, ac peſtem procul à Regno abegiſſet; non poſtea in Henricum V. ſucceſſorem conſpiraſſent, ac Regno interitum moliti eſſent. Conſuluit igitur, & Religioni. & Regno Henricus V. cum ſæuiſſimas, ſed iuſtiſſimas, in perduelles illos leges tuli[t].

Pag. 483 Scribit, eum ſub Richardo II. Eduuardi III. ſucceſſore Anglia expulſum, vnde in Bohemiam ſeſe recipiens magnam doctrinæ VValdenſium lucem attulerit, cum Ioānes Huſſus adhuc iuuenis cum eo de rebus ſacris ſermones miſcuiſſet: deinde in patriam reuocatum anno 1387. in patria pacatè animam Deo reddidiſſe, inque Eccleſia Lutteruoth in Prouincia Leiceſtrenſi ſepultum, anno licet 1428. iuſſu Martini V. exhumatum, vt combureretur. Si quis VValdenſium errores condemnatos, & Articulos VViclefi in Concilio Conſtantienſi reprobatos expenderit; videbit, aliam fuiſſe Sectam iſtius, neque VViclefum Sectæ VValdenſium vnquam nomen dediſſe, ſed præ tumore ſuperbiæ Authorem ipſum nouæ Sectæ magis haberi voluiſſe. — *VViclefi ſecta à VValdenſibus diſtincta.* Quod in Bohemiam ſe receperit, eamque peſtifero ſuo veneno infecerit: Thomas VValdenſis Epiſt. ad Martinum V. illis reſpondet, qui Angliam accuſabant, quòd talem fidei corruptorem protuliſſet. *Si qua alia gens* (inquit) *huius faſcinata criminibus colligere dignum ducat paleas* (de Bohemia loquitur, quæ peſtiferum iſtius venenum imbiberat) *quas nos authoritate Sanctorum Antiſtitum cum Clero Regni, & principali terrore diſcuſſimus; quis imputet Anglicis? Mare noſtrum eijcit mortuos noſtros, & terra noſtra dedit fructum centuplum. Quis criminabitur Angliam, quòd populus circumuentus dolo haretico mortuos noſtros colit, & veneratur vt Deos?* An verò vnquam in Bohemiam ſe receperit, deinde reuocatus ſit in patriam VViclefus, mihi incertum. — *An VViclefus in Bohemiam ſe receperit.* Sed magis ex probatis Authoribus colligitur, quendam ex diſcipulis eius, librum eiuſdem de Vniuerſalibus realibus poſt illius mortem comparaſſe, in quo de Iure Diuino, Eccleſiaſtico, & Ciuili, deque Eccleſia, & Clero multa perfidè diſſererentur: Hunc velut theſaurum Pragæ intuliſſe, & diuerſis tranſcriptionibus multis communicaſſe: hinc factum, vt peſtiferum virus per Regnum illud ſpargeretur. Quod oſſa illius perfidi hæretici exhumata ſint, vt comburerentur: in Concil. Conſtantienſi ſeſſ. 8. poſt mortem declaratus eſt notorius hæreticus, ipſiuſque memoria damnata, & decretum, vt oſſa eius exhumarentur, & proijcerentur, ſi ab aliorum Chriſti fidelium oſſibus poſſent ſecerni. Mornæus.

Hic VVicleuiana doctrina capita adiungere poſſemus; qualia à Gulielmo de VVidfrod eius aduerſario proponuntur, qui & nonnulla affingit, vt ei inuidiam conciliet; Verùm, ſat vno verbo dicere, non alia, quoad ſubſtantiam fuiſſe, quàm quæ in noſtrarum Eccleſiarum Confeſſione habentur &c. Pag. 483

SEd non alios ei Articulos Gulielmus de VViford affingit præter condemnatos ab Vniuerſitatibus, & præterea in Concilio Conſtantienſi. Si hos profitetur Mornæus cum ſuis Sinmyſtis, nihil mirum. Nam quemadmodum ille, ſic iſti hæretici ſunt ab Eccleſia Dei proſcripti, & damnati. Inter damnatos VViclefi ab Eccleſia articulos hic erat VI. *Deus debet obedire Diabolo.* Itaq; ex cōfeſſione Mornęi ſuę Eccleſię hunc Articulum profitentur. Artic. XV. erat *Nullus eſt Dominus ciuilis, nullus eſt Pralatus, nullus* — *Qua Mornao tenenda ſint, ſi cum VViclefo con-*

lus eſt Epiſcopus, dum eſt in peccato mortali. XVII. *Populares poſſunt ad ſuum arbitrium delinquentes dominos corrigere.* Caueant igitur ſibi Reges, ac Principes ab iſto aſſertore iurium ſuorum, prout pollicebatur in inſcriptione *ſui Myſterij iniquitatis*, qui huiuſmodi articulos cum ſuis Eccleſijs profitentur. Hos ſuppreſſerat Mornæus, ne ſibi, ac ſuis Regum, ac Principum odium accerſeret, eos duntaxat proponens, qui cum Pontificis, & Eccleſiæ Romanæ dignitate atque authoritate pugnabant.

Pag. 484

Præcipui, qui fuerint in Anglia, VViclefi diſcipuli, tum editis libris, tum martyrio inſignes, ſi pœna faceret Martyrem, & non cauſſa, & Diabolus etiam ſuos non haberet Martyres, vltimò recenſet Mornæus. Ita ſimiles habent labra lactucas. Verùm, quod ſupra citauit Aduerſarius, S. Catharina Senenſis prædixerat, fore in Eccleſia tempus tribulationis, & ſchiſmatis, poſtea verò futuros bonos paſtores, S. Antoninus verò 3. parte Chronic. tit. 23. cap. 14. §. 9. ſub annum 1450. extincto iam ſchiſmate, hęc ſcribebat. *Quod iſta S. Virgo prædixit de tempore tribulationis, & ſchiſmatis, videmus eueniſſe. Quod autem de bonis paſtoribus, & reformatione Eccleſiæ ab illa prænunciatum eſt, nondum aduenit*: Mornæus hâc S. Virginis prędictionem interpretatus eſt adimpletam in VViclefo, & ſuis diſcipulis, qui doctrinam Chriſtianam ab erroribus, & diſciplinā à corruptelis aſſeruerunt. At verò Sancta illa Virgo, in Eccleſia haud dubiè Romana, cuius alumna erat, & in qua Chriſti Fidem, ac doctrinam profitebatur, intelligebat in ſua prædictione futuros illos bonos paſtores, cuiuſmodi haud dubiè fuerunt, & nunc ſunt multi. At VViclefus, & ſui diſcipuli non fuerunt paſtores in Eccleſia Romana Catholica Apoſtolica, à qua fuerūt præciſi, neque eius doctrinam fuerunt profeſſi, cum, vel teſte Mornæo, non aliud docerent, quā quæ in Confeſſione Eccleſiarum Nouatorum Mornæi Symmiſtarum habentur; in quibus longè alia docentur quoad ſubſtantiam, quàm in Eccleſia Romana; igitur de VViclefo, & eius diſcipulis non potuit intelligi prædictio illa S. Catharinæ Senenſis.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum ſexageſimum.

ANno 1378. poſt exceſſum Gregorij XI. ortum ſchiſma graue in Eccleſia Romana. Nam cum Romani armis; Romanum natione, aut ſaltem Italum Pontificem, Galli, præſertim Lemouicenſes, Gallum expeterent. Primùm Romæ electus Bartholomæus Neapolitanus Barenſium Archiepiſcopus dictus Vrbanus VI. qui cum vitia temporum tollere conaretur, nec ipſis parceret Purpuratis iuberet eos, & donis, & muneribus, & Simoniæ labe abſtinere, pompam dimittere, tantamque familiarium turbam, & ęquorum, cum id quod in tales ſumptus conſumerent, Eccleſiæ Romanæ pernitioſos pauperibus, & reſtituēdis corruentibus Baſilicis deberi diceret; Cardinales poſt tertium ab electione menſem Anagniam diſſimulanter, & tandem Fundos digreſſi, fretique authoritate Ioannæ Reginæ Neapolitanæ, vim illatam accuſantes, Robertum Gebennenſem Cardinalem in Pontificē eligunt, qui dictus eſt Clemens VII. & hic Auenionem ſe recepit, vbi vſque ad obitum hæſit. Hunc Reges Franciæ, Caſtellæ, Aragoniæ, Scotiæ, & Regina Neapolitana probarunt. Vrbani Comitia Sanctiora dicebant Italia, Germania, Hungaria, Anglia, & Luſitania. Recitat Paulus Aemilius in Carolo V. ſapiente, Baldi peritiſſimi Iuris Ciuilis, Pontificijque interpretis, & Ioannis Legnani ſacri iuris conſulti pro Vrbano ſententiam. Mornæus ſcribit, hoc ſchiſma per quinquaginta annos continuatum. S. Antoninus per annos triginta duraſſe. Onuphrius diligentiſſimus temporum obſeruator per quadraginta ſeptem annos, ſed finem huius ſchiſmatis refert in annum octauum Martini V. Chriſti 1425. cum Aegidius Munionis Canonicus Barchinonenſis Hiſpanus à duobus Anticardinalibus Paniſcholæ, quò ſe receperat Benedictus XIII. poſt eius mortem Romanus Pontifex, ſeu apoſtaticus contra Martinum V. creatus, & Clemens VIII. appellatus, ſuo prętenſo Pontificatui ſponte renunciauit, & Maioricarum inſularum Epiſcopatum à Martino V. obtinuit. Marius Belga, quondam hiſtoricus Ludouici XII. Gallorum Regis, inter ſchiſmata Eccleſiæ, quæ ſigillatim recenſuit, hoc vigeſimumſecundum ponit, quod ſcribit 40. annis Eccleſiam turbaſſe; Sed vult, tum finem accepiſſe, cum abrogato Pontificatu Ioanni XXIII. Gregorio XII. & Benedicto XIII. in Concilio Conſtantienſi Martinus V. anno Domini 1416. conſenſu omnium Nationum Pontifex eſt electus, & ab omnibus Chriſtianis verus Chriſti in terris Vicarius agnitus. Vrbanum fuiſſe legitimè electum Pontificem, nemini dubium. Nam etſi quiritarentur Galli, ſibi in ſuffragijs vim illatam; tamen, vt ſcribit S. Antoninus, 3. p. tit. 22. cap. 2. *hunc & poſteris diebus, ceſſante iam metu, venerari vt Pontificem perſeuerauerunt, Principibus, ac Communitatibus per Orbem (vt moris eſt) Domini Cardinales per ſuas literas ſolemnes intimarunt Bartholomæum, quem Vrbanum VI. nuncuparunt, canonicè ab eis electum in Romanum Antiſtitem.* Et Theodoricus à Nyem de hoc ſchiſmate loquens lib. 1. cap. 3. ſcribit, coronato per ipſos Cardinales Vrbano VI. nullum fuiſſe tum rumorem, *etiam inter Cardinales, & alios quoſcumque,* quod

Vrbanus VI Gregorij XI. ſucceſſor.

Clemens VII. Antipapa contra Vrbanū VI. electus.

Quam diu continuatum ſit hoc ſchiſma.

Vrbanus legitimè electus.

Digitized by Google

quod idem Vrbanus non eſſet verus Papa, aut quod minus canonicè fuiſſet electus. Immò omnes ipſi Cardinales tunc temporis ſcriptis, & dictis publicè dicebant, omnibus etiam ſecum de ipſo Vrbano conferentibus, quoniam ipſe Vrbanus eſſet verus Papa, & canonicè, ac concorditer per ipſos electus: & hæc eſt veritas (inquit) *nec potuit re vera negari.*

Pag. 485 Mornæus agit primò de Vrbano, acturus poſtea de Clemente, & ex Theodorico à Nyē, qui ſatis fusè de hoc ſchiſmate, & de moribus Vrbani, cui fuit à ſecretis, ſcribit, multa colligit. Refert igitur ex eo primū, Vrbanū ante Papalē honorem fuiſſe *humilem, & deuotum, & retrahentem manus ſuas ab omni munere, inimicū, et perſecutorē Simoniarum, zelatorem Caſtitatis, & iuſtitiæ.* Subiungit,

Ex his quæ ſequentur procliue fuerit iudicare, hypocriſis ne fuerit, an affixa ſedi peſtilentia habitum ei de repente immutarit.

Mornæi blaſphemia in Sedem Apoſtolicā

IN hoc atrocem iniuriam Sedi Apoſtolicæ infert hæreticus. Vt ſcribebat magnus Ennodius in ſuo Apologetico pro Synodo cap. 5. *Non nos Beatum Petrum à Domino cum ſedis priuilegijs, uel ſucceſſores eius peccandi iudicamus licentiam ſuſcepiſſe. Ille perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ miſit ad poſteros: quod illi conceſſum eſt pro actuum luce, ad illos pertinet, quos par conuerſationis ſplendor illuminat. Quis enim ſanctum eſſe dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? in quo ſi deſint bona acquiſita per meritum: ſufficiunt, quæ à loci deceſſore præſtantur. Aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eriguntur illuſtrat*; vt qui ad apicem tantę dignitatis perueniunt, Sancti inde magis efficiantur, quàm deteriores euadant. Horrenda itaque eſt hæc blaſphemia, peſtilentiam ſedi affixam Vrbano VI. habitum de repente immutaſſe. Multa quidem Pontifice geſſit indigna, crudelis, ac ſanguinarius homo fuit; verùm non ei hęc ſacroſancta dignitas vitia, ſeu prauos mores intulit. Sed quibuſcumque fuerit ille moribus, ſiue ante Papatum ſiue in Papatu ſimularit Sanctitatem nec ne, conſtat eum legitimum fuiſſe Pontificem: & ipſe Theodoricus à Nyem lib. 1. de ſchiſmate cap. 2. ſcribit, Cardinales in eundem Vrbanum in ipſo Conclaui, quod aſſumeretur in Papam per electionem vniformem, ſcilicet nemine ipſorum diſcrepante factam, ſimul concordaſſe. & cap. xv. refert, Carolum Imperatorem, & Ludouicum Regem Hungariæ ſcripſiſſe ad Clementem, & eius Cardinales, cum adhuc eſſent Fundis, ipſos rogando, *ut ab incæpto ſchiſmate reſilirent, & Vrbano, quem ipſis Regibus, & toti Chriſtianitati generalem Pontificem paulo ante dederant, ut Summo Pontifici obedirent, adicientes, ſi ſchiſma illud procederet ulterius, multa inde mala Chriſtianitati ſucceſſura.* Sed & magnus ille Antiſtes Eccleſiarum reformatarum VViclefus à Mornæo tantopere celebratus habuit, ſicut & reliqua Anglia, Vrbanum VI. loco legitimi Pontificis, & Summi in terris Chriſti Vicarij, ſuam doctrinam eius cenſuræ ſubiecit, vt probaret, ſi orthodoxa; emendaret, ſi erronea eſſet: & inter eius Articulos condemnatos in Concilio Conſtantienſi nonus hic eſt: *Poſt Vrbanum VI. non eſt aliquis recipiendus in Papam ſed viuendum eſt more Græcorum ſub proprijs legibus.* Certè qui negat, aliquem recipiendum in Papam poſt Vrbanum VI. eo ipſo fatetur, & Vrbanum VI. & Romanos Pontifices, qui ante Vrbanum in Petri Cathedra ſederunt, legitimos Chriſti fuiſſe Vicarios. Ita vero dignitatem Vrbani defendimus; vt tamen mores illius omninò inculpatos fuiſſe, contendere nolimus. Sic de eo ſcribit S. Antoninus, ſanctitate, & doctrina præſtans, præterea veritatis amantiſſimus 3. p. tit. 22. cap. 2. *Fuit in homine illo natura inquieta, & dura: & tunc præter ſpem ad tantæ dignitatis faſtigium ſubleuatus, intolerabilis videbatur. Nulla patribus gratia, quòd ſe potiſſimùm delegiſſent, nulla humanitas, nulla conciliatio animorum; ſed contumax, & minabundus, & aſper malebat vitari, & metui potiùs, quam diligi. Ea peruerſitas Patres induxit metu, & indignatione aliorsùm reſpicere. Itaque clam inter ſe de electione conqueſti, cum & metum, & violentiam populi Romani accuſarent, abire à nouo Pontifice fermè omnes cœperunt &c.* *Quid in Vrbano VI. reprahendendum.* Ita videtur faſtus nimius repræhendendus, minimè ſilentio prætermiſſus à Mornæo, quem ille faſtum oſtendit erga Othonem Ducem Brunſuicenſem, cum ei potum præberet in collatione, & ſcyphum de manibus tanti Principis, ſtatis coram eo diu genibus flexis, recipere tardauit: vbi tamen nulla iniuria facta ipſi Principi, neque ſupra dignitatem Pontifici Vicario Chriſti in terris delatus fuit ille honor: & Otho ipſe poſtea omnem operam adhibuit, vt ſchiſmati occurreret: & vſq; ad mortem verum Pontificem Vrbanum coluit, & veneratus eſt. Teſtimonium Onuphrij in Epitome Romanorum Pōtificum, Scriptoris accuratiſſimi de Vrbano VI. minimè ommittendū. *Quàm inimicus fuerit vitiorū* *Fuit Vrbanus VI. vitiorum omnium inimicus, & Simoniæ, quæ tunc maxime in Curia Romana vigebat, maximus perſecutor; adeo vt eius ſumma ſeueritas pro maxima iniuſtitia interpretaretur. Nullus Pontifex fuit, qui magis Cardinalium petulantes animos frænarit, & quem magis Cardinales ipſi, & omnes Curiales timerent.*

De Ioanna Siciliæ Regina. Quod de Ioanna Siciliæ Regina ex Theodorico à Nyem refert Mornæus, eam ob Vrbani ad Papatum promotionem gauiſam fuiſſe, valde, præter alia grandia donaria 40000. ducatorum, in auro partim, & partim in moneta argentea deſtinaſſe. Pag. 485 Sed eam oportuit poſtea mutaſſe ſententiam. Siquidem (vt ſcribit Platina in Vrbano VI.) *Cardinales qui ab Vrbano defecerāt, Ioāna Regina fauente, Cardinalem Gebennenſem, qui antea Legatus in Italia fuerat, Pontificem eligunt, eique Clementi VII. indicta appellatio eſt.* S. Antoninus 3. parte Chron. tit. 22. cap. 2. *Regina Apuliæ Ioanna cum percepiſſet Cardinales male contentos, & minus quietos de electione facta per eos, ac etiam ſuſpectum haberet ipſum Vrbanum, ne ſibi aduerſaretur in facto Regni ſui; eis ſecretò ſignificauit, ad Ciuitates Regni tutò poſſe accedere, ſi quid aliter prouidere diſponerent; unde & de ſecuritate confiſi, illuc acceſſerunt.* Scribunt, Nauclerus, volum. 2.

Digitized by Google

volum. 2. Generat. 47. anno 1381. Othonem Ioannæ Reginæ maritum Vrbanum ad finem vſque pro verò Pontifice habuiſſe; ſed cum eo Reginam nō conſenſiſſe; & S. Antoninus §. 2. Vrbanum Regno Apuliæ eam priuaſſe, & Carolum ex Hungaria adſcitum, ad Vrbem accedentem in Regem Apuliæ inunxiſſe, quia præſtiterat locum ad faciendum ſchiſmata, & Clementi obedientiam exhibuerat.

De creatione nouorum Cardinalium ab Vrbano facta de Caſtello S. Angeli, cui Gallus præerat nomine Clementis, fame ad deditionem coacto, & de eiuſdem Vrbani conſilio de nepote ſuo honoribus extollendo, ſpoliatione, & denudatione ſacrarum Ædium ab ipſo Pontifice, Caroli IV. Imperatoris. & Ludouici Regis ſtudio ad ſchiſma componendum adhibito, de Carolo Dyrrachino ex Hungaria euocato, & Rege Siciliæ creato, Carolo ipſo a Neapolitanis in Vrbem contra Ioannam Reginam recepto, Othone Ioannæ Reginæ marito inſidijs a Carolo paratis intercepto, & carceri tradito, ipſa Ioanna cum arcis deditione Carolo vendita, eiuſque iuſſu iugulata, quæ omnia hic breuiter perſtringit Mornæus, legi poteſt qui fuſiùs, ea complexus eſt, Theodoricus à Nyem lib. 1. de ſchiſmate, pluribus capitibus; nec enim hæc diligentiùs percurrere, aut hiſtorias repetere noſtri eſt inſtituti. De Cardinali item de Sangro refert idem Theodoricus a Nyem, lib. citato ca. 51. quod cum iuſſu Vrbani crudeliſſimè torqueretur iuſtum Dei in ſe agnouerit iudicium. *Nobis* (inquit ille Author) *aſtantibus dixit: Videte fratres, alias fui glorioſus, & magnus in hoc ſæculo, vt vos ipſi vidiſtis; nunc autem ſum miſerrimus omnium, & deſpectus, & vtinam mihi daretur hoc pro gratia ſingulari, quod nihil habens per mundum tanquam pauper Presbyter in vita mea mendicare, ſicque vitam defendere poſſem. Sed, proh dolor, tribulatio, & anguſtia mihi Dei iudicio reſeruata ſunt, pro eo quòd exercendo Legationis officium in hoc Regno pro Domino noſtro Papa, non peperci Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & alijs Eccleſiaſticis Prælatis, & Clericis, aut ſtatui, vel ætati, credens, in hoc me ſibi placere.* Sic tanquam alteri Adonibezec, Iudic. 1. ſicut alijs fecerat, ita reddidit illi Deus. Nam crudelitatem eius in Regno Siciliæ cum Legationem ageret, in Archiepiſcopos Epiſcopos, Abbates, Presbiteros, Clericos, qui Reginæ Ioannæ adhærebant, abundè refert Theodoricus à Nyem cap. 26. Hunc verò Cardinalem cum aliquot alijs detrudi iuſſerat Vrbanus in carcerem, & quæſtioni ſubijci, quòd delati eſſent agitaſſe quæſtionem de coercenda poteſtate Pontificis, prout refert idem Theodoricus à Nyem cap. 42.

De Cardinali de Sangro.

Nunc de Clemente Aduerſarius:

Pag. 487 *Nec interim otiabatur Clemens homo, inquit Author, pluribus indigens, ac ſumptuoſus largæ conſcientiæ &c.*

De moribus huius Clementis VII. Antipapæ Vrbano VI. oppoſiti, legi poteſt Theodoricus a Nyem lib. 1. de ſchiſm. cap. 3. & 4.

Non prætereundum ſilentio, quod de hoc ſchiſmate ſcribunt S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 22. cap. 2. §. 2. & Nauclerus, Generat. 46. anno 1379. *Multæ diſputationes* (inquit S. Antoninus) *factæ ſunt circa iſtam materiam, multi libelli editi pro vtriuſque partis defenſione; peritiſſimos viros in Sacra pagina, & iure Canonico habuit toto tempore illo, quo durauit id ſchiſma, vtraque pars, ſeu obedientia, ac etiam religioſiſſimos viros, &, quod maius eſt, etiam miraculis fulgentes; nec unquam ſic potuit quæſtio illa decidi, quin ſemper remaneret apud plurimos dubia. Nam etſi neceſſarium ſit credere ſicut unam eſſe Catholicā Eccleſiam non plures, ita & unum eius paſtorem, Vicarium Chriſti, iuxta illud Ioan. 10. Fiet unum ouile, & unus paſtor; tamen ſi contingit plures creari per ſchiſma, ſeu nominari Pontifices Summos uno, & eodem tempore, non uidetur ſaluti neceſſarium credere iſtum, uel illum, ſed alterum eorum, ſcilicet qui fuerit canonicè aſſumptus. Quis autem fuerit canonicè electus, non tenetur quis ſcire, ſicut nec ius Canonicum; ſed in hoc populi ſequi poſſunt maiores ſuos, ſeu Prælatos.* Extat apud Gerſonem 1. p. Operum Epiſtola Caroli VI. Regis Frācorum, qua teſtatur, Carolum V. patrem, & prædeceſſorem ſuum ſuaſum multis, vehementibuſque rationibus deliberaſſe tum adhærere Clementi dicto VII. quem Collegium Cardinalium iureiurando aſſeruit in vita, & in morte, atque publicauit, ſe Canonicè in Summum Pontificem, & verum Chriſti Vicarium ſponte, & concorditer elegiſſe. Nemo certè citra iniuriam ſchiſmaticum fuiſſe Carolum V. Chriſtianiſſimum Regem dicet. Refert Mariana lib. 18. de reb. Hiſpaniæ cap. 4. tum à Rege Caſtellæ ſelectos viros prudentiſſimos de hac controuerſia iudicaturos, Salmanticæ conuentu habito Vrbani cauſſam vt vitio creati auerſatos, Clementem Pontificem quaſi liberis Comitijs electum ſalutaſſe Auenione morantem. Nemo tamen, tanquam ſchiſmaticos illos populos à communione Eccleſiæ excluſos, aut extra ſalutis ſtatum fuiſſe, citra temeritatem aſſeuerabit. Etſi enim in numero Pontificum Romanorum legitimus Pontifex ſit Vrbanus VI. non Clemens ille VII. non deerant tamen rationes valde probabiles & a parte Clementis, & poterant prudenter credere Cardinalibus electoribus non Vrbanum, ſed Clementem ab eis Canonicè aſſerentibus. S. Antoninus 3. p. tit. 22. cap. 2. *Aſſerebant obedientiales Clementis, ſuum eſſe uerum Papam ex electione eius canonica, ut pote libera, non coacta; non illam Vrbani, quia metu coactam, & ideo ipſum Antipapam, & eius ſequaces ſchiſmaticos, & excommunicatos. E contrario obedientes Vrbano Clementem affirmabant apoſtaticum, non Apoſtolicum, cum electio Vrbani fuerit canonica; et hoc proteſtati fuerunt Electores ipſi per uniuerſum Orbem literis ſuis;* & poſtea, ceſſante omni metu venerati ſunt ipſum Vrbanum vt Petri ſucceſſorem, & Chriſti Vicarium: & Regula iuris eſt: *Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poſſit.*

Quàm incertum fuerit Vrbanusne, an Clemens eſſet Pontifex legitimus.

Quid ad ſalutem in eiuſmodi incertitudine requiſitum.

Qui Clementi VII adhærenēs ſchiſmatici.

Vrba-

Ioannam Reginam Neapolitanam Vrbanus Apuliæ Regno priuat, idque tradit Carolo Dyrrachij Duci.

Vrbanus VI. infenſus Ioannæ Reginę Neapolitanæ, quòd ab eo defeciſſet ad Clementem, & ſchiſma promouiſſet, locum in ſuo Regno concedens, vbi Cardinales liberè poſſent alium ei Pontificem, ſeu potius Pſeudopontificem ſubrogare, eam Regno priuauit, ſcripſitque ad Ludouicum Regem Hungariæ, vt Carolum Dyrrachij Ducem, qui ſub eius auſpicijs contra Venetos militabat, ad ſe decenti inſtructum exercitu mitteret, ſe eum conſtituiſſe in Regem Neapolitanum inungere. Ludouicus eo nuncio gauiſus, tum quòd hac ratione vindicaret mortem fratris ſui Andreæ, Ioannæ mariti, & eiuſdem ſcelere necati, tum quòd cum maſcula prole careret ſecurum redderet Regnum Hungariæ Marię filiæ maiori, quam in ſpem Regni Sigiſmondo Caroli Cæſaris filio deſponderat, quam facile impediturus videbatur Carolus, ſi decedente Ludouico, in Regno Hungarię præſens adfuiſſet; cum nihilominus poſtea, mortuo Ludouico, ex Italia fauore militarium Procerum accerſitus ſit, & Regnum contra legitimam hæredem occupare ſtuduerit. Ille igitur Romam veniens ab Vrbano benignè ſuſcipitur, & Regni Apuliæ ab eodem coronam ſuſcepit. Contra Clemens, ne Regina ſui ſtudioſiſſima euerteretur, author fuerat, vt illa Ludouicum Andegauenſem, Caroli V. Regis Francorum fratrem, & Caroli VI. patruũ in ſpem Regni adoptaret. Ille igitur, à Clemente VII. Regni diademate ſuſcepto, Prouinciam armis occupat, in Italiam copioſum exercitum ducit, & cum ſpes eſſet, eum potiturum Regno, morbo an veneno, *vtrumq; enim traditur* (inquit Paulus Aemilius in Carolo VI. anno 1380.) deceſſit. Sed qui Regnum obtinebat Carolus Vrbani beneficio, erga eum ſe ſe ingratiſſimum oſtendit, cum aliquando eum cuſtodię mancipa-

Quid contra Clemens

Carolus erga Vrbanum ingratiſſimus,

rit, arcem Luceranam, in quam ſe receperat, obſederit, vnde vix opera quorundam euaſerit, Genuenſium Triremibus inſtructis, paratiſque impoſitus. Verum cum eſſet mortuus Ludouicus Rex Hungariæ, Carolus miſſis ad eum Oratoribus inuitatus eſt ad id Regnum ſuſcipiendum: quò cum applicuiſſet, de conſenſu Principum, & populorum coronam accepit Hungariæ, aut potius Tyrannicè illud Regnum inuaſit; cum legitima hæres eſſet Maria Ludouici primogenita, in ſpem Regni educata, & Sigiſmondo Caroli IV. Cæſaris, & Bohemiæ Regis filio deſponſata. Itaque indignè ferens Eliſabeta vidua Ludouici Regis, tantam iniuriam fieri filiæ, eum tanquam tyrannum, & inuaſorem dolo interfici curauit, *fortè* (inquit Antoninus) *in vindictam ſceleris in Vrbanũ perpetrati.* Certe Bonfinius in Hiſtoria Hungarica Decad. 3. lib. 1. anno 1384. de cæde ei illata: *Corpus in Andreæ æde* (inquit) *ſine pompa reconditum, paulò poſt neſcio quomodo effoſſum multos annos ſibi ſpectatores allexit.* Poſt: *Inhumati corporis infælicitatem hinc illi plerique ſuſpicantur, quòd Pontificio anathemate mulctatus obierat. Anathematis ipſe cauſa fuerat, quia annua ſacro ærario tributa pendere recuſarat. Cum diro ſupplicio hic foret obnoxius, cadauer infamia carere non potuit.* Certè Antoninus 3. p. Chronic. cap. 1. §. 5. *Mortuus delatus fuit ad quandam Eccleſiam ſine honore, quinimmo, quia excommunicatus fuerat ab Vrbano, ſepultura Eccleſiaſtica caruit, iuſtè Deo ſibi retribuente ſecundùm opera eius, qui matrem propriam,* (vt dicitur in chronico) *interire fecerat, & Eccleſiam perſecutus fuerat.* Hic igitur fuit Caroli Parui finis: qui cum in Ludouici Regis hæredem ſe impium & ingratum exhibuerit (non mirum ſi & in Pontificem Vrbanum) præ nimia regnandi libidine, haud immeritò has pœnas exoluit.

Idem Hungariæ Regnum tyrannicè inuadit.

Interficitur: quid de eius cadauere: quam ob cauſam.

De Franciſco Prægnano, ſiue Butyllo, Pontificis Vrbani nepote, eius ſceleribus, maximè inceſtu in Sacram Virginem Monialem Ordinis Sanctæ Claræ commiſſo, vltimo ſupplicio per Regem illi decreto Pontificis cum Rege, contentione pro eo liberando, & à Regis ſententia vindicando, quod conteſtaretur Pontifex, ſe in eo Regno ſuperiorem dominum eſſe, quo præſente Rex Regni Procerem plectere non poſſet; qua ratione pax inita inter Pontificem, & Regẽ opera Cardinalium, & Pregnanus ipſe regi reconciliatus, vxore ducta magni iuſtitiarij regni filia, Regi ipſi propinquitate coniuncta, & 70000. florenorum ei ſingulis annis pro cenſu aſſignatis, donato præterea caſtro Luceriæ cum eius Burgo, Villis, & pertinentijs omnibus, refert Theodoricus à Nyem lib. 1. de ſchiſmate cap. 33. & 34. Sed Butylli illius flagitia non defendimus, neque eò commendamus Pontificem, quod promouendi flagitioſi nepotis adeo ſtudioſus fuerit, eiuſque crimen manere voluerit impunitum. Pag. 487

De tractatu Cardinalis Reatini, & aliorum contra Vrbanum, nempe de eodem in ordinem cogendo, eiuſque poteſtate coercenda, eorum examinatione per tormenta, inhumanitate in eoſdem, ac tandem morte crudeliſſima eis illata, fusè idem author Theodoricus à Nyem lib. 1. de ſchiſm. cap. 42. 45. 50 51. 52. 56. 57. 60. Conſpirarintnè in illius vitam, ac dignitatem Cardinales; vt iuſtam habuerit cauſam eis mortem inferendi, nouit Dominus: at certè tanta crudelitas Tyrannum, non Pontificem decebat, cui tamen cauſſam dedere Cardinales ipſi, Antipapam ei opponendo, & pacem Reipublicæ Chriſtianæ perturbando. Krantzius lib. 10. Saxoniæ cap. 11. *Captos Cardinales miſerabiliter excarnificauit. In equuleum ſuſpenſos quæſtionibus interrogauit ſanguinarius, Tyranno ſimilior, quàm Pontifici. Apud Genuam nonnullos aquis iuſſit mergi.* Pag. 487

Hæc quidem omnia diligenter collegit Mornæus. Sed quid inde concludet contra Sedis Apoſtolicæ dignitatem, aut Romani Pontificis authoritatem? Nam, vt dicebat D. Auguſtinus lib. 2. contra literas Petiliani Donatiſtæ cap. 47. *Memento, Sacramentis Dei nihil obeſſe Mores malorum hominum, quo illa vel omnino non ſint, vel minus Sancta ſint, ſed ipſis malis hominibus; vt hæc habeant ad teſtimonium damnationis, non ad adiutorium ſanitatis;* Ita in malo Pontifice nihilominus Sacroſancta eſt dignitas à Chriſto Domino inſtituta. D. Auguſtinus ibidem cap. 48. quomodo ſit Sancta Vnctio, & dignitas etiam in homine impio ſic oſtendit: *Quæro, ſi non habebat Saul Sacramenti ſanctitatem, quid in eo David venerabatur?*

Pontificia dignitas & authoritas in malo etiam Pontifice perſeuerat.

Digitized by Google

tur? Si autem habebat innocentiam, cur innocentem perſequebatur? Nam eum propter Sacroſanctam Unctionem, & honorauit viuum, & vindicauit occiſum; & quia vel panniculum ex eius veſte præſcidit, percuſſo corde trepidauit. Ecce Saul non habebat innocentiam, & tamen habebat ſanctitatem, non vitæ ſuæ (nam hoc ſine innocentia nemo poteſt) ſed Sacramenti Dei, quod & in malis hominibus Sanctum eſt. Etſi igitur non haberet innocentiam, & ſanctitatem vitæ Pontifex ille, in quem tot, & tanta eo indigna ex Scriptoribus collegit Mornæus; tamen vnctio ſacra, Pontificia, inquam, dignitas in eo Sancta erat, & ab omnibus veneranda; alioqui enim in Saule impio ipſum Sacramentum Vnctionis Sanctum non fuiſſet, nec à Dauide in vita, & poſt illius mortem tantopere honoratum.

Iubilæum ad trigeſimumtertiũ quemque annũ redactum. De abbreuiatione Iubilæi per Vrbanum anno primo ſui Pontificatus, Chriſti 1378. ad ſingulos triginta tres annos, cum prius quinquageſimo quoque anno celebrari conſtituiſſet Clemens VI. & indictione eiuſdem in annum 1388. ad diem feſtum Natalis Domini inchoandi, & de morte eiuſdem Vrbani legendus ſupra citatus Author Theodoricus à Nyem li.1. de ſchiſm. cap.68. & 69. De ea generali indulgentia Iubilæi ſcribit S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 22. cap. 2. §. 14. non in tanta fuiſſe deuotione Fidelium, ſicut illa de centenario, & poſtea de quinquagenario; Vnde & modicus fuit in Vrbem concurſus propter talem indulgentiam, & de morte eiuſdem: *In Septembri Vrbanus Romæ diem clauſit extremum anno Domini 1389. Eccleſiamque dimiſit ſatis depauperatam, & conquaſſatam. Et à quibuſdam fuit opinatum, eum veneno fuiſſe extinctum, ex eo quòd corpus eius multum intumuit etiam poſt mortem, & Credentiarius eius paulo poſt eum migrauit.* *Obitus Vrbani VI.*

Quod dignum notatu iudicauit Mornæus,

Pag.489 *Eliſabetam Hungariæ Reginam, cum Carolo Dyrrachino Apuliæ Regi ad conuiuium inuitato, inter epulas Budæ ceruicem amputari iuſſiſſet, Vrbano enſem eius ſanguine cruentum, quò truncatus fuerat, gratificaturam tranſmiſiſſe, quem Vrbanus tanta cum voluptate acceperit, vt ab eius conſpectu diuelli non poſſet*

Enſem quo Carolus obtruncatus fuit, ad Vrbanũ ab Eliſabeta miſſũ improbabile eſt. EQuidem certum eſt, Vrbanum Caroli nomen habuiſſe valde exoſum, vt, quamuis multis precibus ab eo id contenderent, dum Genuæ eſſet, Florentinorum, & aliarum Ciuitatum Oratores, exorari non potuerit, vt corpus eius fineret mandari Eccleſiaſticæ ſepulturæ, & erga vxorem eius viduam, ac filios Clementem, & miſericordem ſe exhiberet; tamen id nullo modo probabile, enſem, quo truncatus fuerat Carolus, ab Eliſabeta ad eum tranſmiſſum, cum, præter alia argumenta, inter cædem Caroli, & mortem poſtea illatam Eliſabetæ, nihil fere temporis interceſſerit; vt non fuerit illi commodum nuncios, & literas ad Vrbanum mittere. Addo, id vnum Collenutium referre lib. 5. anno 1386. qui multa alia mentitur, neque id omiſſurum fuiſſe Theodoricum à Nyem, qui reliqua inhumanitatis acta ipſius Vrbani in ſuum Tractatum de ſchiſmate diligentiſſimè congeſſit, ac reliquos rerum Hungaricarum ſcriptores. Sic etiam mendacium eſt apertiſſimum, quod ſubijcit Mornęus de eodem Carolo. *Carolũ ceſſiſſe iura Regni Eliſabetæ mẽdacium eſt Mornæi.*

Carolus ille licet, omnia regni iura Eliſabetæ, & ceſſurus venerat & iam ceſſerat;

VT mirer, qui hiſtoriam hanc ignorarit; aut ſi eam ſciuit, qui tam impudenter mentiri voluerit. Nam Carolus Regno ſe abdicare, & ſceptro cedere Mariam iuſſit, Ludouici Regis defuncti, & Eliſabetæ filiam primogenitam, ac legitimam Regni hæredem: Regnum vi ac tyrannide occupauit, & eò neceſſitatis Reginas Tyrãnus adegit, vt, quando nulla eſſet alia via ſuum ius repetendi, ei mortem inferri procurarent. Quod vero ius ille habebat in Regnum Hungariæ, vt illud cederet Eliſabetæ? Neque enim legitima hærede exiſtente, Regni Proceres, & populi in eum dignitatem regiam transferre poterant. Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm quod habet: & Regnum illud ſucceſſione non modò maſculis, ſed &, his deficientibus, fœminis, non electione, transferebatur: & iam antea Maria, vt refert Bonfinius in Hiſtoria rerum Hungaricarum Dec.3. lib.1. anno 1381. ſubſequentibus Antiſtitum; Procerum, Nobiliumque ordinibus Albam ducta, ritè coronata fuerat, & in eam omnes conſenſerant: & quod ſemel placuerat, ampliùs diſplicere non poterat. Carolus igitur ſcelere Regnum inuaſerat, nec vllum ius habebat, quod Eliſabetæ, vel Mariæ cederet.

Quod attinet ad librum, quem Mornęus citat, Ioannis de Therano Cubicularij Vrbani VI. quo velit, Chriſti verba, *Reddite Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & quæ ſunt Dei, Deo,* ad tempus tantùm locum habere, nempe ad Aſcenſionem vſque; poſt Aſcenſionem vero, cum dixerit Ioannis 12. *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum,* Reges nempe, & Regna in Pontificum imperiũ contrahenda eſſe, quos proinde Reges Regum, & Dominos dominantium eſſe concludit: Reſpondemus, parum nobis eſſe curæ, quid ille ſenſerit, vel ſcripſerit. Scimus enim, longè aliam eſſe mentem Chriſti, & vtramque poteſtatem, tum Pontificum, tum Regum, ac Principum ſuo ordine eſſe ſupremam: illam ſpiritualem, ad ſalutem animarum inſtitutam, ad ordinem gratiæ potiſſimùm ſpectare, & longè ſuperioris ordinis eſſe qualibet temporali, vel Ciuili poteſtate: hanc temporalem ad ordinem naturæ pro Reipublicæ humanæ regimine in primis ordinatam: ſine vtraque non poſſe Chriſtianam Rempublicam conſiſtere, vtramque mutuò ſe iuuare, neutram in alterius iura inuadere debere. Pag.489 *De loco Ioannis de Therano à Mornæo citato.*

re. Dicimus hanc fuiſſe ſemper, & eſſe mentem Pontificum; neque Authorem illum, quiſquis fuerit, iuſſu, aut authoritate Vrbani VI. ſuperiora ſcripſiſſe. Mornæum verò, & ſuos Reipublicę Chriſtianæ perturbatores eſſe, qui Pontificum authoritatem conuellere, & iura velint conculcare.

Pag. 489 Quæ refert ex Nicolao de Clemangis de ipſo Clemente, dicto VII. nihil ad nos, qui eum Antipapam fuiſſe, ſchiſmaticum, & Apoſtaticum dicimus: & ſi verus fuiſſet Pontifex; nec iſta dignitati, ac ſanctitati officij quidquam officerent. Quod ſe mutuò proſcinderent, alter alteri *hæreticus, ſchiſmaticus, zizaniarum ſeminator eſſet &c.*

Vrbani cauſſa potior, quam Clementis.

Verùm longè potior, vel ex teſtimonio ipſius Clementis ſeptimi, cauſſa Vrbani ſexti. Nam vt referunt Froiſſardus vol. 3. cap. 24. Et Paulus Aemilius in Carolo V. Cardinalis ipſe Gebennenſis qui Clemens VII. Antipapa, electioni Vrbani non modò interfuerat, & ſuffragium tulerat, verùm etiam poſtea ſcripſerat ad Comitem Flandriæ, electum Vrbanum omnium conſenſu, ritèque: & Flander, ac Britannus literis Gebennenſis adducti, ab Vrbano deinceps firmi ſtetere, Gebennenſi ante exortam æmulationem affirmanti potius, quàm, cùm poſtea de Pontificatu certaret, neganti credentes. De ſententijs eorum, & proceſſibus in alterutrum legi item poteſt Theodoricus à Nyem lib. 1. de ſchiſmate cap. 19. Verùm in hoc conſiderandum, quis eſſet ritè inſtitutus Pontifex, aut quis intruſus. Siquidem ſententia à non iudice, ſeu non ſuperiore, cuiuſmodi Antipapa, nulla eſt. Mornæus.

Pag. 490 *Defuncto Vrbano, Cardinales ſuæ obedientiæ Petrum de Thomacellis Neapolitanum in Papam eligunt, qui fuit Bonifacius IX.*

VIxerat in Pontificatu Vrbanus annos vndecim, menſes ſex, dies ſeptem, Onuphrius in Chronico Eccleſiaſtico. Cui ſucceſſit anno 1399. Bonifacius IX. antea dictus Petrus, è familia Thomacella Neapolitanus, Cardinalis S. Anaſtaſiæ. In hunc more ſuo multa colligit Mornæus ex Theodorico à Nyem, & alijs Scriptoribus, vnde Sedis Apoſtolicæ exiſtimationem lædi putet. De eo tamen Authores grauiſſimi, ac fide digni valde honorificè loquuntur. Platina: *Hic etſi annorum circiter triginta* (alij annorum quadraginta quinque fuiſſe volunt) *dum Pontificatum inijt, ita tamen deinceps vixit in tam florida ætate, & tanta peccandi licentia, vt nulla ei libido, nulla voluptas impingi, vel obijci poſſet. Iuuentutem certè cum ipſa ſenectute commutaſſe videbatur. Fuit præterea tanti animi, conſilijque, vt primus populi Romani vim omnem in Pontificē transtulerit, creatis ſuo nutu Magiſtratibus omnibus, munitaque S. Angeli arce in mole Hadriani ſita ad Tiberis pontem &c.* Non erat itaque rebus adminiſtrandis ineptus, quod ſcribit Mornæus. De eo ita ſcribit S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 22. cap. 3. *Licet non eſſet in ſcientia peritus, tamen bonæ conditionis naturalis, & gratioſus habebatur: & ſatis prudens inuentus eſt in regimine temporali, & præterea tanti animi, vt primus populi Romani vim omnem in Pontificem transtulerit, creatis ſuo nutu Magiſtratibus omnibus &c.* Hoc tamen ſubiungit, quod *eius tempore valde infamis habebatur Curia de labe Simoniaca; vt beneficia non tam meritis conferrentur, quàm plures pecunias offerentibus. Et repleuit orbem terrarum indulgentijs plenarijs, ita vt paruæ Eccleſiæ in ſuis feſtiuitatibus paruo pretio eas obtinerent pro porrigentibus manus adiutrices in ſubſidium earum. Eaſdem tamen circa finem ſui Pontificatus, omnes, quas contulerat, reuocauit ſub eo prætextu, vt potius eleemoſinæ, quæ pro huiuſmodi fiebant Eccleſijs, conuerterentur ad reparationem tectorum Eccleſiæ Sancti Pauli iuxta Vrbem, quæ corruerant.* Eadem ſcribit Nauclerus, Generat. 47. anno Chriſti 1389. Et Krantzius in Metropoli lib. 11. cap. 10. citatus à Mornæo ſcribit, quod *gratias, & indulgentias fecit inauditas, & quàm facilè dedit, tàm leuiter reuocauit, fabulas excitans in Orbe Chriſtiano, quod auro expleri non poſſet.* Subiungit: *Et à multis Apoſtolica Sedes venit in contemptum, nonnullis ad neutralitatem inclinantibus, alijs etiam incipientibus iuſtificare partem Pontificum in Auenione, quòd Vrbanus de crudelitate, Bonifacius de auaritia inſigniter notaretur.* Scribit Platina, quod *huic Pontifici ad ſummam gloriam nihil defuiſſet, niſi affinium, & cognatorum affinitatibus obtemperans, aliquam notam contraxiſſet. Multa enim crimina per Simoniacam prauitatem committebantur, petentibus contra ius, faſque omnia tum fratribus, tum cognatis. Indulgentiæ vero, & quidem plenariæ, ita paſſim vendebantur, vt iam vileſceret, clauium, & literarum Apoſtolicarum authoritas.* Certè ſi, conſcio Pontifice, Simonia committebatur; nullam ille excuſationem meretur, & ratione præterea ſcandali grauiſſimi peccabat, quòd Sedes Apoſtolica veniret in contemptum, & ille in ſuſpicionem auaritiæ. Sed inde non rectè concluditur, eum non habuiſſe authoritatem concedendi indulgentias, eaſque, vbi videretur, reuocandi.

Bonifacius IX. Vrbani VI. ſucceſſor.

Quàm laudatus.

In quo reprehenſus.

Anno 1400. more veteri celebrauit Romæ Iubilæum, *quo innumera fere hominum multitudo* (ait Platina) *venerat.* Notabile ſacrilegium id vocat Mornæus. cuius occaſione adeptus ſit Vrbis dominium. Nam occaſione inſtantis anni Iubilæi, Legati Romanorum eum adeunt, cum eſſet Aſſiſij, rogantes, vt Romam proficiſceretur. Quod vt faciliùs impetrarent, rem gratam illi facturi Bandereſios tollunt, & Malateſtam Pandulphi filium ex nobilitate externa, ſecundùm Pontificum inſtitutum, in Senatorem recipiunt; inſuper pecunias dant Bonifacio, quò ei proficiſci ad Vrbem liceret, præſidium, quo eius ſecuritati conſuleretur, in Vrbem admittunt.

Pontifex adipiſcitur Vrbis dominium quo pacto.

Itaque eo redacti Romani (inquit Mornæus) *lucri ex illis nundinis cupidi, vt benedictionem Iubilæi libertate ſua redimerent.* Pag. 491

SEd de Sacro anno Iubilæo quorſum inſtitutus, quis finis, & effectus, iam alibi diximus. Sacrilegium eſt homini, ſed ſacrilego, & hæretico. Neque vero vrbis Summum Imperium niſi Romanis dedentibus, feſſis iam inteſtinis diſcordijs, obtinuit, nec certè minori libertate quam antea deinceps ſunt potiti, quę non minor eſſe ſolet ciuium in ſtatu Monarchico, quàm in Ariſtocratico, vel Democratico viuentium. Quod ſi illi quæſtibus inhiantes ex celebratione Iubilæi Pontifici tanta pepulerunt; nulla in eo culpa, nec vi, aut tyrannide Summum Vrbis imperium inuaſit. Mornęus.

Pag.491 *Ex hoc vero audacior factus, legem de Annatis omnibus nationibus ſancit.*

PLatina: *Annatarum vſum Beneficijs Eccleſiaſticis primus impoſuit, hac conditione, vt qui Beneficium conſequeretur, dimidium annui prouentus Fiſco Apoſtolico perſolueret. Sunt tamen qui hoc inuentum Ioanni XXII. aſcribant. Hanc autem conſuetudinem omnes admiſere, præter Anglos, qui id de ſolis Epiſcopatibus conceſſere, in cæteris Beneficijs non adeo.* Scribunt alij, quod eam conſtitutionem de Annatis Ioannes XXII. in certum quoddam tempus ſoluendis ſanciuit, ſed renouauit eandem, & voluit perpetuò erigi Bonifacius IX. Annatas huiuſmodi dicimus licitè inſtitutas fuiſſe, quicquid aliqui repugnent. Neque enim alioqui communi conſenſu omnium Eccleſiarum receptæ fuiſſent, neque ſequentes omnes Pontifices timoratæ conſcientiæ eas percipere voluiſſent: & ſi Pontifex Romanus legem conſtituere poteſt, vt qui deinceps Eccleſiaſticum Beneficium obtinuerint integros fructus primo anno colligendos, & percipiendos, vel dimidiam eorum partem ſoluant in ſubſidium huius, vel illius Clericorum Sæcularium, vel Regularium Conuentus, vel Hoſpitalis domus; certè pari ratione poterit reſeruare in communem aliam vtilitatem. Quidni igitur poterit eos fructus exigere in commune Romanæ Curiæ, vel Cameræ Apoſtolicę commodum, quæ omnium Eccleſiarum vtilitatibus inſeruit? Deinde, ſi abſque vlla Simoniæ labe Pontifex Beneficijs, quæ confert quotidie, penſiones imponit in Clericorum, vel aliorum indigentium ſubſidium; non igitur erit vllum Simoniæ crimen, ſi huiuſmodi penſionem reſeruet in ſubſidium eorum, qui in Curia Romana inſeruiunt; Siquidem Annatam ſolui Romano Pontifici nihil aliud eſt, quàm ei fructus primo anno colligendos, vel dimidiam eorum partem reſeruari. Neque Romano Pontifici Annatæ ſoluuntur tanquam beneficij Clerico collati pretium, aut tanquam merces Papæ conferenti debita, ſed tanquam penſio, vel debitum laboris ſtipendium in vitæ ſubſidium, vnde neceſſarij miniſtri ad vſus Curiæ Romanæ ſuſtentari queant. Certè in veteri lege decima pars fructuum iuſſu Dei Leuitis & Sacerdotibus ſoluebatur, deinde Leuitæ, & Sacerdotes ex decimis ſibi à populo redditis Summo Sacerdoti decimam ſoluebant, & dicebatur *Decima decimarum*. Illud quidem ius fuit iudiciale, proprium veteris Legis, nec inde ius Annatarum deducimus; potuerunt tamen Romani Pontifices, quemadmodum inſtituere Iubilæum exemplo Iubilæi Leuitici, ita ius condere iudicialis illius exemplo, quo certa pars fructus, vel penſio ex Beneficijs ſibi iuſtis de cauſſis ſolueretur. Interim ſi lex de Annatis omnibus Nationibus ſancita ab omnibus recepta fuit; haud dubiè poteſtatem, & iuri dictionem Romani Pontificis omnes tum Nationes agnouere. Neque enim alioqui ſibi id iugum, cum non defuerint præſertim viri docti, qui eas improbarint, imponi paſſæ fuiſſent.

Annata à quo inſtituta.

Annatæ licitè inſtitutæ.

Clemens VII. Antipapa Auenione obijt anno 1394. 16. Septembris, cui eodem menſe ſucceſſit Petrus de Luna, dictus Benedictus XIII. nobiliſſima familia ortus, Iuris Ciuilis, ac Sacri cognitione excellens. Mortuo Clemente VII. ex Cardinalibus illius factionis pro ſe quiſque iurarat, ſe, ſi eligeretur, Pontificatu abiturum, modò idem facere, qui Romæ ſedebat Pontifex, animum induceret. Verùm Benedicto poſt ſui electionem de abdicatione memoria nulla; immò cum ad eum Auenionem à Rege Franciæ tres Duces, Burgundus, Aurelianenſis, Bituricenſis Legati veniſſent, oratum, flagitatumque, vt pacem terræ redderet memor iuſiurandi ſui; nihil ab eo impetrarunt, & re infecta abierunt: & cum ſibi timeret à Rege Franciæ, ſchiſmatis tollendi, & pacis Eccleſiæ reddendæ ſtudioſo, diſſimulato habitu clam ſe ſubduxit Auenione & in Catalanos abijt, vbi multis annis in ſua opinione obduratus vixit: & cum Ioannes XXIII & Gregorius XII. in Concilio Conſtantienſi ceſſiſſent, nec ille tum quidem cedere voluit, & ſchiſmaticus obijt. S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 22. cap. 2. §. 2. Nauclerus Generat. 47. anno 1494 & Mariana lib. 19. de rebus Hiſpaniæ cap. 5. Quod attinet ad Bonifacium IX. ſcribunt, & ad eum miſſos fuiſſe à Regibus Francię, Angliæ, Hiſpaniæ, Nauarrę, Aragonum, Oratores, vt ad tollendum ſchiſma vellet renunciare iuri, quod habebat in Pontificatu, cum Benedictus idem facturus eſſet; illum autem reſpondiſſe, ſe ad id nulla ratione adduci poſſe, cum eſſet verus & indubitatus Pontifex. Et certè pręter quàm quod ritè electus, & ordinatus fuerat Pontifex, nullo iuramento ſe aſtrinxerat, renunciaturum ſe Pontificatui, ſi eligeretur, quod fecerat Benedictus XIII. qui prætereа ſucceſſor alterius Antipapæ, & intruſus, non ritè electus, & inſtitutus.

Clementis VII. Antipapa obitus.

Benedictus XIII. Antipapa electus.

Quid is, cum de pacis tractatu dimittendo apud ipſum ageretur.

Quid item Bonifacius IX.

Quod ſubiungit de feſto Viſitationis à Bonifacio IX. promulgato: illud ab Vrbano VI. inſtitutum fuerat; confirmatum igitur fuit à Bonifacio IX. Ita Krantzius lib. 10. Saxoniæ cap. 13. *Bonifacius IX. vt vnionem Eccleſiæ interuentu Dei Genetricis impetraret, feſtum Viſitationis Mariæ à prædeceſſore inſtitutum, ipſe literis datis publicauit.* Mornæus.

Feſtum Viſitationis B. M. V. à Bonifacio promulgatum.

Lector iudicet in tam prauo inſtituto qua tandem fide. Pag.492

NIhil aliud habuit, quod obijceret homo hæreticus. Religioſi certè fuere Pontifices, qui feſta Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorum

Et quidem religioſi.

Digitized by Google

rum celebranda in Eccleſia inſtituerunt, vt eorum meritis Deum nobis conciliemus & propitium reddamus, beneficia eius in nos recolamus, eorum exemplo ad illius amorem accendamur: & ſolemnitates Martyrum exhortationes Martyriorum ſunt, nec imitari pigeat, quod celebrare delectat: & qui feſta in Eccleſia celebrari ſolita, exoſa habent profani hæretici, omnem deuotionem ac religionem, memoriam præterea Chriſti, & Sanctorum ex fidelium animis prorſus ſublatam velint, & extinctam.

Nunc Oppoſitio nobis examinanda.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem ſexageſimam.

Pag. 492 Mornæus: *Sola Antipaparum iſtorum hiſtoria à familiaribus ſuis, & intimis deſcripta, ſententiæ etiam, quas alter in alterum ferunt; ex quibus hunc non illo melius, aut Papam creatum, aut Papatu functum conſtet, ad Oppoſitionem ſatis eſſe queant, vt alia à nobis quæſita non ſint opus.*

Qualis ſit hæc Mornæi Oppoſitio.

SI nō aliam habet Oppoſitionem Mornæus; valde hæc debilis eſt & infirma. Et quidem Clemens VII. & Benedictus XIII. qui Aueniоne ſederunt, fuerunt Antipapæ, vtpote intruſi, non legitimè inſtituti. At Vrbanus VI. Et Bonifacius IX. ritè electi fuere, & ordinati, nec familiares ſui, & intimi, à quibus eorum hiſtoria deſcripta, aliud aſſerunt. Legatur Theodoricus à Nyem, qui omnium oculatus fuit teſtis, ſæpius à Mornæo citatus. Obſeruandum vero, quod etſi Reges ac populi aliqui vni, alij alteri adhærebant; hi tamen, & contentio apud eos non erat de primatu Romanæ Eccleſiæ, neque Romani Pontificis authoritati ſeſe opponebant; Sed quæſtio erat, quis contendentium verus eſſet ac legitimus Pontifex Romanus, cui omnes Chriſtiani adhærere, & cuius communionem ſequi deberent. Hoc meliores quoſque ſenſiſſe, tum ex libris, tum ex actis huiuſce temporis docere promptum eſſet.

Quoad locum, quem citat ex Froiſſardo vol. 3. cap. XXIV.

Pag. 492 *Scio fore, qui futuris temporibus mirentur, quo pacto Eccleſia in tales turbas incidere potuerit, in ijſque tamdiu hærere; Sed vulnus hoc à Deo inflictum, vnde Clerus admoneretur, in quanto luxu, & ſuperfluitate verſaretur; Verùm, nemo aduertebat, excæcatis omnibus ſuperbia, & arrogantia, qua quiſque alteri par eſſe volebat.*

Froiſſardus nihil habet contra authoritatem, & dignitatē Romanæ Eccleſiæ.

VEra equidem loquitur Froiſſardus; ſed nihil contra authoritatem, & dignitatem Eccleſiæ Romanæ, vel eius Antiſtitis: nec ignoramus, ex ſchiſmatibus magnum diſpendium paſſam eſſe Eccleſiam, & potiſſimùm tum temporis ex tam diuturno ſchiſmate, ita exigentibus peccatis in vniuerſum Chriſtianorum, ſed potiſſimùm Sacerdotum, ac Clericorum, qui delicijs affluerent, & in nimio luxu, ac ſuperfluitate verſarentur. Hoc eſt, quod meritò inſectatur Froiſſardus; quemadmodum, & D. Cyprianus ſerm. de lapſis peccata Chriſtianorum ſui temporis, & potiſſimum Sacerdotum, & Epiſcoporum grauiter reprehendebat, ob quæ contigiſſet Eccleſiam, Deo ita iuſtè permittente, adeo diram perſecutionem pati: *Non in Sacerdotibus religio deuota, non in miniſtris fides integra, non in operibus miſericordia, non in moribus diſciplina. Corrupta barba in viris, in fœminis forma fucata.* Poſt: *Epiſcopi plurimi, quos & hortamento eſſe oportet cæteris & exemplo, diuina procuratione contempta, procuratores rerum ſæcularium fieri, derelicta Cathedra, plebe deſerta, per alienas Prouincias oberrantes, negotiationis quæſtuoſæ nundinas aucupari, eſurientibus in Eccleſia fratribus non ſubuenire, habere argentū largiter velle, fundos inſidioſis fraudibus rapere, vſuris multiplicantibus fœnus augere. Quid non perpeti tales pro peccatis eiuſmodi mereremur?* Si igitur adeo luxu, & ſuperfluitate difflueret tum Clerus, ambitione, & auaritia flagraret, ſed & omnis generis vitia Chriſtianorum animos occupaſſent; non mirandum, ſi in tales turbas Eccleſia incidere, & tam diu in his hærere, tam periculoſo, inquam, ſchiſmate tam diu vexari potuerit. Proſequitur ex eodem Froiſſardo.

Quare ruebant in peius omnia, & niſi fides noſtra, manu, & gratia Spiritus Sancti, qui corda deuia illuminat, inque vnitate firmat, corroborata fuiſſet, haud dubie collapſa eſſet. Pag. 492

HÆc quidem Froiſſardus. Vnde certò conſtet, non tàm humanis præſidijs, quam diuinis Eccleſiam fulciri. Sed gloſſam valde ineptam ſubiungit Mornæus.

Pontificibus igitur parum fœliciter ſubnixa, ſi Froiſſardo fides.

Digitized by Google

NEque enim id habent verba Froiſſardi;neq; hæc eſt illius mens. Annon robur exercitus eſt in Duce? & tamen in fortitudine cœli victoria eſt,non in multitudine hominum. Fides Petri deficere non poteſt, ſed quia rogauit pro eo Dominus.Super hanc petram Eccleſia ædificata,ſed à Domino.Subnixa igitur Eccleſia Pontificibus tanquam corpus capite, & ædificium fundamento;ſed caput, & fundamentum primarium,cui ipſi innituntur,Chriſtus eſt.

Proſequitur Froiſſardus.

Pag.492 *Innumera plebecula obſtupefacta mirabatur,quod tam magni Principes, Reges præſertim Franciæ, & Germaniæ de remedio, conſilioquè non*

Pag.493 *cogitent*. Hinc concludit Morneus: *Quod proinde remedium eo iudice a Principibus illis expectandum potius,quàm à Pontificibus,qui ipſi, Eccleſiæ morbus, humor in eius corpore potiſſimùm peccans.*

Extinctio huius ſchiſmatis quomodo ad Principes pertineret.

NOn defuerunt certè tum Rex Franciæ, tū etiam alij in hac parte ſuo muneri, & tollendo ſchiſmati operam ſuam præſtiterunt. Verùm non eorum erat inter contendentes iudicium ferre, cuius cauſſa potior eſſet, & quis habendus legitimus,& indubtiatus Pontifex, aut, illis abdicatis, ſummum alium Eccleſiæ legitimum Pontificem dare;Sed procurare, vt qui in contentione electi fuerant, ſponte ſeſe abdicarent,aut cogeretur Synodus Generalis, in qua eorum cauſſa diſcuteretur,& ſchiſma tolleretur, quod poſtea factum eſt per Concilium Conſtantienſe,opera potiſſimùm Imperatoris Sigiſmundi coactum. Id vero pernegamus Mornæo, Catholicas Vniuerſitates has propoſitiones vnquam aſſeruiſſe.

Quod Papa & Cardinales in Eccleſiam Chriſti tyrannidem exercent; Quod Imperator ius Patronatus habet in Papam, & Eccleſiam Romanam; Quod Papa cum ſuis Cardinalibus,& errare poteſt,& ſæpius errauit; Quod ad Cardinales iure Diuino Papæ electio non pertinet,ſed ad populum, vt ad Imperatorem eiuſdem confirmatio; Quodque ante Gregorium Cardinales nulli fuerint.

Quis dicatur Tyrannus. Ad propoſitionem 1.

ET vt per ſingulas propoſitiones hæretico reſpondeamus,quod attinet ad primam,Tyrannus certè ille dicitur, qui non iure dominatur in Republica, aut vltra iuſtas dominij ſui leges poteſtatem ſuam exercet; at verò Pontifex Romanus præeſt toti Eccleſiæ poteſtate inſtituta à Chriſto,qui non poteſt Author eſſe tyrannidis:præterea eum negamus vltra iuſtas leges poteſtatem ſuam exercere, idque probare incumberet Aduerſario, Deinde tyrannis imperium eſt inuoluntarium, vt ſcribit Ariſtoteles lib.4. Polit.cap.10,quod nemo ſponte ſua, volenſque perpetitur:at non eſt huiuſmodi poteſtas, quam Pontifex Romanus in Eccleſiam exercet, quam omnes Catholici ſemper magna obſeruantia coluerunt, & diuinitus inſtitutam profeſſi ſunt. Et ſi damnanda tanquam tyrannica; eodem vel potiori iure reprobanda omnis poteſtas, qua regitur hic mundus. Siquidem illa etſi non eſſet diuinitùs inſtituta, æquè tamen antiqua eſt,ac quæuis alia, & communi conſenſu populorum iam tot annorum curriculo probata. Verùm omnis poteſtas à Deo eſt, & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.

Ad ſecundam propoſitionem. Vnde quæſo ius illud Patronatus in Papam, & Eccleſiam ipſi Imperatori? Si de Eccleſia Catholica loquamur, cui præeſt Pontifex Romanus, cuius & membrum eſt ipſe Imperator, certè Eccleſia non ab ipſo ædificata, ſed à Chriſto; & Eccleſia Romana fundata ab Apoſtolis Petro, & Paulo, *cui totam doctrinam* (ait Tertullianus lib.de Præſcript.Hæretic.) *cum ſanguine ſuo profuderunt*. Quod ſi eam Imperatores locupletarunt; Sed & ab eadem multis honoribus, & priuilegijs ſunt aucti;nullum verò ius Patronatus in eam à Pontificibus illis conceſſum, à quibus ius Patronatus inſtitutum,& conceſſum ijs, qui Eccleſiam aliquam materialem poſuerint, ædificauerint, vel dotauerint, conſentiente Epiſcopo, ex quo iure cum vtilitate honor, & onus reſultant, de quo in Decretalibus tit. *De iure Patronatus*. Ius verò Patronatus perſonarum, de quo in D. tit. *De iure Patronatus*, eſt, quod patronus habeat in libertorum perſonas,& bona, operarum ſcilicet exactionem,inteſtati ſucceſſionem,bonorum poſſeſſionem contra tabulas. Certè nunquam Pontifices ſerui fuerunt Imperatorum, neque ſunt eorum liberti. Quod igitur ius Patronatus rudis, & imperitus iſte nobis fingit Imperatoris in Papam? *Ad ſecundam.*

Ad tertiam propoſitionem reſpondemus,nullum prorſus errorem docere S.Rom. Eccleſiam, eam eſſe columnam, & firmamentum veritatis, & hoc quia rogauit Dominus pro Petro, vt non deficeret fides eius aliquando, quæ vis orationis Chriſti,& in Petri ſucceſſores tranſmittitur.Itaque negamus,Papam, vt Summum Pontificem iudicem controuerſiarum fidei, vt docentem ex Cathedra,poſſe proponere aliquid toti Eccleſiæ credendum, quod ſit erroneum, aut poſſe hoc ſenſu errare. *Ad tertiā.*

Ad quartam, quærimus ab Aduerſario, ius illud diuinum,quo ad populum vult propriè pertinere Papæ electionem, & confirmationem ad Imperatorem, ſit ne ius diuinum naturale, an poſitiuum. Certè naturale non eſt, cum Papæ poteſtas,aut Eccleſiæ adminiſtratio minimè ſit naturalis. Si poſitiuum; illud nobis ex Scriptura Sacra,ex Euangelio ipſo promat;vbi tamen *Ad quartā.*

non

Digitized by Google

non alius, quàm Chriſtus Apoſtolos elegit, & Petrum conſtituit paſtorem ouium ſuarum. Neutro verò dicimus Cardinales eligere Pontificem, ſed iure poſitiuo ipſorum Pontificum, & hanc eſſe formam omnium optimam, & merito conſeruandam: de quo, vt breuitati conſulamus, legi poteſt doctiſſimus Cardinalis Bellarminus lib. 1. de Clericis cap. 9.

Ad vltimam propoſitionem. *Quod ante Gregorium nulli fuerint Cardinales*: de ea legi poteſt poſt multos alios Scriptores, quos citat, idem Cardinalis Bellarminus eodem libro cap. 16. Certè in Concilio Romano ſub Syluestro Can. 6. legimus, ſeptem fuiſſe Cardinales Diaconos in Romana Eccleſia; præceſſit verò Syluester Gregorium annis fere 300. neque tamen tunc primùm cœpit hoc nomen; cum illud Concilium non inſtituat Cardinales, ſed ſolùm iubeat, vt præter Cardinales Diaconos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, eſſent etiam duo Diaconi ad examen Parochiarum. De officio, & antiquitate Cardinalium eo loci Bellarminus. Ita fictam putamus Epiſtolam, quam citat VVenceſlai Imperatoris.

Ad vltimā propoſitionem.

Epiſtola VVenceslai conficta.

Pag. 493. *Quæ* (inquit Mornæus) *Eccleſias, vt ſe à Pontificis ſeruitute aſſererent, grauiter hortabatur.*

NAm etſi fuerit rebus adminiſtrandis parùm idoneus, ideòque Imperio deiectus VVenceſlaus; tamen Catholicus fuit, & furori Huſſitarum in Regno Bohemiæ, quantum in illo fuit, ſeſe oppoſuit.

Producit Mornæus quendam Iureconſultum Ioannem Petrum Ferrarienſem, qui ſcribebat.

Pag. 493. *Ridiculum eſſe dictu, auditu abominabile, quod Papa Imperatore ſuperior ſit; Nullo iure poſſe habere Papam dominium temporale, aut prouincias, & ciuitates poſſidere, idque à mera violentia eſſe &c.*

SEd dicimus ridiculum eſſe dictu, & auditu abominabile, quod ſcribit purus iſte Legiſta, purus aſinus, ſacrarum literarum rudis prorſus, ac imperitus, ex quibus conſtat de authoritate Pontificis, quanto ſuperior ſit quauis alia mundana dignitate, neque repugnare Principem aliquem ſpiritualem eſſe ſimul, & temporalem, Prouinciaſque, ac Ciuitates poſſidere. In cæteris ineptijs Doctoris iſtius vel exſcribendis, vel confutandis non eſt, quod diutiùs immoremur. Sed mirum quod citet iſte Ioannem Andream in ſuam ſententiam.

De Io. Petro Ferrarienſi Iureconſulto.

Pag. 494 Quantum ad Dialogum illum Petri, & Pauli, cui titulus *Aureum Speculum*, anno 1404. ex quo aliquot propoſitiones producit: dicimus, ab aliquo non melioris notæ homine, quàm ſit Mornæus, confictum, & eſſe titulo quidem ſpeculum aureum, in quo tamen peſtiferam doctrinam intueri liceat; quemadmodum, & in calice aureo Babylonis propinatur venenum.

De Dialogo qui inſcribitur Aureū ſpeculum.

Quod ſcribit ex Theodorico à Niem, tempore Bonifacij IX. multos tenere voluiſſe, Papam non poſſe committere Simoniam: longè aliter docent Theologi, & in primis Diuus Thomas *Papa* (inquit 2. 2. q. 100. art. 1. ad 7.) *poteſt incurrere vitium Simoniæ, ſicut, & quilibet alius homo. Quamuis enim res Eccleſiæ ſint eius, vt principalis diſpenſatoris; non tamen ſunt eius, vt domini, & poſſeſſoris: & ideo ſi reciperet pro aliqua re ſpirituali pecuniam de redditibus Eccleſiæ alicuius, non careret vitio Simoniæ &c.* Neque vnquam definierūt Ppntifices, ſe non poſſe Simoniam committere, aut non fore grauiſſimum Simoniæ peccatum, ſi res ſpirituales pretio diſtrahant. Non igitur dicturi ſunt, quod meretrix illa in Apocalypſi 18. *Sedeo Regina, nec vidua eſſe poſſum*, errare nō poſſum. Ita enim perfidus iſte hæreticus loca Sacræ Scripturæ citat ſuo modo, & ad ſuas blaſphemias accommodat.

Pontifex committere poteſt Simoniam.

Producit S. Vincentium Confeſſorem Ordinis Prædicatorum, concionibus haud dubiè, & ſanctimonia celebrem.

Qui vniuerſam (inquit) *Hierarchiam Romanam liberè damnat; Religioſos aſſerit, qui deberent eſſe via ſalutis factos animabus toto orbe viam perditionis, Sacerdotes honores piſcari, ſed minimè mores; Epiſcopos nemine excepto, de animabus ſui Epiſcopatus nullam curam habere, Sacramenta pecunia vendere; auſus & pronunciare Papam Antichriſtum ipſum fore. In quadam etiam Epiſtola Lutetiæ impreſſa, Antichriſtum iam in mundo eſſe &c.* Pag. 494

REſpondemus, Mornæum impudentiſſimū eſſe impoſtorem. Neque enim vnquam ille Hierarchiam Romanam damnauit, qui a Spiritu Sancto inſtigatus Sacram Prædicatorum Religionem Valentiæ in Hiſpania ingreſſus eſt, in eaque ſanctiſſimè ad mortem vſque vixit, neque aliud docuit, prædicauit, aut ſenſit, quàm quod reliqui Magiſtri, & Patres illius Ordinis. *A Benedicto XIII. Auenione inſtitutus eſt Magiſter Sacri Palatij: familiaris autem et ſæpius ad cedendum Papatui ſuadebat, ad tollendum ſcandalum ſchiſmatis de Eccleſia. Qui cum diſſimulando retardaret, receſſit à Curia ſua, & baculum ſumens, ſe totum Apoſtolico officio prædicandi verbo, & exemplo mancipauit.* Hæc de eo S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 23. cap. 8. §. 4. qui & ſubiungit. *Aduertendum diligenter quod Sanctus iſte Vincentius etſi curſum ſuum pene conſumauerat ſub obedientia Benedicti XIII. Auenione cum ſua Curia reſidentis: & illi Italici cum pluribus alijs Nationibus apoſtaticū, & ſchiſmaticum arbitrarentur cum ſequacibus ſuis, Vrbanū cū ſucceſſoribus in Vrbe remanentibus Apoſtolicum,*

De S. Vincentio Ord. Prædicatorū cui Mornæus impoſuit.

ſtolicum, verum Chriſti Vicarium, Petri ſucceſſorem aſſerentes; in nullo hoc habet Sancti merita obumbrare, vel ſanctitatem minuere. Eſt enim articulus fidei credere, ſicut vna eſt Sancta Eccleſia Catholica, ita & vnicum eius eſſe paſtorem; ſed non eſt articulus credere, iſtum, vel illum eſſe, quando plures ſe nuncupant, & ab alijs arbitrantur eſſe Summi Pontifices, & res ipſa obſcura eſt, nec ſufficienter declarata. Siquidem vtraque pars habuit peritiſſimos viros in omni facultate, & Sanctiſſimos viros: & licet plures diſputationes, & opuſcula fuerint edita; nunquam tamen ita deciſa eſt quæſtio, quin remanſerit apud multos dubia. Vnde qui errauerunt in eo ſatis excuſabit eos apud Deum ignorantia facti, & quaſi inuincibilis. Et propterea Spiritu Sancto inſpirante ad vnionem faciendam ſumpta fuit via ceſſionis, cum non ſufficeret via diſceptationis. Et quia ille Benedictus manſit obſtinatus in ſua pertinacia ad non cedendum, priuatus fuit omni iure, ſi quod habuiſſet in Papatu; & tunc B. Vincentius, qui prius prædicauerat pro obedientia eius, cernens eius duritiam, prædicauit expreſſè contra eum, vt hæreticum, & ſchiſmaticum, & quod non eſſet ei obediendum, & adhæſit Concilio Conſtantienſi, & geſtis in eo: poſt cuius Concilij terminationem primo anno Martini V. migrauit ad Dominum. Hæc S. Antoninus. Quomodo igitur aut vniuerſam Hierarchiam Romanam ille damnauit, Papamue Antichriſtum ipſum fore pronunciauit? Idem à Caliſto III. Pontifice in Sanctorum Catalogum relatus eſt, haud dubiè minimè vnquam referendus, ſi vel vniuerſam Romanam Hierarchiam damnaſſet, aut Papam fore Antichriſtum pronunciaſſet. Sunt igitur iſtæ meræ impoſturæ Mornæi. Quoad Epiſtolam, in qua videtur dicere expreſſe, Antichriſtum iam eſſe in Mundo: ſcribit ibidem S. Antoninus, quod *ea quæ circa hoc ſcripſit, & prædicauit ſi ſua verba ſunt opinatiuè, & non aſſertiuè dixit &c.* At verò & alij fuere in eodem errore, veniſſe Antichriſtum ſuo tempore, aut eius aduentum tum proximum fuiſſe, qui tamen eò dementiæ non venerunt, quò Mornæus & ſui, Papam eſſe, aut fore Antichriſtum. Quoad librum Mathiæ Pariſienſis de Antichriſto: ignotus mihi author, niſi quod ita citatur à Conrado Geſnero in ſua Bibliotheca à Ioſia Simlero in epitomen redacta: *Mathias, Pariſienſis dictus, Bohemus natione ſcripſit prolixum librum de Antichriſto, in quo eum iam veniſſe probat. Extat manu ſcriptus apud Mathiam Flaccum Illyricum.* Sed vterque Geſnerus, & Illyricus è grege Mornæi. Sunt vero apertiſſima mendacia, quæ ex hoc libro citat Mornæus. nempe

Mendacia ſunt quæ hic recitat Mornaus.

Pag. 495 *Quod Sancti Chriſti locum in Eccleſia inuaſerint, quæque vrbs, quæque perſona aliquem ex illis ſibi ſaluatorem adorandum deligat, quem proinde in Sede Chriſti collocet; Quod Monachi ipſi eo relicto alios ſibi ſeruatores quæſiuerint, quibus glorientur, Franciſcum, Dominicum, alios; verbo Dei neglecto Regulas ſuas introducunt.*

HÆc certè ſcribere nonniſi hominis eſt vel valde imperiti, vel certè inſigniter maligni, & impoſtoris imprudentiſſimi. Quis enim neſcit, in Eccleſia Romana iugiter Chriſtum inuocari, eius miſericordiam implorari, & nihil niſi per eius meritum à Deo impetrari, eum ſolum credi Sanctum Sanctorum, Mediatorem Dei, & hominum, & qui ſolus iuſtus ſit, & iuſtificans, eſſe illud benedictum Abrahæ promiſſum, in quo omnes nationes benedicuntur, eſſe eum vnicum, per cuius obedientiam iuſti conſtituuntur multi, ſicut per vnius inobedientiam peccatores conſtituuntur multi, quis inquam, hæc neſcit? An, quæſo, de reliquis Sanctis idem credit S. Rom. Cathol. Apoſtol. Eccleſia? Quomodo ergo Sancti Chriſti locum inuaſerunt? aut quę Vrbs Catholica, quæ perſona ſibi aliquem ex illis Saluatorem adorandum delegit, ac proinde in Sede Chriſti collocauit? Veneramur Sanctos, ſed longè inferiori cultu ab adoratione latrię, quam vni Deo, & Chriſto Redemptori exhibemus: neque præterea aliquid in Sanctis colimus, quod non ſit Chriſti, & aſſerimus cum D. Auguſtino lib. 1. de peccat. meritis & remiſſ. cap. 14. & eſt fides Romanæ Eccleſiæ, *quod poſſunt eſſe, & ſunt, & fuerunt multi iuſti homines, & imitandi; iuſtus autem & iuſtificans nemo niſi Chriſtus*: & cum S. Leone Papa ſerm. 12. de paſſione, quod *quamuis in conſpectu Domini multorum Sanctorum pretioſa fuerit mors; nullius tamen inſontis occiſio propitiatio fuit Mundi. Acceperunt iuſti, non dederunt coronas, & de fidelium fortitudine exempla nata ſunt patientiæ, non dona iuſtitiæ. Singulares quippè in ſingulis mortes fuerunt, nec alterius quiſquam debitum ſuo funere ſoluit, cùm inter filios hominum ſolus Dominus noſter Ieſus Chriſtus extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes etiam ſunt ſuſcitati.* Hic vnus eſt, quem veteri Adamo opponimus, vt ſicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes viuificentur 1. Corin. 15. & ſicut ab Adamo propagatur peccatum in vniuerſam naturam, ità à Chriſto gratia, & iuſtitia. *Si enim vnius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei, & Donum in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit.* Rom. 5. Quis in Eccleſia Romana idem vnquam de aliquo Sanctorum ſenſit, vel docuit? Valeant igitur impudentiſſimi iſtius agyrtæ impoſturæ, & calumnię. Eadem ſcribitur impudentia, Monachos, neglecto Dei verbo, Regulas ſuas introducere. Calumnia itidem eſt, Theologos Pariſienſes librum Gulielmi illius de Sancto Amore à Romana Eccleſia condemnatum vnquam approbaſſe.

Vltimò producit ex Anglia Ioannem Puruey Pag. 495 VViclefi diſcipulum, hoc eſt hæreticum ab Eccleſia damnatum, cuius ideo authoritas tanti apud nos eſt, quanti Mornæi ipſius. Ex commentario eius in Apocalypſim hæc citat.

Sep-

Digitized by Google

Pag.495 *Septem anni elapſi ſunt, quòd primò generaliter Papa Romanus vulgatus ſit Antichriſtus magnus, à Præconibus Euangelicis ſcilicet ab anno Domini 1382.*

Ioãnes Puruey de tempore Antichriſti non cõſenſit cũ Mornęo.

IN hoc cum Mornæo non conſpirat: nam hic erat annus quintus Vrbani VI. Pontificis; at verò Mornæus longè altius repetit primordia Antichriſti, nec vult tum primùm Romanum Pontificem fuiſſe manifeſtum Antichriſtum, vt paſſim conſtat ex hoc ſuo Myſterio iniquitatis. Neſcio vero, quo argumento, aut fundamento niteretur Ioannes ille Puruey, vt doceret, eo anno præcisè Papam Romanum vulgatum eſſe Antichriſtum magnum; & qui fuerint præcones illi Euangelici. Si VVicleſum, & eius diſcipulos pręcones illos Euangelicos intelligit: atqui VVicleſus aliquando ad Vrbanum Pontificem ſcripſit, ſuam doctrinam eius cenſuræ ſubijciens, & inter Articulos ſuos ſcripſit, poſt Vrbanum VI. non eſſe aliquem recipiendum in Papam; ergo volebat eum in Papam recipi; non igitur eum manifeſtum eſſe Antichriſtum, vel ille, vel alij Euangelici præcones, hoc eſt eius diſcipuli, vulgarunt; aut certè docuiſſent, manifeſtum illum Antichriſtum magnum ab omnibus eſſe recipiendum. Si fuere illi primi, qui id vulgarunt vtique fuere anteſignani hæreticorum omnium noſtri ſæculi huius infœliciſſimi, qui in eandem blaſphemiam impudenter prorumpunt.

Quod ſubijcit de VValdenſibus, qui eo tempore pro veritatis teſtimonio flammas ſubierint, & de ijs, qui anno 1490. in Saxonia, & Pomerania compræhenſi, ſunt examinati, & de perſecutione Lollardorum: certè omnibus hęreticis, læſę Maieſtatis diuinæ, ac humanę reis, ſacræ Religionis hoſtibus, ac Reipublicæ perturbatoribus non ſolum Sacri Canones, ſed & Leges Ciuiles meritò graues pœnas conſtituunt, maximè ſi ſunt obſtinati, aut relapſi; quin & extat lex Friderici II. de comburendis hæreticis, de qua inter cæteros, Couarruuias lib. 2. Var. reſolut. cap. 10. §. fin. Neque verò pro veritatis teſtimonio, ſed pro nefandis ſuis erroribus VValdenſes flammas ſubibant. Væ autem iſti, qui dicit bonum malum, & malum bonum, ponit tenebras lucem, & lucem tenebras. Ipſa hæreſis VValdenſium, vltra perfidiam in Deum, erat ad Rempublicam perturbandam maximè accommodata; cum præter cætera docerent, qui mortalis culpæ reus eſſet, eum neque ſæculari, neque Eccleſiaſtica dignitate potiri, neque eſſe ei parendum.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum ſexageſimum primum.

Pag.496 Mornæus. *Bonifacio in ſua obedientia ſuccedit Coſmarus Cardinalis de S. Cruce, Innocentius VII. dictus &c.*

Innocẽtius VII. Pontifex creatus

PAtria hic fuit Sulmonenſis Diœceſis Valuenſis in Aprutio, Coſmarus Melioratus ante Pontificatum vocatus. Deceius Pontificatu expendenda, quæ refert Aduerſarius. Primò quidem cum electus fuit Pontifex, Cardinales ſpontè iurarunt, & conuenerunt, quod, quicunque ipſorum eligeretur in Papam, ad hoc quod vnio fieret, & ſchiſma tolleretur, Papatui purè, & ſponte cedere deberet, dummodo Petrus de Luna etiam ſuo Papatui ſponte cedere vellet. Verum vt Theodoricus a Nyem lib. 2. de ſchiſmate cap. 34. S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 22. cap. 4. Nauclerus Generat. 47. anno 1404. certum eſt, Benedictum de Luna nunquam in animo habuiſſe renunciare Pontificatui, qui ne quidem, alijs duobus cedentibus in Concilio Conſtantienſi, cedere ipſe voluit. Deinde hoc iuramentum, ſeu votum, etſi non adimpleretur, non irritam, aut inualidam efficiebat ipſius Innocentij authoritatem, & ordinationem.

Non omittendum putauit Mornæus, quod ſcribit Platina, Innocentium, dum adhuc eſſet Cardinalis, carpere negligentiam, & timiditatem priorum Pontificum conſueuiſſe, *quòd diceret, eorum ſocordia factum, ne ſchiſma Eccleſiæ Romanæ, totiuſque Reipublicæ Chriſtianæ pernicies, hactenus extinctum, & ſublatum eſſet. Verum ipſe Pontificatum adeptus ſecutuſque in quibuſdam Vrbani, & Bonifacij veſtigia, quos priuatus carpebat, non modo, quod tantopere laudabat, efferit, verum etiam inquo animo ferebat, ſi quis apud ſe ea de re verbum vllum feciſſet. Præterea verò adeò tumultuosè omnia gubernabat, vt cum ſemel Romani reſtitui in libertatem &c. peterent, inſtarentque, item vt ſchiſma rem pernitioſi exempli de Eccleſia tolleret, bella extingueret, & ſeditiones, Rege Gallorum ad id operam ſuam pollicente; ac Petro Luna Antipapa nequaquam hanc concordiam abnuente, Romanos ipſos Pontifex ad Ludouicum nepotem diuertentem apud Hoſpitale Sancti Spiritus in Saxia, tanquam ad certum carnificem miſerit. Vndecim enim ciues Reipublicæ ſuæ labenti in negligentia Pontificis conſulturi, ſtatim necantur, e feneſtriſque deijciuntur, quòd diceret, eo modo tolli ſeditiones, & ſchiſma, non alio quidem poſſe* Hæc quidem Platina; quæ & Mornæus diligentiſſimè retulit, illud ſubijciens.

Hæc ab illa bona fide, quam ante Papatum præ ſe vterque tulerat.

NEmpe etiam de Benedicto XIII. priùs locutus, qui in concionibus, actiſque publicis fuiſſet proteſtatus, ſi ei ſuccedere daretur, nihil non facturum, quod pertineret ad ſchiſma tollendum

dum. Verùm longè aliter alij rem referunt, nempe cædem hanc Romanorum, inſcio Pontifice, a Ludouico nepote perpetratam eſſe, quòd moleſtè ferret ille, Romanos erga Pontificem indignè, ac inſolenter ſe gerere, & dominium Vrbis ad ſe velle reuocare. S. Antoninus ibidem §. 1. *Res tota eo inſcio tranſacta fuerat. Vir erat vtique pacificus, & mitis, à cuius lenitate nihil magis abhorrebat, quàm cædes, & humani ſanguinis effuſio. Mæſtus itaque ſeſe, ac fortunam deplorabat ſuam, oculos interdum ad cœlum tollens, quaſi Deum inuocaret teſtem ſuæ innocentiæ erga Romanum populum.*

In Innocentio VII. editionis Colon. anno 1600 apud Bernardũ Gualtherium.

Onuphrius Append. ad Platinã, *Cunctis* (inquit) *maximi, & optimi Pontificis dotibus ornatus, vitæ integritate, egregijs moribus, & humanitate, doctrina, pietate, ac liberalitate præſtantiſſimus, Eccleſiaſticæ libertatis, & ditionis aſſertor vnicus, Ladislaũ Regem Neapolitanũ Vrbis Romæ imperio infeſtis ſignis inhiantem, populo ad arma concitato, Vrbe ſubmouit. Cuius fraudibus & dolis cum aliquot Ciuium Romanorum inſidijs Pontifex penè circumuentus eſſet, eius fratris filius, Pontifice inſcio, vndecim ex his interfecit*. De dolo, & fraude ipſius Ladiſlai Regis, & inſolentia Romanorum in Pontificem Innocentium, à quo nonnunquam ex præconcepta malitia non concedenda peterent, legi poteſt Theodoricus a Nyem lib. 2. de ſchiſmate cap. 35. & 36.

Innocentius Roma cedit.

Poſt cædem a Ludouico nepote perpetratam, Pontifex ipſe, Romanis ſibi velut tantæ ſæuitiæ conſcio infenſis, Vrbe excedit, ac Viterbium ſe recepit, tumque Ladiſlaus Rex ab aduerſarijs Pontificis in Vrbem accitus fuit, cuius tamen aduentum iniquo animo populus tulit. Cum igitur Vrbe exceſſiſſet, Romani pœnitentia ducti Vrbem Pontifici reddiderunt, ac multis Legationibus miſſis reuocarunt, miroque Populi ac Senatus applauſu exceptus eſt, Vrbis ei imperio reſtituto. Theodoricus à Nyem lib. 2. cap. 38. *Romani per ſuos Oratores eum obnixè rogabant, vt ad ipſam rediret Vrbem de cætero remanſurus, offerentes ſibi reſtituere temporale dominium plenariè, prout illud tenuit Bonifacius, ſibi redituro claues Vrbis tunc actualiter præſentaturos, de quo dictus Innocentius plurimum lætabatur*. Nec dubium, eò procliuius Romanos Pontifici fuiſſe reconciliatos, quòd intellexerunt, eum minime fuiſſe conſcium ſceleris, a nepote in Ciues ſuos perpetrati.

A Romanis reuocatur.

Pag. 497

Scribit Theodoricus à Nyem, lib. 2. cap. 38. & ex eodem refert Mornæus, Petrum de Luna ſollicitari feciſſe Innocentium, vt daret ſaluum conductum quibuſdam ſuis Nuntijs, qui ſecum de facienda vnione tractare deberent; Innocentium verò credidiſſe, quod præfatus Petrus illud corde non peteret, ſed callidè, ideo dictum ſaluũ conductum dare denegaſſe; inde occaſione capta Petrum literis publicis de Innocentio conqueſtum eſſe, tanquam fautore ſchiſmatis, quodque per ſe non ſtaret, quominus vnio fieret. Verùm literis contrarijs in diuerſis locis per Italiam promulgatis, ab hac calumnia Innocentius ſeſe vindicauit. Et hoc teſtimonium Theodorici citatum à Mornæo Innocentio maximè ſuffragatur.

Petrus de Luna ſaluum conductũ Nũcijs ſuis petijt ab Innocentio.

Negat Innocentius: cur.

Nam ſi ſaluum conductũ ideo Innocentius Nuncijs Petri de Luna denegauit, quia putauit, eum nõ corde petere, ſed callidè; ergo ſi putaſſet eum ſyncerè, & ex corde petere, haud dubie conceſſiſſet: & ex his, quę poſtea ſecuta ſunt, ſatis conſtitit, ipſum Petrum nunquam habuiſſe animum cedẽdi Papatui, & vnionem Eccleſiæ reſtituendi; cũ ipſe nec in Concilio Generali cedere voluerit, nec Martino V. legitimè electo ſubeſſe, ſed magis in ſchiſmate obſtinatus mori. De Innocentio autem VII. vero ac legitimo Pontifice, quid facturus eſſet, conijci non poteſt; ſiquidem ille deceſſit anno ſecundo ſui Pontificatus, cum de ea vnione tùm primùm ageretur. Mornæus.

Quis animus fuerit Petri de Luna.

Succedit Angelus Corrarius Cardinalis de Sancto Marco.

Pag. 497

VIta functo Innocentio VII. anno 1406. ſexto Nouembris electus eſt Gregorius XII. Venetus, dictus antea Angelus Corrarius, Cardinalis S. Marci. Notat Onuphrius in Epitome Põtif. creatum Romæ Kalend. Decembris. In eo exagitando Põtifice multum accuratus eſt Mornæus, & in omnibus colligendis, quæ ad proſcindendum eius famã ſcripſit, Theodoricus à Nyẽ, diligentem nauat operam. Quod enim hactenùs non obſeruaui, minimè prætereundum ſilentio, Theodoricum illum a Nyem manifeſtè apparere iuratum Pontificum hoſtem, cuius Hiſtoria meritò damnatur in Indice librorum prohibitorum. Igitur in referendis, ac refellendis, quæ ex eo Authore producit Mornæus, nolim diutiùs immorari. Equidem cum Patres ingrederentur conclaue poſt obitum Innocentij VII. promiſit vnuſquiſque, ac ſolemniter Deo vouit, & iureiurando ſanxit, ſi ſibi contingeret ad Pontificatum aſſumi Pontifici aduerſario ſtatim ſcripturum, inuitaturumque ad ſe inuicem abdicandos, omni via, & ratione procuraturum vnionem Eccleſiæ; idque bona fide, & nulla fraude, promiſſionem, votum, & iuſiurandum quod ipſe præſtitiſſet, Regibus & Principibus omnibus per ſuas literas primo quoque tempore ſignificaturum, quò eoſdem teſtes haberet obligationis ſuæ. Ea cum multis, ſolemnibuſque verbis in libellum redacta, & chirographis ſingulorum confirmata eſſent, electus Angelus Corrarius dictus Gregorius XII. qui conclaui egreſſus promiſſionem, votum, & iuramentum, quæ priuatus fecerat, iteratò nouauit, ſibique nihil optabilius fore vnione Eccleſiæ oſtendit, & ſuper hoc literas ſtatim ad Petrum de Luna in ſua obedientia, dictum Benedictum XIII. ſcripſit: quibus & ipſe reſpondit, ſe eodem vnionis Eccleſiæ deſiderio teneri, prout teſtatur ipſe à Mornæo citatus Theodoricus à Nyem, & Cardinalis Zabarella, qui tum temporis viuebat, in Tractatu, quem de eo ſchiſmate edidit, vbi ſubiungit: *Poſt hæc ſecuti ſunt multi tractatus, & tandem contendentes ad loca venerunt inuicem, & venit Dominus Gregorius Lucam, alter ad portum Veneris, & habitis per internuntios varijs colloquijs, vterque receſſit de locis prædictis, & aſſeruit alter, quod per alterum ſtetit, & è conuerſo. Et interim maior pars Cardinalium*

Gregorius XII. Pontifex.

Theodoricus à Nyẽ iuratus hoſtis Pontificum.

Digitized by Google

Cardinales coacto Piſis Concilio, Gregorio, & Benedicto abdicatis Alexandrũ V. ſufficiunt.

lium vtriuſque Collegij receſſit ab eis: & illi aſſerunt, quod per vtrumque contendentem ſtat, quominus habeatur vnio, & quod neuter voluit, nec vult cum effectu renunciare, atque quod ideo ſunt periuri, & ſchiſmatis nutritores. Cardinales igitur vtriuſque obedientiæ, qui ab vtroque receſſerunt, Concilium Piſis coegerunt, &, abdicato vtroque, tertium ſuffecerunt Petrum Philargi Cretenſem Ordinis Minorum Archiepiſcopum Mediolanenſem, & Presbyterum Cardinalem SS. duodecim Apoſtolorum. Certè ſi per Gregorium XII. ſtetit, quominus ſchiſma tolleretur; noluimus eum à periurio excuſare. Nec enim deſunt qui vtrumque dulcedine dignitatis ductum dicant, promiſſiones, & iuramenta omnia irrita feciſſe. *Miſerrima eſt omninò ambitio* (ſcribebat Cicero lib. 1. Officiorum) *honorumque contentio, de qua præclarè apud Platonem eſt, ſimiliter facere eos, qui contendunt, vter potius Rempublicam adminiſtret, vt ſi nautæ certarent, quis eorum potiſſimùm gubernaret.* Alij tamen volunt, de vnione procuranda; & ſchiſmate tollendo ex parte Gregorij ſincerè, ex parte verò Benedicti ſimulatè actum eſſe. Scribit S. Antoninus, 3. p. Chron. tit. 22. cap. 5. §. 1. quod cùm vterquè, & Gregorius, & Benedictus conſtituiſſent Sauonæ conuenire, eoque appuliſſet iam Benedictus, percipiẽs Gregorius, aduerſarium non verè quærere vnionem, ſed ſui ſubuerſionem, vt ſolus remaneret in Sede Petri, mutauit vt ſapiens propoſitum, ne Sauonam pergeret: *Et quamuis quidam dixerint* (inquit) *quod trepidauit timore, vbi non erat timor, & hæc ſuſpiciones immitterent ſui, vel ipſe ſimularet, ne Papatum dimitteret; non ſic alij viri timorati, non ſic, ſed, quod iuſtam cauſſam timoris, & deceptionis habuerat.* Scribit paulò poſt §. 2. Florentiæ diutius diſputatum eſſe per Dominum Laurentium de Ridolphis vtriuſque Iuris egregium, & famoſum Doctorem, *Vtrum præſuppoſito pro conſtanti, quod ambo Pontifices ſcandalizarent totam Eccleſiam ex violatione manifeſta promiſſionis, iuramenti, & voti faciendæ vnionis Eccleſiæ, cùm non darent ad hoc operam; ſed ſimulabant colludentes ad inuicem, ſicquè potiſſimum ſchiſma valde Eccleſiæ nociuum, iam inueteratum permanebat, poſſent Cardinales conuocare Concilium, & citato vtroque ad veniendum ad ipſum, non parentes; ſed in contumacia perſiſtentes poſſent deponi, & ad alterius electionem procedi. Vbi poſt longam diſputationem, pro & contra per triduum factam in præſentia plurimorum Doctorum in Theologia, & Iure vtroque, nullo contradicente, ſed omnibus annuentibus, determinatum fuit per illum, licitè, & Canonicè fieri poſſe.* Et hæc determinatio quoad quæſtionem iuris. Verùm quoad factum ſubiungit Antoninus: *Sed probandum erat, præſuppoſitum in quæſtione eſſe verum* (nimirum vtrunque colludere) *Nam etſi verum iudicari, vel credi poſſet ex parte Benedicti viri callidi, & ambitioſi, quod poſtmodum rei euentus declarauit; cum in Concilio Conſtantienſi renunciare noluerit, ſed in ſuo ſchiſmate ſolus permanens diſceſſerit; tamen de Gregorio non idem apparuit, licet vulgus ex diuulgatione Cardinalium, & aliquorum id ſentiret, ſcilicet quod colluderet, vel ſimularet. Quinimo contrarium oſtenſum eſt. Nam Concilium Conſtantiæ celebrandum ipſe approbauit, ſuos Cardinales miſit, & quia decrepitus erat, ire non valens, Procuratorem miſit Carolum Malateſtam ad renunciandum. Nec tranſgreſſor iuramenti, aut voti iudicari debuit, ſi non debito modo agere potuit, quod promiſit; alio ei inſidiante, vt nondum clarificatus de iure ſuo id ſibi ſoli vſurparet.* De Gregorio idem ſentiunt cum S. Antonino Nauclerus, Generat. 47. anno 1406. Et Sanderus lib. 7. de Viſib. Monarch. Eccleſ. num. 1062.

Per quem eorum Pōtificũ ſtetorit no ſchiſma tolleretur varia opinio.

De Concilio Piſano.

De Concilio Piſano contra Gregorium XII. Et Benedictum XIII. coacto, & Petro Philargo Cretenſi Franciſcano ibidem electo, dicto Alexandro V. de quibus Mornæus, quid ſentiendũ, pauliſper expendamus. Illud Concilium habitum fuit anno 1409. *nec approbatum, nec reprobatum* (inquit Bellarminus lib. 1. de Concilijs cap. 8.) Siquidem S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 22. cap. 5. §. 2. & 3. aſſerit, Conciliabulum illegitimum, non verum Eccleſiæ Concilium fuiſſe: quod euentus oſtendiſſe videtur; Siquidem coactum fuit ad ſchiſma tollendum, & tamen illud non ſuſtulit, immò vehementer auxit; nam poſtea tres pro Pontificibus ſe geſſerunt, cum tamẽ antea duo ſoli titulum illum vſurparent. Si vero fuiſſet reprobatum, Alexander VI. ſe non ſextum, ſed quintum appellaſſet: eſtque fermè communis opinio, Alexandrum, & Ioannem, qui ei ſucceſſit, fuiſſe veros Pontifices. S. Antoninus non diffitetur quidem, ſecundum communem opinionem Alexandrum fuiſſe verum Pontificem, et tamen non aſſentitur; Siquidem vult, Gregorium XII. fuiſſe legitimum Pontificem, non Alexandrum. Verùm cum S. Antoninus præceſſerit Pontificatum Alexandri VI. non potuit ea ratione moueri, qua Bellarminus, vt crederet Alexandrum illum V. fuiſſe verum Pontificem. Sed res certè difficultate non caret. Nam certum eſt, Gregorium illum XII. fuiſſe legitimum Pontificem, alioqui enim Gregorius XIII. non ſe decimumtertium, ſed duodecimum dixiſſet, qui non ceſſit Papatui in Concilio Piſano, ſed poſtea in Concilio Conſtantienſi; & Concilium Piſanum nullius Pontificis authoritate indictum fuit, quemadmodum poſtea Conſtantienſe à Ioanne XXIII. indictum, & ab ipſo Gregorio approbatum, quorũm vterque à ſuis habebatur verus Pontifex: & Cardinales ipſi etſi poſſint creare Pontificem, nõn tamen pro arbitrio poſtea deponere, maximè ſi Gregorius non colluſit, nec ſimulatè, ſed ſincerè proceſſit, prout initio ſui Pontificatus, & antea iurauerat, ac vouerat, & ſi per eum non ſtetit, quominus fieret vnio, & ſchiſma tolleretur. Inde fit, vt aliqui Gregorij Pontificatui annos aſſignent duos, menſes ſex, dies ſex, nempe vſque ad eius depoſitionem in Concilio Piſano, ſuffecto Alexandro V. alij verò annos octo, menſes ſeptem, dies quinq; nempe vſque ad ſpontaneam eius renunciationem in Concilio Conſtantienſi, per ſuos Legatos anno 1415. prout habetur ſeſſ. XIV. eiuſdem Concilij. Gerſonis iudicium de hoc Concilio eſt: *Hi Dei nutu* (inquit lib. de auferibilitate Papæ ab

Eccleſia Conſider. 20. *& Spiritus Sancti (ſicut credendum eſt) inſpiratione tracti fuerunt, qui ad conuocationem ſacri Concilij Piſis celebrandi dederunt operam*. Verùm in hac controuerſia nihil eſt quod Romani Pontificis primatui, & authoritati refragetur; nec enim de dignitate, & officio agitur, ſed de perſona, quis fuerit tum habendus verus, & legitimus Pontifex. Sed certum eſt, Alexandrum V. non dici poſſe inuaſorem Sedis Apoſtolicæ, neque intruſum: & grauiter poſtea Bononiæ ægrotans, cum ſentiret, ſibimet mortem imminere, Cardinalibus ad ſe vocatis teſtatus eſt per eam mortem, quam præ oculis habebat, nec reformidabat conſcientia benè actæ vitæ motus, ſe exiſtimare, & credere, quæ in Concilio Piſano decreta fuiſſent, rectè, atque integrè facta fuiſſe omnia ſine dolo malo, fraudeue. Sed Mornæus ex Authore ſibi familiari.

Pag. 504

Theodoricus igitur hic (inquit) *ſtatim vbi Papatum attigit, in effrænem licentiam omnia ruiſſe, vt decem quibus ſedit menſibus plus dedecoris ſedi attulerit, quàm alij totidē annis.*

Theodorici impoſtura.

ET ex eodem citat, quod quilibet dominorum Cardinalium in eodem Conclaui exiſtentium, in quo nempe electus eſt Alexander, promiſiſſet omnia ſe conceſſurum, quæ ipſi familiares Cardinalium peterent, ſi eligeretur in Papam, ideoque ſignaturas pro eis tam largè feciſſe: quæ certè impoſtura eſt, nec præterea vllum alium habet Authorem. Subijcit:

Pag. 504

Adeo difficile, etiam re tamdiu deliberata, poſt tantam rerum omnium perturbationem, & virum probum inter tot Curiales inuenire, & de electione abſque manifeſta Simonia agere.

Alexãder V. qualis vir.

SEd longè diuerſum ſcribunt alij Authores de Alexandro V. Platina Merito ei Alexandri nomen in Pontificatu impoſitum ſcribit; *cum & liberalitate, & magnitudine animi cum quouis optimo Principe conferri poſſit. Adeò enim munificus erat in pauperes, & viros ſua benignitate dignos, vt breui ſibi nihil reliquerit*. Eadem Onuphrius, in Epitome Pontif. & alij de eo ſcribunt. Et quod Theodoricus à Nyem lib. 3. de ſchiſmate cap. 51. ſcribit, eum fuiſſe in agibilibus, & practicabilibus penitus inexpertem, facile mendacij redarguitur; cum à Galeatio Duce Mediolanenſi accitus primum locum habuerit in eius conſultationibus.

Eius obitus

Bononiæ deceſſit anno 1410. menſe 10. ſui Papatus. Imminente morte, accitis Cardinalibus, eos ad concordiam adhortatus eſt, & pacem, ac ad tuendam Eccleſiæ dignitatem; *Et lacbrymantibus omnibus, qui aderant, illud Saluatoris verbum ægrè proferens, Pacem meam do vobis, Pacem meam relinquo vobis, ſtatim moritur*, inquit Platina. Mornæus.

Pag. 504

Mancipium Satanæ, Principis Mundi, quomodo pacem daturus, quam dare non poteſt mundus; qui nempe in tantulo ſpatio, VVenceſlaum Regem Bohemiæ, Regem Romanorum declaratum, cum Imperatore Roberto in Germania commiſerat; in Italiam Ludouicum Andegauenſem, in Regem Siciliæ coronatum, nulla iuris formula pro Imperio Ladislao, oppoſuerat.

Alexãder nequaquã Sathanæ mancipiũ.

SEd quomodo Sathanæ mancipium Alexander Pontifex? An quia ea verba Cardinalibus dixit, quæ Apoſtolis Chriſtus? Et certè nulla hic erit blaſphemia, ſi dicamus, in Eccleſia Pontificē gerere perſonā Chriſti, Cardinales verò, qui ei adſtant, & ſunt à latere, referre perſonā Apoſtolorũ: Et Apoſtoli ipſi Lucæ 10. dabāt hāc pacē. *In quamcunque domum intraueritis, dicite primùm, Pax huic domui: & ſi fuerit ibi filius pacis, requieſcet ſuper illum Pax veſtra*: Et ſuam illam pacem, Chriſti item Pontifex reputabat: nec niſi in Chriſto, & per Chriſtum haberi poſſe iudicauit.

Alexãder VVēceſlaũ nõ cõmiſit cum Roberto Imp.

Quod verò ſcribit, Alexandrum Pontificem VVenceſlaum Bohemiæ Regem cum Roberto Imperatore commiſiſſe: vnus id refert Theodoricus à Nyem ſuſpectæ fidei Author lib. 3. de ſchiſmate cap. 53. nempe Alexandrum VVenceſlaum Regem Bohemiæ ſtatim cœpiſſe nominare Regem Romanum, Rege Roberto, qui in poſſeſſione tunc fuit Regni Romani, ad hoc non vocato, vel citato, & nullo contra eum præmiſſo proceſſu: quod minimè veriſimile, cum abdicato VVenceſlao anno 1400. velut inutili ab Electoribus ſuffectus fuerit ipſe Robertus Palatinus Rheni, approbante Bonifacio IX. Alexandri deceſſore, & à reliquis deinceps ſucceſſoribus Pontificibus habitus ſit Romanorum Rex non ipſe VVenceſlaus; improbaſſe verò ſententiam ſuorum deceſſorum, omni probabilitate caret, cum & ſua plurimum intereſſet à ſuis partibus habere Robertum, tum eo titulo inſignitum.

Ludouicũ Andegauēſem iuſtè oppoſuit Ladislao.

Quoad Ludouicum Andegauenſem: iuſtè eum Pontifex oppoſuit Ladislao tamquam hoſti Eccleſiæ, & ditionum Pontificiarum inuaſori: & ipſe, pulſis Ladislai militibus, Romam Pontifici reſtituit. Præterea nonniſi ius ſuum repetebat Ludouicus à Pontifice, quod habebat in Regnũ Neapolitanum, de quo antea pater ſuus Ludouicus contenderat cum Carolo patre Ladislai. Neque iuſtum bellum opponitur paci illi, quam Pontifex decedens Cardinalibus dare ſe dicebat cum & Chriſtus pacem ſuam attulerit Mundo, quam Mundus ipſe dare non poterat, quæ exuperat omnem ſenſum, quam Prophetæ Chriſtum allaturum prædixerant, nempe humanum genus Deo reconciliare, cùm tamen & ipſe diceret Matth. 10. *Nolite arbitrari, quia pacē venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed*

gladium

gladium, veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem &c. quia propter fidem, & amorem Chriſti filij à parentibus ſeparandi erant.

Ioannes XXIII. ſubrogatus Alexandro V.

Nunc de Pontificatu Ioannis XXIII. Anno igitur 1410. mortuo Bononiæ Alexandro V. ſubrogatur Ioannes XXIII. Balthaſar Coſſa antea nominatus, Cardinalis S. Euſtachij, *omnium conſenſu* (inquit Platina) licet aliqui ſcribant id factum eſſe violenter, quòd & Legatus Bononiēſis eſſet, & armatos milites tum in Vrbe, tum in agris pro ſtatione haberet, vt ſi precario id obtinere non poſſet, minis, & armis tandem conſequeretur. Equidem id illi inter cæteros articulos in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. XI. quinto loco obijcitur, quod tantum practicare ſciuit, vt poſt mortem bonæ memoriæ Alexandri V. Papæ in Romanum Pontificem electus extiterit, & ſe Papam Ioannem XXIII. appellarit, & ab alijs nominari, & appellari ſe fecerit. Non tamen id illi opponitur, quod violentia ad eum eligendum adhibita ſit, quod certè non tacuiſſent, multò minus quod refert Mornæus, eum fraude acceptum à Cardinalibus Mantum D. Petri humeris ſuis impoſuiſſe, & dixiſſe: *Papa ego ſum.*

Pag. 504

Pag. 505

Quæ de bubone tradit Nicolaus Clemangis fabuloſa ſunt.

Quòd verò refert Mornæus ex Nicolao Clemangis Baiocenſi Archidiacono, cum Romæ Balthaſar Concilium conuocaſſet, & ante primam Concilij congreſſionem pro inuocatione S. Spiritus ſolito fuiſſet de more Miſſa celebrata, Concilio aſſidente, & ipſo Balthaſare in parata ſibi cathedra ſublimiore præſidente, bubonem dirum, & feralem è latebris ſuis erumpentem cum ſua illa horrifica voce continuò aduolâſſe, & ſuper trabem Tēpli mediam oculis in Balthaſarē directo intuitu coniectis aſtitiſſe, vnde cœperint vniuerſi mirari malum omen auſpicari, iſte rubore ſuffundi, ſudare, anguſtiari &c. fabulę certè haud abſimile videtur; neque alium authorem producit Nicolaus ille Clemangis, quàm amicū ſuum quendam Roma illis diebus reuerſum, in tanta re teſtimonium non ſatis graue: & licet nobis credere Authorem illum finxiſſe amicum ſuum illum fidelem, & totam inde fabulam ſuam texuiſſe, maximè cum videatur malè animatus in Ioannem XXIII. quem *Balthaſarem* duntaxat appellat, & quidem *perfidiſſimum*; erat enim factionis Petri de Luna dicti Benedicti XIII. Præterea in Indice Romano Nicolai Clemangis illa tantū Opera permittuntur, quæ iuxta cenſuras Patrum deputatorum emendata excudentur, cuiuſmodi non ſunt, quæ citat Mornæus. Poſtremò reſpondemus cum Cardinale Bellarmino lib. 4. de Rom. Pōtifice cap. 14. Ioannem XXIII. non fuiſſe Pontificem omninò certum, & indubitatum, proinde non neceſſariò eſſe defendendum. Siquidem eo tempore tres erant, qui Pontifices haberi volebant, Gregorius XII. Benedictus XIII. & Ioannes XXIII. nec poterat facilè iudicari, quis eorū verus, ac legitimus eſſet Pontifex, cùm nō deeſſent ſingulis doctiſſimi patroni.

Ioannes XXIII. nō neceſſario defendendus.

Pag. 505 506. 507

De Concilio Conſtantienſi deinceps in reliqua parte Progreſſus agit Mornæus. Hoc Concilium indictum à Ioanne XXIII. anno 1413. Extat Bulla conuocationis ſeſſ. 4. eiuſdem Concilij: cumquè Conſtantiam Vrbem in Germania propè Heluetios ſitā delegiſſet, ipſe anno proximo, v. Kal. Nou. cū maximo ornatiſſimoq; Cardinalium, & aliorum Antiſtitum comitatu Conſtātiam venit, paucique poſt diebus initium Concilio dedit. Conuenerunt ad hanc Synodum multi Patres, viri doctrina, & probitate clariſſimi, multi item viri potentia, generiſque ſplendore, in primis verò ipſe Romanorum Rex Sigiſmundus, qui magnam in eo ſpeciem pietatis, & religionis dedit, quem comitati ſunt permulti Germaniæ, atque Hungariæ Principes ampliſſimi, qui etſi non omnes eodem tempore, ſemper tamen aliqui Conſtantiæ permanſerunt. Inchoato deinde Concilio, tametſi eam ob cauſſam potiſſimùm erat coactum, vt ſchiſma extingueretur; nunquam tamen in eo Patres laborarunt, vt ſingulorum Pontificum ius perpenderent, aut, quis reliquis præferendus eſſet, rationibus, & argumentis exquirerent. Erat enim id difficillimum, vixquè vnquam ad exitum fuiſſet cauſſa perducta. Itaque Patres id vnum curarunt, vt illi tres Pontifices de ſuo quiſque iure decederent, aliuſque verus, & certus, de quo nulla poſſet eſſe dubitatio, Pontifex deligeretur. Quamuis autem Ioannes XXIII. Synodum congregaſſet, ſeque Pontificatu ceſſurum promiſiſſet, ſi Gregorius, & Benedictus ſe vellent abdicare; tamen mutato conſilio clam noctu Pontificijs inſignibus abiectis Cōſtantia diſceſſit, & ſe in Oppidum quoddam Ducis Auſtriæ, cuius auxilium implorauerat, metu perterritus recepit. Tulit grauiter Synodus Ioannis diſceſſum, acerbèque in eum inuecta eſt. Fuerant Ioanni præterea multa obiecta crimina, de quibus continuò Patres cognouerunt, iudiciorumquè ordine ſeruato, primò quidem eum à Pontificatus adminiſtratione remouerunt paucis verò poſt diebus poſtrema lata ſententia eidem Pontificatum abrogarunt. Tulit Ioannes moderatè, ideòque ſuo aſſenſu Synodi ſententiam comprobauit, ac, ne qua vnquā dubitatio poſſet exiſtere, de ſuo iure ſponte deceſſit, ſeque Pontificatu abdicauit ſicquè Ioannis cauſſa ad exitum perducta eſt. Hæc ex hiſtoria Concilij Conſtantienſis eidem præfixa tom. 4. Conciliorum Romæ editorum anno 1612. & conſtant ex Actis Concilij vſquè ad ſeſſ. XII. quę habita eſt IV. Kal. Iunij anno 1415. vbi inſeritur ſeſſ. VIII. damnatio quadragintaquinque Articulorum Ioannis VVicleſ, memoria eius cōdemnatur, & oſſa eius exhumari mandantur. Si verò adeò nititur Mornæus huius Concilij authoritate ad ea congerenda crimina, quæ in eo Ioāni XXIII. obijciuntur; cur non illud omninò probat? Siquidem ad tollendum ſchiſma Concilium illud contra Ioannis XXIII. perſonam egit, eumque Pontificatu abdicauit, ſed nihil contra dignitatem ipſam Romani Pontificis, aut primatum Romanæ Eccleſiæ ſanciuit; immò rectè iudicauit, non poſſe conſiſtere vnitatem Eccleſiæ, & vnionem omnium Chriſtianorum ſine vno certo, & indubitato Romano Pontifice, cui omnes Chriſtiani ſubeſſent. Quod verò ſcribit, inter cætera crimina hæreſim Ioanni XXIII.

De Concilio Conſtantienſi.

Quid in eo de Ioanne XXIII.

Digitized by Google

fuiſſe obiectam in Concilio, quodquè vitam futuram,& carnis reſurrectionem non crederet: ab hac calumnia eum vindicat Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifice cap. 14. contenditque, probabile vehementer, ac ferè certum eſſe, eum errorem falsò tributum fuiſſe Ioanni Papæ. Nam in primis cùm in ea ſeſſione Concilij enumerentur Articuli, qui obij cebantur Ioanni Papæ, primùm collocantur articuli quinquaginta tres, qui omnes ad mores pertinent, & hi omnes ſuis certis teſtibus confirmantur. Deinde adferuntur alij quidam ſine certis teſtibus, quorum penultimus eſt, eum negaſſe vitam æternam futuram,& aliam poſt hanc,& præterea carnis reſurrectionem: Qui Articulus non fuit probatus niſi ex vulgi rumore, qui quoniam videbat Ioannem vitæ eſſe diſſolutæ, exiſtimare cœpit, atquè etiam dicere eū non credere vitā futuram,& carnis reſurrectionem; at verò ex malis operibus nō rectè colligitur, aliquem hæreticum eſſe. Et ſeſſ. 12. recitatur ſentētia definitiua Concilij aduerſus Ioannem Papam,& recenſentur cauſſæ damnationis, & depoſitionis eiuſdem, nulla tamen erroris, aut hæreſeos mentione facta; cùm alioqui debuiſſet poni primo loco, ſiquidem nulla iuſtior cauſſa iudicandi Pontificem, immò vnica ferè, ob quam ritè iudicari queat. Ex eadem hiſtoria Concilij conſtat, poſt ſententiam contra Ioannem XXIII. latam, omnia, magna ex parte fœliciter eueniſſe. Gregorius enim vir bonus,& pius paucis poſt diebus, cùm Eccleſiæ ſtatum videret religione obſtrictus, Ioannem Dominicum Cardinalem Raguſinum,& Carolum Malateſtam virum clariſſimum Conſtantiam miſit, nec ſolùm anthoritatem ſuam interpoſuit, ac per hos Legatos Synodum ſuo nomine comprobauit, verùm etiam per eundem Carolum cui hanc rem totam commiſit, magna omnium approbatione Pontificatum depoſuit: qua ex re Concilium accepit magnam voluptatem, cum videret iam duas partes inter ſe coniunctas, tantumque reliquam eſſe tertiam Benedicti, eamque ſolam obſtare, quo minus negotium grauiſſimum ad exitum perduceretur. Quod vero ſuſpicarentur Patres ex his quæ viderant, Benedictum non facilè ceſſurum, omnes neruos in eo contenderunt, vt pertinacem eius animum expugnarent. Quare, cùm magna eſſet eo tempore Sigiſmundi Imperatoris authoritas, ſynodus ſeſſ. 16. & 17. eum magnopere rogauit, vt Eccleſiæ ſuſciperet patrocinium, & ipſemet cum Legatis Concilij Benedictum adiret, & ad officium cohortaretur: quod ſi eum adducere minus poſſet, Ferdinandum certè Aragoniæ Regem, qui præter cæteros. Benedicto fauebat, & alios, qui eundem vt verum Pontificem venerabantur, ab ipſo Benedicto auertere, & ad Eccleſiā vno omniū conſenſu in antiquū ſtatū reſtituendā conaretur impellere. Sigiſmundus igitur Perpinianū ad Ferdinādū ſe contulit, ac de negotio cū eo egit, deinde cum Benedicto, qui eiuſdē Ferdinandi opera Perpinianum venerat. Obſecrarunt eū Reges, ac Legati, vt Eccleſiæ aliquando conſuleret, & quoniam nihil præter ipſius voluntatem deteſtabili

Ioannes XXIII. ab hæreſis crimine vindicatur.

Quid Gregorius XII.

Quid Concilium vt Benedictū XIII flecteret.

peſti depellendæ tunc obſtabat, daret ipſe quoq; manus, tribueretquę hoc ſummum Eccleſiæ beneficium, ac eius vtilitatem, vt verum Chriſtianum decet nomini,& inſignibus Pontificis anteferret. Reſtitit vſquequaque Benedictus, nulliſque vnquam precibus moueri potuit, adeoq; cum cauſſam ſuam defendendam ſuſcepiſſet, ſeptem horas in tuendo ſuo iure, & explicando conſumpſit, defatigatis audiendo omnibus, ac pleriſque abeuntibus. Sigiſmundus itaque re infecta Perpiniano diſcedit, minatus vi facturum, quod recuſaret voluntate. Narbonæ tamen aliquantulum conſtitit, ſi Ferdinandi precibus, qui eam curam deſumpſerat, pertinax Benedicti animus flecteretur. Nihil impetratum eſt: quin citato ſe Paniſculam proripuit, Oppidi firmitate, quod ad maris oram rupi impoſitum eſt, Pontificiam dignitatem tueri parans. Ferdinandus igitur hominis pertinacia commotus ab eo diſcedere decreuit ac Regium Edictum in hanc ſententiam promulgatum, Legati ab Alfonſo Rege Aragoniæ, patre Ferdinando mortuo, ad Concilium miſſi. Benedictus itaque à Patribus in ius vocatus contempſit, nec adduci potuit, vel adeſſet ipſe, vel aliquid reſponderet. Quare Synodus inſolentiam eius grauiter ferens, ſeruata omni ex parte iudiciorum forma, in Benedictum animaduertit, ſententiaque lata ipſum de varijs criminibus damnauit, atque prius anathematis pœna mulctatum de Pontificatu deiecit. Poſt hanc ſententiam Patres ad electionem noui Pontificis ſe compararunt,& ad eos Cardinales, qui tunc Conſtantiæ aderant alios triginta viros probos, & eruditos adiunxerunt, quos ſuffragij ius in ea tantùm electione habere voluerunt. Omnium conſenſu renunciatus eſt Otho Columna, patria Romanus, ex Illuſtri Columnenſium familia natus, vir prudentia,& pietate inſignis: qui, quòd in ferijs S. Martini electus eſſet, Martinus V. dici voluit. Hæc omnia ex hiſtoria Concilij ipſi præfixa,& conſtant ex Actis ipſius Concilij à ſeſſ. 23. & deinceps. De his etiam legi poteſt Mariana lib. 20. de rebus Hiſpaniæ cap. 6. 7. & 9. Mornęus.

Nō tamen flexus eſt.

Quid propterea inipſum.

Martinus V. Pōtifex a Concilio electus.

Conueniebat, vt cum poteſtatis abuſu doctrinæ impietas creſceret; Itaque legimus Benedictum iſtum, primum inſtituiſſe, vt Sacramentum corporis Chriſti, corpori ſuo tutando, ante ſe geſtaretur, vt quem nullum in cœlo credebat, contra aduerſarios in terra vindicem habere videretur, quod ille Perſarum Regum exemplo haud dubiè commentus erat. Pag. 507 508.

RItus certè longè antiquior, vt Pontifici paulò longius, ab Vrbe proficiſcenti Sacroſanctæ Euchariſtiæ Sacramentum præferatur, idq; cum ſolemniſſima pompa, religioſiſſimoque comitatu. Quod Pontificij ita proprium eſt, ac peculiare, vt nulli vnquam Antiſtiti ſit indultū.

Scri-

Digitized by Google

Scribit quidem Paulus Aemilius, in Carolo VI. lib. 10. quod cùm Franci Benedicti XIII. nomen iam inuiſum haberent, & a Franco milite Regioque Prætore obſideri, & oppugnari cœpiſſet, edictumque, ne quis ſacra beneficia, expectationumque munera ab eo peteret, ac ſuis ſequacibus iure vectigalium, Eccleſiaſticorumq; redituum interdictum, proinde facta eſſet ab eo ſeceſſio, ſolitudoque circa eum conſpiceretur, eo metu, ignominiaque permotus, ne a quoquam violaretur (nam apud Gallos tum temporis nondum erat inſtituta Religio Reformata Mornæi, nec Eccleſiæ iſtius Purioris vlla tum mentio; alioqui enim maius periculum fuiſſet, ne inde violaretur) Sacroſanctum Domini corpus præ ſe ferens in Cathaloniam ad Natales ſuos, Tarraconenſeſque conceſſit, non tamen id primus inſtituit. De ritu antiquo præferendi Sacroſanctum Chriſti corpus Romanis Pontificibus iter conficientibus legi poteſt Comentarius Reuerendiſſimi D. Angeli Rocca Auguſtiniani, Apoſtolici Palatij Sacriſtæ, ſumma pietate, & doctrina viri.

Cur Benedictus XIII. inſtituerit vt Eucharistiæ Sacramentū ante ſe geſtaretur.

Quod verò ſcribit Aduerſarius, eum Regum Perſarum exemplo hoc commentum eſſe: cur non magis Dauidis Regis ſanctiſſimi? de quo legimus 2. Reg. 15. quod cum fugeret à facie Abſalonis, *venit Sadoc Sacerdos, & vniuerſi Leuitæ cum eo portantes Arcam fœderis Dei*; nam certè Arca fœderis Dei viuentis Sacroſanctæ Euchariſtiæ figura erat expreſſiſſima: quæ pro neceſſitatibus populi ſolebat foras extra Tabernaculum, ac locum ſacrum educi, & quaſi proceſſione ad depellenda pericula contra hoſtes, quoties opus erat, circumferri. An vero ideo Hebræi putabāt, nullum eſſe Deum in Cœlo, qui eos ab hoſtibus protegeret? Quæ igitur hæc conſequentia Aduerſarij, Benedictum nullum in Cœlo Chriſti corpus credidiſſe, quia illius Sacramentum vindicem habere videbatur in terris? Nullus certè Catholicorum, qui credunt, Chriſtum verè, realiter, & ſubſtantialiter præſentem eſſe in Euchariſtia, negat eum ſedere ad dexteram Maieſtatis in excelſis. An quia Satyrus frater S. Ambroſij (de quo idem Sanctus Ambroſius in Oratione fun. de fratre) in naufragio conſtitutus cum ea, qua vehebatur nauis, ſcopuloſo illiſa uado, vrgentibus hinc inde fluctibus ſolueretur, ab initiatis demùm illud fidelium popoſcit Sacramentum, vt fidei ſuæ conſequeretur auxilium; illud ligari fecit in orario, & orarium inuoluit in collo, atque ita ſe deiecit in mare; ideo non credidit, Chriſtum eſſe in Cœlo, qui eum poſſet à naufragij periculo liberare? Proſequitur:

An exēplo Regū Perſarum.

Inepta Mornæi cōcluſio ex facto Benedicti.

Pag. 508

Alexander V. quia Minorita, vt Ordini Minorum gratificaretur &c. Legem ſancit, vt ſtigmata Franciſci omnes Chriſtiani credere teneantur; In quorum etiam venerationem Feſtum inſtituit.

MVltorum teſtimonijs, & fidiſſimis relationibus comprobata fuere S. Franciſco impreſſa ſtigmata, de quibus S. Bonauentura in Hiſtoria vitæ S. Franciſci cap. 13. de quibus, & in Martyrologio Romano XVII. Septembris: *Cōmemoratio impreſſionis ſacrorum ſtigmatum, quibus S. Franciſcus Ordinis Minorum inſtitutor in eius manibus, pedibus, & latere, mira Dei gratia in Monte Aluerniæ in Etruria impreſſus eſt.* In quem Martyrologij locum Baronius: *Porrò rem adeò admirabilem, ac tantopere teſtatam Benedictus Papa XI. anniuerſaria ſolemnitate duplici officio Eccleſiaſtico voluit celebrari: quam, neſcio quomodo lapſam, in Martyrologio Romano hac die recenſeri, hocquè loco poni Sanctiſs. D. N. Sixtus Papa V. tanti Patris alumnus mandauit.* Non igitur Alexander V. vt Ordini Minorum gratificaretur, ſed Benedictus XI. Ordinis Prædicatorum, & centum annis anterior, id feſtum inſtituit. Mornæus.

Feſtum in honorē ſtigmatum S. Franciſci à quo inſtitutum.

Pag. 508

Sic & Joannes XXIIII. nobis XXIII. *quod VViclefus Scripturas ſacras in linguam Anglicam tranſtuliſſet, Scripturæ ſacræ verſionem in linguã vernaculam, hæreſim in Anglia eſſe voluit. At non ea ſane mens Carolo V. ſapienti Regi noſtro, cum non multo antè Biblia ſacra in Gallicam in ſuũ populiq; vſum transferri iuberet.*

EQuidem verſiones Scripturæ ſacræ in linguam vulgarem ab Hæreticis factæ, tamquam falſariorum meritò prohibentur, vt animabus valde periculoſæ; cum non aliud illis ſtudium, quàm Scripturas corrumpere, indeque peſtiferos ſuos errores incautis, & ſimplicibus inſtillare: & qui eis verſionibus vtuntur, *pro luce tenebras* (vt ſcribebat D. Cyprianus Epiſt. 40. ad vniuerſam plebem) *pro die noctem, pro cibo famem, pro potu ſitim. Venenum pro remedio, mortem pro ſalute ſumunt.* Id VVicleſo Hæreſiarchæ fuit propoſitum: non ita Carolo V. Regi ſapienti Chriſtianiſſimo, cum ſacra Biblia in linguam vulgarem à Catholicis Doctoribus de quibus nulla erroris ſuſpicio, iuſſit transferri; cum tamen nec huiuſmodi verſiones à Catholicis editæ paſſim, & indifferenter permittantur. Neque vero vlla lex Caroli V. Regis Franciæ, qua huiuſmodi translatione in linquam Gallicam Galliæ populi vterentur. Mornæus.

De vulgaribus editionibus ſacræ ſcripturæ.

Pag. 508

Interim Concilium Conſtantienſe ipſum dum poteſtatem ſuam ſupra Papam aſſerit, ſeſe ſupra Chriſtum Dominum, Paparum æmulatione extollere minimè prætermittit.

REctè monet Bellarminus lib. 1. de Concilijs cap. 7. hoc Concilium quantum ad primas ſeſſiones, vbi definit, Concilium eſſe ſupra Papam, reprobatum eſſe in Concilio Florentino. & Lateranenſi vltimo; quantum ad vltimas ſeſſiones,

De Concilio Conſtātienſi poteſtatē ſupra Papam ſibi aſſerente.

nes, & ea omnia, quæ probauit Martinus V. ab omnibus Catholicis recipi. Poteſt etiam intelligi illa definitio Concilij, quia tum nullus erat indubitatus Pontifex, & ceſſerunt Ioannes XXIII. Et Gregorius XII. Et Benedictus XIII. abdicatus fuit. Et quod dicitur, quemlibet, etiamſi Papalis dignitatis ſit, obedire teneri Concilio, habenda ratio illorum temporum, & intelligitur de illa ſynodo præciſe, non de qualibet alia, quæ indicta ſit ab vno vero, & indubitato Pontifice, qui ei præſit per ſe, vel per ſuos Legatos. Nec dicit abſolutè, in qualibet re, & ad quemlibet effectum debere obedire Concilio, ſed in his, quæ ſpectant ad fidem, & extirpationem dicti ſchiſmatis, ac generalem reformationem Eccleſiæ tam in capite, quam in membris. Id obſeruatum eſt à Sandero lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſiæ pag. 512. num. 1065. Mornæus.

Pag. 508 *Quiritantibus pleriſque nationibus, quod contra diſertam inſtitutionem Christi, in participanda Euchariſtia, calix Domini ipſis ſubduceretur, Decretum Patres illi promulgare non verentur omni ſeueritate executioni mandandum, execrabilibus hiſce verbis conceptum; Etiamſi Chriſtus poſt Cœnam inſtituerit, & ſuis diſcipulis adminiſtrauerit ſub vtraque ſpecie panis, & vini hoc venerabile Sacramentum, tamen hoc non obſtante Sacrorum Canonum authoritas laudabilis, & approbata conſuetudo Eccleſiæ ſeruauit & ſeruat, quod huiuſmodi Sacramentum non debet confici poſt Cœnam &c.*

Concil. Conſtantienſe ſeſſ. 13.

Suppreſſa à Mornæo. MOrnæus ſuppreſſit hæc, quæ ſequuntur: *Neque à fidelibus recipi non ieiunis, niſi in caſu infirmitatis, aut alterius neceſſitatis à iure, vel Eccleſia conceſſo, vel admiſſo.* Subiungit Synodus: *Licèt in primitiua Eccleſia huiuſmodi Sacramentum reciperetur à fidelibus ſub vtraque ſpecie; tamen hæc conſuetudo ad euitandum aliqua pericula, & ſcandala eſt rationabiliter introducta, quod à conficientibus ſub vtraque ſpecie, & à Laicis tantummodo ſub ſpecie panis ſuſcipiatur* (cauſſam ſubiungit) *cùm firmiſſimè credendum ſit, & nullatenus dubitandum, integrum Chriſti corpus, & ſanguinem tam ſub ſpecie panis, quàm ſub ſpecie vini veraciter contineri. Vnde cum huiuſmodi conſuetudo ab Eccleſia, & SS. Patribus rationabiliter introducta, & diutiſſimè obſeruata ſit, habenda eſt pro lege, quam non licet reprobare, aut ſine Eccleſiæ authoritate pro libito mutare. Quapropter dicere, quod hanc conſuetudinem, aut legem obſeruare ſit ſacrilegum, aut illicitum, cenſeri debet erroneum, & pertinaciter aſſerentes oppoſitum præmiſſorum, tamquam hæretici arcendi ſunt, & grauiter puniendi.* Quod lib. de vnitate Eccleſiæ ſcribebat S. Cyprianus de hæreticis, quod *corruptores Euangelij, atque interpretes falſi extrema ponunt, & ſuperiora prætereunt, partis memores, & partem ſubdolè comprimentes, vt ipſi ab Eccleſia ſciſſi ſunt, ita capituli vnius ſententiam ſcindunt,* id in citando loco Concilij Conſtantienſis egregiè imitatus eſt Mornæus, qui & ſubiungit:

In quibus hæc clauſula, Non obſtante, ſæculis anterioribus, vti vidimus, Eccleſiæ iam odioſa, quod ea Bullis Papalibus addita, ſanctiores quæque leges reuocarentur, huius iam Synodi authoritate non vſum tantùm primitiuæ Eccleſiæ, ſed expreſſum ipſius Domini mandatum, & in inſtituendo quidem tanti momenti Sacramento, apertè abrogat. Pag. 508

QVod pleraſque nationes ſcribit Aduerſarius conqueſtas fuiſſe de vſu calicis ſibi ſubtracto: Bohemi ſcilicet iam infecti hæreſi VVicleſi, de hoc conqueſti ſunt, authoribus Ioanne quodam Dreſdenſi ob hæreſim patria pulſo, & Iacobello Miſnenſi Pragæ Concionatore, prout refert Aeneas Syluius Hiſtoriæ Bohemiæ cap. 35. Sed miror, quomodo horum patrocinium ſuſcipiat Aduerſarius. Siquidem illi volentes communicare ſub vtraque ſpecie, idem credebant, quod Catholici, verè, realiter, & ſubſtantialiter ſub ſpecie panis, & vini eſſe poſt conſecrationem corpus, & ſanguinem Chriſti: neque de hoc Huſſitis in Bohemia eſt controuerſia cum Catholicis; id verò Mornæus, & Eccleſiæ ſuæ, Purioris ac Reformatæ alumni apertè negant. Volebant illi vſum calicis poſt cœnam, quia contendebant, ita inſtitutum à Chriſto, & in primitiua Eccleſia vſurpatum; igitur ex eorum aſſertione, quorum patrocinium contra Conciliũ ſuſcipit Mornæus, ipſe, Nouatoreſque ab inſtitutione Chriſti, & antiquo vſu Eccleſiæ diſcedunt. At verò nos contendimus, Concilium Conſtantienſe, aut Eccleſiam Romanam nihil inſtituiſſe contra Domini mandatũ. Etſi enim Chriſtus poſt cœnam inſtituerit hoc Sacramentum corporis, & ſanguinis ſui ſub vtraque ſpecie, illudque Apoſtolis tradiderit; nihilominus nunquam mandauit, vt poſt cœnam conſecraretur, aut à fidelibus ſumeretur, neque vt ſub vtraque ſpecie Laicis traderetur. Extat expreſſus locus D. Auguſtini Epiſt. 118. ad Ianuarium cap. 6. *Liquidò apparet, quando primum acceperunt diſcipuli corpus, & ſanguinem Domini, non eos accepiſſe ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandum eſt vniuerſa Eccleſiæ, quòd à ieiunis ſemper accipitur? Et hoc enim placuit Spiritui Sancto, vt in honorem tanti Sacramenti in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi. Nam ideo per vniuerſum Orbem mos iſte ſeruatur. Neque enim*

Concilium Conſtantiẽ ſeq. cõmunionem nihil contra Domini mandatum inſtituit.

quia

Digitized by Google

quia poſt cibos dedit Dominus, propterea pranſi, aut cœnati fratres ad illud Sacramentum accipiendum conuenire debent, aut ſicut faciebant, quos Apoſtolus arguit, & emendat, menſis ſuis iſta miſcere. Namquè Saluator quo vehementiùs commendaret Myſterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ diſcipulorum, à quibus ad paſſionem digreſſurus erat. Et ideo non præcepit, quo deinceps ordine ſumeretur, vt Apoſtolis, per quos Eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc locum. Nam ſi hoc ille monuiſſet, vt poſt cibos alios ſemper acciperetur, credo, quod eum morē nemo variaſſet. Hactenus D. Auguſtinus. Eodem argumento, ſi inſtituendo Sacramentum corporis, & ſanguinis ſui mandaſſet, vt omnes ſemper, & vbique communicarent ſub vtraque ſpecie; nunquam certè Eccleſia ab huiuſmodi Domini mandato diſceſſiſſet. De hac controuerſia legi poſſunt Cardinalis Bellarminus lib. 4. de Sacramento Euchariſtiæ à cap. 20. ad 28. Ioannes Heſſels lib. de Communione ſub vnica ſpecie, Claudius de Sainctes Repetit. 9. de rebus Euchariſtiæ controuerſis, Gregorius de Valentia 4. Tom. Theolog. Comment. diſput. 6. quæſt. 8. puncto 5. & alij Interpretes D. Thom. 3. parte quæſt. 80. alij item Scholaſtici in IV. Sent. diſt. 11.

Circa ſubiunctam Oppoſitionem nobis nunc immorandum.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem ſexageſ. primam.

Pag. 508 Ad ſchiſma illud redit, *quo Eccleſia Chriſtiana* (inquit) *à duobus interdum, & tribus Pontificibus, inter ſe manifeſte colludentibus, diſtracta, direpta, diſcerpta.*

SEd, quæſo, quęnam Eccleſia illa Chriſtiana, quæ, etſi plures contenderent de Pontificatu, tamen haud dubiè vnum Summum Pontificem habendum eſſe iudicabat? Non alia certè, quàm Catholica toto Orbe nunc etiam diffuſa, quæ Romanæ Eccleſiæ, & eius Antiſtitis primatum agnoſcit. Si iudicio Mornæi Eccleſia illa eſt Chriſtiana; non ergo paret Antichriſto, & ſecum apertè pugnat Aduerſarius, cum hanc Eccleſiam, *Chriſtianam*, Pontificem vero, vocat *Antichriſtum*. Multa interim ex Theodorico à Nyem loca citat, &

Pag. 508 *Nobis* (inquit) *id in tanto damno commodi, quòd ex occaſione huius ſchiſmatis, os veritati multifariam aperiebatur*. Id ex citato Authore nititur demonſtrare: *Quare & ipſe ingenuè* (ait) *rationi conſentaneum fore, vt Imperator Romanus cum Prælatis, & populo Chriſtiano, tanquam filius Eccleſiæ ſpiritualis, cuius poteſtas immediatè à Deo, has turbas authoritate ſua compeſceret; ſtultos, & adulatores eſſe, qui dicunt Papam ſeu Eccleſiam duos gladios habere, temporalem, & ſpiritualem.*

VErum neque adeo patrocinari Mornęo Authorem illum oſtendemus. Siquidem ille ita ſcribit lib. 3. de ſchiſm. cap. 7. *Ideo rationabiliter fieri poſſet per Regem, vel Imperatorem Romanum, & alios Eccleſiaſticos Prælatos, necnon Populum Chriſtianum, prout ciuiliter intelligentibus eſt notum, & præcipuè intereſt Imperatoris, aut Regis Romani, quod Catholicus, vnicus, & mundus ſedeat in ſede Petri; cum Rex, aut Imperator ſit filius ſpiritualis Eccleſiæ &c.* quibus verbis oſtendit, lõgè ſe abeſſe à væſania Mornæi, qui vult, Papam eſſe Antichriſtum, Eccleſiam Romanam eſſe Sedem Antichriſti, quam Theodoricus à Nyem vocat *Sedem Petri*. Quod de duobus gladijs dicit: non certè ſtultus, & adulator S. Bernardus lib. 4. de Conſiderat. cap. 3. & Epiſt. 256. ad Eugenium Papam, qui vtrumque gladium Pontifici, licet differenter, tribuit: quæ & ſententia omnium ad vnum Theologorũ eſt cõmunis, qui longè rectiùs ſenſum Spiritus Sãcti in Scripturis Sacris norũt, quã Theodoricus à Nyẽ, qui Author quanti faciendus ſit à nobis, iam alibi diximus.

Theodorici à Nyē ſententia de Papa & Eccleſia Rom.

Duos gladios Pontifici tribuere non eſt ſtulti, & adulatoris

Quod verò ſcribit, huiuſmodi adulationes perpetuam ęmulationem, & diſcordiam inter Papam, & Imperatorem concitare: quoties vtraque poteſtas ſuis contenta erit iuribus, iuxta Theologorum iudicium, neque Imperatores inuadent iura Pontificum, haud dubiè nulla æmulatio erit, neque diſcordia. Proſequitur. Pag. 509

Ex Decretis conſtare, ſi quando ſchiſma in Eccleſiam oboricatur, veros Imperatores remedium adferre, & teneri & iure poſſe; Quod & exemplo Regis Theodorici probat, ex Decreto deprompto, & vehementer indignatur, quod Imperator Robertus Gregorium XII. demulcere conetur, qui ambos ad pacem Eccleſiæ reddendam cogere debuiſſet. Pag. 509

Verum

Digitized by Google

Theodoricus Rex ſibi non arrogauit iudicium de Romano Pont.

VErùm neque ex Theodorici exemplo, neque ex Decreto potuit Author ille, aut poterit vnquam Mornæus oſtendere, Imperatorum eſſe de Pontificibus iudicium: neque tantum ſibi Theodoricus Rex arrogauit, prout conſtat ex Decreto, loco à Mornæo citato diſt. 17. cap. *Concilia.* Siquidem Theodoricus Rex dicentibus Epiſcopis, eſſe Romani Pontificis congregare Synodum, neque eum minorum ſubiacere iudicio, *Deo aſpirante, reſpondit, Synodalis eſſe arbitrij in tanto negocio ſequenda præſcribere, nec aliquid ad ſe præter reuerentiam de Eccleſiaſticis negotijs pertinere, committens etiam poteſtati Pontificum, vt ſiue propoſitum vellent audire negotium, ſiue nollent, quod magis putarent vtile, deliberarent* (hoc erat in cauſſa Papæ Symmachi) *dummodo venerandi promiſſione Concilij pax in Ciuitate Romana daretur. Epiſcopi verò in Synodo reſidentes Symmachi authoritate congregata dixerunt: Symmachus Papa Sedis Apoſtolicæ Præſul ab huiuſmodi oppoſitionibus impetitus, quantum ad homines reſpicit, ſit immunis, & liber, cuius cauſſam totam Dei iudicio reſeruamus.* Erat ſchiſma tum in Eccleſia, ſiquidem contra Symmachum legitimum Pontificem intruſus fuerat à quibuſdam ſchiſmaticus Laurentius, neque tamen Theodoricus Rex etſi Arrianus putauit, ſuum eſſe contra Symmachū cogere Concilium, aut in eum ſententiam ferre: & ex eodem Decreto conſtat, iudicio omnium Epiſcoporum, cui aſſenſus eſt Theodoricus, Romanum Pontificem à nemine poſſe, aut debere iudicari. Neque verò Sigiſmundus Imperator pro tollendo ſchiſmate indixit Concilium Conſtantienſe, ſed Ioannes XXIII. annuente etiam Gregorio XII. neque de illis Pontificibus iudicauit, ſed Patres in Concilio congregati. Mornæus:

Pag. 509 *Othonis primi exemplū adducit* (Theodoricus à Nyem) *qui ex Germania Romam vſque traijcere non cunctatur, vt Iohannis XIII. proteruitam caſtiget, quem Concilij authoritate natalibus licet & affinitatibus Romæ ſuffultum, ſede pellit.*

Quæ Otho contra Ioānem Pont. hæc de facto, non de iure.

SEd de hoc ſuo loco diximus, & reſpondemus, id factum eſſe, non ius. Nec enim potuit Otho, nec illa Synodus Ioannem de Pontificatu deijcere: & qui ſubſtitutus eſt Ioanni, non fuit verus & legitimus Pontifex, eo viuente: nec Synodus illa legitimè fuit congregata contra Pontificem ab ipſo Imperatore, qui nullam eius indicendæ, aut Pontificis iudicandi habebat authoritatem. Quamuis itaque eſſet prudens & pius Imperator; verùm Eccleſiaſticarum Legum non ſatis peritus. Nullius igitur authoritatis argumentum, quod ab eius exemplo ducitur. Si ſigillatim expenderemus, quę ex Theodorico à Nyem lib. 3. de ſchiſmate cap. 10. citat Mornæus, plura ſunt, ex quibus nobis ſuppeditantur contra eundem argumenta, vbi tantùm malos Pontifices exagitat; non ipſam poteſtatem, aut dignitatem, officium reijcit. Ita enim ſcribit:

Omnium Chriſtianorum maximè intereſt, quod Papa eſſe debet mundus, non Simoniacus, ſanguinolentus, adulter &c. Pag. 509

ID quidem certum eſt; ſed hoc non eſt, nullum debere eſſe Pontificem in Eccleſia, ſed eum debere eſſe virtutibus prælucentem, non vitijs infamem. Verùm, vt ſcribit S. Gregorius lib. 25. Moral. cap. 15. *hoc eſt ſolerter intuendum, ne aut quem venerari neceſſe eſt, imitari appetas, aut quem imitari deſpicis, venerari contemnas. Subtilis est enim via tenenda eſt rectitudinis, & humilitatis, vt ſic repræhenſibilia Magiſtrorum facta diſplicean, quatenus ſubditorum mens à ſeruanda Magiſterij reuerentia non recedat.* Nullam igitur vim habet quod ſubiungit ex Theodorico:

Quis ſciens Papam eſſe talem, poſſet ſine remorſu conſcientiæ aut adulationis vitio illius pedes vel manus oſculari, aut illum patrem ſanctum cordialiter nominare? Pag. 509

NAm vitia illa ſunt perſonæ, non dignitatis, quam in perſona ipſa veneramur. Proſequitur:

Nec tenetur fortè Imperator, vel Rex Romanorum, fidelitatis iuramentum præſtitum tali peruerſo Papæ &c. obſeruare.

HAbemus igitur ex teſtimonio Theodorici à Nyem, cui tantum tribuit Mornæus, Imperatorem, vel Regem Romanorum, præſtare iuramentum fidelitatis ipſi Papæ, & ſi Papa ſit qualis eſſe debet, ad id obſeruandum teneri; ſi verò ſit aliquibus criminibus infamis, adhuc dubitat, an teneatur illud obſeruare. Et ex conſequētibus patet, quod has propoſitiones, nimirum *Quod Papa, niſi ſit a fide deuius, deici non poteſt, et Quod nemo iudicat primam Sedem, Quodque nullus poteſt auferre authoritatem, vel poteſtatem, quam conferre non poteſt*, vnde infertur, quod nemo niſi ſolus Deus, Papam poteſt iudicare, declarat, variari, nec ſubſiſtere in putatiuo, & contendente de Papatu in ſchiſmate, nec etiam intelligi rationabiliter in vno, & indubitato Papa malefico, & Eccleſiam ſcandalizante. Ergo in vno, & indubitato Papa Eccleſiam non ſcandalizante, vult prædictas propoſitiones habere locum; Siquidem exceptio regulam firmat in contrariū.

Quod citat Mornæus conſequenter ex eodem Theodorico à Nyem lib. 3. de ſchiſmate cap. 41. de præambulis Antichriſti:

Prædicato enim & diſſeminato Euangelio, iuxta ſententiam ſaluatoris veniet conſummatio, quam præcedet diſceſſio & diuiſio fidei &c. Pag. 510

Fraus

Theodorici locus de aduentu Antichriſti fraudulenter à Mornæo mutilatus.

FRaus, & dolus Mornæi patet in mutilando eo loco. Siquidem ibi Theodoricus à Nyem citato loco D. Pauli 2. Theſſal. 2. *Niſi veniet diſceſſio primum, & reuelatus fuerit Homo peccati, filius perditionis*, hanc gloſam ſubijcit: *Niſi prius gentes, quæ Romano ſuberant Imperio, diſcedant ab Imperio, & homines ab obedientia Romanæ Eccleſiæ, & fide, non veniet Antichriſtus, nec inſtat dies Domini &c.* Ergo diſceſſio ab obedientia, & fide Rom. Eccleſiæ præambulum eſt Antichriſti, tantum abeſt, vt iudicio illius Authoris Papa ſit Antichriſtus, & Eccleſia Romana ſedes ſit Antichriſti: immò Mornæus, & ſodales ſui, qui ſeceſſionem fecerunt ab Eccleſia Romana, & illius fide, nihil aliud, quàm Antichriſto viam parant.

Pag. 510 Quoad verſus ſequentes citatos ex eodem Authore:

Tu portentorum locus es conformis eorum:
Cum Nilo portenta paris, nutris Crocodilos:

minimè ſcripti ſunt in Eccleſiam Romanam, ſed in Vrbem ipſam occaſione Pauli de Vrſinis: & qui conſulet locum illum Theodorici, ſtatim deprænhendet Aduerſarij malignitatem, qui neſcio vnde colligat, Theodoricum à Nyem non ex antiqua Babylone Antichriſtum expectaſſe proditurum, ſed ex viſceribus Eccleſiæ Romanæ. In his, quæ refert ex Nemore Vnionis ipſius Theodorici a Nyem, vel referendis, vel examinandis, non eſt quod diutiùs immoremur. Multa eum Authorem contra fidem Hiſtoriæ ſcripſiſſe, & iuratum apparere Pontificum hoſtem, obſeruarunt viri docti & nos iam alibi diximus, in primis verò Gregorij XII. in quem multa temerè effundit, quemque Errorium ſolet appellare. Sed occaſione illius ſchiſmatis, Mornæus:

Pag. 511 *Hic attendant* (inquit) *aduerſarij vbi tum ſucceſſio, quam tantopere decantant.*

Pontificum Rom. ſucceſſio per ſchiſmata nunquam interrupta.

CErtè ante D. Auguſtinum aliquot ſchiſmata fuerunt in Eccleſia Romana, qui tamen retineri ſe dicebat in Eccleſia Catholica ſucceſſione Sacerdotum à ſede Petri vſque ad preſentẽ Epiſcopatum, quia in ſchiſmate licet plures de Pontificatu cõtenderent, nihilominus vnus erat legitimè iſtitutus, & alius intruſus, vt in ſchiſmate Cornelij, & Nouati anno Chriſti 254. Damaſi, & Vrſicini anno 367. Bonifacij, & Eulalij anno 418. ita in ſchiſmate, quod poſt Gregorium XI. durauit vſq; ad Martinum V. ab anno 1378. vſque ad annum 1418. ſucceſſit ipſi Gregorio Vrbanus VI. cui Bonifacius IX. Bonifacio Innocentius VII. cui Gregorius XII. qui renunciauit in Concilio Conſtantienſi, qui ſi deſiuit legitimus eſſe Pontifex per abdicationem Concilij Piſani, illi ſucceſſit Alexãder V. cui Ioãnes XXIII. Et qui parebant Clementi VII. & Benedicto XIII. in Auenione ſedentibus, etiam hanc ſucceſſionem in Eccleſia Romana agnoſcebant; ſiquidem legitimum Pontificem, ac ſucceſſorem Gregorij XI. volebant eſſe Clementem VII. intruſum verò per vim Vrbanum VI. ſed nemo ex Catholicis tempore diuturni illius ſchiſmatis non credidit, quiſquis legitimus eſſet Pontifex, eundem eſſe Petri Principis Apoſtolorum ſucceſſorem, & Chriſti Vicarium.

Quantum ad Epiſtolam metricam miſſam Gregorio XII. & ſibi adhærentibus, conuitiorũ plenam, quæ habetur apud ipſum Theodoricum à Nyem: ſiue ab ipſo conficta ſit, aut compoſita, ſiue à quouis alio edita, maledicentiſſimi hominis eſt, quæ reſponſum non meretur: ac perinde facit Mornæus, ac ſi impugnare volens Diuinitatem, à teſtimonijs Atheorum duceret ſua argumenta; ita à iuratis hoſtibus Pontificum ſumens teſtimonia contra Pontifices ipſos ſcribit, non veritatis inueſtigandæ, ſed obtrectandi homo ſtudioſus. Itaque reliqua lubens omitto, quæ citat ex eodem Authore: quibus tamen locis vitia perſonarũ notantur; non ipſa Pontificatus dignitas, aut officium impetitur. Mornæus:

Hic noſtra Gallia eo magis conſideranda venit, quòd contendentium alter apud nos Auenione reſidebat. Clementi igitur, Cardinales Petrum de Luna, alias Benedictum, ſubſtituerant; Froiſſardus ſub conditione electum ſcribit; Si Regi Franciæ eiuſque Conſilio placeret, alias non recipiendum. Pag. 513

ITa quidem Froiſſardus; ſed idem electionem hac lege factam, *Si Regi Franciæ placeret*, acriter repræhendit, & Cardinales ipſos, quòd ſe his ſubmitterent, à quibus rogari debuiſſent. Quod verò ex eodem ſcribit,

Cùm Regem de ſua Papalitate certiorem feciſſet, neglectim reſpondiſſe, dubium, vtrumne Papam eum agnoſceret, an non. Pag. 513

SI eum pro indubitato Pontifice habuiſſet, indubiè longè aliter cum eo egiſſet. Siquidem Reges Francorum, vt titulo, & re Chriſtianiſſimi Sedem Apoſtolicam, eiuſque Antiſtites magna ſemper obſeruantia coluerunt. Sed legimus quod cum Clemens Pontifex dictus VII. Auenione deceſſiſſet, Rex Francorum, & alij Principes cum Cardinalibus eius factionis per Legatos egerunt, ne Comitijs feſtinatis quemquam in defuncti locum cooptarent, tollendi ſchiſmatis rationem prius ineundam videri. Non mirum igitur, ſi Rex, nuncio de ea electione accepto, neglectim reſponderit, qui tolli ſchiſma ab Eccleſia non foueri diutiùs deſiderabat.

Quod attinet ad Conſilium Pariſijs ex ſententia vniuerſitatis initum, relatum à Froiſſardo lib. 4. cap. 58.

Vti ambo riuales (Bonifacius, & Benedictus) *Papatum abdicare, Cardinaleſque Cardinalatum omnes iu-* Pag. 514

berentur; Demùm Clerici & ſi renui viri timoratæ conſcientiæ ex Germania, Francia, & alijs nationibus aſſumerentur, qui coniunctim re inter ſe deliberata, bono conſilio, & abſque fraude Eccleſiam in rectum vnitatis ſtatum, gradumque reſtituerent:

De cōſilio Pariſijs inito vt ſchiſma tolleretur.

SAlutare quidem conſilium, ſi riuales illos vt Papatum, & Cardinales vt Cardinalatum abdicarent, potuiſſent in ſuam ſententiam protrahere. *Conſilium*, vt docet Ariſtoteles lib. 3. Ethic. cap. 3. *ad eas res pertinet, quæ ſunt in noſtra poteſtate;* non erat autem in eorum poteſtate, vt Cardinalibus abdicatis, alijs Clericis Eccleſiam in rectum vnitatis ſtatum, gradumque reſtituendam committerent: & conſilium quidem illud captum, & Rex omnem operam ſuam erga cæteros Reges pollicitus eſt, vt quod deliberatum erat, executioni mandaretur; nunquam tamen expletum fuit, neque Pontifices niſi in Concilio Generali priuati, duobus ſponte cedentibus, neque Cardinales ſuo Cardinalatu abdicati. Verùm id conſilium non eò ſpectabat, vt Papatus ab Eccleſia tolleretur, ſed magis vt ſchiſmate ſublato, duobus tum de Papatu contendentibus, vtroque abdicato, aliquis alius, de quo nemo Chriſtianus dubitaret quin ei parendum eſſet, legitimè inſtitueretur. Neque Reges omnes Chriſtiani tantopere in tollendo eo ſchiſmate laboraſſent, niſi, quantum intereſſet totius Reipublicæ Chriſtianæ vnicum agnoſcere ſupremum Paſtorem, à cuius voce tanquam oraculo omnes penderent, probè intellexiſſent.

Pag. 514 515.

Deinceps refert Legationes miſſas à Rege Franciæ Romam ad Bonifacium IX. & Auenionem ad Benedictum XIII. ſuadentes, vt ſe Pontificatu abdicarent ad hoc vt ſchiſma tolleretur, & vnio Eccleſiæ redderetur; & quæ inde reſponſa reportarint, exſcribit. Quod ſubiungit, Reges multos in neutralitatem tum conſenſiſſe, ſic intelligendum eſt, nempe ac ſi, duobus de Pontificatu contendentibus, Sedes vacaſſet, & nouus eligendus fuiſſet Pontifex; non verò quòd Sedi Apoſtolicæ ſibi parendum non iudicarent.

Quo ſenſu multi Reges tempore ſchiſmatis in neutralitatem cōſenſerint

Pag. 516

De Senatus Pariſienſ. Decreto, & Edicto Regis Caroli VI ne Pōtifex Annatas, & decimas exigeret.

Quod attinet ad Decretum Senatus, de quo Mornæus hic, pronunciatum anno 1406. 11. Septembris, ne Annatarum, quæ dicuntur, nomine aut Decimarum quidquam à Romano Pontifice exigeretur, Edictum etiam Regis Caroli VI. quo Decretum Senatus confirmatum eſt: eius Decreti, & Edicti Regij cauſſa fuit, quòd Benedictus XIII. Auenione ſedens, eiuſque miniſtri magnam pecuniæ vim Eccleſijs Regni imperarent, ac exigerent: quo nomine Regni Antiſtites apud Regem conqueſti ſunt, & ab eodem poſtularunt, vt has exactiones prohiberet; Nam Clemens VII. Et poſtea Benedictus XIII. cum paucas Prouincias haberent in ſua obedientia, omnibus ferè Nationibus eum Pontificem, qui Romæ ſedebat, verum ac legitimum agnoſcentibus, vt ſuam, & ſuæ Curiæ dignitatem tuerentur, graues exactiones Eccleſijs illius Regni impoſuerant. Hæc igitur cauſſa fuit Decreti Parlamenti, & Edicti Regij. Et quidem Rex profitetur in ſuo Edicto, Papæ authoritatem à Chriſto ordinatam eſſe ad Eccleſiæ ædificationem, non ad deſtructionem: quod certè de qualibet poteſtate intelligitur, ad extructionem ſcilicet, non ad deſtructionem ordinata. Dicit, Papam modernum, qui erat Petrus de Luna, alias Benedictus XIII. alios item prædeceſſores ſuos ſuper reuocatione, aut moderatione dictorum grauaminum ſæpiùs requiſitos. Non igitur priùs decreuit Senatus, aut Rex edixit, quàm Pontificem, qui impoſuerat huiuſmodi grauamina, vt reuocaret, vel ſaltem moderaretur, requiſiuiſſet; vbi ſalua, & integra manebat authoritas Pontificis. Dicit ibidem Rex, quod in illis, de quibus notoriè turbatur ſtatus Eccleſiæ, Papæ non obediri conſulunt Sancti Doctores; Igitur alioqui Papæ obediendum eſſe, nempe vbi notoriè non turbatur ſtatus Eccleſiæ, Rex ſuo Edicto profitetur. Nec certè Rex ſibi voluiſſet obediri, vbi notoriè turbatus fuiſſet ſtatus Regni. Nihil igitur eo Edicto cauſſa Mornæi promouetur. Et quod ad Annatas attinet: ius earum exigendarū iam fuerat receptum in Gallia, & deinceps vſu, & conſuetudine fuit confirmatum; ſed graues exactiones, & intolerabiles oppreſſiones Decreto Senatus, & Edicto Regio dederant occaſionem.

De Legationibus ſæpiùs miſſis à Rege Franciæ ad Benedictum XIII. de ſex Concluſionibus à M. Ioanne Cortehuſio Normanno contra eum elicitis, de poſtulatis item Vniuerſitatis Pariſienſis à Regia Maieſtate contra eundem, & de ſex modis, quibus eum Doctor quidam Theologiæ inter Dominicanos inſignis ſchiſmaticum eſſe conuincit, quæ omnia fuſiùs, & accurratiùs Mornæus perſequitur, nolim plura adferre, aut in his examinandis immorari, qui cauſſam illius Antipapæ non ſuſceperim defendendam. Apud Gerſonem etiam 1. p. Operum extant Articuli contra Petrum de Luna in proceſſu producti.

De Concilio Piſano, vbi Gregorius XII. Et Benedictus XIII. abdicati, & ſubrogatus Alexander V. iam ſuo loco dictum.

De Legatis à Ioanne XXIII. ac in primis Archiepiſcopo Piſano miſſo in Franciam, qui vacantem Decimam, procurationes, & mortuorū ſpolia petat, ac interceſſione Pariſienſis Vniuerſitatis: ne in ſingulis repetēdis tempus teramus, ex confeſſione Mornæi tùm decretum eſt, ſi Papa manifeſtam Eccleſiæ neceſſitatem cauſſetur, Concilium conuocandum fore, ibique de charitatiuo ſubſidio deliberandum, quod viri probi à Concilio delecti colligant &c. Ergo eo facto concedunt, Pontificis eſſe proſpicere neceſſitatibus Eccleſiæ, ac tandem concludunt: Pag. 519

Si ſubſidium concedatur, a viris probis ex regno delectis colligatur; in vnionem Græcorum, & Latinorum, Regni Angliæ pacem, Paleſtinæ recuperatio- Pag. 520

Digitized by Google

perationem & Euangelij, omni creaturæ prædicandi, propagationem diſtribuendum, præſertim cum eo fine Papam hoc ſubſidium expetere Legati aſſeuerent.

CRediderunt certè, non cuiuſlibet Epiſcopi, ſed vnius Romani Pontificis eſſe in hos fines ſubſidiũ expetere, illi vni tanquam paſtori totius Chriſtiani ouilis incũbere curã vnionis Latinorum & Græcorum, pacis componendæ & fouendæ inter Principes Chriſtianos, Terræ Sanctæ, in qua peracta ſunt noſtræ redemptionis myſteria, a Barbaris recuperandæ, & Euangelicæ Legis toto Orbe propagandæ; alioqui enim non admiſiſſent, ſed ludibrio magis habuiſſent petitionem ſubſidij à Pontifice per Legatum in hos fines factam. Quomodo debeant à Pontifice Eccleſijs onera imponi, decernit Martinus V. in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 43. cap. de Decimis, & alijs oneribus Eccleſiaſticis. *Per nos nullatenus imponantur generaliter ſuper totum Clerum, niſi ex magna, & ardua cauſſa, & vtilitate vniuerſalem Eccleſiam concernente, & de conſilio, & conſenſu, & ſubſcriptione fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & Prælatorum, quorum conſilium commodè haberi poterit. Nec ſpecialiter in aliquo Regno, vel Prouincia, inconſultis Prælatis ipſius Regni, vel Prouinciæ, & ipſis non conſentientibus, vel eorum maiore parte, & eo caſu per perſonas Eccleſiaſticas, & authoritate Apoſtolica duntaxat leuentur.* Hanc legem ſi obſeruaſſent Clemens VII. Et Benedictus XIII. Antipapæ, non cauſſam dediſſent querelis Præſulum, & inde Decreto Senatus Pariſienſis, & Regij Edicti, de quibus ſupra. Mornæus:

Quomodo onera Eccleſijs à Pōtifice imponenda.

Pag. 520 *Hic iam Concilij Conſtantienſis locus, in quo anno 1416. Eccleſiæ Gallicanæ & Uniuerſitatis nomine ſcriptũ exhibetur, cui nomen Apoſtoli, ex eo quod Carolus VI. Decreto Senatus, Edictoque inde conſequuto, Annatas ſolui vetuerat; alias De Annatis non ſoluendis.*

VErùm illud ſcriptum, vt cętera omittam, falſo fundamento nititur, nempe huiuſmodi exactionem Annatarum Simoniacam eſſe, cuius contrarium ſupra oſtendimus; neque cæterę rationes eo ſcripto contentæ, aut quæuis alię ab alijs allatæ, eius ponderis fuere, vt ad euertendum ius exigendarum Annatarum quidquam valerent. Addo, quod in eo ſcripto expreſsè habetur, quod ſecundùm Apoſtolicam doctrinam Papæ poteſtas à Chriſto Domino ſit immediatè. Non igitur eſt Beſtia illa Apocalyptica, cui Diabolus omnem ſuam poteſtatem dederit, prout Mornæus, & perfidi Nouatores interpretantur. Mornæus:

Florebat tunc temporis Zabarella Cardinalis Iureconſultus eximius, qui de ſchiſmate ſcripſit. Non veretur ille dicere, defenſores Papæ ita ius Canonum ſuis Gloſſis corrupiſſe; vt nihil tam illicitum ſit, quod ſibi licere non credant; quippe quem ſupra Deum ipſum extulerint, Deo ipſo ſuperiorẽ fecerint; Inde infinitorum errorum fontem, dum Papa omnium inferiorum Eccleſiarum iura ad ſe trahit, Prælatoſque inferiores pro nihilo habet &c. In Eccleſia non in Papa reſidere hanc poteſtatem, inque Concilio Generali, quod eam repræſentat; vt eam Eccleſia nec poſſit, nec vnquã potuerit ita in vnum transferre, quin perpetuo integra ſibi ſuperſit, & maior quam ipſi Papæ; quem & illa deponere poſſit. Quare, vanum eſſe quod vulgò iactatur, ab omnibus, iudicari non poſſe, quandoquidem non iam ab hominibus, ſed à Deo iudicetur, qui ab Eccleſia iudicatur. Indicendorũ Conciliorum ius penes Imperatorem eſſe, quod Conſtantini, Iuſtiniani, Caroli ipſius exemplo clarum; qui & ipſis præſidere iure poſſint, & de facto præſederint, vti ex primo Vniuerſali Niceno alijſque conſtat; Ibi enim, cum de rebus fidei agitur & Laicos viros eximios intereſſe poſſe. Nec verò licere Pontifici Conciliorum conuocationem remorari, quorum intermiſſione Eccleſia in tantum periculũ coniecta ſit &c. Quin immò poſſe & pro iure ſuo Imperatorem, ſi de Papæ fide dubitetur, rationem ſuæ fidei eũ poſcere, ſi manifeſti criminis accuſetur, aduerſus eum lege agere, eumque deponẽdum curare; aduocatum nempe Eccleſiæ Catholicæ & defenſorem præcipuum. Ad plenitudinem vero poteſtatis, hanc Petrum nunquam Pag. 521

Digitized by Google

habuiſſe, ſed ex præcipuis Apoſtolis & Miniſtris vnum fuiſſe, eique quatenus Eccleſiæ perſonam ſuſtinebat, claues traditas fuiſſe &c. Papæ igitur nonniſi pia & iuſta imperanti parendum eſſe, quem cum legibus ſolutum dicunt, ſuis quidem dici poſſe, diuinis minimè, quibus, non ſecus ac cæteri obligatur. Cauendum ergo in primis, ne ei is honor deferatur, quo Deo æqualis reddatur; nec enim adorationem ei deberi, quam Petrus ipſe procul reiecerit Act. 10. Quod porrò vulgò dicitur Eccleſiam errare non poſſe ad Papam non referri; nihilo magis ad Eccleſiam Romanam, ſed ad Eccleſiam Chriſti; fidelium congregationem &c.

De Zabarella Cardinali.

HÆc ſunt, quæ valde accuratè collegit Aduerſarius ex Tractatu Zabarellæ de ſchiſmate. Vbi obſeruandum primùm, hunc Tractatum Argentorati impreſſum fuiſſe anno 1609. & in Indice Romano prohiberi, donec expurgetur. Sed tamen ille Tractatus non multum iuuat cauſſam Aduerſarij, quem ſcripſit Cardinalis ille, cum eſſet ſchiſma inter Innocentium VII. & poſtea Gregorium XII. ac Benedictum XIII. & modos inueſtigat ſopiendi illius ſchiſmatis. *Quærimus* (inquit) *quibus modis prouideri poſſit, vt ſit in Eccleſia vnus Romanus Pontifex, cui Catholici omnes pareant, & nō duo, vt nunc de facto.* Quod conqueritur primùm, defenſores Papæ nimium illi tribuere, vt occupauerit iura inferiorum Eccleſiarum, & quod inferiores Prælati ſint pro nihilo: hoc certum eſt, de iure diuino non modo Pontificem aliquem ſummum eſſe in Eccleſia, ſed & inferiores Prælatos; illum aſſumptum eſſe in plenitudinem poteſtatis, iſtos in partem ſolicitudinis, eorum tamen iuriſdictionem ab ipſo pēdere, cui commiſſum eſt regimen Vniuerſalis Eccleſiæ. Neque tamen vſurpare intelligitur iura aliorum, qui eos creat, & ordinat, vt ſingulis præſint Eccleſijs, & functiones ſuas exerceant. Sed ſi vult Aduerſarius niti authoritate Zabarellæ; ille certè vocat ibi Papam *Vniuerſalem Pontificem*, cæteros *inferiores Prælatos*, & hac ratione nititur, quod licet Petrus fuerit Princeps Apoſtolorum, tamen non vſurpauit aliorum adminiſtrationem, vt concludat, Papam, licet Princeps ſit Epiſcoporum, non debere ſibi eorum iura vſurpare. Quod ſcribit, in Eccleſia, non in Papa reſidere poteſtatis plenitudinem, inque Concilio Generali, quod eam repræſentat; vt nunquam Eccleſia potuerit ſic in vnum transferre, quin perpetuò integra ſibi ſuperſit: reſpondemus, nomine quidem Eccleſiæ, id eſt ob regimen illius inſtitutam fuiſſe a Chriſto hāc poteſtatem; tamen neque toti Eccleſiæ, ſeu Concilio Generali fuiſſe immediatè collatam, ſed Petro, & eiuſdem ſucceſſoribus: neque Eccleſia ipſa, ſed Chriſtus immediatè ipſi conceſſit. Licet enim poteſtas Regum, ac Principum ſit à Deo mediante Republica, vt populi poſſint eis certas leges, quibus gubernari velint, præſcribere; non ita de poteſtate Pontificis iudicandum, quæ iuris diuini eſt, & Monarchia à Chriſto immediatè inſtituta: neque Concilium poteſt Papam vnum indubitatum deponere, aut iudicare, quod Zabarella ipſe docet. Nam illud ſibi obijciens, quod *Papa à nemine iudicandus eſt, niſi à fide deuius deprehenderetur* 40. diſt. cap. *Si Papa: Illud caput* (inquit) *loquitur de Papa vnico, de quo non dubitatur, an ſit Papa, hic autem ſubeſt dubitatio inter duos, vter ſit verus; & pars Eccleſiæ adhæret vni, pars alteri; vnde in dubio licet, quod alias non liceret* 13. q. 12. *cap. Non æſtimemus*. Et ſuprema authoritas iudicandi in Eccleſia iure diuino eſt in ipſo Summo Pontifice, quando eſt vnus, & indubitatus, non in ipſo Concilio.

Pontificii poteſtas immediatè accepta à Chriſto.

Quod ſcribit, indicendorum Conciliorum ius eſſe penes Imperatorem, Conſtantini, Iuſtiniani, & Caroli exemplo: quo ſenſu dicantur illi Imperatores congregaſſe aliquando Concilia, ſuis locis diximus. Neque enim id, niſi annuentibus, & conſentientibus Romanis Pontificibus, à quibus etiā robur illa Concilia acceperunt, id feciſſe putandi ſunt. Sed ſubiungit ibidem Zabarella: *Poſtea conſtitutum eſt, quod ad ſolum Romanum Pontificem ſpectet talis congregatio.* Deinde imponit Aduerſarius ipſi Zabarellæ. Ita enim habet: *Quando plures ſunt, qui contendunt de Papatu, ſicut nunc ipſi contendunt, debet congregari Concilium ad ſollicitudinem Imperatoris*: quod longè aliud eſt, quàm ab eo, vel eius authoritate congregari. *Ratio eſt* (inquit) *quia eſt aduocatus, & defenſor*: vbi in caſu ſchiſmatis loquitur, quando non eſt aliquis indubitatus Papa. Nec dicit Zabarella, Imperatoris eſſe præſidere Concilijs, neque vnquam præſederunt vt ſuis locis demonſtrauimus, immò ita habet: *Cum agitur de fide, Imperator poteſt intereſſe Concilio non ad potentiam oſtendendam, ſed ad fidem confirmandam diſt. 96. C. Nos ad fidem.* Nempe vt legibus, & Edictis ſuis iubeat, eam fidem teneri, quā Patres in Concilio docuerint tenendam, & hæreticos ab Eccleſia iudicatos pœnis temporalibus coerceat. Poſt: *Cum deficit Papa, vel Cardinales, qui ſubrogantur Papæ in congregatione Concilij, ad ipſum Imperatorem, qui pars poſt prædictos eſt præcipua, Concilij ſpectat congregatio &c.* Ergo vult, primùm eſſe Pontificis, deinde Cardinaliū Concilium congregare. Paulò poſt: *Nec quemquam moueat, quòd Imperator eſt laicus, vt ex hoc putet inconueniens, quod ſe intromittat de Clericis; non enim ſemper prohibetur iudicare de Clericis, ſed tunc prohibetur, quando non ſubeſt ratio ſpecialis &c. hoc autem caſu ſubeſt ratio ſpecialis, immò ſpecialiſſima, ne fides Catholica ruat, quòd nimium periclitatur diu permittendo pluralitatem in Summo Pontificatu &c. Nam permittere plures in Papatu,*

Congregare Cōcilia quando ſit Imperatoris ex ſententia Zabarellæ: in quo Mornæus illi imponit.

tu, eſt offendere illum articulum, Vnam Sanctam Catholicam &c. ergo non vult, eſſe Imperatoris ordinariè, ſed tantùm in defectu Papæ, & Cardinalium congregare Concilium. Interim ex teſtimonio Zabarellę ſuppeditatur nobis argumẽtum contra Mornæum, nempe, ne fides Catholica ruat, neceſſarium eſſe vnum Summum Pontificem in Eccleſia Dei, nempe pro quo Chriſtus orauit, ne deficeret fides illius, & qui confirmaret fratres ſuos: & id certè experientia ſatis conſtat; nam quotquot defecerunt ab obedientia vnius Summi Pontificis, in varias hæreſes lapſi ſunt: & ex vnitate Eccleſiæ arguit, vnum debere eſſe Papam: *Non intereſt multum* (inquit) *an Petrus, vel Ioannes ſit Papa, ſed plurimùm, quod vnus ſit Papa, cum vna ſit Eccleſia, quæ in plura diuidi non poteſt.* Quod verò ſcribit, Imperatorem poſſe iure ſuo, ſi de Papæ fide dubitetur, rationem ſuæ fidei eum poſcere: ita habet Zabarella: *In tantum Imperatoris eſt fidem defendere, quod ſi Papa eſt de hæreſi ſuſpectus, poteſt ab eo exigere, vt indicet, quid ſentiat de fide 25. q. 1. cap. Satagendum.* Et id quidem, vt ibidẽ dicitur, *pro auferendo ſuſpicionis ſcandalo.* Quod verò Papę nonniſi iuſta imperãti parendum ſit, quodque ille ſolutus ſit quidem ſuis legibus, ſed diuinis ſubiectus; de hoc nulla eſt difficultas. Verùm cum legibus ſuis Pontifex ſit ſolutus, omnes iiſdem Chriſtiani ſubijciuntur. Et certè nemo eum honorem Pontifici tribuit, quem vni Deo deberi nouit. Circa vltimum, quod dicit, *Eccleſiam errare non poſſe*, non referri ad Pontificem, neque ad Eccleſiam Romanam, ſed ad Eccleſiam Chriſti, congregationem fidelium: reſpondetur, eatenùs Eccleſiam Vniuerſalem errare non poſſe, quatenus adhæret firmiter doctrinæ S. R. E. quæ Sedes eſt Apoſtolica, & pendet ab ore Romani Pontificis ſucceſſoris Petri, cuius eſt fratres ſuos confirmare in fide, qui eſt iudex controuerſiarum fidei, nec poteſt proponere errorem toti Eccleſiæ credendũ. De his duabus propoſitionibus, *Summus Pontifex cum totam Eccleſiam docet in his, quæ ad fidem pertinent, nullo caſu errare poteſt*: &, *Non ſolum Pontifex Romanus non poteſt errare in fide, ſed neque Romana Particularis Eccleſia*, conſuli poteſt Cardinalis Bellarminus lib. 3. de Romano Pontifice cap. 3. & 4. Equidem S. Cyprianus Epiſt. ad Cornelium in edit. Pamelij 55. *Nauigare audent* (inquit) *& ad Petri Cathedram, atque ad Eccleſiam principalem &c. nec cogitare, eos eſſe Romanos, ad quos perfidia habere non poteſt acceſſum.* S. Hieronymus lib. 3. Apolog. contra Ruffinum: *Scito, Romanam fidem Apoſtolica voce laudatam huiuſmodi præſtigias non recipere; etiam ſi Angelus aliter anuntiat, quàm ſemel prædicatum eſt, Pauli authoritate munitam non poſſe mutari.* Eccleſia Chriſti vocatur *Catholica Apoſtolica Romana*: vt Catholica, & Apoſtolica non poteſt errare; ita neque vt Romana: S. Hieronymus, S. Auguſtinus, & Epiſcopi Africæ in controuerſijs fidei Romanum Pontificem conſulunt, ab illo inſtrui volunt, ſacra Concilia ab eodem confirmari poſtulant; quorſum iſtud, ſi in determinandis rebus fidei controuerſis poteſt errare? Verùm circa hoc argumentum non eſt opus vt diutiùs immoremur.

Mornæus ex Zabarella refellitur.

Qua ratione Vniuerſalis Eccleſia errare non poſſit.

Poſt Zabarellam profert nobis in medium aliquot loca Nicolai de Clemangis lib. *de corrupto Eccleſiæ ſtatu*, & diſputatione habita ſuper materia Concilij Generalis cũ quodam Scholaſtico Pariſienſi. Extat cenſura Eccleſiæ in Indice librorum prohibitorum in ipſos Tractatus Nicolai de Clemangis, prout iam alibi obſeruauimus. Interim notandus locus illius, quem mutilum citauit Mornæus: *Licet Eccleſiæ Militantis authoritas ſit maxima; quæ fundata ſupra firmam petram conuelli non poteſt, & aduersùs quam portæ Inferi nunquam præualere potuerunt; non illi tamen nos oportet, vt videtur, Triumphantis Eccleſiæ titulos aſcribere, vt infallibilis ſit, aut impeccabilis, quia ſæpè (vt noſti) fallit, & fallitur, non dico in eis, quæ fidei ſunt, cum Chriſtus ad mortem properans de illa ad Petrum dixerit: Petre, rogaui pro te, vt non deficiat fides tua; ſed in alijs, quæ facti ſunt, vel morum, vel iudiciorum propter circunſtantiarum infinitam varietatem perdificile eſt optimi medium ſemper attingere.* Eccleſiam Militantem illam non aliam intelligit, quàm quæ à Petro, & illius ſucceſſoribus regitur, quam ideò non vult poſſe errare in fide propter verbum Chriſti Lucę cap. 22. *Rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua &c.* Certè Petrus moriturus erat, & morte ſua Deum clarificaturus; Eccleſia Dei vſque in finem Mundi permanſura, non erratura in fide propter verbum illud Petro dictum: quod non alia ratione intelligi poteſt, quam quòd in Petri ſucceſſoribus eandem vim, & effectum habeat oratio Chriſti, quibus incumbit ex munere confirmare fratres ſuos in fide.

Pag. 522

Nicolai Clemangis ſententia de infallibilitate Romanæ Ec-

Quoad ea, quæ idem Nicolaus de Clemangis ſcribit de Concilio Conſtantienſi: fortaſſe non illud probauit, quòd Benedicto XIII. Antipapæ adhæreret, qui à Patribus in illo Concilio abdicatus fuit; & præterea illud Concilium tempore ſchiſmatis indictum fuit, & eatenùs receptum, quatenùs à Martino V. probatum. Nec diffitemur id, quod ſcribit, Patrum Decreta in Concilijs, ſi fidei negotium eſt, vel materia controuerſa, rationibus maximè ex Scriptura ductis, vel ex Sanctorum Patrum definitionibus inniti ſolere, à quorum veſtigijs, niſi grauiſſima, legitimáque ratione adducti non ſoleant diſcedere, quam, ſi contraria eos ſtatuere contingat, explicare non omittant, ne gratis, & voluntariè in rebus arduis locuti videantur, Sanctorumque Patrum Decreta ſine cauſſa mutaſſe. Hæc Mornæi cauſſæ nihil patrocinantur, qui cum Nouatoribus Conciliorum authoritatem reijciat, & Patribus nihil prorsùs deferat.

Quo ſenſu intelligendum ſit illud D. Auguſtini lib. contra Epiſt. fundament. cap. 5. *Euangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ Catholicæ authoritas commoueret*, proſequitur explicare Clemangis: *Mirum* (inquit) *prima ſpecie ſatis videtur, quod authoritatem peregrinantis in terra Eccleſiæ, authoritati videtur Euangelij anteponere. Vt doceret Auguſtinus* (inquit) *non ex voluntatis arbitrio, ſed Canonica inſtitutione Canonicas Scripturas recipi*

Iudicium de Scripturis Canonicæ ne ſint, an apocrypha pertinet ad Eccleſiam

oportere,

oportere, illa verba videtur poſuiſſe; hoc eſt: Euangelio tanquam Scripturæ Canonicæ non crederem, niſi me ad hoc Eccleſiæ compelleret authoritas, quæ illud intra corpus Canonis habendum cenſuit, & cui ſoli eſt authoritas illa attributa, vt Scripturas poſſit Canonicas facere, cuique à quolibet fideli in hoc credi debet, atque obediri. Et illa Euangelia ſunt apocrypha, quæ ab Eccleſia tamquam Canonica Scriptura non ſunt recepta; Vbi vult, eſſe ipſius Eccleſiæ iudicare de Scripturis, ſintne Canonicæ, vel apocryphæ. *Et contra Manichæos agebat D. Auguſtinus, qui Scripturas Sacras pro arbitrio ſuo, non pro Eccleſiæ Catholicæ ordinatione vel acceptandas ducebant, vel repudiandas:* ſicut noſtri temporis Sectarij, qui ex Canone ſacrorum Librorum, quos ſibi videtur, expungunt. Verùm Mornæus verbis D. Auguſtini: *Niſi me Eccleſiæ authoritas commoueret*; hanc interpretationem adhibet:

Pag. 523 *Nempe de primitiua & Apoſtolica illa Eccleſia, quæ Scripturarum Canonem conſtituit, viuis adhuc & ſuperſtitibus ex parte, qui eas conſcripſerant, Apoſtolis, Euangeliſtis, Apoſtolorum diſcipulis, qui earum veritati teſtimonium perhibere poterant, hunc aut illum, huius aut illius libri authorem eſſe, ſpiritu vtique diuino afflatum.*

Præſentis Eccleſia eadem authoritas, quæ primitiuæ.

HAnc gloſſam, ſeu expoſitionem non admittimus. Nam eadem eſt Eccleſia in præſenti, quæ primitiua illa, & in iudicando de Scripturis eiuſdem eſt authoritatis: nec minor fuit Concilij Tridentini authoritas, in quo ſeſſ. 4. recenſentur libri Canonici veteris, & noui Teſtamenti, quàm præcedentium. Neque verò ab Apoſtolis legimus conditum fuiſſe Canonem ſacrorum Librorum, licet traditum eſſe viua voce conſtet: & multi deinceps libri recepti ſunt, & approbati ab Eccleſia pro ſacris, & Canonicis, de quibus priùs aliqui dubitabant, an eſſent Canonici.

Pag. 525 Quod verò ſcribit Nicolaus Clemangis, & ex eo citat Mornæus (ne immoremur in reliquis, quæ minoris ſunt momenti) nos credere non poſſe, aliud cauſſæ eſſe, quare illa quatuor Concilia, Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum primum, Chalcedonenſe, tam in ſingulari ſint inter alia veneratione, ſacroſancta habita, niſi quia ex viris ſanctis erant collecta, ſanctique in terra habebantur, qui illuc conuenerunt: Reſpondemus, equidem Concilia illa in magna fuiſſe veneratione, in quibus ſacroſancta fides contra Hæreſiarchas aſſerta; ſed nec alia poſteriora, quæ eadem authoritate indicta fuerunt, & in Eccleſia celebrata, illis cedunt: quibus non dubium, ſicut in illis ſuperioribus, multos non ſolum doctrina, ſed & ſanctitate inſignes adfuiſſe Epiſcopos. Nec dubium, in Concilijs, vbi res arduæ tractantur, opus eſſe maximè aſſiſtentia Spiritus Sancti, ad quam plurimum confert, ſi quilibet mentem rectè componat, & bonus eſſe ſtudeat: cum tamen ſacrum conſeſſum dirigit Spiritus Sanctus in definiendis his, quæ pertinent ad fidem, vel diſciplinam Eccleſiaſticam, non quia ſancti ſint ſinguli, ſed quia ſunt Præſules, & Doctores Eccleſiarum: & veneramur quidem quatuor illa prima Concilia; ſed tamen non conſtat nobis, an omnes, ex quibus conſtabant, Epiſcopi, vel maior pars, eſſent ſancti.

Omnia Concilia Generalia legitimè indicta, & celebrata eiuſdem ſunt authoritatis.

Quò magis excreſceret Aduerſarij Opus, repetit obiter hiſtoriã de Bubone in ſuperiori Progreſſu ex Nicolao de Clemangis allatam, ex eius Epiſtolis multa conuicia in Eccleſiam Romanam, item Epiſtolam, ſeu declamationem eiuſdem ſatis prolixam, Gerardo Maketo Doctori Pariſienſi inſcriptam. Sed breuiter reſpondemus: ſi ille vitia perſonarum carpere voluit, quæ in perſonas Eccleſiaſticas, & Miniſtros Eccleſiæ Romanæ cadunt aliquando, nos ea minimè defendenda ſuſcepiſſe, nec fidem probari ex perſonis, ſed perſonas ex fide; valeat homo maledicus cum ſuo odio, & maledicentia. Sed ſi inde primatum, & doctrinam Eccleſiæ Romanæ damnare voluit (à qua tamen væſania longe abfuit, vt ex allatis ex eodem ſupra manifeſtè patet) eum non ſecus ac Mornæum hæreticum damnatum proſcribimus, & auerſamur. Pag. 525. 526. 527. 528.

Sed longè grauiorem Authorem producit, Ioannem Gerſonem Vniuerſitatis Pariſienſis Cancellarium.

In Tractatibus pluribus (inquit) *diſertè docet; Quod Papa poteſt errare, poteſt poteſtate ſibi commiſſa ad Eccleſiæ deſtructionem abuti; poteſt eam proſtituere, opprimere; poteſt ipſe in ſchiſma, in hæreſim, in idololatriam delabi, quo caſu vel à minimo laico Euangelium proferente corrigi poteſt; A Concilio etiam Eccleſiam repræſentante redargui, reprimi, deponi, cum Eccleſia, inquit, ſubſiſtere poſſit abſque Papa, abſque miniſteriali hoc capite, nec eò minus ob id regetur à Chriſto vero Eccleſiæ ſponſo. Non enim, inquit, dictum eſt, quando congregati in nomine Petri, aut Papæ, ſed in meo nomine.* Pag. 529

Gerſon à Mornæo citatus in ipſum pro ſ. de Catholica citatur.

SEd ex eodem Gerſone Aduerſarij impoſturas detegere nobis procliue, & quidem ex eius locis, quæ ipſe citat in margine. In Tractatu de poteſtate Eccleſ. Conſiderat. 11. hæc habet: *Conſtat vtique, datam fuiſſe Petro plenitudinem poteſtatis Eccleſiaſticæ à Chriſto, ad ædificationem Eccleſiæ ſuæ.* Et quod tradit Diuus Auguſtinus,

Digitized by Google

claues datas eſſe non vni, ſed vnitati, hoc ſenſu intelligit, *quoniam claues Petro datæ ſunt propter Eccleſiam, & vnitatem eius, tamquam propter finem. Poteſt etiam* (inquit) *dici in Eccleſia, vel in Concilio hæc plenitudo Eccleſiaſticæ poteſtatis, nedum in ſe finaliter, ſed alijs duobus modis, videlicet quoad applicationem ad hanc, vel illam perſonā* (nempè quia Eccleſia poteſt ſibi prouidere de capite, cum Sedes vacat, vel tempore ſchiſmatis) *et quoad vſum regulandum, ſi fortaſſis in abuſum verti quæreretur*, quia Summus Pontifex, qui habet ſubiectiuè plenitudinem poteſtatis, eſt peccabilis, & poſſet eam poteſtatem in deſtructionē velle conuertere: qua ratione dicit, eum à Concilio Generali repræſentante Eccleſiam poſſe reprimi, dirigi, ac moderari, quod duntaxat intelligendum in caſu hęreſis, in quo deponi etiam poſſet. Et quod dicit, deponi poſſe Papam à Concilio, intelligit vtique tempore ſchiſmatis, quando aliter tolli non poteſt, nec eſt aliquis indubitatus Pontifex; nam producit exemplum Concilij Conſtantienſis; nunquam enim alia Concilia ſibi ius arrogarunt legitimos, & indubitatos Pōtifices deponendi: & id irrito conatu feciſſent, quemadmodum Baſileenſe, quando conatum eſt depōnere Eugenium IV.

Subiungit Gerſon: *Poſſumus ad hanc conſiderationem addere, quod plenitudo Eccleſiaſticæ poteſtatis, ſi conſideretur in ſua latitudine, ipſa non eſt in ſolo Papa, niſi quodam modo fontaliter, poteſtatiuè, & originaliter ſuo modo. Hæc enim latitudo poteſtatis complectitur in ſe alias poteſtates Eccleſiaſticas collectiuè, à ſummo uſque ad deorſum: Et eſt in eis plenitudo Eccleſiaſticæ poteſtatis Papalis, tamquā pars integralis in ſuo toto; & ita non eſt maior, uel ſuperior ad totam Eccleſiam, ſicut nec pars maior toto. Si verò conſideretur hæc plenitudo in ſuā ſupremitate, tunc abſque vlla dubitatione plenitudo Eccleſiaſticæ poteſtatis Papalis ſuperior, & maior eſt ad reliquas; ſed iam illud, quod reliquum eſt, nullo pacto poteſt conſtituere Generale Concilium in ſua ratione formali, quæ includit de neceſſitate Papalem authoritatem.* Ibidem ſcribit, quod etſi ad tempus aliquod poſſit Generale Concilium eſſe ſine Papa; *quia tamen habere Papam eſt præceptum affirmatiuum obligans ad ſemper, ſed non pro ſemper (ſicut apparuit quando vacauit Sedes per duos, aut tres annos, ſicut & nunc vacat,* inquit) *nihilominus Generale Concilium neque deberet, neque poſſet talem defectum capitis vſque ad finem ſæculi tolerare, ſtante lege.* Manifeſtus igitur iſte impoſtor eſt, qui Gerſoni tribuit, quod Eccleſia poſſit ſubſiſtere abſque Papa. Ibidem ſcribit, quod *ex conſideratione poteſtatis ſtupendæ, & miraculoſæ Papæ Imperatores, & Reges procumbunt ad oſcula pedum illius: & hinc fit, quod abſque mendacio, vel adulatione Papa nequiſſimus poteſt appellari ſanctiſſimus, poteſt adorari cultu Duliæ, vſque ad oſcula pedū, & ita de reliquis honoribus*. Hæc doctrina Gerſonis longè aliena eſt à mēte Mornæi, & Nouatorum.

Senſus tituli Tractatus Gerſonis, de Auferibilitate Papæ.

Secundò citat eiuſdem Tractatum *de Auferibilitate Papæ*: cuius tituli is ſenſus non eſt, quod poſſit Eccleſia perpetuò ſubſiſtere ſine Papa; ſed an auferibilis ſit, nempe per voluntariam eius ceſſionem, vel renuntiationem à Papatu, vel à Concilio Generali tempore ſchiſmatis per abdicationem. Sed expiſcemur eius mentem ex illo Tractatu. Conſiderat. 8. *Auferibilis eſt, aut mutabilis* (inquit) *lege ſtante, quælibet politia Ciuilis, Monarchica, ſiue Regalis, vt fiat Ariſtocratica: non ſic de Eccleſia quæ in vno Monarcha ſupremo per Vniuerſum fundata eſt a Chriſto, quia nullam aliam politiam* (inquit) *inſtituit Chriſtus immutabiliter Monarchicam, & quodammodo Regalem, niſi Eccleſiam. Et oppoſitum ſentientes de Eccleſia, ſcilicet quod fas eſt eſſe plures Papas, aut quod quilibet Epiſcopus eſt in ſua Diœceſi Papa, vel Paſtor ſupremus æqualis Papæ Romano, errant in fide, & vnitate Eccleſiæ contra articulum illum: Et in vnam Sanctam &c. & ſi pertinaces maneant, iudicandi ſunt hæretici, ſicut Marſilius de Padua, & quidam alij. Conſonat ratio. Quia ſicut ad unam fidem, & eadem Sacramenta obligantur omnes viatores; ſic oportet, ut non eſſet ſchiſma, reductionem finaliter fieri ad vnum ſupremum.* Et Conſiderat. 20. *Auferibilis non eſt uſque ad conſummationem ſæculi Vicarius ſponſus Eccleſiæ quin aliquis certus, & vnicus præficiatur. & hoc, lege ſtante, & præſuppoſita Mundi duratione longiſſima. Detur oppoſitum; tunc Eccleſia maneret imperfecta vſque ad conſummationem ſæculi, nec ſuorū gauderet integritate membrorū et pręſertim membri principalis.* Igitur etſi velit Gerſon, aliquos contingere poſſe caſus, quibus hic, vel ille deſinat eſſe Papa; nō tamen vult, Papatū ipſū poſſe ab Eccleſia auferri, vt nullus ſit in ea Papa.

Tertiò citat locū ex propoſitione facta ab eodem Domino Cancellario corā Anglis euntibus ad Conciliū Piſanum, ex parte Vniuerſitatis Pariſienſis, Cōſiderat. 4. vbi Gerſon colligit duodecim Veritates, alias quidem de congregatione Eccleſiaſtica ad vnū caput Chriſtū, aliquas verò de Cōgregatione Eccleſiaſtica ad caput ſecundariū Papā ipſum: Et tertia Veritas eſt: *Congregatio Eccleſiaſtica ad vnum caput ſecundarium multiplicior eſt, & maior, quàm ſit congregatio Ciuilis ſub vno Rectore, vel Imperatore, uel Rege. Connexio quippe talis politicæ Ciuilitatis fit per leges, & dona naturæ principaliter, & in illis conſtituit ſuam unitatem. Eccleſia verò vt politica, & ordinata, habet hanc vnitatem, & ultra hanc habet alteram ſupernaturalem, & diuinam.* Vult itaque, diuinitùs, & ſupernaturaliter inſtitutum eſſe caput illud ſecundarium, hoc eſt Summum Pontificem, in Eccleſia. Et quarta Veritas: *Congregatio Eccleſiaſtica non habet, vel habuit ex ſe poteſtatem ordinandi, & conſummandi per gradus uarios, atque Hierarchicos dignitatum, & adminiſtrationum, quales in ipſa reperimus, à Summo Præſulatu, uſque ad infimum adminiſtrationis gradum, quicumque ſit ille. Patet, quia ſupernaturalis eſt hæc inſtitutio, conſurgens ex ſolo beneplacito liberaliſſimi conditoris.* Ergo Summus Præſulatus, hoc eſt Papatus, ex mente Gerſonis eſt de iure diuino, & à Chriſto, non ab Eccleſia inſtitutus. Non igitur poteſt efficere Eccleſia, vt non ſit Papa ſupremus illius gubernator; licet caſu occurrente efficere poſſit, vt hic, vel ille non ſit Papa. Et ſexta Veritas hæc eſt: *Congregatio Eccleſiaſtica ad unum caput Chriſtum, lege ſtan-*

te,

te, non remanebit in ſola muliere, immò nec in ſolis Laicis; ſed erunt uſque ad conſummationem ſæculi Epiſcopi, & Sacerdotes aliqui fideles. Ergo ex mente Gerſonis Eccleſia Mornæi *ὁμωνύμως* duntaxat ita vocatur, nec propriè congregatio eſt Eccleſiaſtica, quæ ex profanis tantùm perſonis conſtat, & Epiſcopos, ac Sacerdotes non habet.

Quod verò adferebat, congregari Concilium non in nomine Petri, vel Papæ; ſed in nomine Chriſti: hoc quidem verum eſt; ſed tunc dicitur congregari in nomine Chriſti, quando congregatur eius authoritate, hoc eſt, ab eo, cui Chriſtus ipſe congregandi dedit authoritatem, cuiuſmodi eſt Pontifex Romanus, prout doctiſſimè interpretatur, & oſtendit Cardinalis Bellarminus li. 1. de Concilijs cap. 12. Et ſcimus quidem, Gerſonem fuiſſe doctrina, & pietate inſignem virum, & maximè Catholicum, ſententia tamen illius, vt nec Concilij Baſilienſis, & Conſtantienſis, Quod Concilium ſit ſupra Papam, & Quod plenitudo poteſtatis formaliter, & ſubiectiuè ſit in Pontifice, ſed in Eccleſia, vt in fine, quia eſt propter Eccleſiam, & vt in regulante, quia Eccleſiæ eſt regulare, & dirigere Papam, cum ipſa non poſſit errare, Papa autem poſſit, ac denique vt in ſupplente, quia, deficiente Papa propter mortem naturalem, aut ciuilem, Eccleſia ſupplet eius officium, non eſt conſentanea communi ſententiæ Theologorum, qui volunt, Papam eſſe ſupra Concilium, vt nec poſſit etiam eius ſe ſubijcere ſententiæ (ſi propriè de ſententia coactiua agatur) prout teſtatur Cardinalis Bellarminus lib. 1. de Concilijs cap. 14. Et quando vacat Sedes Apoſtolica, nec eſt Papa in Eccleſia, dicimus, nec eſſe ſupremam illam ſpiritualem poteſtatem Eccleſiaſticam, quæ immediatè Petro, & ſucceſſoribus eius à Chriſto conceſſa eſt, non Eccleſiæ, aut Concilio, prout à Papa ſeorſum intelligitur. Et Poſſeuinus in ſuo Apparatu Sacro de Gerſone loquẽs: *Tempora* (inquit) *quibus de poteſtate Eccleſiæ ſcripſit, ea fuerunt, ut plurima in Mundo, & ob ſchiſma Petri Lunæ Antipapæ, & aliquot Anticardinalium, eſſent altercationes, & uerò unuſquiſque licet Catholicus, & doctus, dum id agitaretur in Synodo Conſtantienſi, uarijs ſententijs diſtineretur, qui ſartam tectam Eccleſiam Chriſti, & unam in conſutilem ueſtem optaret. Inter hos igitur fuit Gerſon, qui aliquando in ſenſu ſuo abundans ea dixit, uel ſcripſit, quæ nemini ambigendum eſt, quin ſecus ſenſiſſet, ſi ſequentia tempora, & ſecundas (ut uocant) cogitationes audiuiſſet, præſertim eas, quæ ab eadem Eccleſia ritè congregata, non ſemel iterum profectæ fuerunt.*

De ſententia Gerſonis aſſerentis Concilium eſſe ſupra Papam.

Loquitur autem in particulari de ea propoſitione, Quòd Concilium ſit ſupra Papam. Mornæus de hac propoſitione Gerſonis:

Pag. 529 *Hæc doctrina* (inquit) *pluribus diſplicuit, ſed Concilia Conſtantienſe & Baſileenſe, ab hac perniciosiſſima hæreſi Eccleſiam liberant, qua Papa Eccleſiæ ſuperior conſtituebatur.*

Verùm longè fuit alia mens Gerſonis, vt ex præcitatis eius locis conſtat, & horum Cõciliorum, quam ipſius Mornæi, & Sectariorum noſtri temporis. Aliud enim eſt negare prorsùs plenitudinem illam poteſtatis Pontificis in Eccleſiam; aliud verò aſſerere, eam eſſe in Pontifice, in Concilio verò principaliùs, immediatiùs, & immobiliùs. Nec verò ab ea *perniciosiſſima hæreſi* (vt vocat Mornæus) illa Concilia Eccleſiam liberarunt; ſiquidem quoad hanc definitionem non eſt receptum Concilium Conſtantienſe, & in Concilijs ſubſequentibus Florentino, & Lateranenſi reprobata eſt: & Baſileenſe ex eo errore abdicauit Eugenium IIII. Papam, & ſubrogauit eum, quem Felicem V. appellant, qui nunquam habitus eſt legitimus Pontifex, ac tandem errorem agnoſcens, ſponte ceſſit ſuo Pontificatui, ac Nicolaum V. Pontificem, Eugenij ſucceſſorem veneratus eſt: & Concilium illud Baſileenſe, cum cœteris Oecumenicis Romæ nuper editis minimæ impreſſum fuit, & illius nulla ratio habita.

Gerſon & Cõcilia Cõſtantienſe, & Baſileenſe aliter ſentiunt de poteſtate Rom. Pont. quàm Sectarij.

Quorum tamen ſententia poſtea reprobata eſt.

Quod citat ex Gerſone lib. de Examinatione doctrinarum.

Quin aliquis ſimplex non authorizatus, eſſet tam excellenter in ſacris literis eruditus, quod plus eſſet credendum in caſu doctrinali ſuæ aſſertioni, quã Papæ declarationi. Adeò vt talis eruditus præſens Concilio ſe illi opponere debeat, ſi ſentiat maiorem partem ad oppoſitum Euangelij malitia, vel ignorantia declinare. Pag. 530

Mera impoſtura eſt Mornæi, nec quid tale habet Gerſon.

Mornæus imponit Gerſoni.

Quod ſubijcit ex eodem in poteſtate Papę, aut cuiuſquàm Epiſcopi non eſſe, ex propoſitione non hæretica, aut non Catholica hæreticam, aut Catholicam facere: equidem hoc certum eſt, quemadmodum Papa non eſt Author fidei noſtræ, ita non poſſe facere, quod aliqua propoſitio ſit Catholica, vel hæretica, quæ ex ſe non ſit talis. Sed tamen poteſt declarare, eam pertinere ad fidem Catholicam, vel eſſe hæreticam, quæ talis antea non habebatur, & ad aſſentiendum ſuæ definitioni omnes fideles aſtringere. Et ipſe Gerſon expreſsè docet, quod non eſt fas appellare à Papa, vel eius iudicium in cauſſis fidei declinare, quando facit id, quod in ſe eſt, & quando non apparet deuius à fide, ſed ambulat rectè ad veritatem Euangelij: & ſupremus iudex controuerſiarum fidei, & ad quem referendæ ſunt, eſt ipſe Pontifex. Mornæus:

Aduertat vero Lector eam tum fuiſſe Pariſienſis Vniuerſitatis, Sorbonæ imò ipſius doctrinam. Pag. 530

Quę fuerit olim, vel nunc ſit facultatis Theologicæ Pariſienſis doctrina, Bubo iſte, de

Bubone

Digitized by Google

Bubone nuper fabulam ex ſuo Nicolao de Clemangis referens, Luſciniæ (vt eſt in prouerbio) canit. Quemadmodum Eccleſia vna, & eadem eſt, eamdemque Catholicam doctrinam profitetur, quæ ſuperiores Hæreticos iampridem damnauit, & præſentes damnat; ita eadem facultas Theologica Pariſienſis eandem doctrinam Orthodoxam eſt profeſſa, quæ ſuperiores hæreſes, ac tum temporis, cum Gerſon ſcriberet, VVicleſi, Ioannis Hus, & Hieronymi de Praga damnauit Articulos, & nuper, vbi primùm prodijſſet Myſterium iniquitatis Philippi Mornæi, id cum Authore ipſo damnauit, & flammis adiudicauit.

Hæc citat ex Tractatu de Indulgentijs eiuſdem Gerſonis.

Pag.530 *Solus Papa Chriſtus poteſt illam tot dierum & annorum mille. millium indulgentiam concedere, &c. Et forte talis enormitas conceſſionis, ab aliquibus quæſtuoſis, aut aliter male motis conficta eſt. Item; Indulgentiarũ cõceſſio videtur difficilè ſaluabilis.*

Gerſon de Indulgentijs non diſſenſit ab Eccleſia Rom.

VErùm ex eo Tractatu conſtat, minimè diuerſam ab Eccleſia Romana, & omnibus Catholicis doctrinam Gerſonem tradidiſſe de Indulgentijs. Nam vbi per aliquot conſiderationes de Chriſto locutus eſt, cuius vnius eſt propria authoritate, & ex vi proprij meriti omnem culpam, & pœnam remittere, Conſiderat. 9. ita habet: *Indulgentiarum conceſſio rationabilis præſupponit in conferente authoritatem à Chriſto fundatam, & in Euangelio, vel ex ipſo explicatam. Præſupponit idoneitatem, & adimpletionem conditionis appoſitæ in Indulgentijs, vt quod ſit verè contritus, & confeſſus &c.* Conſiderat. 11. *Indulgentiarum conceſſio non extendit ſe ad pœnas ex corruptione naturæ per peccatum originale contractas, nam Papa non abſoluit à ſiti, à fame, ab infirmitatibus, & à morte. Extendit igitur ſe ad pœnas infligendas iuſto pænitentialis ſatisfactionis iudicio pro peccatis actualibus vel hic, vel in Purgatorio.* Conſiderat. 12. *Indulgentiarum conceſſio non eſt parui pendenda, ſeu contemnenda; ſed amplectenda deuotè in fide, ſpe, & charitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui poteſtatem talium clauium Eccleſiaſticarum dedit hominibus. Conſtat enim, quod fructuoſior eſt, & acceptabilior Deo, & hominibus operatio talibus innitens indulgentijs, quàm altera (& hoc cæteris paribus) non innitens.* Etſi igitur ſolus Chriſtus propria authoritate, & ex proprijs meritis poſſit perfectam Indulgentiam concedere, hoc eſt remittere omnem culpam, & pœnam; non obſtat, quominus & Pontifex illius authoritate, & ex eiuſdem, & Sanctorum meritis concedat indulgentias, hoc eſt remiſſiones peccatorũ quoad pęnas eis debitas, vt dicat cum Apoſtolo Paulo 2. Cor. 2. *Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti.*

Vltimo profert Aduerſarius Sermonem Gerſonis, cui titulus: *De ſignis ruinæ Eccleſiæ.*

Satis (inquit) oſtendit, horrendum Dei iudicium in procinctu illi viſum eſſe. Pag.530 531.

Ex ſermone Gerſonis de ſignis ruinæ Eccleſiæ.

VErum horrendũ illud Dei iudiciũ non contra Eccleſiam ſponſam ſuam intelligendũ, ſed magis contra eos, qui ruinam illi inferre conantur. Producit deinde ex eodem Authore octo ſigna illius ruinæ. Sed reſpondetur intelligi debere titulum illũ, de ſignis ruinæ Eccleſię, quam minatur nonnunquam, non verò, quàm patitur; ſiquidem adeò violentas perſecutiones aliquando ſuſtinet, vt ſi humanis ſubſidijs niteretur, nec potius Diuino ſubſidio fulciretur, in finem citò vergeret, ac concideret. Eccleſia Chriſti Regnũ illud eſt, quod Daniel cap.6. vaticinatur ſuſcitandum à Deo, quod in æternum non diſſipabitur, & ſtabit in æternum; cętera verò regna diſſipanda erunt, & conſumanda. Quemadmodũ aquæ diluuij Palatia Regum obruebant, atque deiciebant, arcam verò Noe ſemper magis, ac magis attollebant; ſic perſecutiones, ac bella facilè Regna temporalia euertunt, Chriſti Regnũ, quod eſt Eccleſia, nõ deſtruunt, immò magis illuſtrãt. Deinde Gerſon in eo Tractatu ſub finẽ, vbi octo illa ſigna conſignarat, oſtendit, ſe de ruina temporalium Eccleſiæ loqui, non autem ipſiuſmet Eccleſiæ, ſic enim ſcribit: *Plura alia ſunt ſcripta in Prophetis de deiectione Sacerdotalis honoris, ex quibus, & prædictis ſapiens poteſt concludere, ruinam temporalem Eccleſiæ de propinquo imminere.* Poſt: *Veriſimile puto, quod à multis annis non fuerint tot maleuoli, tanti corde rebelles, & animo accenſi contra Eccleſiam, ſicut his diebus. Videtur enim, quod Dominus conuertit cor eorum, ut odirent populum eius, & dolos facerent in ſeruos eius* (in Sacerdotes, Pſal.104.) *quos in longum compeſcere nequaquam valebimus, niſi ſignis virtutum manifeſtis ad beneuolentiam eos inclinauerimus.* A maleuolis igitur iſtis, & in Clerum malè animatis ruinam temporalem Eccleſiæ impendere, Gerſon iudicabat. Et quoad primum ſignum, illud ponebat rebellionis, & inobedientiæ, quò refert diſceſſionem à Romana Eccleſia, *quæ* (inquit) *videtur in Eccleſia completa. Nam ſi primò, vel ſecundò electus in exordio ſchiſmatis fuerit Pontifex, verè tunc ab vtroque, vel ſucceſſoribus receſſus videtur completus. Nam ad tantam ambiguitatem Vniuerſalis Eccleſia deuenit, quod ignorat, apud quam partem vera Sedes Romana erat, niſi forſan Deus alicui reuelaſſet; aut Salomonis iudicium de puero diuidendo, & vera, & falſa matre, hoc perſuaderet.* Et Mornæus, ac Nouatores, tot, inquam, noſtri temporis ſectarij diſcedendo ab Eccleſia Romana non modo ſignum exhibent illius ruinę certiſſimũ (ſi tamen illi eſſet obnoxia) ſed & eã totis viribus inferre conantur. Sed non facient irritum verbum Domini, qui dicit per Iſaiam cap. 54. *Omne vas, quod fictum eſt contra te, non dirigetur: & omnem linguam reſiſtentem tibi in iudicio iudicabis.* Verùm obſeruandum, quod etſi tunc ambigerent Catholici inter ſe contendentes, quis verus eſſet Pontifex, & apud quem Sedes Romana eſſet; nõ tamen dubitabant, Sedẽ Romanã Apoſtolicam eſſe, & qui verus, ac legitimus eſſet Se-

dis illius Antiſtes, eumdem eſſe Vniuerſalem Præſulem Eccleſiæ Dei, Vicarium Chriſti, & Petri Principis Apoſtolorum ſucceſſorem. Gerſoni ſubijcit aliquot alios Scriptores.

Pag.531

Idem ſentiebant (inquit) *& plures alij, pluribus locis. In Germania Theodoricus Vrias Auguſtinianus, in opere de conſolatione Eccleſiæ.*

Theodoricus Vrias fruſtra citatus à Mornæo.

HIc Author viuebat anno 1400. cum ſchiſmate illo, quod tandiu durauit, Eccleſia diſcinderetur, ac opprimeretur; Vnde illam in tantis poſitam anguſtijs conſolatione aliqua lenire ſtuduit: hoc enim illi fuiſſe propoſitũ iudico. Quę verò ex eo refert ſcelera, tertio præſertim libro, libidinẽ, Simoniã, ambitionem, Verbi Diuini contemptũ, ſalutis humanæ neglectum; perſonarũ ſunt vitia, & hæc eſt mens illius Authoris; nec niſi per ſummum ſcelus Eccleſiæ ipſi aſcribuntur. Quo enim Generali, aut Prouinciali Cõcilio, quibus Canonibus iſta aliquando probauit, vel Authores non dãnauit Eccleſia? Quod Author ille Papam eſſe Antichriſti pręcurſorem pronunciarit; calumnia eſt, impoſturaque Mornæi; niſi fortaſſe, quia tempore ſchiſmatis ſcribebat, adhærens vni factioni, alteram damnaret, quo modo S. Bernardus epiſt. 124. ad Hildebertum Turonenſem Petrum Leonis, Anacletum II. dictum, intruſum contra Innocentium, *Antichriſtum, & abominationem ſtantem in loco Sancto* nominabat. Hos verſus, quos ſubijcit,

Papa ſtupor mundi cecidit, ſecumque ruere
Calica Templa Dei, membra, ſimulque caput,

& alios, qui ſequuntur, Paulus Langius in Chro. Citizenſi anno 1404. teſtatur, ſe excerpſiſſe ex li. 1. de conſolatione Eccleſię, quẽ cõpoſuit Theodoricus Vrias Theologus Ordinis Hęremitarũ S. Auguſtini ad Sigiſmundum Romanorũ Imperatorẽ. *Et eſt uox* (inquit) *Eccleſię plangentis caſum ſuum, quem tunc patiebatur, per ſchiſma horrendum, & periculoſiſſimũ:* & illis verſibus deplorabat Author mala, quæ propter ſchiſma, & Pontificũ illorum, qui de Papatu contendebant, ambitionẽ contigerant. Neque nos id inficiamur; ſed non ideò Romana Eccleſia non eſt ſponſa Chriſti, Sedes Apoſtolica, & Romanus Pontifex verus, & indubitatus Princeps omnium Epiſcoporum, & Paſtor totius Chriſtiani ouilis habendus. Qui Theodorici Auguſtiniani ſenſus eſt, idem eſt, & alterius, quẽ citat, Theodorici Minoritę Epiſcopi Croatiæ, qui prædicauit ruinã non Sedis Apoſtolicæ, aut Eccleſiæ Romanę, aut Papatus futuram, in quo depręhenſus fuiſſet falſus Propheta, ſed ipſorũ Antipaparũ, quod contigit in Concilio Conſtantienſi, tribus è Pontificatu deiectis, & ſubrogato Martino V. tuncq; Eccleſia pernicioſo ſchiſmate liberata, ac priſtinę vnioni ſub vno Paſtore reſtituta, ſuũ antiquũ ſplendorẽ recepit. Pag.531

Mornæus Æneæ Syluio imponit.

De Petro Dreſdenſi & Iacobo Miſnenſi veterũ VValdenſiũ diſcipulis ſcribit Mornæus, eos ad Ioannem Huſſum ſe recepiſſe, *cui Authore Æneæ Syluio, lucem in multis doctrinæ capitibus prætulerunt.* Vbi Æneæ Syluio imponit; neque enim de hęreticis ſcripſiſſet vnquã, eos in doctrinę capitibus lucem prætuliſſe. Sic verò ſcribit in Hiſt. Bohemica cap. 35. *Nondum error de Sacramento altaris irrepſerat, ſed attulit nouã peſtẽ Dreſdenſis* (*nouã peſtẽ* Aduerſarius *doctrinæ lucẽ* interpretatur) *qui cũ alijs Teutonibus paulò ante Bohemiã reliqueret: cognitus inter ſuos, quia VValdenſi lepra infectus eſſet, patria pulſus velut Hæreticorũ aſylum Pragam repetijt.* Poſtea ſubiungit, ab eo ſeductum fuiſſe Iacobũ Miſnenſem, & inductũ, vt prædicaret, vſum calicis in communione eſſe neceſſarium. Producit & quendam Nicolaum Lucenſem Carmelitam Theologiæ Doctorem.

De ſuggeſtu (inquit) *in os Gregorij XII. cõtra tyrannidẽ Paparũ & ſuã detonare audet, vnde in carcerẽ cõiectus.* Pag.531

Nicolaus Lucenſis Carmelita citatus.

DE eo ſcribit Theodoricus a Nyem, li. 3. cap. 25. quod coram Errorio, (ſic enim Gregoriũ XII. appellat) & ſuis Cardinalibus infra Miſſarum ſolemnia ſermocinatus ſit, ac multum ipſum cohortatus, vt tollendo moras vnionem faceret cum ſuis aduerſarijs, tangendo etiam vota, & iuramenta Errorij, per eum ſæpius repetita, quę ipſum ad hoc meritò cõſtringebant. Inde à Gregorij Nepotibus ab Eccleſia extractus, ac in carcerem detruſus, vnde dimiſſus, eique iniunctum, ne deinceps in publico prædicare deberet. Hoc fortaſſe ægrè tulit Pontifex, quòd irreuerenter nimiũ, & nullo adhibito moderamine, ita ĩ publico à fratre illo obiurgaretur; In correptione enim, qua ſubditi corripiunt Prælatos, debet cõgruus modus adhiberi, vt non cũ proteruia, & duritia, ſed cũ manſuetudine, & reuerentia corrigantur: & fieri potuit, vt nõ ex charitate frater ille corriperet, ſed magis ad oſtentationẽ in Pontificẽ ꝑbloqueretur. Deinde monebat Gregoriũ XII. vt voti, & iuramenti ſui meminiſſet, eaq; adimpleret; quid, quęſo, hoc contra authoritatẽ, & primatũ Sedis Apoſtolicę? Proſequitur Mornęus:

Prælati quomodo à ſubditis corripiendi.

Vt omittamus innumeros omnis conditionis, qui paſſim exquiſitiſſimis tormentis necabantur, in Gallia, in Anglia, alibi, dolijs incluſi, patibulis affixi, vſtulati, quorum memoria, in ipſorum aduerſariorum libris ſupereſt. Pag.531

VErum iſti non alio nomine pęnas huiuſmodi luerunt, quàm quòd de crimine hęreſeos eſſent delati: & quotquot de illis ſcribunt, hæreticos iudicatos, & condemnatos ab Eccleſia fuiſſe, referunt.

In quibus (inquit) *ſanè dignus peculiariter recenſeri Ioannes Oldencaſtel ex primaria in Anglia nobilitate, hæres domus de Cobham ex parte vxoris.*

Ioannes Oldencaſtel perniciosus Regno, & Religioni in Anglia.

HOmo pernicioſus, non modo Sacræ Religionis, ſed & Regni hoſtis, cui perniciem adferre molitus eſt. Nam præterea, quæ ſcribit Thomas VValſingham, teſtatur Polydorus Virgilius

Digitized by Google

gilius li.22.Hiſt.Anglicanæ in Henrico V.quod cum in Anglia nunciatum eſſet, Ioannẽ Hus, & Hieronymũ de Praga fuiſſe combuſtos, reliqui, qui in eo Regno erant conſcij,*tamquam furijs agitati,primùm cõniurationes in omnes Sacerdotes,deinde in Regem Henricũ V.quòd pius eſſet cultor Religionis,faciunt,protinuſq; conuentus paſſim celebrãtes,ſuam ſuperſtitionẽ armis defendendam ſtatuunt. Itaque Ioãni Oldencaſtellio viro forti, cæterũ impio, cuius rei cauſſa paulò ante ab exercitu Regio relegatus fuerat,& Rogerio Actono ducibus,ac benè magna deſperatorum hominũ comitante caterua,Londinum concurrunt, vt eo potiti maiorẽ inde ſui ſimiliũ manum cogant,atque Regem opprimant.Qua re nunciata,Rex omnibus conſilijs anteuertendũ exiſtimat, vt prius in armis ſit,quàm ea hominũ colluuio in Vrbem irruat:qui celeriter obuiam factus, expectat loco idoneo ad pugnandum,dum illud agmen accedat. Verùm perditi homines vbi de Regis aduentu cognouerunt,vt iam iam victi,alij alio turpiter ſe in pedes dant:quorum aliquot in fuga deprahenſi, igne illicò necantur.Capiuntur non multò poſt ambo ductores, in carcerẽq; conijciuntur;ſed Ioannes ex turri Londinenſi noctu aufugit; Rogerius verò merito afficitur ſupplicio.Poſt:publicè edixit, vt ſi vſpiam deinceps reperirentur,qui eam ſequerentur ſectam,Patriæ hoſtes haberentur, quo ſine omni lenitate ſeueriùs, ac ocyùs de illis ſuppliciũ ſumeretur.*En interim,quos pios nobis producit Mornęus, qui ſe progreſſui Pontificatus oppoſuerint, qui *Papam verum eſſe Antichriſtum,hoc eſt caput eius;Archiepiſcopos & Epiſcopos,necnon alios Prælatos eſſe mẽbra,& fratres caudam eius* profeſſi ſint,hæc enim ſunt capita fidei Ioannis Oldencaſtellij à Mornæo relata. En qualis aſſertor Iurium Imperatorũ,Regũ,ac Principũ Chriſtianorũ,qui proditores Patrię,ac coniuratos hoſtes Regũ, eorumque vitę inſidiatos,à pietate, & religione tantoperè cõmendat. Verũ non ideò Papa Antichriſtus, quia ita aſſeruit Oldencaſtellius,ſed veriùs cõcluditur, quod ideo ille hæreticus, quemadmodum & nunc Mornæus, ac ſectarij, qui in eandem blaſphemiam prorumpunt. Mornæus:

Pag.532 *Prodeunt iam aperta facie, Ioãnes Huſſus,& Hieronymus Pragenſis, viri aduerſarijs ipſis teſtibus doctrina & pietate inſignes, qui in Eccleſia publicum munus adepti, Eccleſiæ Romanæ abuſus oppugnant, eos ipſos, quos nos hodie eiuramus, & deteſtamur; Et tyrannidem in primis Papæ aggrediuntur,quem, vti indices ipſi teſtantur, Antichriſtum ipſum profitentur. Æneas Syluius ipſe author, qui poſtmodum Papa Pius II.*

Æneæ Syluij teſtimoniũ de Ioãne Hus, & Hieronymo de Praga.

EXpendamus igitur,quę de illis ſcribit Æneas Syluius,& an,eo teſte, fuerint doctrina,& probitate inſignes. In Hiſtoria Bohemica ca.36. ita habet:*Generale Conciliũ apud Conſtantiã Sueuorum vrbẽ cogitur,in quo de rebus Bohemicis ſermo habitus Patrũ mentes ingenti cura confecit, voluentiũ animo quonã modo ſanari Prouincia poſſet.Placuitque tandem, Sigiſmundo Imperatore ſuadente, Ioannẽ,& Hieronymũ ad Synodũ euocari, qui tum cæteris eiuſdẽ Regni doctores, tum populi ductores, ac hæreſum Principes habebantur.Venerunt ambo, non tam verecundè aliena diſcere,quã ſua impudenter ingerere parati,docendi quippè,quã diſcendi cupidiores,& populares amantes aures.Auditi ſunt in conſeſſu Patrũ Ioannes, ętate,& authoritate maior habitus;doctrina,ac facundia ſuperior Hieronymus. Lecti ex omni natione Patres diuini, atque humani iuris doctores ſæpe cũ his colloquium habuere dogmata eorum à lege diuina aliena eſſe monſtrarunt, neque bonis conducere moribus.Rogauerunt,ne plus ſapere,quàm Eccleſia,vellent,ſed ſaperent ad ſobrietatem,peregrinas opiniones relinquerent,ingenia ſua, quæ quidẽ eſſent nobiliſſima,VViclefiſtarum inſania ne fœdarent,eloquentiã,qua præditi eſſent,in corroborandis Eccleſiæ inſtitutis,non euertendis, in edocendis populis,non dedocendis exercerent:poſſe eos & in conſpectu Dei, & in Eccleſia Militante ſublimem conſequi locum,ſi, reiectis nouitatibus, Patrũ veſtigia ſequerentur,inuentioneſque ſuas Vniuerſali Concilio ſubmitterent.Stetere in propoſito pertinaces Bohemorum animi, neque victi rationibus vinci voluere.Se veraces,ſe Sancti Euangelij æmulatores, ſe Chriſti diſcipulos eſſe,Romanã Eccleſiã cæteraſq; per Orbem diſperſas longè à traditionibus Apoſtolorũ abijſſe,quæ opes,ac delitias ſectarentur, dominatum in populo, & primos in conuiuijs accubitus exquirerent,canes,æquos alerent, Eccleſiarũ bona, quæ Chriſti pauperibus deberentur, per laſciuiã, luxumq; conſumerent. Aut neſcire prorſus diuina mãdata,aut ſcientes contemnere. Primores magnæ ſynodi,vbi pertinaciam,& immutabiles animos perditorum hominũ animaduerterunt, membra Eccleſiæ putrida,quæ ſanari non poterant, ne reliquũ corpus inficerent,reſecanda cenſuerunt.Lata eſt in conſeſſu Patrũ aduerſus contumaces ſententia,cremandos eſſe qui doctrinã Eccleſiæ reſpuerent.Prior igitur Ioãnes cõbuſtus,Hieronymus diu poſtea in vinculis habitus,cum reſipiſcere nollet, pari ſupplicio affectus.* Hæc Æneas Syluius,qui eos *hæreſum Principes, pertinaces,& contumaces,perditos homines, mẽbra Eccleſiæ putrida* appellat,quæ à probitate quam longè ſunt aliena? Cochlæus Hiſt.Huſſitarum lib.2.docet,non perfunctoriè a Patribus in Concilio cũ ipſo Hus actum fuiſſe,ſed omnẽ ab eis nauatã operam,quã eũ ad reſipiſcendũ inducerent, animamque eius lucrarentur, & infælix ille exitus prædictus fuerat ipſi Ioanni Hus à fidelibus quibuſdam amicis, & ſocijs, videntibus eum tã ſuperbo,& pertinaci eſſe ingenio; vt per appetitũ vanę glorię mallet velut Martyr mori,quàm ſanis acquieſcendo conſilijs tamquam inglorius agnoſcere,& reuocare ſæpè damnatos errores.

Refert Æneas Syluius ca.35.Hiſt. Bohemicę quod,cum infeſtaret ea tẽpeſtate Romanã Eccleſiã Ladiſlaus Rex Neapolitanus, aduerſus eum Ioannes XXIII.bellũ decernens, plenariã peccatorũ indulgentiam indulſit his,qui ad tuendã Eccleſiã arma induerent. *Recitabatur in Eccleſia Decretũ Pontificis,quod cum quidã ſordidæ artis homi-*

Digitized by Google

nes audiuiſſent, Ioannem Papã Antichriſtũ eſſe magna voce clamarunt, qui Crucem contra Chriſtianos decerneret. Hoc teſtimonium citauit Mornæus

Pag. 533 ad docendũ, Papã eſſe Antichriſtum: validũ certè argumentum, ab authoritate ſordidæ artis hominum ductũ. Subijcit ibidẽ Author: *Eos è veſtigio Senatus in carcerẽ rapi iuſſit; populus verò ſusceptis armis dimitti omnes petijt*. En quæ ſententia aſſertoris iſtius iurium Imperatorum, Regum, ac Principum, qui pluris faciat imperitum vulgus, ac ſordidæ artis homines, quàm Senatum, ſeu ipſos Magiſtratus. Mornæus:

Pag. 533 *Et boni interim illi Patres Conſtantienſes ad tantorum præconum tubam, excitari debuerant.*

HOc eſt, abiurata fide S. R. E. & pronunciato Papa *Antichriſto*, debebãt Articulos VVicleſi Ioannis Hus, & Hieronymi de Praga ſuis calculis confirmare. Male cõſultũ illis Patribus, qui tantum doctorẽ, ac rerum definiendarũ tum ad fidẽ, tũ ad diſciplinã Eccleſiaſticã præſcriptorem tunc non ſint nacti. Triſtia ſæcula, quibus nõ contigit talem tuliſſe virum. Eodem argumẽto contendent Arriani, Patres illos Nicenæ ſynodi (vt reliquas miſſas faciamus) congregatos ad hęreſim Arrij condemnandã ad tanti præconis tubã debuiſſe excitari, hoc eſt, abiurare Diuinitatẽ Chriſti, & perfidi Arrij ſententiã approbare. Iudicio Mornæi omnes Eccleſiarũ Epiſcopos vndiq; in Sacro illo Cõcilio collectos deſeruit Spiritus Sanctus veritatis doctor, & ſolos afflauit Ioãnẽ Hus, & Hieronymũ de Praga, eiſque quid in fide ſentiendum, manifeſtauit. Proſequitur:

Pag. 533 *Ad Conciliũ vocati illi, fiducia ſalui conductus ab Imperatore Sigiſmundo cõceſſi, qui Conciliũ conuocarat, de ſua doctrina rationẽ reddituri, ſponte accedunt; Sed illicò in carcerem coniecti &c. Conſtantienſes verò hanc ſententiam poſteris exemplũ, an legẽ futuram relinquunt; Hæreticis non ſeruandam fidẽ; quibus Hæretici quotquot ſuis opinionibus aduerſantur.*

HOc decretum imponunt Hęretici Concilio Conſtantienſi, nempè, *vt fides Hæreticis nõ ſeruetur*, idque aiunt extare ſeſſ. xix. Concilij. Sed ab hac calumnia inter cęteros Sanderus lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſ. nu. 1074. vindicat Patres Concilij Conſtantienſis, cuius hæc ſunt verba: *Præſens Sancta ſynodus ex quouis ſaluo cõductu per Imperatorẽ, Reges, & alios ſæculi Principes hæreticis, vel de hæreſi diffamatis, putantes eoſdẽ ſic à ſuis erroribus reuocare, quocumque vinculo ſe adſtrinxerint, conceſſo nullũ fidei Catholicæ, vel iuriſdictioni Eccleſiaſticæ præiudicium generari, vel impedimentum præſtari poſſe, ſeu debere, declarat, quominus, dicto ſaluo conductu non obſtante, liceat Iudici cõpetenti, & Eccleſiaſtico de huiuſmodi perſonarum erroribus inquirere, & alias cõtra eos debitè procedere, eoſdemque punire, quantum iuſtitia ſuadebit, ſi ſuos errores reuocare pertinaciter recuſauerint; etiã ſi de ſaluo conductu confiſi, ad locum venerint iudicij, alias non venturi: nec ſic promittentem, cùm fecerit quod in ipſo eſt, ex hoc in aliquo remanſiſſe obligatum.* Quæ verba tantum abeſt, vt dicant, fidẽ datam Hæretico ſeruandã non eſſe ab eo, qui eã dedit, vt planè ſignificent, illum, qui dat fidẽ in cauſſa honeſta, facere debere quod in ſe eſt, vt fides illa præſtetur, cum verò id fecerit, de reliquo ſecurum eſſe. Cum igitur non Synodus, ſed Imperator fidem Hæreticis dederit; nec ſynodus illam fidem, quã non dedit, ſeruare potuit, nec ob fidem ab alio datã ſuo iuri cedere, aut renunciare tenebatur, cũ magis interſit Reipublicę Chriſtianę, vt Hęreſiarcha puniatur, ne alios in eamdem ſecum perditionem trahat, quàm vt ſynodus in gratiam Imperatoris eum impunè abire patiatur: & in cauſſa fidei maior erat ſynodi, quã Imperatoris authoritas; minor autem authoritas nunquam poteſt maiorem cohibere, quo minus iure ſuo vtatur. Et ſi ſynodus ipſa fidem hęretico dediſſet, Imperatori liberum erat extra ſynodum in eumdem Hęreticum manus inijcere; ſiquidem ratio dictat, rẽ inter alios actã alijs præiudicium adferre non debere. Quod autem Hæreticus tàm ſynodi, quàm Imperatoris fidẽ interponẽdam curare ſit oblitus, diuino Dei iudicio aſcribẽdum, qui vult, aliquando ſapientes compræhendi in aſtutia ſua; nam cum quatuor Huſſitæ ſub fide publica ipſius ſynodi ad ſynodum Baſileenſem acceſſiſſent, poſt quinquaginta dierum diſputationẽ liberi permiſſi ſunt abire; quod idẽ in Concilio Tridentino cõtigit, vbi ſaluus conductus datus Proteſtantibus. Non igitur docet Eccleſia, fidẽ Hæreticis datã ſeruandã non eſſe. Addo, quod Ioannes Hus conditiones ſibi præſcriptas violauerat, fugerat à Concilio, & in fuga depræhenſus, reductus fuerat; itaque non tenebatur amplius Imperator ad ſaluũ conductum ei conceſſum præſtandum. Hieronymus de Praga non venerat Conſtantiam cum Ioanne Hus, neque illi conceſſus à Sigiſmundo ſaluus cõductus: ſed poſtea cum obtuliſſet, ſe reſponſurũ in Concilio de his, quæ illi obijciebantur (quod ſcilicet de fide Catholica in multis malè ſenſiſſet) dummodo ſaluo conductu tutus redderetur; Concilium his verbis ſaluum conductum conceſſit, prout ſeſſ. 6. habetur: *Scriptum quoddam tanquam ex tui perſona affixum in portis Eccleſiæ Ciuitatis Conſtantienſis &c. ad noſtrã notitiã ſcias perueniſſe, in quo tuis obtrectatoribus crimina erroris, & hæreſis tibi obijcientibus te aſſeris publicè reſponſurum, de quibus apud nos multipliciter infamatus exiſtis, & præſertim de doctrina Ioannis VViclef, necnõ alijs doctrinis Catholicæ fidei obuiantibus, dummodo ad veniendũ tibi ſaluus, & ſecurus conductus præbeatur; & quia noſtrũ principaliùs intereſt capere Vulpeculas vineã Domini Sabaoth conantes demoliri; idcirco perſonã tuã, tamquam de multorũ errorũ doctrina, ac temeraria aſſertione ſuſpectam, & multipliciter diffamatã euocamus, & citamus præ-*

ſentium

Concilium Conſtãtienſe numquã docuit datã hęretico fidẽ non eſſe ſeruandã

Res inter alios acta alijs præiudiciũ afferrenõ debet.

Saluus conductus Hieronymo de Praga à ſynodo Conſtantienſi cõceſſus.

Digitized by Google

ſentium ſub tenore. Poſt: *Compareas ſecundum tenorem prædicti tui ſcripti reſponſurus ad ea, quæ tibi aliquis, vel aliqui in cauſſa fidei voluerint obijcere, recepturus, ac facturus in omnibus iuſtitiæ complementum, ad quod à violentia (iuſtitia ſemper ſalua) omnem ſaluum conductum noſtrum, quantum in nobis eſt, & fides exigit Orthodoxa, præſentium tenore offerimus.* Menochius Tom. 1. conſil. 100. nu. 226. docet, his verbis à violentia facti conceſſum fuiſſe ſaluum conductum illi Hieronimo de Praga, non autem à iuris violentia, vel veriùs à iuſtitia, quæ expreſsè fuit reſeruata. Cum itaque ipſe Hieronymus de hæreſi fuit conuictus in ipſo Cōcilio, ex quo abiurauit in ſeſſ. 19. multas hæreſes, & deinde relapſus fuit, ſicuti ex lata ſententia ſeſſ. 21. legitur, iure merito pęna capitis, cui ipſe ſe ſubiecerat, damnatus fuit. Falſum igitur, Conciliū Conſtantienſe fidem datā, aut ſaluum conductum pręſtitum Hęreticis non obſeruaſſe, aut hanc ſententiā, *Hæreticis non eſſe ſaruandam fidē*, poſteris exemplum, an legem futurā reliquiſſe.

Et ita quidē vt fides illi data, ſeruata ſit.

Pag. 533 Mornæus verbis iſtis citatis ex Ænea Syluio, *lata eſt in conſeſſu Patrum aduersùs contumaces ſententia, cremandos eſſe, qui doctrinam Eccleſiæ reſpuerent,* Subiungit:

Nempe qui clericorum non eſſe, morti quemquam addicere profitentur, iudices in hac cauſſa ipſo Pio teſte, & ſanguinis & ſanguinarios habes.

VErùm ſenſus non eſt, Patres illos ſententiā ſanguinis in illos Hæreticos tuliſſe, aut pęnam ignis decreuiſſe; ſed eos brachio ſæculari tradidiſſe, à quo decreta illis pœna huiuſmodi mortis. Id patet ex ſententia contra Ioannem Hus latam ſeſſ. 15. vbi poſtquā ſynodus declarauit, eum pertinacem hæreticum, & ab Ordine Sacerdotali, & alijs Ordinibus, quibus inſignitus erat, deponendum, & degradandū declarauit, & decreuit, ſubiungit vltimò: *Hæc Sancta ſynodus Conſtantienſis Ioannem Hus attento quod Eccleſia Dei non habeat vltra quid gerere valeat, iudicio ſæculari relinquere, & ipſum Curiæ ſæculari relinquendum fore decernit.* Et in ſententia definitiua lata contra Hieronymum de Praga ſeſſ. 21. *Eadem Sancta ſynodus eumdem Hieronymum palmitē putridum, aridum, in vitæ non manentem, foras mittendum decernit, ipſumque hæreticum, & in hæreſim relapſum, excommunicatum, anathematizatum pronuntiat, & declarat, atque damnat;* Vbi capitis nulla ſententia. Nō ergo Patres illi iudices ſanguinis, aut ſanguinarij. Horum in morte perferenda conſtantiam ex Ænea Syluio Aduerſarius commendat.

Concilium Conſtant. ſententiam ſanguinis ī hæreticos non tulit.

Pag. 533 *Ambo conſtanti animo necem pertulerunt, & quaſi ad epulas inuitati ad incendium properarunt, nullam emittentes vocem, quæ miſeri animi poſſet facere indicium; vbi ardere cæperunt hymnum cecinere &c. Nemo Philoſophorū tam forti animo mortē pertuliſſe traditur, quàm ipſi incendiū. Poggius Florentinus ætatis noſtræ nobilis ſcriptor, de morte Hieronymi ad Nicolaum Nicolai conciuem ſuum elegantem ſcripſit epiſtolam, quanuis paululum ſua conſuetudine in mores Cleri inuectus videatur.*

DEinde ſubijcit Epiſtolam integrā eiuſdem Poggij ad Leonardū Aretinum de Morte Hieronymi de Praga. At minimè pretioſa in cōſpectu Domini mors perditorū hominū; qui debitas crimini hæreſeos pęnas luerunt: & conſtantia illa, pertinacia intelligenda eſt. Addo, quod eos Æneas Syluius cū Philoſophis non cum Sanctis Martyribus confert; vt forti animo tamquā Philoſophi, non tamquam Martyres Chriſti paſſi ſint incendiū. Et Poggius ipſe ad finem Epiſtolæ: *Siue perfidia, ſiue pertinacia, certè ex Philoſophiæ Schola* (non igitur ex Chriſti, vel Euangelij Schola) *interitum viri deſcripſiſſes. Nam neque Mutius ille tā fidenti animo paſſus eſt mēbrum vri, quā iſte Vniuerſum corpus: nec Socrates tam ſponte venenū bibit, quàm iſte ignem ſuſcepit.* Fuit igitur fortitudo hæc Philoſophica, non Chriſtiana, fucata, non vera, comparandi illi cum Stoicis, non cum Chriſti Martyribus. Cochlæus lib. 3. Hiſt. Huſſitarū: *Non eſt* (inquit) *quod de hoc fortitudinis fuco ſibi placeāt, aut glorientur Huſſitæ: nimis mogno pretio fucata hæc laus conſtat, infælici illius animæ, quę per eam pertinaciam periJt in æternum. Et nō ſolum eum æquauerunt, ſed etiā ſuperauerunt in hac virtutis ſpecie multi Pagani, & Iudæi, atque Hæretici, qui vltrò in ardentem rogum non ligati (vt hic Hieronymus) inſiluerunt,* quod exemplis aliquot productis docet; Quin & vanè gloriari Huſſitas de hac Epiſtola Poggij à Mornęo edita, ibidem oſtendit. In Indice Romano Poggij Florentini facetię prohibentur, minimè verò Epiſtola hæc ad Leonardū Aretinum, de ſententia lata in Concilio Conſtātienſi aduersùs Hieronymū de Praga. Nā etſi eū ab eloquentia, ingenijque ac memorię vigore, & præſtantia cōmendet; tamen aperte ſe declarat: *Vereor* (inquit) *ne hæc omnia in peſtem ſuam ſibi fuerint à natura conceſſa; Sed potius dixerim, illas ingenij & naturæ dotes ſibi fuiſſe in bonum conceſſas, ab ipſo verò per propriæ voluntatis prauitatem in malum deflexas, ac peruerſas fuiſſe.* Idem Poggius: *Non laudo, ſi quid aduerſus Eccleſiæ inſtituta ſentiebat.* Mornęus:

Ioannes Hus, & Hieronymus de Praga minimè Martyres.

Et dubitabundus perpetuò.

VErum cū Poggius non aliā crederet Eccleſiam, quàm Catholicam Apoſtolicā Romanam, quā referebat Conciliū illud Generale Cōſtātię coactum, nullo modo dubitare poterat, an cōtra inſtituta Eccleſiæ ſentiret Hieronymus de Praga. Ita igitur loquitur Poggius, quia ſua non erat hęc cognitio, neque iudiciū, an Hieronymus cōtra Eccleſię doctrinā, & iſtituta ſentiret. itidē; *cum pertinaciùs erroribus perſeueraret, per Conciliū hæreſis damnatus, & igni combuſtus.* Docuimus ſupra, Pag. 535

pra, ſaluum cōductum non fuiſſe datum à Patribus Concilij Conſtantienſis ipſi Ioanni Hus, ſed ab Imperatore Sigiſmundo; neque ipſi Hieronymo de Praga, niſi, ſalua iuſtitia, & quantum fides Orthodoxa exigebat; itaque Patres non violaſſe fidem illis datam, neque legem ſanciuiſſe de non ſeruanda hæreticis fide. Mornæus:

Pag. 536

Certè candidior Archiepiſcopus Antoninus, qui illis Sanctus; De Ioanne enim perſpicuè; In ipſo Cōcilio damnatus fuit, & combuſtus; De Hieronymo; combuſtus fuit publicè.

DE hoc non eſt vlla contentio, ſed an Patres ſaluum conductum illis dederint, & an fidem illis datam violarint.

Deinde addit (inquit) *Et quia Imperator non videbatur hoc æquanimiter ferre, propter ſaluum conductum datum, reſpondet ei ſacroſancta ſynodus, eum argui non poſſe de fide mentita, quia Concilium ipſum non dederat ei ſaluum conductum, & Concilium maius eſt Imperatore, & ideò non potuiſſe contra voluntatē Concilij id cōcedere, præcipuè in factis fidei.*

Sigiſmundus Imp. Concilij ſtatuto de ſaluo conductu à ſe dato Ioanni Hus acquieſcit.

SEd Mornęus malignè ſuppreſſit, quæ ſequuntur: *Cui determinationi vt bonus filius Eccleſiæ acquieuit, & ille combuſtus fuit, cineres pro miraculis relinquens*; vbi laudat Imperatorem, quòd Patrum admonitioni acquieuerit, nempè qui declarārūt, ex fide publica Imperatoris non ſibi arctatam fuiſſe poteſtatem, & authoritatem, quominus in hęreticos pertinaces poſſent ſuo iure animaduertere. Proſequitur.

Pag. 536

Patres Concilij fidem Imperatoris frangunt, frangendumq; ſaluū conductū Imperatori ſuadent, abſq; ſuo nullū.

VErùm Patres illi non tenebantur ſeruare fidem ab Imperatore datam. Quemadmodum enim ſi Patres publicā ei fidē dediſſent, fuiſſet nihilominus in poteſtate Imperatoris eundē compræhendere, & prout iura dictant, punire; ita Patres ſuo iure in eum animaduertere potuerunt, quamuis Imperator futurum eum incolumem ſpopondiſſet. Hoc enim rationi, & iuri maximè conſentaneum (quod antea diximus) rē inter alios actam alijs præiudicium afferre non debere. Neque Patres frangendum ſaluum conductum Imperatori ſuaſerunt; nam illi iure ſuo vſi ſunt: & ne reus eſſet Imperator violatæ fidei datæ, ſatis eſt, vt fecerit, quod in ipſo erat, vt incolumis dimitteretur Ioannes Hus: Neque fuit hæc diſpenſatio cum conſcientia aliena, vt exponit Mornæus; ſed interpretatio Patrum iuridica, ſe ex ſaluo conductu ab Imperatore dato non arctari, quominus poſſint in pertinaces, ac pernicioſos hæreticos animaduertere. Mornæus:

Moritur igitur Ioannes Huſſus, Martyr ille Chriſti anno 1415. Pag. 536

Martyr eſſe nō poteſt qui in Eccleſia Rom. non eſt.

VErùm, quemadmodum ſcribebat S. Cyprianus lib. de vnitate Eccleſ. cap. 8. *Eſſe Martyr non poteſt, qui in Eccleſia non eſt: ad Regnum peruenire non poterit, qui eam, quæ regnatura eſt, dereliquit.* Et poſt: *Ardeant licet flammis, & ignibus traditi, vel obiecti beſtijs animas ſuas ponant; non erit illa fidei corona, ſed pœna perfidiæ, nec religioſæ virtutis exitus glorioſus, ſed deſperationis interitus. Occidi talis poteſt, coronari non poteſt;* Vbi de Hęreticis, & ſchiſmaticis, cuiuſmodi Ioānes Hus, & Hieronymus de Praga, illi ſermo: nec aliam Eccleſiam eſſe credidit præter Catholicam Apoſtolicam Romanam, quæ tùm apud Cornelium erat, qui Fabiano Epiſcopo legitima ordinatione ſucceſſerat, prout ſcribit Epiſt. 76. quæ (vt itidem ſcribebat lib. de vnit. Eccleſ. cap. 4.) *Domini luce perfuſa per totum Orbē radios ſuos porrigit, ramos ſuos per vniuerſam terrā copia vbertatis extendit, profluentes largiter riuos latiùs expādit.* De huiuſmodi Martyribus à Mornæo conſecratis illud intelligendum, quod à D. Auguſtino Donatiſtis obijcitur: *Cum viuatis vt latrones, mori vos iactatis vt Martyres, qui faciunt opera latronū, & Dæmonum, & gloriam ſibi vendicant Martyrum.* Apud Euſebiū lib. 5. Hiſt. Eccleſ. ca. 15. legimus, quod qui primi ex Marcionis hęreſi vocati ſunt, permultis ſe Chriſti Martyribus abundare prædicabant: Et infra cap. 17. quòd Cataphrigę ſuos iactabant Martyres; Ita Donatiſtæ, Arriani, & aliarum hæreſum propagatores. In Catalogum itaque horum Martyrum referendum Ioannem Hus minimè abnegamus. Non aliter Martyr ille Chriſti, quàm Chriſtianus eſt, & Chriſti doctrinam profitetur Mornæus. Teſtatur Æneas Syluius cap. 36. Hiſtoriæ Bohemicę Ioannem, ac Hieronymum apud Bohemos Martyrij honores meruiſſe; nec minores, quàm Petrum, & Paulum apud Romanos habitos fuiſſe; diſcipulos eorum, ſequaceſque memoriam defunctorum conſecraſſe, celebrandamque quotannis decreuiſſe. Olim Ethnici ſuos Imperatores, etſi criminibus infames, in Diuos referebant; eodem iure licuit, & Bohemis impoſtores illos in Sanctos referre, illorumque memoriæ dies feſtos conſecrare; quod ſuo Maneti olim Manichęi fecere.

Inter quos Martyres numerandus ſit Ioānes Hus.

De Vaticinijs Ioannis Hus, quæ refert;

Centum reuolutis annis Deo reſpondebitis & mihi; & Me iam anſerem aſſatis (id Hus Bohemicè ſonat) *ſed veniet poſt eà cygnus, qui aliquanto melius vobis inuitis canet, nec tamen eum aſſare poteritis.* Pag. 536

De vaticinijs Ioannis Hus.

DIcimus, quod nec Deo, nec Ioanni Hus ob eius incendiū reſponderunt poſt centū annos Catholici; Non modo Lutherus, qui Mornęo ille cygnus, 100. circiter poſt annos, ſed & alij Hęreſiarchæ

reſiarchę prodierunt in Mundũ, de quibus ęquè poſſet intelligi vaticiniũ Huſſi. Sed fuerit ille omniũ anteſignanus, non minus certè hęreticus, quã ab hæretico antè tot annos eius aduentus prædictus: Videbat Diabolus inſtare tẽpora illa periculoſa, de quibus Apoſtolus, 2. ad Timot. 3. *Erunt homines ſeipſos amãtes, auari, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti ſine affectione, ſine pace, criminatores, in continentes*; quo itaque Ioanni Hus conciliaret authoritatem tanquam magni alicuius Prophetę, hoc per eum prædici voluit, quod ex Scripturis, vel ex mentibus hominum ad nouitatem iam diſpoſitis futurum probabiliter præuidebat. Non ille *Cygnus*, ſed *Serpens*, qui peſtifero ſuo anhelitu Germaniam magna ex parte miſerè corrupit.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum ſexageſ. ſecundum.

CVm infeſtante Eccleſiam Ladiſlao Rege Neapolitano, Ioannes XXIII. plenariam peccatorũ remiſſionẽ his indulſiſſet, qui ad tuendã Eccleſiã aduersùs eum arma ſumpſiſſent, recitato in Eccleſia Pragenſi Pontificis Decreto, quidã ſordidæ artis homines Ioannẽ Papã Antichriſtum eſſe magna voce clamauerunt, qui Crucem contra Chriſtianos decerneret. Quã ob rem Senatus eos è veſtigio in carcerem rapi iuſſit; populus verò ſuſceptis armis, dimitti omnes petiȷt; ſed placatus oratione Senatus, tanquã vita captiuorũ in tuto eſſet, ſuã quiſque domum redire; de illis clã ſupplicium ſumptum. At cum ſanguis extra Prętorij ianuam diffluens indiciũ necis feciſſet, iterum accurrens populus, interemptorum corpora rapuit, & aureo circumuoluta panno, per omnes Vrbis Eccleſias detulit, clamantibus eiuſdem ſectæ Sacerdotibus: *Iſti ſunt Sancti, qui pro teſtamento Dei ſua corpora tradiderunt*. Author eſt Æneas Syluius Hiſt. Bohemicæ ca. 35. & ex eodem retulit Mornæus, vt tam graui teſtimonio, nempe ſordidæ artis hominum, & imperiti vulgi doceret, & Papã eſſe Antichriſtũ. & qui pro hac aſſertione ſupplicio affecti eſſent a Magiſtratu, eos Martyres obiȷſſe. Sed nos id vltrò Mornęo concedimus, tam *Sanctos* illos eſſe, & *in Domino mortuos*, quàm Papam eſſe *Antichriſtum*, & ęquè verum vtrumque, ac Mornęum, & eius ſymmiſtas è grege Chriſti eſſe, & ad ſortem Sanctorum pertinere. Mornęus.

Pag. 537 *Adde abominationum Romanorum Conſtantiæ epitomen &c. Quandoquidem inter Prælatorum impedimenta 450. meretrices, & Agyrtæ trecenti ab Hiſtoricis memorantur.*

Mornæus calumniatur Prælatos, & mentitur.

HOmo abominandus, impius, & ſacrilegus non aliter loquitur. *Malus homo de malo theſauro profert mala.* Et immeritò Prælatis Concilij crimen hoc impingit, quod inter impedimẽta meretrices haberẽt, & Agyrtas: impudenterq; mentitur, cũ dicit, ab Hiſtoricis hoc referri; neq; enim Scriptores etſi cũ Mornæo hæretica peſte infecti, & Patribus illis iniqui referunt, hęc fuiſſe impedimenta Prælatorũ. Nã qui annexuit Paralipomena Chronici Abbatis Vrſpergenſis anno 1417. & Martinus Cruſius Annal. Sueuiorũ li. 6. p. 3. Summã omniũ, qui Cõcilio Conſtantienſi interfuerunt, Eccleſiaſticorum, & profanorum recenſent ſexaginta millia, & quingentos exterorũ: inter hos fuiſſe Archiepiſcopos, & Epiſcopos 346. Abbates, & Doctores 564. ac præter promiſcuũ vulgus omnis generis plebeios, fuiſſe Principũ, Comitũ, Ducũ, militũ, armigerorũ ſexdecim millia. Quomodo igitur Agyrtę illi, & meretrices inter impedimẽta Pręlatorũ? Cur nõ potius inter impedimenta militũ, & profanorum hominum? Mornæus hæc ſcribendo odium ſuum ita manifeſtè prodit in ordinem ſacrum. Proſequitur:

Mors itaque Ioannis ſuperueniens perfidia inter cætera infamis populũ vehementer efferauit, apud eũ imo maiorẽ doctrinæ ſuæ fidẽ conciliauit; quã ſuo ſanguine obſignaſſet; Romanæ contra inuidiam, cuius abominanda fides, in ſola perfidia præſidium inueniret. Pag. 537

IN hoc Mornæo libẽter aſſentimur, mortẽ Ioãnis Hus hęretici perfidia fuiſſe infamẽ; ſiquidẽ ob perfidiã ſupplicium de eo ſumptum, & perfidi Hęreſiarchę mors nonniſi infamis eſſe potuit. Si verò Martyriũ pro Chriſto ſubiȷt Ioannes ille Hus; cur adeò ob eius mortẽ efferati fuere eius ſequaces? Neque enim vnquàm Martyres mortẽ ſibi ob nomen, & fidẽ Chriſti illatã, ab hominibus vindicari optauerũt. Referũt Hiſt. Eccl. Scriptores Sozom. li. 7. c. 15. Niceph. lib. 11. ca. 27. quod cũ diuinus ille Marcellus Epiſcopus Apamæorũ laboraret in deſtruendis Idolorum fanis, cõpræhenſus ſit à Gentilibus, & in rogũ iniectus, ac cõbuſtus; cumque tanti facinoris Authores tẽporis progreſſu proditi fuiſſent, à Marcelli liberis ad pęnas fuiſſe poſtulatos, ſiquidẽ cædem patris vindicare voluerunt. Verũ id fieri ſynodus Prouincialis prohibuit, *æquum non eſſe cenſens, vindictam ſumere de huiuſmodi morte, pro qua gratias agere deceret tum ipſum illum, qui mortuus erat, tũ cognatos, & amicos eius: vtpotè qui, vt pro Deo moreretur, dignus habitus eſſet*. Si igitur pro Chriſto martyr obiȷt Ioannes Hus; quid ita ob tã glorioſam mortẽ adeò efferati ſunt eius ſequaces, pro qua Deo ipſi gratiæ erãt agendæ? Videamus verò, quæ cõmoda Regno Bohemiæ doctrina illa Huſſi attulerit. Teſtis eſt ipſe Æneas Syluius, Hiſt. Bohem. ca. 36.

Digitized by Google

ca.36. quod cum primùm per amicos nonnullos ſibi Eccleſias a Rege tradi poſcẽtes extorſiſſent, in quibus ſuæ prædicare plebi,& Sacramenta liberè miniſtrare poſſent, non hoc contenti apud Schlauoniam nobile Monaſterium Fratrũ Prædicatorum extra męnia Oppidi poſitum,à fundamentis deijciunt:eaq; prima Eccleſiarũ ruina in Huſſitarũ nouitate facta;decurritur in Eccleſias, Moneſteriaq; paſſim; nobiliſſima ſuperis dicata Tẽpla ferro,atque igne vaſtantur. *Nullum*(inquit idem author) *Regnũ ætate noſtra in tota Europa tã frequentibus,tàm auguſtis, tàm ornatis Tẽplis ditatum fuiſſe,quàm Bohemicũ, reor. Tẽpla in cælum erecta,longitudine,atque amplitudine mirabili fornicibus tegebantur lapideis,altaria in ſublimi poſita, auro, & argento,quo Sanctorum reliquiæ tegebantur, onuſta &c. hæc Huſſitarum rabies magna deleuit.*

Templa ab Huſſitis in Regno Bohemiæ deuaſtata.

Pag.537

Quod verò ſubiungit Aduerſarius, VVenceſlaũ Regẽ Templa poſtulantibus Huſſitis aſſenſum fuiſſe,& Reginã Sophiam non ſe ab illis alienam oſtendiſſe:refert idẽ Author, quod cum triginta circiter millia hominum conueniſſent,terruit ea congregatio VVenceſlaum,verentem,ne tumultu facto in ſe arma conuerterent,Regnumq; ſibi adimerent;nec res periculo caruit. VVenceſlaus quidã cognomento Coranda,ei ſaluti fuit,ſingulari facundia ex eorum Secta Presbiter,qui ne aliquid in Regẽ molirẽtur, oratione eos cõpeſcuit. Immò Rex a populo furente ſibi timens, ſe ſe in tutiora loca recipere coactus eſt, miſſis ad fratrẽ Sigiſmundum Imperatorẽ,& Hungariæ Regem Oratoribus,qui eius auxilium implorarent. Furẽtes iidem Huſſitæ cum Prætorium petijſſent, Cõſules vndecim metu perculſi,fuga ſaluati ſunt ſeptem qui remãſerant, & cum eis Iudex Vrbis, atque alij nonnulli Ciues raptim intercepti,& altiſſimis feneſtris in forum præcipitati,lanceis,ac verubus irati populi excepti, dirum ſpectaculũ dilaniati præbuere. Camerarius Regni. qui cum trecentis æquitibus ad ſedandum tumultũ accurrerat,fuga ſibi conſuluit. An igitur ſeditioſis impijſque hominibus Rex in diſcrimen vitæ,ac perdendi Regni ab eis adductus, *aſſenſus eſt?* qui paralyſi correptus vita exceſſit, ſed prius ſignatis nominibus Hæreticorũ, quos neci deſtinauerat fratrẽ contra eos aſſiduè vocitans, & amicorum auxilia anxius expectans. Corpori ne Huſſitæ illuderent,Sophia Regina clàm illud noctu ſine vllo exequiarum honore in Aula Regia (quemadmodum ſuperſtes exoptabat) ſepeliendum curauit. En quales pios,aſſertor iſte iurium Imperatorum,Regum,ac Principum obijcit, qui Regum dignitati, ac vitæ inſidiantur, & Magiſtratibus vim,ac mortẽ inferunt. Ab eiſdẽ ſepulchra Regum effracta,cadauera abiecta,refert Æneas Syluius. Exhibita tum quædam effigies in Bohemia ab Huſſitis eorum,quæ Mornæus, & ſuæ Sectæ homines tum in Galliæ Regno,tum in alijs Prouincijs poſtea perpetrarunt.

Venceſlaus Huſſitis Tẽpla præ timore conceſſit.

Pag.537 538.

De Ioanne Ziſcha Huſſitarum duce, eiuſque rebus geſtis,ac victorijs contra Sigiſmundũ Imperatorẽ dicere aggreditur Aduerſarius, eumq; (nam ſimile ſimili amicum) hęreticum hęreticus plurimùm cõmendat. De eo itaque Æneas Syluius cap,38. *Ioannes Ziſcha infectus Huſſitarũ veneno,& rapinarum auidus, collecta perditorum hominum multitudine,in Eccleſias,quæ reſtabant, impetum fecit; ſimulachra Sanctorum,& imagines magni Dei perfregit;Monaſterium Carthuſienſium Pragæ vicinum inuaſit,quo direpto, Monachos eius Ordinis tanquã populo inutiles,qui veluti ſues in Clauſtro ſaginarentur,migrare aliò iuſſit.* Pragę plurima Monaſteria,& nobiles Eccleſias ab eodẽ vno impetu deiectas idem ſcribit. De Ciuitate Thabor ab eo condita,eiuſque Comitibus Thaboritis appellatis cap.40.cap.44.eius pręlia,& victorias recenſet;& cap.46.refert, quod cum Sigiſmundus Ziſchæ ex ſententia omnia cedere animaduertiſſet,& iam illum eſſe vnum, ex quo res Bohemiæ pẽderent,clam ſibi eum conciliare tentauit,Gubernationẽ illi totius Regni,militiæ quoque Ducatum,& ingens auri pondus quotannis promittens,ſi ſe Regem nominaret,& in verba ſua Ciuitates iurare cogeret. *Magna profecto* (inquit) *Regiæ maieſtatis ignominia,& Imperialis gloriæ dedecus, atq; infamia Reipublicæ Chriſtianæ ſempiterna. Sigiſmundum pluribus annis prouectum, ex Imperatoribus natum,& ipſum Imperatorem, cuius nomen Italia,Gallia,Germania,& omnis Europa venerata eſt,quem barbaræ nationes timuerunt, ſupplicem videt noſtra ætas homini,ex parentibus haud admodum nobilibus nato,ſeni, cæco, hæretico, ſacrilego, & in omne ſcelus audaci pecuniam,& ſummos honores offerre,vt ſuarum eſſe partium dignaretur.*

De Ioanne Ziſcha Huſſitarũ duce

Quid Sigiſmundus Imp. vt ipſum ſibi cõciliet.

Quam turpiter.

Subiungit Mornæus.

Pag.538

Verùm, Ziſchæ mors partim laboribus, partim annis confecti, tractatum interrupit, quem nonnulli peſte interemptum ſcribunt.

VErùm longè alia verba ſubijcit Æneas Syluius: *Sed auertit*(inquit) *diuina pietas eã peſtẽ.& tantum malum è medio Chriſtianorum eripuit. nã Ziſcha conditionibus annuẽs,dum conuenta cõpleturus Sigiſmundum petit, inter eundẽ apud Caſtellũ Priſcouiam diuinitus (vt par eſt credere) peſte tactus expirauit. Monſtrũ deteſtabile,horrendũ,crudele,importunum, quod poſtquam manus humana conficere non valuit,digitus Dei extinxit.* Mornæus:

Ziſcha diuina erga Catholicos pietate de medio ſublatus.

Pag.538

Quàm meliori iure in ea quam nobis repręſentat hominis imbecillitate, & humilitate brachium Dei agnoſcere debuiſſet.

SEdquid mirũ,ſi ſceleroſus homo,collecta perditorum hominũ multitudine,& hæreticorũ colluuie,rebellis aduersùs Regẽ ſuum,de eo aliquas victorias reportauit? Non ſunt certè iſtius ſucceſſus Tamerlani Tartari, qui in eadem tẽpora incidit,ſucceſſibus cõparandi,qui humili loco natus, bellicis artibus clarus, ferociſſimis hoſtibus ſubactis,toti Aſiæ iura dedit, ſemper victor, fœlix ad miraculum, & totius Aſiæ ſpolijs, auroque ditatus. Id fuit Ziſcha ille Catholicis, quod Rex Aſſyriorum Iudæis, de quo Dominus per Prophetam, Iſaiæ 10. *Væ Aſſur, virga*

Cui Victori ſimilis.

furoris

Digitized by Google

furoris mei & baculus ipſe eſt, in manu eius indignatio mea. Sed idem per Prophetam Ieremiam cap.48. *Quomodo confracta eſt virga fortis, baculus glorioſus?* Ferunt, illum, cum ægrotaret, interrogatum, quonam loco ſepeliri vellet, iuſsiſſe, cadaueri ſuo pellem detrahi, carnes volucribus ac feris obijci, ex pelle tympanum fieri, eoque duce bella geri: arrepturos fugam hoſtes, cum primùm eius tympani ſonitum audierint. En quale teſtamentum viri pij iudicio Mornæi, & à Thaboritis ſuis in Diuos conſecrati à Mornæo:

Quid de cadauere ſuo moribundus præceperit.

Pag.538.

Epitaphium eius tumulo in vrbe Tabor, quam conſtruxerat, inſcriptum memoria dignum; Iohannes Ziſcha, nulli Imperatorum Ducumue rei militaris peritia inferior, ſuperbiæ ſimul & auaritiæ Clericorum ſeuerus vltor, patriæque acerrimus propugnator, hic iaceo. Quod Appius Claudius cæcus benè conſulendo, & M. Furius Camillus ſtrenuè agendo ſuis Romanis præbuere, hoc ipſum Bohemis meis præſtiti &c.

In Epitaphio tumuli eius inſignia.

SEd ſinam, mortuos ſepelire mortuos ſuos, perditos Thaboritas Duci ſuo ad tartara relegato quos velint honorum titulos inſcribere. Sceleratorum ille prædonum audacia nulli ſecundus; ſed fortitudine militari, ac rei bellicæ peritia neſcio, cui Imperatorum, Ducumuè ſit conferendus. Nō ſuperbiæ, aut auaritiæ Clericorum ſeuerus vltor; ſed vt ſacræ Religionis, ita ſacrorum hominum infeſtiſsimus hoſtis, ſacrarum ædium euerſor, bonorum Eccleſiæ direptor. Non ille Patriæ propugnator, ſed potius excidium, atque incēdium. An ille propugnabat Patriam, qui aduerſus iuſtum & legitimum Regem arma ferebat? Neque enim Rex Sigiſmundus hoſtis erat, qui contra Patriam pugnaret, qui cum Agamemnone iure diceret:

Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.

Volo ego, populum ſaluum eſſe potius, quàm perire.

Pag.538.

De Ziſchæ bello contra Adamitas.

Ziſcham commēdat, quòd impiam Sectam Adamitarum perſecutus ſit, omneſque ad internecionem deleuerit, duobus tantùm exceptis, à quibus impiæ ſuperſtitionis peculiares ritus condiſceret. Et nos itidem ob id factum Ziſcham plurimùm commendamus, & vnum illud dicimus eſſe bellum Ziſchæ, quod à reliquis ſceleſtis eius bellis excipi iure debeat, illud, inquam, bellum, quo debellauit nouam & impiam Sectam Adamitarū, quam Piccardus quidam ex Gallia Belgica tranſmiſſo Rheno per longam diſtantiam in Bohemiam, (quæ omni tunc nouarum doctrinarum vento agitabatur) inuexerat, non ſine maxima inclyti Regni infamia. Etenim Piccardus iſte ex veteri Nicolaitarum inſtituto docuit, & induxit promiſcuum fœminarum vſum, & corporum nuditatem, etiam naturali ſublato pudore: quem ea ſanè perſuaſione ſuſtulit, quòd nuditatem illam diceret eſſe ſignum innocentiæ, quoniam Adam & Eua in ſtatu innocentiæ nudi fuerunt, ea autem per præcepti præuaricationem amiſſa, primos illos Parentes noſtros conſuiſſe perizomata, quibus tegerent pudenda. Vt igitur homines Sectæ ſuæ viderentur eſſe in ſtatu innocentiæ, iuſsit nuda exhibere pudenda, & negabat liberos eſſe eos, qui veſtibus, præſertim femoralibus, vteretur. Vſus quibuſdam præſtigijs vocauit ſe *Adam*, & *filium Dei*: nefas eſſe ſuis perſuaſit abſque iuſſu & benedictione Principis populi, qualem ſe ipſum conſtituit, mulierem cognoſcere. Cum igitur quis in mulierem aliquā libidine exardeſceret, manu eam appræhēdens, Principem adiens dicebat: *In hac ſpiritus meus concaluit.* Cui ille reſpondebat: *Ite, creſcite, & multiplicamini, & replete terram*: & ex ea benedictione dicebat liberos generari homines, cæteros omnes naſci ſeruos, & filios Diaboli. Nactus ergò promiſcuæ plebis multitudinem copioſam, occupauit quandam Inſulam Luſmik amne cinctam, inde miſit graſſatores in vicina loca. Cum ergò quadraginta viri ex ea irruiſſent in Villas vicinas, & euaginatis gladijs ſupra ducentos agreſtes homines interfeciſſent, Ziſcha ea ſæuitie commotus, eduxit in eos exercitum, & expugnata Inſula Adamitas gladio deleuit. Hæc referunt Aeneas Syluius Hiſt. Bohem. cap.41. Bonfinius rerum Vngar. Dec.3. lib.2. Dubrauius Hiſt. Bohem. lib. 26. Cochlæus Hiſt. Huſsitarum lib.5. Vbi narratæ hiſtoriæ hæc ſubijcit: *Hoc vnum eius bellum virtutis ſpecimen habuit: cætera fuere aut ſeditioſa contra Regem, aut ciuilia contra ſocios, aut impia & crudelia contra Catholicos pro impia Vvicleſi terque quaterque damnoſa hæretici Secta ac doctrina defendenda.* Mornæus:

Eorum author. Picardus.

Satanæ familiare eſt, renaſcenti Euangelij luci tales nebulas offundere. Pag.538

Euangelij lux minimè per Sectarios renata.

RENaſci Euangelij lucē Mornæo non aliud eſt, quàm nouas aduerſus doctrinam Romanæ Eccleſiæ prodire hæreſes. Apoſtolos Chriſtus docuit, hi Euangelium toto Orbe promulgarunt, ſucceſſores habuere Eccleſiarum Præſules, qui tradita populos docerent. Oſtēdant igitur iſti, Orbem terrarum erraſſe, ſe ad tenebras depellendas erroris, & lucem Euangelij reuocandam à Deo miſſos fuiſſe. Nullis Prophetarum oraculis, Scripturarum teſtimonijs, aut miraculis hactenus id docuerunt: & Adamitæ ipſi non ſecùs ac Mornæus Scripturas ad ſuæ obſcænæ libidinis defenſionem producebant.

Quod Deus Diabolo obedire debet, Vvicleſi error fuit.

Contendit Aduerſarius, hoc eſſe doctrinam Vvicleſi calumnijs onerare, hanc illi propoſitionem tribuere, *Quod Deus Diabolo obedire debet.* Cur verò Patres pro libidine id affingant Vvicleſo? Inter ipſius Articulos damnatos

Digitized by Google

Seſſ.8. Concilij Conſtantienſis refertur ſexto loco: omnes qui referunt eius errores, hunc etiam recēſent. Si verum eſt, cum cæteras propoſitiones aſſeruiſſe, quas tamquam hæreticas Concilium damnat; cur hãc illi à Patribus pro libidine impoſitam dicemus, & non magis ab eodem cum cæteris aſsertam? Sed tam abſurdę blaſphemię puduit Aduerſarium. Si impius Caluinus, cuius iſte infauſta ſoboles, hęc adeò portentoſa verba ſcripſit, Chriſtum diros in anima cruciatus damnati hominis pertuliſse; cum inferorum copijs, æternæque mortis horrore quaſi conſertis manibus luctatum fuiſſe; formidabilem illam abiſſum ingreſſum fuiſſe, qua ſe à Deo derelictum, & alienatum ſentiret, idque perinde ac ſi in ipſius perniciem Deus conſpiraſſet; denique ſceleratorum pœnas omnes, quæ ab illis expetendæ erant, perſoluiſſe, hoc vno excepto, quod huiuſmodi doloribus teneri non poterat; quid miramur, & Vvicleſum eodem, quo Caluinus, ſpiritu concitatum, ſcripſiſſe, *Quod Deus Diabolo obedire debet?* Mornæus:

Blaſphemia Caluini.

Pag.538 *Ad Iohannem Huſſum quod attinet, Pius II. Papa capita doctrinæ eius in Hiſtoria recenſet, noſtris confeſſionibus conſona.*

SEd capita eius doctrinæ Pius II. cap.35. vocat *peſtifera, & iampridem damnata factionis dogmata*, & inter capita illius doctrinæ hoc refert: *Qui mortalis culpæ reus ſit, eum neque ſæculari, neque Eccleſiaſtica dignitate potiri, neque parendum ei.* Videant Principes, quàm ſecurè agant, qui huiuſmodi doctrinę in ſuis ditionibus habent aſſertores.

De expeditione in Bohemiam contra hæreticos & rebelles per Martinum quintum Pontificem inſtituta, & de infelici pugna contra eoſdem, aut etiam turpi fuga, fruſtra nitente eos contra hoſtem reducere in prima expeditione Cardinale Vintonienſi; in ſecunda Iuliano Cardinale S. Angeli, ſcribunt Aeneas Syluius cap.48. Bonfinius rerum Vngar. Dec. 3. lib.3. Cochlæus lib.5 Hiſt. Huſsitarum. Sed de Cardinale Iuliano, quaſi Aenea Syluio authore, id ſcribit Mornæus:

Pag.539 *Cum ingentibus copijs ingreditur regionem Cardinalis, ignem & gladium, quà poteſt circumferens, non ſexui, non ætati parcens;*

Mornæi calumnia in Cardinalē Iulianum.

Vbi ſcribit Aeneas Syluius: *Ingreſſus deinde Cardinalis, numeroſum exercitum ducens, multas hæreticorum Villas incendit, Oppidaque diripuit, in quibus non amentia tantum, ſed crudelitas etiam militū graſſata eſt, qui mares cum fœminis obuios, ſenes pueroſq; paſſim necauere.* Sed reſpondetur, q̄d aliquot Villas incendiſſe, Oppidaq; diripuiſſe hæreticorum ac rebellium licuit. Quod verò promiſcuè actum ſit, nulla habita ratione ſexus, aut ætatis: multa in bello crudelitatis acta à militibus, incōſultò & inſcio Duce, exerceri ſolent. Itaque quod à militibus perpetratum ſcribit Aeneas Syluius, per calumniam Iuliano Cardinali tribuit Mornæus.

Contendit, non ſatis proſpectum à Patribus Concilij Conſtantienſis Eccleſiæ reformationi, prout ſpem omnibus populis fecerat Sigiſmundus vndequaque conquerentibus. Immò cum Seſſ.40. Præſide Cardinale Oſtienſi, Gulielmus Cardinalis S.Marci quædam Decreta legiſſet, de quibus Concilium ſententiam ferre rogatum eſt, nihilominus omnia poſt electionem Papæ terminanda reijciuntur, ut ex Nationum conſilio eius authoritate de his in Concilio lex feratur. Pag.540

Haud dubiè (inquit) *quia angebat eos, quod Sigiſmundo exciderat verbulum; qui dicentibus reformationem inchoandam à Minoritis, imò à Maioritis, reſponderat, Papam & Cardinales innuens. Etenim ipſe reformationis formulam inſtituerat, quæ Auguſtæ anno 1484. edita etiamnum legitur. Sed Martinus V. electus, nihil obſtantibus acriùs Sigiſmundi monitis, exponit, quod Conſtantiæ tādiu hæſerint, quàm incommodum fuerit omnibus Eccleſijs &c. tantumque ſuis artibus perfecit, vt Concilij ſolutionem obtineret, ea lege vt Concilium aliud poſt quinquennium haberetur; indè poſt ſeptennium &c. Regreditur igitur Martinus V. in Italiam ouans haud dubiè, quòd ſolertia ſua formidabilem hunc reformationis ſcopulum euaſiſſet.*

SEd reſpondetur, Concilium Conſtantienſe, procurante Sigiſmundo Imperatore, indictum initio fuiſſe à Ioanne XXIII. non diſſentiente Gregorio XII. & congregatum potiſsimùm extinguendi ſchiſmatis cauſſa, quo iam diu Eccleſia laborabat, & in tres diuiſa partes, quis eſſet verus omninò & certus Pontifex, vix agnoſcebat. Hunc finem ſortita eſt, ex tribus de Pontificatu contendentibus duobus cedentibus, & tertio abdicato, ac vnico vero, & legitimo Pontifice Martino quinto ſuffecto.

Concilium Conſtantiē ſe ad extinguēdū ſchiſma potiſſimè cōuocatum.

Pręter negotium ſchiſmatis, eodem tempore ab hæreſibus Vvicleſi Hæreſiarchæ magnū ſaluti animarum detrimentum impendebat. Nam etſi iuſſu Pōtificis Romani, Cantuarienſis, & Eboracenſis Archiepiſcopi in Anglia, & Pragenſis in Bohemia eius libros damnaſſent, & Pragenſis eos palam comburi iuſſiſſet, & Pa-

Quæ præterea ob cauſſas.

Digitized by Google

Patres in Romana ſynodo eos iterum damnaſſent; multi tamen Ioanni Hus (qui illorum librorum, & errorum patrocinium ſuſceperat, populumque ad Vvicleſi doctrinam amplectendam hortabatur, & alias hæreſes addebat, quas apud Patres in Concilio Generali ſe defenſurum eſſe iactabat) plus credebant, quàm tanta authoritate deterrerentur à lectione peſtilentiſsimorum illorum librorum, quos etiã auro, argento, & gemmis exornabant; inde virus in dies magis latiùſque ſerpebat. Ad remedium igitur huic deteſtabili peſti adhibendum Concilio opus eſſe videbatur, & Patres, quantum in ſe fuit, proſpexerunt huic malo: Articulos Vvicleſi, & Ioannis Hus diligenter examinarunt, ac tanquam Orthodoxæ Fidei contrarios cum authoribus damnarunt. Accedebat huc Simoniæ labes, aliaque vitia, quæ occaſione ſchiſmatis paulatim irrepſerant, ſtatumque Eccleſiæ ita deformauerant, vt vel hæc vna cauſſa Concilium poſtularet: & Seſſ. 43. inter Decreta Martini V. extat etiam Conſtitutio contra Simoniacos. Et ſi nihil aliud Concilium illud, quàm pernicioſo ſchiſmati finem impoſuiſſet, non minus certè adiumenti Eccleſiæ Dei, quàm alia antiquiora attuliſſe viſum fuiſſet. Neque Patres illi bardo iſto homine conſultore, aut monitore opus habebãt, qui eos, quæ eſſent ſuarum partium ac ſui officij, doceret. Neque Martinus Pontifex Eccleſiæ reformationem refugit; ſed cum Principũ Eccleſiaſticorum & Sæcularium, maximè verò Sigiſmundi Imperatoris, labore, ac induſtria de componendis moribus nimia licentia iam labefactatis tàm Laicorum, quàm Clericorum mentio haberi cæpiſſet, quia Concilium iam quadriennio durauerat cum magno Prælatorum, & Eccleſiarum incommodo, Martino placuit (approbante Cõcilio) rem totam in aliud tempus magis idoneum trãsferre. Dicebat enim, rem ipſam maturitate, & conſilio indigere, quia ex Hieronymi ſententia *vna quaque Prouincia ſuos habet mores, ſuos ſenſus, qui tolli ſine perturbatione rerum ſubitò non poſſunt.* Et hoc experientia quotidiana docet, ſuitque prudenter à Pontifice conſideratum, non artificioſè excogitatũ, vt Concilij ſolutionem obtineret, prout interpretatur perperam aduerſarius: & Cõcilium aliud poſt quinquennium celebrãdum, loco etiam aſsignato Papienſi Ciuitate, ſeriò decreuit. Et tam verum, verbulum illud Sigiſmundo excidiſſe, *Immò à Maioritis*, quàm Patribus illis, *Reformationem incheandam à Minoritis*: quod tamen parùm aut iuuat cauſſam Aduerſarij, aut noſtræ officit; nullus enim adeò perfectus hominum gradus eſt, aut ſtatus, vt non ſit ei aliquando reformatione opus. De formula illa reformationis à Sigiſmundo inſtituta, quam Auguſtæ anno 1484. editam legi ſcribit Aduerſarius: eam meritò ſuſpectam, & ab aduerſarijs obtruſam conijcimus, quæ nunquam propoſita fuerit in eo Concilio, cui interfuit Sigiſmundus, & cuius prorſus nulla in illius Actis mentio. Addo, neque Sigiſmundum piũ & Catholicum Principem ſibi vnquam tantum arrogaſſe, vt ad ſe pertinere putaret reformationis Eccleſiæ formam inſtituere; quemadmodum neque paſſus fuiſſet, formam reformandi Regnum Hungariæ aut Bohemiæ quoad ciuilem gubernationem ſibi à Patribus præſcribi.

Pĩis omnib. ex eo ſatisfactum.

Martinus V. Eccleſiæ reformationem non refugit.

Mornæi figmentum.

Formula reformationis ſub nomine Sigiſmundi ab aduerſarijs obtruſa.

Quod ſcribit Volateranus, & ex eodem refert Mornæus, Martinum V. Pontificem, inuito Imperatore & Germanis, in Italiam reuerſum: ſcribit Platina, eum non modò ab Imperatore & Germanis rogatum, vt aliquandiu in Germania maneret, verùm & à Principibus Galliæ, vt in Galliam proficiſceretur: ac ſibi id nequaquam integrum eſſe oſtendit, *quòd diceret, patrimonium Eccleſiæ, abſente Pontifice, à Tyrannis quibuſdam in Italia occupatum, diſtrahi, & lacerari; Vrbemque Romam Religionis Chriſtianæ caput, cum rectore careret, penè ad interitum redactam eſſe, peſte, fame ferro, igne, ſeditionibus. De Baſilicis, ac SS. Martyrum ſacellis nolle dicere, quæ abſente Pontifice, aut iam corruerant; aut paulò poſt collapſuræ videbantur. Eccleſiam Romanam caput eſſe & matrem omnium Eccleſiarum, proindè in ea Pontifici immorandum eſſe, ne verus gubernator à puppi ad proram transferatur.* Cum igitur tot iuſtas cauſſas haberet abeundi, non poterat eſſe Imperator rationabiliter (vt ita loquar) inuitus. Et ab Italiæ quidem Regulis, ac Ciuitatibus nullo non honoris genere excipitur, *& Romam peruenit* (ſubdit Platina) *effuſa obuiam ei omni Vrbana multitudine: effuſis Principibus tanta Vrbis, qui hominem non ſecus ac quoddam ſalutare ſydus, vel vnicum patriæ parentem expectabant. Diem illum in faſtis annotauere Romani, 10. Kalend. Octobris anno Domini 1421. Vrbem Romam adeò dirutam & vaſtatam inuenit, vt nulla Ciuitatis facies in ea videretur. Collabentes vidiſſes domos, collapſa Templa, deſertos vicos, cænoſam & oblitam Vrbem, laborantem rerum omnium caritate & inopia. Quid plura? nulla Vrbis facies.* Mornæus:

Pag. 541

Quã iuſtis ob cauſſas Martinus V. in Italiã reuerſus.

Quã honorificè in Italia exceptꝰ.

Premebat ei cor Balthazar Coſſa, qui Ioannes XXIV. alijs XXIII. quippe, qui numeratis triginta aureorũ millibus ſeſe ex Palatini cuſtodia redemerat, indeque digreſſus veteres amicos tota Italia luſtrauerat; quod nouum ſchiſma Martino portendere viſum.

Pag. 541

INiecit quidem magnam ſuſpicionẽ, ne rurſum ſchiſma innouaretur. *Erat enim* (ait Platina) *vir magni animi ſagaciſſimuſque, & qui priuatam vitam nequaquam pateretur. Nec deerant prætera qui hominis audaciam ad res nouas moliendas cõcitarent.* Verùm ille, Deo ita impellente, Florentiam venit, ſeque ad Martini pedes ſupplex abiecit: à quo benignè exceptus, & in Cardinalium Collegiũ cooptatus, paulò poſt in eadem Vrbe morbo conſumptus eſt, & magna funeris pompa inibi in S. Ioannis Templo ſepultus. Benedictus XIII. ſeptem annos poſt ſynodum Cõſtantienſem vixit, neque vnquam Pontificis nomen depoſuit. *Tranſiuit an-*

Benedicto XIII. Antipapa ſubrogatus.

nos Petri (inquit D. Antoninus 3.p.tit.22.c.7.) *ad cumulum ſuæ damnationis: nec mirum, quia non in Sede Petri.* Cardinales duo, qui cum eo remanſerant, ei mortuo alterum Antipapam ſubrogarunt, quem Clementem VIII. vocarunt: qui Cardinales creauit, & alia obijt munera Pontificia. Verùm ille poſtea ſponte ſe Pſeudopontificatu abdicauit, Maioricarum Epiſcopatu donatus, & Cardinales ab eo creati, ſuo Cardinalatu, & coniecti in vincula duo illi Cardinales Petri de Luna, qui eũ elegerant; quòd nunquam errorem deponere, neque Martino vero Pontifici obtemperare voluerint. Sicque reliquiæ illius ſchiſmatis, quod in Synodo fuerat oppreſſum, ſunt omninò extinctæ, & Martinus vnus clauum Eccleſiæ ſecurus tenuit, & ipſa ſummam tranquillitatem, & pacem optatiſſimam conſecuta.

Quo poſtea ſe abdicante, reliquiæ ſchiſmatis omnino extinguuntur.

Pag.542 De Martino Papa ſcribit Mornæus, eum, re cum ſuis Doctoribus communicata, cuidam permiſiſſe, vt germanam ſororem vxorem duceret, teſtem citat Angelum Clauaſium Minoritam *Summæ Angelicæ* authorem: Syluester idem ſcribit V. *Papa* §. 17. & authorem citat vterque Archiepiſcopum Florẽtinum in Summa: qui cum aliter rem narret, nempe diſpenſaſſe cum ſorore eius, quam vir polluerat, non cum ſorore propria, error eſt apud Angelum, & Syluestrum; & calumniam hanc eſſe Bezæ, teſtatur Bellarminus lib.1. de Matrim. Sacram. cap. 25. *Martinus Pontifex* (inquit) *omnium conſenſu ſapientiſſimus, & optimus non permiſit coniugium cum ſorore ſua germana, vt Beza mentitur, ſed cum ſorore eius, quam anteà cognouerat per fornicationem. vt S. Antoninus refert 3.p.tit. 1. cap.11. & in hoc erat impedimentum affinitatis in quo poterat diſpenſare Pontifex & in hoc diſpenſauit ob ingens ſcandalum, quod ex illius coniugij ſeparatione timebatur, cum caſus eſſet occultus; idque ex maturo conſilio, & diſceptatione multorum Theologorum, vt ex eodem Sancto Antonino intelligi poteſt.* Sed ſolemne eſt Nouatoribus iſtis occaſiones vndecumq. quærere traducendi Pontifices, & eorum authoritati odium concitandi.

Martinus V. nõ permiſit, vt quis ſorori germanæ nuberet.

Deinceps de Concilio Baſileenſi. Illud à Martino quinto indictum, inchoatur anno 1431. cui præſedit primùm Iulianus Legatus Apoſtolicus, & poſt eius reuocationem Ludouicus Cardinalis Arelatenſis. Decretum in 2. Seſſ. ſancitum refert Mornæus:

Pag.542 543.544

Quòd Synodus in Spiritu Sancto congregata generale Concilium faciens & Eccleſiam militantem repræſentans, poteſtatem immediatè à Chriſto habet, cui quilibet cuiuſcumque ſtatus & dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem; & qui ſtatutis obedire contempſerit, niſi reſipuerit, debitè puniatur.

Verùm illius Concilij apud Catholicos authoritas maior eſſe non debet, quàm ei tribuit Eccleſia Romana. Acta in hoc Concilio de Sacerdotijs, ſeu Beneficijs, & cenſuris probauit Nicolaus V. cætera improbat Concilium Lateranenſe IV. ſub Leone X. Seſſ. 11. vbi *Conciliabulum*, ſeu potius *conuenticulum* appellatur, & dicitur, Romanum Pontificem ſuper omnia Concilia authoritatem habentem, eorum indicendorum, transferendorũ, & diſſoluẽdorum plenum ius habere; quod ex propria etiam ipſorum Conciliorum confeſsione manifeſtè ibidem oſtenditur. Romæ nuper editis cæteris Concilijs Occumenicis, Baſileenſis iſtius conciliabuli meritò nulla habita ratio. Itaq; niſi habet alium locum Aduerſarius, vnde probet, Concilium eſſe ſupra Papam, quàm ab authoritate Concilij Baſileenſis, parum roboris habebit ſuum argumentum. Verùm illa Synodus in Spiritu Sancto congregata Generale Concilium faciens, & Eccleſiam repreſentãs à Pontifice Romano primùm indicta, ſiue eſſet ſupra Põtificem, ſiue infra, cum ex Archiepiſcopis, & Epiſcopis vndecumque collectis conſtaret, errores Bohemorum damnaret, non poterat repræſentare Eccleſiã Reformatam, & Puriorem Mornæi; itaque non illa Chriſti Eccleſia militans, nec illi ſuffragatur tanti Concilij authoritas. Inter hæc initia diem clauſit extremum Martinus V. cum ſediſſet annos 13. menſes 3. dies 10. & in eius locum electus Eugenius IV. Venetus, Raphael Condelmerius antea dictus. Creatus Pontifex, Dominum Iulianum Cæſarinum Cardinalem S. Angeli, quem Martinus eius deceſſor Legatũ Baſileam deſtinauerat ad celebrandum ibi Cõcilium eius authoritate, maximè ad extirpandam hæreſim Huſsitarum, quæ totum ferè Bohemiæ Regnum infecerat, in idipſum confirmauit. Cum autem poſteà didiciſſet ex fideli multorum relatione, illos congregatos non vacare extirpandæ hæreſi Huſsitarum, & reformationi Eccleſiæ, ob quæ Concilium fuerat indictum, ſed magis de eo deponendo cõſilia inire, tanquàm fautore bellorũ, & diſcordiarum, ac bonorum Eccleſiæ dilapidatore, viroque ſanguinum Eccleſiam ſcandalizante; vt periculo imminẽtis ſchiſmatis occurreret, Oratores Baſileam deſtinauit, inter cæteros Abbatem Panormitanum, qui in Decretales ſcripſit, Iuris Canonici peritiſsimum, illos monendo, vt ab incæpto deſiſterent; quin & authoritate Apoſtolica diſſolutum eſt, & Legatus à præſidentia reuocatus; qui tamen minimè obtemperarunt, immò & Eugenium ipſum ad Concilium citare præſumpſerunt, ſolicitati ad hoc à Duce Mediolanenſi Pontificatum eius ægrè ferente, quia ſibi minimè faueret. Imperator Sigiſmundus tot laborum memor, quos pro extinguendo paulò ante ſchiſmate ſubierat, eos deterrebat, quantum poterat. Hæc S. Antoninus 3.p.Chron.tit.22. cap.10. § 4. Abbas Panormitanus ab Eugenio miſſus, vt partes eius, & iura defenderet, ac Patres ab inducendo

De Cõcilio Baſileenſi.

Eugenius IV. creatus Pontifex.

Cur ie Baſileenſe Cõcilium diſſolueris.

Seſſ. 16. in Concilij.

Concilium Baſileenſe deſiuiſſe legitimum.

cendo in Eccleſiam ſchiſmate deterreret, ab eo deficiens, illorum partes ſecutus eſt. Ioannes de Turrecremata in ſumma de Eccleſia lib. 2. cap. 100. probat, iſtud Concilium legitimè à principio indictum, deſijſſe tamen legitimum eſſe, multis de cauſsis. Primùm, quia eos qui miſsi erant à Summo Pontifice Eugenio IV. vt ei Concilio præſiderent, noluit in authoritate ſua recipere iuxta morem Conciliorum Vniuerſalium. Deinde, quia eius Concilij Decreta nec Synodi quidem vnanimi conſenſu fuerunt concluſa, tum quia multi Prælati, & vtriuſque Iuris Doctores eiuſmodi Decretis reſtiterunt, tum quia in fraudem Legatorum, quos à Caſtellæ & Angliæ Regibus miſſos in itinere eſſe, ac Synodo iam appropinquare cognouerant, id definire feſtinabãt, cui dictos Legatos nolle aſſentiri ſciebant. *Quod factum eſt* (inquit) *Seſſ.* 18. Addit idem: *Nullus ſanæ mentis vir, qui nouit, cum quanta grauitate, integritate, & modeſtia fidei iudicia tractanda ſunt, iudicabit, eſſe vniuerſali conſenſu totius Eccleſiæ concluſa, ac à Spiritu Sancto dictata, in quibus huiuſmodi factiones ac practicæ interuenerunt.*

Eius Decreta nunquã ab Eugenio IV. approbata.

Præterea negat, eius Concilij Decreta ab Eugenio IV. vnquam approbata fuiſſe, licet Concilij progreſſum aliquando approbaſſet. In eo verò, quod Decreta non approbauit, ait Eugenium ſapientiſsimè feciſſe, eo quòd Decreta ipſa nũquam examinaſſet, verum aliquid minus rectum, minus verum, aut minus expediens continerent. *Vnde mos* (inquit) *fuit Romanorum Pontificum, cum confirmaturi eſſent Decreta Conciliorum Vniuerſalium, quibus perſonaliter non interfuerant, congregare Synodum Prælatorum, qui erant ſub Patriarchatu Romano, & ibidem diligenti examinatione facta, illa confirmabant. Sicut de Beato Syluestro legitur, cum Decreta Concilij Nicæni approbauit.*

Amadeus Dux Sabaudiæ in locũ Eugenij depoſiti à Cõcilio electus poſtea Papatui renũciat.

In eo Concilio Seſſ. 34. deponitur Eugenius IV. multis ei impoſitis criminibus, & poſtea contra eum eligitur Amadeus Dux Sabaudiæ, dictus Felix V. alijs IV. qui tamẽ nouem poſt annos, Pontifice Nicolao quinto Eugenij ſucceſſore, ſuo Papatui renunciauit, & Patres illi, qui Baſileæ primum, deinde Lauſannæ ſub nomine Generalis Concilij hactenus congregati permanſerant, ordinarunt, & publicarunt, prout conſtat ex Bulla ipſius Nicolai quinti, ei tanquam vnico & indubitato Summo Pontifici à cunctis fidelibus eſſe obediendum: quo facto profeſsi ſunt, neque Eugenium quartum potuiſſe ab illo Concilio deponi, neque eligi Amadeum, dictum Felicem V. eumque nunquam ſediſſe in Sede Petri, nec verum Papam, ſed Antipapam fuiſſe.

Eiuſdẽ Concilij Patres depoſitionẽ Eugenij & Amadei electionẽ deteſtati.

Pag. 544

Scribit Aduerſarius, Carolum ſeptimum Regem Francorum Concilium Baſileenſe tutatum eſſe, triremes ſuas in mare Ionium miſiſſe, quæ Ioanni Palæologo Orientis Imperatori obuiam factę, quo loco legitimum Concilium haberetur, indicarent. Sed Reſpõdetur, quod licet in principio fauerit illi Concilio, & Pragmaticam Sanctionem, quam refert Guagninus lib. 10. Hiſt. Francorum in Carolo VII. eiuſdem Concilij authoritate ductus apud Bituriges conuentu habito condixerit; vbi tamen apertè ab Eugenio IV. Patres illi deſciuerunt, & Antipapam in eius locum elegerunt, Pontifici vero ille adhæſit, non Concilij ſententiam ſecutus eſt. Papyrius Maſſonus Annal. Francorum lib. 4. ex Poggio Florẽtino, Orat. inuect. in Felicem V. hæc pauca tranſtulit: *Regis Franciæ animus ſemper firmus atque inconcuſſus ſtetit, pro ſeruanda vnitate ſemper hæſit vero Vicario Chriſti, ſemper Eugenium, & Nicolaum virum ſanctiſſimum, Pontifices ſumma coluit veneratione.* Immò, vt conſtat ex Bulla Nicolai quinti, opera Caroli VII. Regis Frãciæ, & Regis Angliæ, & Renati Siciliæ, ac Delphini Viẽnenſis primogeniti Francorum Regis pax Eccleſiæ reddita eſt, Felice V. ſuo Pſeudopontificatu ſponte ſe abdicante, & ad priſtinam ſuam ſolitudinem redeunte.

Iis deſciſcẽtib. ab Eugenio, Carolus VII. nõ Cõcilio, ſed Eugenio adhæſit.

Mornæus:

Et hinc iudicet Lector legitimæ vocationis in Eccleſia Romana quid ſupereſt, cum Eugenius moritur ſchiſmaticus, hæreticus, exauctoratus, Acta eius reſciſſa, irrita, nulla, exinde nunquàm rata habita; proinde et quæcũque ab illis profluxerũt ordinationes, conſecrationes &c. & id quidem tanti authoritate Concilij; Cum ex altera parte Felix in ſua Obedientia nouem integros annos Pontificatum exercet, à Concilio Florentino Eccleſia pulſus, anathemate perculſus, Bulla eius euanidæ, nullæ. Pag. 544

Depoſito Eugenio, an Eccleſia fuerit apud ipſum, an apud Amadeum.

HOc argumentum à Ioanne Caluino Præfatione ad Regem Galliæ mutuatus eſt, qui his verbis nos aggreditur: *Reſpondeant mihi bona fide, vbinã gentium ac locorum Eccleſiam reſidere exiſtiment, ex quo Baſileenſis Cõcilij Decreto deiectus & abdicatus eſt Põtificatu Eugenius, ſubrogato in eius locum Amadeo? Negare, vel ſi rumpantur, nequeunt, Concilium, quantũ ad externos ritus attinet, fuiſſe legitimum, nec ab vno tantùm Pontifice, ſed à duobus indictũ. Damnatus eſt Eugenius ſchiſmatis, rebellionis, pertinaciæ cum toto Cardinalium & Epiſcoporum grege, qui cum eo Concilij diſſolutionẽ admoliti erant. Poſtea tamen Principum fauore ſubleuatus, ſaluũ Pontificatũ recepit: Illa Amadei electio Generalis & ſacroſanctæ Synodi authoritate ritè peracta, in fumũ abijt. Ex illorũ hæreticorum, rebellium, ac pertinaciũ gremio prodijt, quidquid poſtea Paparũ, Cardinalium, Epiſcoporũ, Abbatũ, ac Presbyterorũ fuit. Hic deprehenſi hæreant neceſſe eſt. Vtram enim in partem Eccleſiæ nomen conferent? Negabuntnè Conciliũ Generale fuiſſe, cui nihil ad exteriorẽ maieſtatẽ deerat? Sæpe quod duobus Diplomatib. ſolẽniter indictũ præſidente Romanæ ſedis Legato conſecratũ rerum omnium ordine benè cõpoſitũ, eadẽ ſemper vnitate ad extremũ perſeuerarit. Fatebũtur ſchiſmaticũ Eugeniũ cũ tota ſua cohorte, à qua oẽs ſanctificati*

Caluini obiectio.

Reſponſio. *ctificati ſūt?* Hæc Thraſo ille miles glorioſus. Sed reſpondemus, & tempore Baſileenſis Concilij & poſteà eam vnā, & verā Eccleſiā Chriſti fuiſſe, quæ Paſtorem ſuum Romanum Pontificem agnouit, Petri ſucceſſorem. Itaque Eccleſiæ nomen non conferimus in partem Amadei dicti Felicis Quinti; ſed fuiſſe apud Eugenium, Nicolaum V. & eos qui deinceps illis ſucceſſerunt, conſtanter aſſerimus. Quemadmodum & Eccleſia fuit antiquitùs apud Cornelium, non apud Nouatū; apud Damaſum, non apud Vrſicinum; apud Bonifacium I. non apud Eulalium; apud Simmachum, non apud Laurentium; cū illi legitimè inſtituti eſſent & à Deo vocati, iſti intruſi: ita apud Eugenium erat, nō apud Felicem Antipapam. Dicimus, Concilium illud Baſileenſe initio quidem legitimū fuiſſe, nec alia ratione, quàm quia à Martino Quinto indictū, & poſteà ab Eugenio Quarto; cuius authoritate quādo iuſtis de cauſsis diſſolutum fuit, & aliud Ferrariā indictū, negamus eadem dignitate perſeueraſſe; cum antiquus Canon ſit, etiam Scriptoribus Græcis celebratus, *Nulla Cōcilia abſq; Romani Pontificis authoritate firma & rata eſſe poſſe*, qui eorum indicendorum, transferendorum, ac diſſoluendorum habeat authoritatem. Hoc igitur Caluino concedimus, Eugenium IV. damnatum, & depoſitum à Concilio Baſileenſi, & electum Amadeum, ſed nulla authoritate, illud conciliabulum fuiſſe, non Generale Concilium; ac ſi quas ordinationes fecerit Amadeus ille Antipapa, irritas prorſus, ac nullas fuiſſe; validas verò, quæ ab Eugenio IV. & eius ſucceſſoribus ſunt factæ. Negamus, Eugenium cum ſua cohorte ſchiſmaticum fuiſſe, aut ex fauore Principum Pontificatum ſaluum recepiſſe; immò Principes ipſos, ne in contradictione Chore abirent, Eugenio tāquam alteri Aaroni à Deo vocato, & legitimè ordinato adhæſiſse, ac iuſtæ cauſsæ patrocinium ſuſcepiſse. Annon verò & Amadeus, ipſiq; Patres errorem ſuum poſteà agnouerunt, & legitimum Pontificem Nicolaum V. venerati, Eccleſiam fuiſse apud Eugenium eius deceſsorem ipſo facto proteſtati ſunt? Nonniſi inania verba blaterones iſti effutiunt.

Quod ſi aliqua pars Germaniæ Baſileenſibus adhærebat: Atqui reliquus Orbis Eugeniū ſequebatur: immò paulò ante, quàm decederet, Germaniæ Legatos audiuit, qui Principū nomine ipſum verum Pontificem, reiecto Felice, agnoſcebant. Cumq; Eugenius IV. literis & Legationibus Ioānē Palæologum Græcorum Imperatorem, & Ioſephum Patriarcham Conſtantinopolitanum cohortatus eſset, & eam ob cauſsam Generale Cōcilium, ad quod tum Græci, tum Latini Epiſcopi accederent, conuocaſset; quamuis Patres illi Concilij Baſileenſis omnem operam dabant, vt Baſileam Imperator proficiſceretur; maluit tamen ille Eugenij monitis parere: & relicto Baſileenſi Concilio, quod paulò ante Pontifex abrogauerat, Ferrariam quò Synodum Oecumenicā Eugenius indixerat, & ipſe Imperator, & Patriarcha, & Epiſcopi conuenere quamplurimi. Id teſtatur Calcondylas lib. 6. Rerum Turcicarum: *Ambo Pontifices triremes inſtruunt, & Ioannem Bizantij Regem accerſebant; vterq; enim ſub ſe Concilium agitari, & Religionis controuerſiam, quæ cum Græcis interceſſerat, finiri volebat. Cum ab vtroque veniſſent triremes. Rex quidem benignis verbis, ac placidè Concilij Baſileenſis Legationem dimittebat dicens, ſe cum Romanis, & Venetis, & reliqua Italia iam ante collocutum, qui omnes ſe Romam proficiſci iubeant. Aſſumens itaque Bizantij Sacerdotes, & Græcorum ſapientiſſimos & doctiſſimos, nauigabat in Italiam. Cum veniſſet ad Venetos, inde ſoluens ferebatur Ferrariam, vbi morari Pontificem acceperat.*

Mornæus Synodi Florentinæ Acta Græcè conſcripta, ex Bibliotheca Regia nobis producit: Pag. 545

Ibi teſtantur (inquit) *ad ſummam ſuperbiam vt Papa nihil reliquum fecerit. Nempe noluiſſe aliter Patriarcham excipere, niſi eum adoraret, & eius pedes oſcularetur, & Imperatorem hoc Patriarchæ Ferrariam aduenienti per Nuncios indicaſſe, ut ſciret, quo pacto accedendum illi eſſet ad Papam; ſe verò iam tertium diem inſtitiſſe, & dimicaſſe, ne hoc fieret. Graue hoc viſū eſſe Patriarchæ, quippe qui confidebat, ſe à Papa aliter ſuſceptum iri.*

De Actis Florentini Concilij à Mornæo citatis.

LOcum ex Actis illis Aduerſarius Latinè, tùm Græcè etiam in margine producit. Quis author ſit horum Actorum, aut quis id finxerit, mihi non conſtat. Sed plus fidei adhibendum ſcio authenticis Cōcilij illius Actis, quæ circumferuntur, & ſeorſum Græcè, tum etiam cū cæteris Concilijs Oecumenicis Græcè, ac Latinè edita ſunt, ex quibus cōſtat, quā honorificè Imperator Patriarcha, ac cæteri Orientis Præſules ab Eugenio ſint excepti. Nam in deſcriptione eorum, quæ anteceſserunt Cōcilium cap. *Quomodo Venetijs Ferrariam profectus ſit Imperator:* hæc habet Græc⁹ Author: γνοὺς δὲ ὁ Πάπας, ὅτι ἐγγύς ἐςι τῆς πύλης ὁ βασιλεὺς, ἀνέςη καὶ περιεπάτει. διὸ εὗρεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ὄρθιον. καὶ θέλοντα γονατίσαι, οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ Πάπας, ἀλλ' ἐδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ. καὶ δοὺς αὐτῷ τὴν χεῖρα, ἣν ἠσπάσατο ὁ βασιλεὺς, ἐκάθισεν αὐτὸν ἐξ ἀριςερῶν αὐτοῦ. οἱ δὲ Καρδινάλεις παρὰ τοὺς πόδας αὐτῶν ἐποίησαν τὸν ἐν χριςῷ ἀσπασμόν. *Vt verò cognouit Pontifex, Imperatorem portæ eſſe vicinum, ſurgens deambulabat: quo factum eſt, vt Imperator ipſum ſtantem reperiret. Volentem ergo genuflectere non permiſit Papa; ſed ſinu illum ſuo excepit. Cumq; porrexiſſet manum, quam deoſculatus eſt Imperator, aſſidere illum ſibi ad ſiniſtrā voluit. Cardinales vero ad pedes eorum ſalutationem*

Imperator & Orientales quàm honorificè habiti ab Eugenio Pont. & ij vicisſim ſine vlla contentione ab ipſo.

in

in Chriſto peregerunt. Non quæſiuit priùs Imperator, quomodo eum Pontifex excipere vellet; ſed ad eum accedens ſponte genuflectere voluit, debitum nimirum ſacroſanctæ dignitati honorem exhibere.

De Patriarcha, qui poſt Imperatorem Ferrariam appulit, ita habetur: εἰς τὸν λιμένα τῆς Φεῤῥαρίας καταντήσαντες ἐν ὥρᾳ τετάρτῃ τῆς ἡμέρας, τῇ ἑβδόμῃ τοῦ Μαρτίου μηνὸς, ἐμηνύσαμεν τῷ μακαριωτάτῳ Πάπᾳ, πῶς ἄρα γενήσεται ἡ τοῦ Πατριάρχου συνέλευσις, καὶ πῶς δέξεται ὁ Πάπας αὐτόν. *In portum Ferrariæ delati hora diei quarta, die verò Martij ſeptima, quæſiuimus per Nuncium à Beatiſſimo Papa, quo ritu Patriarcha ingredi deberet in Vrbem, & quomodo ipſum Papa exciperet.* Sed de hoc non legitur, tantam contentionẽ fuiſſe, neq; Pontificẽ oſculum pedum quæſiuiſſe. Sequitur enim: τῷ πρωῒ δὲ ὥρᾳ πρώτῃ τῆς ἡμέρας, ἦλθον Καρδινάλεις τέσσαρες, καὶ Ἐπίσκοποι ὡσεὶ εἴκοσι πέντε, καὶ ὁ Μαρκέσιος τῆς χώρας ὁ αὐθέντης, καὶ σὺν αὐτῷ πλῆθος ἀρχόντων πολὺ, καὶ ἵπποι, καὶ ἡμίονοι, οἷς ἐποχηθέντες εἰσήλθομεν εἰς τὴν Φεῤῥαρίαν. ἦν δὲ ὁ Πατριάρχης ἔφιππος, καὶ ἦχθη ἐν μέσῳ δύο Καρδιναλίων μετὰ τιμῆς μεγάλης. καὶ πρὸς τὸ παλάτιον τοῦ Πάπα εὐθὺς ἀνήλθομεν, καὶ τὸν Πάπαν ὁ Πατριάρχης ἠσπάσατο ἱστάμενον ἐν τῇ παρειᾷ. ἡμεῖς δὲ καθημένου τὴν δεξιὰν αὐτοῦ, καὶ τὴν παρειὰν σὺν τοῖς ἔξω Κατεχλάοις. οἱ δὲ ἄλλοι μόνον τὴν χεῖρα, ἢ καὶ μόνῳ τῷ προσκυνήματι. *Mane autem hora diei prima quatuor aduenere Cardinales, & Epiſcopi ad viginti quinque, & Vrbis Dominus Marchio, magnaque cum ipſo nobilium hominum frequentia: adducti quoque equi, & muli, in quos aſcendentes Ferrariam ingreſſi ſumus. Porrò autem Patriarcha equo vehebatur medius inter duos Cardinales, magno cum honore, continuoq; in Palatium Papæ aſcendimus: & Patriarcha quidem ſtantis Papæ genam oſculatus eſt: nos autem ſedentis dexteram, & genam cum Officialibus; reliqui verò aut dexteram tantùm deoſculati ſunt, aut profunda veneratione dumtaxat contenti fuere.* Quæ igitur hic Papæ ſuperbia? Nam excepit Patriarcham, & alios Orientis Prælatos ſine adoratione, & oſculo pedum. Neq; verò ulla ſuperbia eſt, debitum ſibi honorem ab inferioribus exquirere; immò ſuperbus ille, qui ſuperioribus debitum honorem non deferat. Verùm, cùm id vnum ſpectaret Pontifex, vt Græci Romanæ Eccleſiæ iungerentur, & in eandem fidem conſentirent, non eſt veriſimile, quod eos à principio intempeſtiua contentione de adoratione, & oſculo pedum ſibi debitis & deferendis irritare voluerit. Et lis quidem, ac controuerſia orta eſt de ſedibus Occidentalis & Orientalis Eccleſiæ; ſed tamen illa compoſita, προκαθημένου τοῦ Πάπα ἐν τῷ βορίῳ μέρει, *præſidente Beatiſſimo Papa ad latus Aquilonare.* Vt patet ex Hiſtoria Cõcilij ipſi præfixa. Anno 1438. Ferrariæ Concilio inchoato, præcipua capita, quibus Græci à Romana Eccleſia diſſidebãt, in medium producta ſunt; De proceſsione ſcilicet Spiritus Sancti; de additione, ſeu explicatione illa Symbolo facta, *Filioque*; de azimo, & fermentato; de Purgatorio, ac fruitione Sanctorum; denique de Primatu Romanæ Eccleſiæ: de quibus ita in Cõcilio diſceptatum, vt ſeni ex Latinis, & Græcis in medio Concilio conſiſterent, & eorum unus ex una parte proponeret, alter verò ex altera reſponderet. Aderat interpres, qui cuncta, quæ ſiue Græcè, ſiue Latinè dicerentur, vtrique parti explicaret. Aderant & Notarij tùm Latini, tùm Græci, qui omnia, quæ dicebantur, Græcè Græci, Latinè Latini conſcribebant. Annum ipſum Ferrariæ huiuſmodi diſputationes perdurarunt. Verùm cum peſtilentia Ciuitatem inuaſiſſet, Pontificis authoritate, atque omnium conſenſu Concilium Florentiam translatum eſt; vbi itidem per quatuor ferè menſes diſputatum, ac tandem poſt diuerſos tractatus, re diligentiſsimè diſcuſſa tùm ex Actis antiquorum Conciliorum, tùm ex dictis ac teſtimonijs Græcorum & Latinorum Sanctorum Patrum, Græci in Latinorum ſententiam venerunt, & maxima cum Pontificis, Imperatoris, atque omnium Patrum lætitia cum Romana Eccleſia coniuncti ſunt. Verùm Ioſephus Patriarcha Conſtantinopolitanus paulò ante finem obdormiuit in Domino, cum ante obitum in ſchedula ſcripſiſſet, ſe Romani Pontificis primatum, ac Romanæ Eccleſiæ fidẽ profiteri, extat eius ſentẽtia ad finem Seſſ. 25. Cõcilij. Publica igitur Seſsione in maiore Florẽtiæ Eccleſia habita, omnium tum Græcorum, tum Latinorum conſenſu, Nonis Iulij 1439. in Decreto Græcè, & Latinè edito definitũ fuit, Spiritum Sanctum ex Patre, & Filio æternaliter tanquam ex vno principio, & vnica ſpiratione procedere; atque explicationem verborum illorum, *Filioque*, rationabiliter Symbolo fuiſſe adiectam; & ſiue in azimo, ſiue fermentato pane triticeo corpus Chriſti cõfici poſſe; Purgatorij locum eſſe, in quo eorum animæ detinentur, qui pœnitentes in Dei charitate deceſſerunt, necdum dignis pænitentiæ fructibus pro ſuis peccatis ſatisfecerunt, eaſque fidelium ſuffragijs adiuuari; eorum autem animas, quæ vel nullam poſt Baptiſmum contraxere maculam, vel contracta macula poſtea ſunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & apertè ab ijs Deum conſpici; poſtremò Romanum Pontificem verum Chriſti Vicarium, ac Beati Petri ſucceſsorem totius Eccleſiæ caput eſse. Armeni etiam ad eandem vnionem, & fidem S. Romanæ Eccleſiæ acceſſerũt. En totius Chriſtiani Orbis, omnium Epiſcoporum Occidentis & Orientis definitio. Habitæ ſunt Ferrariæ ſexdecim Seſsiones, reliquæ ad nouem vſque Florentiæ.

Capita inter Græcos & Latinos ad diſcutiendũ propoſita.

Græci in Latinorum ſententiam venerunt.

Definita in Concilio Florẽtino.

Interim Mornæus:

Quæ omnia capita Græcus Imperator à pleriſque ſuorum comprobari ſatagit, opem ſibi in Turcas latum iri confiſus. Pag. 546

Verùm

Digitized by Google

Fictitia Mornai cauſſa, cur Graci ijs ſubſcripſerint.

VErùm Ioſephus Patriarcha Conſtantinopolitanus non ea comprobauit, quòd confideret, latum iri opem Imperatori aduerſus Turcas, neque ea confidentia cæteros Epiſcopos Oriẽtis impulit, vt eiſdem capitibus ſubſcriberent; verùm pluribus menſibus priùs diſputatum, res diligentiſsimè diſcuſſa tum ex Actis antiquorum Conciliorom, tùm ex dictis ac teſtimonijs Græcorũ & Latinorum Sanctorum Patrum, quibus adducti ſunt Græci, vt cederent veritati.

Pag. 546

At Michael (Marcus) *Epiſcopus Epheſinus* (inquit) *cum nonnullis alijs perpetuò intercedit, poſteriora præſertim duo capita repudians.*

POſt ſubſcriptiones Patrum Latinorum, & Græcorum Papa Orientalibus Præſulibus ad ſe vocatis: περὶ τοῦ Ἐφέσου ὅτι ἐστὶν ἀναγκαῖον δοῦναι λόγον, πῶς σχίζεται τῆς συνόδου ἡμῶν. οὐ γὰρ φρονιμώτερος ἐστὶν ἡμῶν πάντων. οἴδαμεν γὰρ αὐτὸν ἐν ταῖς διαλέξεσιν ἀπορήσαντα, καὶ μὴ δυνάμενον ἀποκρίνεσθαι πρὸς τὰ ζητήματα παρὰ τοῦ φρὰ Ἰωάννου. *De Epheſio* (inquit) *neceſſe eſt rationem reddat, cur ſe à Synodo noſtra ſeiungat. Neque enim eſt nobis omnibus ſapientior, quia ſcimus, ipſum in diſputationibus hæſiſſe, nec valuiſſe reſpondere ad ea, quæ Frater Ioannes ab illo quærebat.* Fuit igitur hæreticus ille ſuperbus, qui noluit totius Synodi definitioni ſubſcribere: neque cum nonnullis alijs (vt fingit Aduerſarius) ſed vnus ille & ſolus, cæteris conſentiẽtibus, interceſsit. Sed quid mirum, ſi, cæteris Præſulibus Orientis de controuerſis priùs fidei capitibus cũ Eccleſia Romana conſentientibus, vnus Epheſinus, vel etiam nonnulli alij contra interceſſerint? cum etiam in Sacroſancta Oecumenica Synodo Nicæna omnibus Patribus impij Arrij blaſphemiam dãnantibus, nihilominus inuenti ſint quinque Epiſcopi, qui neque definitioni totius Synodi ſubſcribere, neque impietatem Arrij damnare voluerint. Marcus hic Epheſinus, ad perniciem Græciæ natus: qui, vt eſt in Hiſtoria Concilij, ipſi præfixa, cum ſeſe vnus ex Græcorum omnium Epiſcoporum numero ſegregaſſet, & pertinaciter in opinione, quam ſemel imbiberat, perſtitiſſet, neque definitioni Generalis Concilij ſubſcribere voluit, neque à confingẽdis varijs mendacijs in Græciam reuerſus abſtinuit; ſed ſcriptis varijs Epiſtolis Græcorum animos antiqua ſchiſmatis conſuetudine malè affectos facilè ſolicitare potuit, quominus vnitatem amplecterentur: ad quas tamen omnes calumnias extant egregiæ Catholicorum eius temporis reſponſiones. Ita factum eſt, vt præter eos Patres Orientalis Eccleſiæ, qui Synodo interfuerunt, Græci nunquam hoc Generale Concilium receperint, quod Octauum ab ipſis appellatur: & iuxta comminationem Nicolai Papæ ad Euangelicam alludentis parabolam de infructuoſa ficulnea, triennio poſt litteras à Nicolao Papa datas, libertatẽ ſimul & Imperium amiſerunt. Sanctus Antoninus, qui eo tempore vixit, 3. p. Chron. tit. 22. c. 11. refert, quod *cum Cardinalis Venetus deſtinatus Legatus in Græciam, Conſtantinopoli moram traheret, & in eius ſocietate eſſet venerabilis Epiſcopus Coronenſis, Dominus Bartholomæus de Florentia Sacræ Theologiæ profeſſor egregius, & Græci idiomatis non ignarus, placuit Imperatori Græcorum, & Proceribus eius, vt fieret publica concertatio inter præfatum Epheſinum Epiſcopum, & Epiſcopum Coronenſem iam fama ibi celebrem. Quo facto Epheſinus præfatus iterum ab eo ſuperatus & confuſus eſt, & tanta ex eo abſorptus triſtitia, vt intra paucos dies expirauerit cum ſua perfidia.*

Marc⁹ Epiſcopus Epheſinus, qui ſolus definitioni Cõcilij ſubſcribere noluit. hæreticus ſuperbus.

Ad perniciẽ Græciæ natus.

Idẽ cum Epiſcopo Coroneſi Cõſtãtinopoli diſputãs ſuperatus.

Mortuo Florentiæ Ioſepho Patriarcha Cõſtantinopolitano, inſtabat Eugenius Papa, vt alium Græci ei ſufficerent, & validiſsimis ad id rationibus nitebatur, *Quid enim* (inquit ad finem Seſsionis 25.) *impedimento eſt? Quid verò deeſt? Hic Imperator præſto eſt, hic Synodus Oecumenica, & Papa, qui illi præeſt: adſunt qui inter Præſules potiores ſunt, ex quibus Patriarcha deligendus eſt, quid erit vobis impedimento? Dignum ergo, & æquum eſt Patriarcham ſufficere, nec abſcedere hinc à nobis caput non habentes.* Verùm, cùm illi reſpondiſſent, moris eſſe Patriarcham Conſtantinopoli ab vniuerſa Prouincia eligi, & in maiori Templo cõſecrari, eos arbitrio ſuo reliqt Põtifex.

Eugeni⁹ inſtat vt Græci defũcto Patriarcha Cõſtãtinop. alium corã ſe ſufficiant.

Tũ ipſorum arbitrio relinquit.

Sed quia dixerat: *Opus eſt Eccleſiæ Patriarcha, qui hic ſufficiatur, vbi adſum & ego: non vt corporeum quid lucrifaciam; argentum & aurum non quæro, immò verò ſuppeditabo, & ſuffectum confirmabo;* Mornæus, cui non aliud propoſitum eſt, quàm probris Pontifices onerare,

Pag. 547

Gratis (inquit) *ordinaturum præter indolem pollicitus.*

Mornai calumnia in Eugenium Pont.

QVando verò pretio Eugenius, aut alij Pontifices ſacras ordinationes feciſſe, aut Eccleſiaſticas dignitates contuliſſe leguntur? qui ſuis Canonibus in Simoniacos ſeueriſsimè animaduerſum voluerit.

Eiuſdẽ impoſtura.

Pag. 547

Quoad ea, quæ Mornæus Eugenio imponit, eum affirmare auſum, *tantum à ſe abeſſe, vt Concilijs Generalibus obedire debeat, vt ſe tunc maximè dicat mereri, cùm Concilij Decreta contemnit:* Equidẽ affirmare audemus, Pontificem non ſubeſſe Concilijs, neque tamen contemnere Decreta ſacrorum Conciliorum. Siquidem S. Gregorius & ipſe Romanus Pontifex lib. 1. Epiſt. 24. ſub finem, quatuor illis primis Oecumenicis Concilijs eum honorem ſe habere profitebatur, quem quatuor Euangelijs: & fuerãt à ſuis deceſſoribus confirmata. Neque vnquam id aſſeruit Eugenius, *ſe tunc maximè mereri, cum Concilij Decreta contemnit.* Quod ſi tamen id de Decretis Concilij Baſileenſis intellexit; meritò quidem. Nam id Conciliabulum fuit, & conuenticulum, poſtquam ab eo diſſolutum eſt, & aliud Ferrariam indictum, ac inde Florentiam translatum. Neque Theſim illam vnquam hæreticam pronunciauit, *Concilium eſt ſupra Papam:* quæ neque ab omnibus Orbis Chriſtiani Vniuerſitatibus & tunc & perpetuò aſſerta & affir-

Digitized by Google

affirmata.Hæ meræ ſunt Mornæi impoſturæ:& longè plures ex Catholicis,immò ex Vniuerſitatibus ipſis aſſerunt,Papam eſſe ſupra Concilium, quæ propoſitio magis conformis eſt Scripturis,& ſacris Canonibus. Et licet in cõtrarium magis propenſi ſint Theologi celeberrimæ Pariſienſis Facultatis; nullis tamen alijs zelo Fidei Orthodoxæ defendendæ, & ſtudio Pontificiæ authoritatis, ac dignitatis Sedis Apoſtolicæ contra hæreticos aſſerendæ, cedunt.

Pag.547

Papa, licet homũcioni non repugnat infallibilitas.

Sed Aduerſario abſurdum, quod *Epiſcopus iam Romanus ex Eugeniano Decreto,homuncio vnus, vniuerſa Eccleſia ſuperior decerneretur; infallibilitas illa proinde Eccleſiæ, non iam ad Romanam Eccleſiam,ſed ad vnicum hominem deuolueretur*. Verùm in Monarchia non modò ſingulis, ſed & vniuerſis Imperator, Rex, Princeps ſuperior eſt, qui vnus tot Regnis, ac Prouincijs leges præſcribit; & tamen Mornæi iudicio ille homuncio vnus. Prophetæ,Apoſtoli non alios,quàm homonciones ſe reputabant. Vnde igitur illis infallibilitas in ſcribendo adfuit,nonne & indidem adeſſe poteſt Pontifici in definiendo, ac præſcribendo vniuerſæ Eccleſiæ quæ credenda ſunt,& agenda? Et Mornæus,ac Nouatores qui volunt, ex priuato cuiuſcumque hominis Chriſtiani teſtimonio pendere, quis liber ſit Canonicus, quis apocryphus; qui reijciunt Decreta Romanorum Pontificum, contemnunt ſacra Concilia Generalia,ad quæ totius Chriſtiani Orbis Epiſcopi conueniunt; ſcilicet non illi *homunciones* ſunt?Non *homuncio* iſte, ſed ferus Gigas, alter Nembroth,*robuſtus venator coram Domino*, qui Papatum tanta animoſitate, proſpero adeò ſucceſſu aggredi ſit auſus? Magnus Mornæus, *quem ſupra hominum ingenium* (ait ille) *eruditio extra communem doctiorum quorumcumque famam euexit*.

Caluin. li. 1. inſtit.c. 7.§.123.

Pag.547

Miſſa à Bohemis Legatio ad Conciliũ Baſil. quid actũ.

Nunc regreditur ad Concilium Baſileenſe, quod ob Bohemorum cauſſam propriè Sigiſmundus tàm enixe flagitarat.Scripſit ipſa Synodus Bohemis, vt Legatos mitterent, qui fidei ſuæ rationem oſtenderent,ſecuritatem itineris, & dicendi quæ vellent libertatem promittens. Orphani, & Thaboritæ,& plebs ferè omnis eundum eſſe negabant, Ioannis Hus, & Hieronymi de Praga exemplum in medium proferentes, qui Conſtantiam ad Synodum profecti ſub fide Sigiſmundi, publicè combuſti fuiſſent. Verùm peruicit Nobilitas, petendum Concilium, nec tolerandos videri, qui nouas, peregrinaſuè de fide ſentẽtias,nonumque ritum Religionis inueniſſent,niſi dictorũ, factorumq; rationem Vniuerſali Eccleſiæ red derent,& quæ vulgo inculcauerant, coram doctis defenderent.Miſſa itaque,Bohemorum ad Concilium Legatio. Aeneas Syluius Hiſt.Bohem.cap.49. & 50. ſubijcit Orationem Cardinalis Iuliani ad Bohemorum Legatos, & eorum reſponſionem. Selegerunt Bohemi quatuor Magiſtros, qui ſuos Articulos ex diuina Lege ſumptos oſtenderent. Qui eos confutarent,ex cætu Patrum totidẽ aſſumpti viri præſtantes,& ad dicendum parati.Diſputatum eſt quinquaginta diebus,multa in vtramque partem adducta. Poſtremò cum victa Huſsitarum perfidia vinci nollet, ad tractatus ventum eſt, tentatumque, ſi fortaſſe amicè trahi poſſent. Miſsi & Oratores ex Concilio in Bohemiam viri doctiſsimi,& qui gentis verſutiã noſſent. Multa cum Bohemis agitata, nunc pacis ſpes facta,nunc belli metus. Et tunc quidem nondum diſſolutum erat ipſum Concilium Baſileenſe authoritate Apoſtolica.

Pag.547

Bohemorũ fides de Sacramento Euchariſtia Caluiniſtis repugnat.

Pag.547

Conſtãtienſis & Baſileenſis Concilij Decreta de Communione ſibi non opponuntur.

Quòd ſcribit, Communionem ſub vtraque ſpecie Bohemis permiſſam,qui in cæteris Cõcilio ſe ſubmitterent: verum quidem eſt,hoc tamen obſeruato, quod Sacerdotes ſic communicantibus ſemper dicant, quod ipſi debeant firmiter credere, quod non ſub ſpecie panis caro tantùm,nec ſub ſpecie vini ſanguis tantùm, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integer & totus Chriſtus. Longè verò alia erat ſententia illarum Bohemiæ Eccleſiarum, quas tot ærumnis ſuperſtites ad hæc vſque tempora & florentiſsimas, & latè propagatas ſcribit Mornæus, quàm ſit illius, & Nouatorum. Siquidem illæ de reali præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ nihil dubitabant: tantùm contendebant,omnes fideles communicare debere ſub duplici ſpecie, cum Sacramentum illud Chriſtus ſub duplici ſpecie inſtituerit;Eccleſia verò iuſtis de cauſis,& à Spiritu Sãcto edocta, inſtituiſſet laicalem Communionem ſub vna dumtaxat ſpecie. Neque Decretum in hoc Baſileenſis Concilij diſcrepat à Decreto Patrum Conſtantienſis Synodi,vt ipſe fingit.Nam Conſtãtienſe Decretum eſt Seſſ. 13. quod licet Chriſtus poſt cœnam inſtituerit, & ſuis diſcipulis adminiſtrauerit ſub vtraque ſpecie panis, & vini hoc venerabile Sacramentum, & in primitiua Eccleſia à Laicis reciperetur ſub vtraque ſpecie; tamen hæc conſuetudo ad euitandum aliquot pericula & ſcandala eſt rationabiliter introducta,quod à conſecrantibus ſub vtraque ſpecie,& à Laicis tantũmodo ſub ſpecie panis ſuſcipiatur; cum firmiſsimè credendum ſit, & nullatenus dubitandum, integrum Chriſti corpus, & ſanguinem tàm ſub ſpecie panis,quàm ſub vini ſpecie veraciter contineri. Cum verò dicerent Bohemi, ex præcepto Domini debere communicare ſub vtraq; ſpecie; Baſileenſe Conciliũ,examinatis ritè Scripturis diuinis, Patrumque Sanctorum documentis,declarat, qđ fideles Laici,ſiue Clerici communicantes, non aſtringuntur ex præcepto Domini ad ſuſcipiendum ſub vtraque ſpecie, panis ſcilicet, & vini, Euchariſtiæ Sacramentum. Hæc igitur Decreta nullo modo ſibi opponuntur. Nam quia præceptum Domini non eſt, vt Laici communicent ſub vtraq; ſpecie;ideo rectè Eccleſia inſtituit Communionẽ laicalem ſub vna tantum ſpecie.

Pag.548

Quod ſcribit,vetuiſſe Baſileenſes, ne exigerentur,aut ſoluerentur Annatæ:de his iam alibi dictum eſt.Et eas inſtituerant antea Ponti-

Digitized by Google

fices; vt inconſulto Romano Pontifice, non potuerint illi eas vetare, ſibique in hoc nimium arrogarint.

Pag.548 Scribit, Eugenium Papā vulnus Orbi Chriſtiano inflixiſſe, quod exinde reſtingui non potuit; ſiquidem ille author Vladislæo Regi Hungariæ pacis, quam cum Amurathe Turcarum Principe pepigerat, abrumpendæ; inde cruentum prælium, in quo ſuperiores Turcæ, & Vladislaus cum inſigniori Nobilitate occubuit. Verùm mens Eugenij Pontificis fuit ſanctiſsima, qui ad ſocietatem incundam Chriſtianos Principes ad opprimendum hoſtem infeſtiſsimum Chriſtiani nominis cohortatus erat. Nec verò ille, ſed Iulianus Cardinalis eius Legatus, qui iniquo animo ab initio pacē eam tulerat, eius turbandæ author fuit, cum diceret, Vladislaum Regem, poſt percuſſum cū Latinis, Græciſque fœdus, nihil, inconſultis ſocijs, quorum auſpicijs commune bellum gerebatur, paciſci potuiſſe, præſertim cum hoſtibus Chriſtianæ Religionis; ſi quid illi cum Turcis conuenerit, fore irritum, priori ſtandum eſſe fœderi. *Quiſnam* (inquit) *tam iniquus humanarum rerum examinator eſt, qui non facilè iudicet, initam cum vtroque fidem, Chriſtiano potius, quàm Turcæ, & fideli potius quàm perfido eſſe ſeruandam?* Hæc Bonfinius Dec. 3. libro 6. & Callimachus Experiēs lib. de Clade Varuenſi. Alij ſcribūt, Romanum Pontificem fœdus cum hoſte Chriſtiani nominis ictum non approbaſſe, ideòque Iulianum Cardinalem in Hungariam miſiſſe, qui Vladislaum à iuramento abſolueret. Sed ſpiritus Prophetarū non ſemper aderat Prophetis: rationibus valde probabilibus nitebatur Pontifex, putans, è re Chriſtiana eſſe, ſi bellum aduerſus Turcas redintegraretur: neque hoc erat negotium fidei, in quo non poſſet falli. Nam certè Rex fidem fallere, & iuramenti religionem violare non debuit; cum id in præiudicium & ſcandalum ipſius Religionis verteretur. Quæ occaſio fuit Aenææ Syluio hæc ſcribēdi, quæ lib. 1. Epiſt. Pontif. Epiſt. 81. continentur: *Inclinata Chriſtianorum acie, victores euadunt Turcæ iuramentaque non ſolum domeſticis fidei, ſed etiam hoſtibus ſeruanda demonſtrant.* Vbi tamen & Vladislaū vſurpati alieni Regni pœnas dediſſe ſcribit, *qui dum ſpoliare paterno Regno Ladiſlaum quærit ſuum amittit.*

De authore pacis inter Vladislaū Hungariæ Regem, & Amuratē Turcarum Principem abrupēda.

Sanè citra fas.

Quod ex Bonfinio refert, Amurathem, vbi ſuos fugari conſpiceret, depromptum è ſinu codicem initi ſanctiſsimè fœderis explicaſſe, ac intentis in cœlum oculis Chriſtum ipſum perfidiæ ſuorum teſtem imploraſſe, his verbis: *Hæc ſunt, Ieſu Chriſte fœdera, quæ Chriſtiani tui mecum percuſſerunt; per numen tuum ſanctè iurarunt &c. Nunc Chriſte, ſi Deus es, vt aiunt, & nos hallucinamur, tuas meaſque hic iniurias, te quæſo vlciſcere, & his, qui ſanctum nomen tuum nondum agnouere, violatæ fidei pœnas oſtende: quibus dictis, prælium, quod anceps, ac dubium diù fuerat, inclinare cæpit:* Hæc ſolus Bonfinius; cæteri non referunt. Id equidem, vt perfido hoſti Chriſtus oſtenderet, ſe Deum eſſe exercituum, in cuius manu victoria ſit poſita; vt victoriam de Chriſtianis reportatam non ſuo Mahometo, ſed Chriſto ipſi acceptam referret, vt inde magis conuinceretur, grauiuſque ſubiret ſupplicium, qui teſtimonio adeò manifeſto Chriſti Diuinitate cognita, & virtute probata, in ſua nihilominus perfidia perſiſteret. Mornæus:

Contigit id anno 1444. ex quo vix vnquam Chriſtianus ſtatus reconualeſcere potuit. Pag.549

ID ſcribit, vt odium Pontifici Eugenio concitet; ſiquidem alias ſæpe maiores clades Chriſtiani à Barbaris acceperunt. Neque hoſti incruenta ea victoria fuit, triginta millibus Turcarum cæſis: & Amurathes ipſe maiorem ex illa mœſtitiam, quàm lætitiam præſetulit, dicens, nolle ſe hoc euentu ſæpius vincere. Omnes iſtæ Chriſtianorum clades lubenter in Romanos Pontifices referret, non ſecus ac olim Gentiles Imperij clades Religioni Chriſtianæ aſcribebant. Sed nobis illud in mentem veniat Diui Hieronymi Epiſt. 3. ad Heliodorum: *Olim offenſum ſentimus, nec placamus Deum. Noſtris peccatis Barbari fortes ſunt. Noſtris vitÿs Romanus ſuperatur exercitus. Miſeri Iſraelitæ, ad quorum comparationem Nabuchodonoſor ſeruus Dei dicitur. In fœlices nos, qui tantum diſplicemus Deo, vt per rabiem Barbarorum illius in nos ira deſæuiat.*

Baſileenſis Synodus, cum Decreta ferebat in Eugenium Papam, cum in ordinem redigebat, pertinacem, ſchiſmaticum, & hæreticum pronunciabat, vltimò deponebat, Mornæo ſacroſancta erat, & in Spiritu Sancto legitimè congregata; nunc autem, cum Bohemorum dogmata non probat, abominationis progreſſum ſua ex parte promouet. Quod ita docet:

Cum enim Eccleſijs illis ratum eſſet, nullum dogma extra ſacram Scripturam admittere, mandatum Cardinali Cuſano, vt per literas hoc axioma contunderet, qui apud eos aſſerere non verecundatur; Scripturas de bene eſſe regiminis Eccleſiæ etiam incæptæ & continuatæ, nequaquam de eſſentia exiſtere poſſe. Itē; Non Eccleſiam per Euangelium, ſed per Eccleſiam dignoſci Euangelium. Item; Tanto dignius Dei verbum à Deo tradi, quanto remotius ab omni Scriptura imò ab omni vocali verbo.

SEd primùm, vnde illud habent aduerſarij, nullum dogma extra ſacram Scripturā admittendum eſſe? Nam certè Eccleſia multa credit,

dit, quæ Scriptura ipſa non continentur: & Eccleſia, ac fides antiquior eſt ipſa Scriptura: & fides neceſſaria eſt ad ſalutem ijs, qui nullam notitiam habent Scripturarum: neque vſquam in Scriptura id continetur, quod nihil ſit credendum, niſi quod ſcriptum: Chriſtus Dominus author, & conſummator fidei noſtræ nihil ſcripſit.

Scripturæ non ſunt de eſſentia Eccleſiæ.

Quod attinet ad illas tres propoſitiones ex Cardinale Cuſano adductas; primam habet Epiſt. 2. ad Bohemos, quæ eſt de vſu Communionis: *Scripturæ de benè eſſe regiminis Eccleſiæ etiam inceptæ & continuatæ, nequaquam de eſſentia exiſtere poſſunt;* quam ſic probat: *Quia per imperium alicuius Tyranni (Antichriſti) omnes cremari, & de mundo tolli poſſent, vt quondam libri veteris Teſtamenti, per Eſdram laborioſè recuperati. Vnde cum hoc poſſibile ſit, non erunt de eſſentia Eccleſiæ Scripturæ cremabiles, Eccleſia ſemper perſiſtente.* Cum nihil haberet Mornæus, quod reſponderet, hanc Cuſani rationem ſuppreſsit. Antiochus Epiphanes iuſsit comburi Libros ſacros, quod & Tyranni illi, Diocletianus & Maximianus decreuerunt; an ſi cremati omnes fuiſſent, vt nullus codex ſuperfuiſſet; ideo Eccleſia Chriſti perijſſet? Rectè igitur aſſerebat Cuſanus, Scripturam eſſe non de eſſentia; ſed de benè eſſe regiminis Eccleſiæ.

Non Eccleſia primū dignoſcitur per Euāgelium, ſed Euangeliū per Eccleſiam.

Quoad ſecundam, *Non Eccleſiam per Euangelium, ſed per Eccleſiam dignoſci Euangelium*: benè res ſe habet: Nam certè Eccleſia erat, & dignoſcebatur collecta ex fidelibus, antequàm deſcriberetur Euangelium: & quæ eſſent Scripturæ ſacræ, pendebat ex authoritate, & teſtimonio Eccleſiæ. Etſi enim fateamur, Euangelium, & Scripturas ſacras authoritatem habere, ante publicum aliquod Eccleſiæ iudicium, quia ex authore ſuo Spiritu Sancto habeant, quod ſint diuinæ Litteræ; quoad nos tamen, ſcilicet vt nobis conſtet, quod ſit Euangelium, & quæ ſacræ Scripturæ, opus eſt Eccleſiæ teſtimonio; quemadmodum Chriſtus dicebat Apoſtolis de Spiritu Sancto Ioannis 15. *Ille teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibebitis: quia ab initio mecum eſtis.* Certè quod Chriſtus Deus eſſet & homo, mediator Dei & hominum, non habebat à teſtimonio Apoſtolorum; ſed tamen, vt eius Diuinitas, & Incarnationis Dominicæ myſterium hominibus innoteſceret, eorum prædicatio, & teſtimonium conferebat. Et Eccleſia quidem innoteſcit per Euangelium; nam ex Euangelio, & alijs Scripturis ſacris Diuus Auguſtinus contra Donatiſtas, & alij Patres, quæ ſit vera & vna Chriſti Eccleſia, docent; ſed priùs, quod eſſet Euangelium in authoritate habendum, oportuit innoteſceret per Eccleſiam: & hoc expreſsè habet in ſua propoſitione Cuſanus ita ſcribens: *Hæc eſt omnium ſanè intelligentium ſententia, qui Scripturarum authoritatem aut intellectum (vt Auguſtinus de Euangelijs dicit) in Eccleſiæ approbatione fundant, quæ vnam accipit, & alteram abijcit, & non è conuerſo, Eccleſiæ firmamentum in Scripturarum authoritate locant, licet & Eccleſia ex Scripturis per ipſam acceptis, & approbatis, aduerſus eos qui ipſam impugnare quærunt, & non Scripturam, ſe iuuare conſueuerint; & è conuerſo ſi Scripturæ impugnentur, ſuam authoritatem per communionem Eccleſiæ habentes pro ſua validitate, ad Eccleſiæ acceptationem refugium petant.*

Mornæi impoſitura Cardinali Cuſano.

Tantò digniùs Dei verbū traditur, quantò remotius ab omni Scriptura, immò etiā ab omni vocali verbo. [illegible]

Quoad tertiam propoſitionem, *Tantò dignius Dei verbum à Deo tradi, quantò remotius ab omni Scriptura, immò etiam ab omni vocali verbo:* Hanc, niſi fortaſsè oſcitanter egerim Cuſanum locis à Mornæo citatis in margine, ei pro more ſuo impoſuit; quæ tamen vera eſt, & diſertè aſſeritur à Diuo Chryſoſtomo Homil. 1. in Matthæum: *Oportuerat quidem nihil nos indigere auxilio litterarum, ſed tàm mundam exhibere vitam, vt librorum vice gratia Spiritus Sancti vteremur: & ſicut atramento illi; ita corda noſtra inſcriberentur à Spiritu. Quia verò hanc à nobis excuſſimus gratiam, agè vel ad ſecundam nauigationem animum adijciamus. Equidem, quod primum illud fuerit profectò ſublimius, & ex verbis ſuis Deus, & ex operibus oſtendit. Nam & Noe, & Abrahæ, eiuſque poſteris, & Iob, & Moyſi non per litteras, ſed per ſemetipſum locutus eſt; quia ſcilicet eorum corda munda repererat. Poſtquam verò omnis populus Iudæorum in vitiorum ima delapſus eſt, neceſſariò iam inde litteræ dantur ac tabulæ, & ea, quæ per has adminiſtratur admonitio. Et hoc non tantùm veteris Teſtamenti Sanctis, ſed etiam noui accidiſſe perſpicimus. Siquidem nec Apoſtolis ſcriptum aliquod tradidit Chriſtus, ſed pro litteris Sancti Spiritus ſe illis daturum gratiam repromiſit. Ille (inquit) ſuggeret vobis omnia.* Ioan. 14. *Atque vt diſcas, quia hoc multò ſit illo melius, audi Dominum per Prophetam loquentem:* Ierem. 31. *Et diſponam (inquit) vobis Teſtamentum nouum, dabo leges meas in mente eorum, & in corda eorum perſcribam eas, & erunt omnes docibiles Dei.* 2. Cor. 3. *Paulus quoque hanc eminentiam deſignando, dicebat, ſe accepiſſe legem, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.* Et ibidem de deſcenſu Spiritus Sancti in Apoſtolos loquens: *Non deſcenderunt (inquit) Apoſtoli de monte, tabulas lapideas afferentes in manibus, ſicut Moyſes; ſed Sanctum Spiritum mente portantes, & theſaurum quendam dogmatum, donorumque geſtantes, cunctorumque fontem ex ſe effundentes bonorum omnia circuibant viui quidem libri, viuæque leges effecti per gratiæ largitatem.* Eodē accedit illud D. Auguſtini libro de Spiritu & Littera cap. 26. vbi loco Prophetæ citato docet, Deum diſcernere à vetere Teſtamento nouum, *quod in veteri legem ſuam ſcripſit in tabulis, in nouo autem ſcripſit in cordibus.* Quis verò neget, digniùs traditam eſſe Legem fidei, & gratiæ, quàm Legem illam veterem, & factorum, prout eam vocat Apoſtolus? Igitur vera eſt hæc propoſitio: *Tantò dignius verbum Dei à Deo tradi, quantò remotius ab omni Scriptura, immò etiam ab omni vocali verbo.* Annon viſiones Prophetarum, in quibus Deus eis præſignificabat futura, eò perfectiores erant, quò ab omnibus imaginibus, & ſimilitudinibus remotiores erant? An Deus Angelis loquitur, vel ipſi ſibi inuicem per Scri-

pturam, aut vocale verbum? Quid ſi eodem modo Deo hominibus loqui viſum fuiſſet?

Quid Cuſanus ad Bohemos obijcientes vſũ Euchariſtiæ ſub vtraq. ſpecie in veteri Eccleſia.

Cum Bohemi obijcerent, non eam fuiſſe veteris Eccleſiæ mentem, non vocem, quæ & ſanctam Euchariſtiam aliter celebrauit, & Scripturam ſecùs quàm hodie interpretata erat; reſpondet Cuſanus ibidem loci: *Hoc te non moueat, quod diuerſis temporibus alius, & alius ritus Sacrificiorum, & etiam Sacramentorum (ſtante veritate) inuenitur; Scripturaſque eſſe ad tempus adaptatas, & variè intellectas, ita vt vno tempore ſecundum currentem vniuerſalem ritum exponerentur, mutato ritu, iterum ſententia mutaretur.* Subiungit (quæ dedita opera malignè ſuppreſſit Mornæus) *Chriſtus enim, cui Pater Regnum cæleſte, terrenumque tradidit, in vtroque præſidens, miro ordine Angelorum, hominumque myſteria pro temporum varietate diſpenſat; & quæ ſingulis temporibus congruunt, vel occulta inſpiratione, vel euidentiori illuſtratione ſuggerit. Hæc eſt* (inquit) *Doctoris ſententia Ambroſij Epiſt. 12. ad Herennium, Auguſtini ad Deo gratias, Quæſtio. 2. de mutatione Sacrificiorum.* Paulò poſt: *Quare etiamſi alia fuerit interpretatio Eccleſiæ eiuſdem præcepti Euangelici, quàm aliquando; tamen hic ſenſus nunc in vſu currens ad regimen Eccleſiæ inſpiratus, vti tempori congruus, vt ſalutis via debet acceptari;*

Cuſani verba à Mornæo ſuppreſſa.

Ratio (inquit Mornæus) *ſequitur, quia mutata Eccleſiæ ſententia, mutatur Dei iudicium:*

Pag. 549

Eidẽ ab eodem impoſita.

Quæ gloſſa eſt Mornæi (cum id non ſcribat Cuſanus) vt inde concluſionem ſuam eliciat ita ſubiungens:

Qua ratione, ſeu Eccleſia ſeu Concilium ſuum, ſupra ſanctam Scripturam non extollitur tantùm, ſed ſupra Deum ipſum aſſurgit, qui, ſi ijs fides, pro eorum libidine conſilium mutare teneatur; Cuius ſanè doctrinæ & Iudeos in Thalmud, & Turcas in Alcorano puderet.

Pag. 549.

Mutatis ad diuinã ſuggeſtionẽ Sacramẽtorũ ritib. conſiliũ Dei non mutatur.

VErùm Deum ipſum dicimus eſſe, qui Eccleſiæ ſuæ ſingulis temporibus, quos ritus in Sacramentorum diſpenſatione adhibere debeat, ſuggerit; & hoc ſcripſit Cuſanus. Neque ideò Deus conſilium ſuum mutat: & hæc eſt craſſa Mornæi ignorantia. Nam quando alia inſtituit Sacrificia, & Sacramenta in veteri Teſtamento, alia verò in nouo, id fecit immutabili voluntate, qua ita ab æterno id ſe facturum decreuerat; ita quando Eccleſia vna, & eadem, & ab eodem Spiritu Sancto edocta, initio iuxta inſtitutionem Chriſti ſacram Communionem fidelibus tradidit ſub vtraque ſpecie, poſtea verò iuſtis de cauſſis voluit, vt ſub vnica panis ſpecie Laici, & quicumque Clerici (extra celebrationem ſacrificij) communicarent, non inde fecit, vt Deus mutaretur: neque Spiritus Sanctus Eccleſiæ ſuggerens mutatus eſt: neque ideò Eccleſia aut ſupra Scripturam ſacram extollitur, aut ſupra Deum ipſum aſſurgit. Nam etſi Scriptura ſacra doceat, Chriſtum Dominum inſtitituiſſe Sacramentum Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie; non tamen docet, præceptum Chriſti eſſe, vt ſub vtraque ſpecie communicent fideles, quaſi Eccleſia Chriſti præceptum immutauerit; neque ita Patres vnquam Scripturam ſunt interpretati: & cum vox Eccleſiæ ſit vox Dei eam docentis, & per eam loquentis, non aſſurgit ſupra Deum ipſum. Et craſſæ Aduerſarij ignorantiæ, ſeu potius impudentiæ, qui ſua figmenta, & diſtortas conſequentias audeat Eccleſiæ imponere, vel ipſos Iudæos in Talmud, & Turcas in Alcorano puderet; quibus certè nihilo doctior, & ſacrorum myſteriorum peritior Mornæus, cuius Myſterium iniquitatis nugis, fabulis, erroribus refertum Talmud, & Alcorano meritò quiuis compararit. Neque verum eſt quod ſcribit, Pontifices vniuerſam Conciliorum, & Eccleſiæ ipſius authoritatem ad ſolam Papæ perſonam reduxiſſe; etſi Papa eorum indicendorum, & confirmandorum authoritatem habeat. Annon Sanctus Gregorius Papa quatuor primis Generalibus Concilijs eum honorem deferebat, quem quatuor Euãgelijs? Ita idem faciunt ſui ſucceſſores; quorſum enim cogerent Concilia, niſi eorum quanta ſit vtilitas, probè noſſent? *quorum eſt in Eccleſia* (ait Diuus Auguſtinus Epiſt. 118. ad Ianuarium cap. primo) *ſaluberrima authoritas.* Illis quidem præſunt, ea approbant, vel reprobant, & ſine Pontifice Romano nullum erit plenum, & perfectum Concilium; & præcipua authoritas eſt in eo tamquam in capite, cui præcepit Dominus, vt confirmaret fratres ſuos, ideòque pro eo orauit, ne deficeret fides eius. Verùm quemadmodum ſolus Pontifex non facit ipſum Concilium, in quo etiam cæteri Epiſcopi ſedent iudices; ita neque vniuerſam Conciliorum, & Eccleſiæ authoritatem Pontifices ipſi ad ſuam ipſorum perſonam tantùm reducunt: neque authoritas ea ſuprema Eccleſiæ, quæ eſt in Pontifice Romano, excludit ab Eccleſia reliquorum Epiſcoporum authoritatem, licet alioquin hæc ab ea dependeat: nec eam, quam habet in Concilia, ac in Eccleſiam ſummus Pontifex, authoritatem, ad ſe reduxit, ſed à Chriſto accepit, qui conſtituit eum ſupra familiam ſuam. Impoſtura verò iſtius eſt, quod

Pőtifex ad ſe non reduxit omnem Conciliorũ & Eccleſiæ authoritatem, vt impoſuit Mornæus.

Alia eiuſdem impoſtura.

Papa Deum corrigere audeat, verbi ſui ſenſum pro libidine aut commodo cauponetur;

Pag. 549

Nam Pontifices ipſi nonniſi adhibitis viris doctis, & diligenter exquiſitis Patrum, & ſa-

Digitized by Google

ſacrorum Conciliorum ſententijs, de ſenſu Scripturæ iudicant: vbi iſti non ſenſum ſuum verbo Dei, ſed verbum Dei ſenſui ſuo, ad ſuos peſtiferos errores ſuadendos, poſthabita Pontificum, ſacrorum Conciliorum, & Sanctorum Patrum authoritate, accommodant; quod certè eſt eos, adeòque totam Dei Eccleſiam corrigere audere. Nunc ad Oppoſitionem.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem ſexageſ. ſecundam.

Petrus de Alliaco ſperè à Mornæo oppoſitus.

PRimùm igitur opponit nobis Petrum de Alliaco Cardinalem, ex cuius Tractatu *de Reformatione Eccleſiæ* aliquot loca profert: qui tamen quantum abſit à ſententia Mornæi, & Nouatorum, ex eo Tractatu docere nobis eſt facillimum. Nam primùm quæ de reformatione Eccleſiæ ſcripſerat, ſacri Generalis Concilij Conſtantienſis examinationi, & correctioni præſentat. Et quis negat, multa in Eccleſia quoad omnes ſtatus fuiſſe reformanda? Sed tamen hoc negotium agnoſcit eſſe Concilij, id eſt Pontificis, & Prælatorum Eccleſiæ, ex quibus conſtat ipſum Concilium. In eo Tractatu ſex conſiderat. Prima Conſideratio eſt de reformatione circa totum corpus Eccleſiæ. Secunda eſt circa eius caput, circa ſtatum Papæ, & Curiæ Romanæ. Tertia de reformatione principalium Eccleſiæ partium, ſcilicet Prælatorum. Quarta de reformandis circa Religiones & Religioſos. Quinta circa cæteros Eccleſiaſticos. Sexta de reformatione Laicorum Chriſtianorum.

Sex conſiderationes Petri de Alliaco.

In prima Conſideratione hæc habet, quæ citat Mornæus:

Pag. 550

Multi ſuſpicantur, quod hæc diſſimulauerit Romana Curia, & ſuper hoc Concilia fieri neglexerit, vt poſſet ad ſuæ voluntatis libitum pleniùs dominari, & iura aliarum Eccleſiarum liberiùs vſurpare.

Suppreſſa à Mornæo.

VErùm Mornæus malignè ſuppreſſit, quæ ſequuntur. Sic enim ſubiungit Petrus de Alliaco: *Quod non aſſero eſſe verum. Sed quia contra eam huiuſmodi laborat infamia; debent ad eam purgandam ſuper congregatione Conciliorum Generalium, & Prouincialium prouidere. Alioquin iuxta dictum Auguſtini crudelis eſt, ſi famam ſuam negligit. Item illa ſanctiſſima Curia Sancti Petri, & Apoſtolorum licet potuiſſet ſine congregatione Concilij per Epiſtolas, vel alias vias, cauſſas, & negotia Eccleſiaſtica faciliter terminare; tamen legimus, quatuor Concilia celebraſſe, ſicut patet in Actis Apoſt. 16. 15. & 12. cap. Vnde per hoc exemplũ inſtructiones de ſæpe congregandis Concilijs, ſuis poſteris reliquerunt.* Deinde agit de authoritate Conciliorum in Eccleſia, per quæ ſchiſmatibus, & hæreſibus faciliùs occurritur: & apertè docet, Eccleſiæ Romanæ eſſe prouidere ſuper congregatione Conciliorum Generalium: & diſceſſionem illam, quæ præuenire debet Antichriſtum, de duplici diſceſſione, ſeu diuiſione exponit iuxta Gloſſam, alia ab Imperio, alia verò ab Eccleſia Romana; vt Nouatores Antichriſto viã parare videantur.

In ſecunda Conſideratione pro reformatione ſtatus Papæ & Curiæ Romanæ vult, ipſam Romanam Eccleſiam nimis oneroſam eſſe ſubditis, & vt eis ſit exemplum humilitatis, & forma virtutis inſtar Chriſti, cuius ipſa Vicariatum, & à quo primatus honorem tenet; & vult quidem, diminui exactiones, non tamen penitus tolli, nimirum vt certa ſumma rationabilis determinetur, & limitetur, pro moderato ſtatu Papæ, & Cardinalium, ſubiectis Eccleſijs imponenda, & per Diœceſes proportionabiliter diſtribuenda, & à Diœceſanis colligenda, ac in certis terminis ſoluenda; vellet item diminui numerum Cardinalium. Hoc igitur eſt iudicium ſuum, & quidem hominis priuati. Vbi apertè profitetur, cæteras Eccleſias eſſe Romanæ ſubditas. Ibidem eos detractores Romanæ Eccleſiæ grauiter errare contendit, *qui in eius odium, prætextu quorumdam abuſuum, ſtatum Cardinalium, quem inutilem, & damnoſum, nec ab Apoſtolis vel Concilijs inſtitutum, & ſine cauſſa rationabili vſurpatum, tamquam oneroſum Eccleſiæ, extirpandum eſſe dixerunt. Vtinam* (inquit) *attenderent ſtatus Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum, cæterorumque Eccleſiaſticorum, ac etiam Laicorum, innumeris abuſibus, & vitijs deformatum, nec tamen huiuſmodi ſtatus diſſipandos eſſe atque perdendos, quoniam in multis offendimus omnes. Sed vitium & abuſus corrigi debet, & non ſtatus deſtrui, vel ſuis debitis iuribus defraudari. Sicut boni medici officium eſt ab infirmo morbum tollere, & non infirmum corpus deſtruere. Vtinam denique conſiderarent* (inquit) *qualiter Domini Cardinales pro reformatione Eccleſiæ, ac ſtatus ipſorum, ſe effectualiter paratiores obtulerunt, quàm quicumque alij, cuiuſcumque ſtatus. Immò plura membra Eccleſiæ hic ſuæ reformationi reſtiterunt, cùm tamen reformationem capitis importunè peterent. Quia ergo Romana Eccleſia in capite, & in membris ſuis ſe cum ratione temperare ſtuduit; iuſtum eſt, quod ſubdita Eccleſiæ eidem, ſuoque regimini rationabiliter obtemperare, & ſubeſſe debeant.* Et quia in cæteris

Digitized by Google

teris cõſiderationibus non adeò neceſſarium immorari; En Petri de Alliaco iudicium de Eccleſia Romana, de Papa, de Cardinalibus, Neq; Mornæi futiles gloſſas remoramur; & eum quidem Tractatum integro iudicio, (quale non eſt Mornęi, & Nouatorum) legendum monuit Pater Poſſeuinus, Neque ſingula probamus, quæ habentur in eo Tractatu, vt quod ſcribit de Religioſis exemptis à poteſtate Ordinariorum, non mediocriter dubitari, an ſint in ſtatu ſaluandorum; cum tamen eorum ſtatum minimè improbet, ſed reformandum eſſe contendat. Verùm, vt intelligamus eius ſententiam de primatu Romani Pontificis, citare lubet, quæ ipſe ſcribit in *Speculo Conſiderationis*, in Sermone habito in Concilio Generali Conſtantienſi: *Epiſcopali authoritati nimis detrahunt, qui definire præſumunt, Epiſcopos non poſſe in ſuis Diœceſibus errores in fide, & moribus notoriè ſcandaloſos cum peritorum conſilio condemnare. Sicut enim hoc poteſt generaliter in Vniuerſali Eccleſia ſummus ille Epiſcopus, qui habere dicitur plenitudinem poteſtatis; ſic inferior Epiſcopus vocatus ab eo in partem ſolicitudinis, hoc vtique poterit particulariter in ſua Diœceſi, ſeu particulari Eccleſia.*

Petri de Alliaco ſentẽtia de primatu Romani Pont.

Quantum ad Theſes, quas citat, à Fratre Ioanne Sarazeno nomine ex Ordine Prædicatorum aſſertas anno 1429. & alias à Facultate Pariſienſi Theologica illis oppoſitas: non eſt quod eas repetamus. Hoc monuiſſe ſat eſt, vt Fidei Catholicæ, ita poteſtatis Pontificiæ vindicem ſemper fuiſſe Facultatem Pariſienſem: & ſi Mornæus de Papa, & cæteris Fidei dogmatibus cum Facultate Pariſienſi ſentiret; non hæreticus, ſed Catholicus eſſet.

Pag. 551. et 562. ſequimur enim præſentem Mornæi codicẽ, cuius paginã 551 ita ſubſequitur 562. vt cæteri deinceps numeri huic ipſi reſpondeant.

Pag. 563

Quantum ad illas Concluſiones aſſertas à Patribus Baſileenſibus contra Papam Eugenium, *Quod Generale Concilium habeat poteſtatem ſupra Papam, & quod Romanus Pontifex non poſſit diſſoluere, nec transferre Concilium, ſine authoritate, ſiue conſenſu ipſius*, & alias huiuſmodi: eodem loco habemus, quo Concilium ipſum Baſileenſe, quod errauit; & in iure, cum ſibi arrogauit poteſtatem deponendi Pontificem; & in facto, cum Eugenium Papam *hæreticum* pronunciauit, qui nunquam errauit in fide, quemque Eccleſia ſemper habuit pro legitimo Pontifice, immò & Baſileenſes ipſi, & Papa Felix, quem creauerant; nam & Felix ceſſit Nicolao Eugenij ſucceſſori, & Baſileenſes, qui Lauſannam Concilium tranſtulerant, eidem Nicolao ſeſe tandem ſubiecerunt.

Concluſiones octo, quas producit Aduerſarius, & reliqua, quæ ſubiungit pro authoritate Concilij Baſileenſis, habentur apud Aeneam Syluium libro primo, de geſtis Baſileenſis Concilij: quæ nullius prorſus ſunt momenti; cum extet Bulla eiuſdem, cum eſſet Pontifex Romanus, dictus Pius ſecundus, retractationis omnium dudum per eum in minoribus adhuc agentem pro Concilio Baſileenſi, & contra Eugenium Summum Pontificem ſcriptorum: quam minime opus integram exhibere; ſed ex ea tantùm aliquas particulas citare operæ pretium. *Caligo tandem* (inquit) *ab oculis noſtris cecidit, quæ velut aranearum tela verum cernere impediebat. Recognouimus errorem noſtrum, venimus Romam, Baſileenſium dogmata reiecimus, Eugenio Pontifici Maximo caput ſubmiſimus, & reconciliati Eccleſiæ Romanæ, doctrinam eius imbuimus & illud Hieronymi diximus: Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens, Beatitudini tuæ, id eſt Cathedræ Petri, communione conſocior. Super illam fundatam Eccleſiam ſcio. Quicumque extra hanc domum agnum Dominicum comederit, profanus eſt.* Et ſub finem: *Chriſtus Eccleſiæ ſuæ in vltimo teſtamento pacem reliquit, & pacem multis verbis commendauit. Dedit ergo & regimen pacis amicum, id eſt Monarchicum, ſub Beato Petro, & ſucceſſoribus eius adminiſtrari cuncta præcipiens, clauibus illi commiſſis, & cura gregis demandata. Hæc nos de Romani Pontificis authoritate, & poteſtate ſentimus: cui & datum eſt congregare Generalia Concilia, & diſſoluere: qui etſi filius eſt propter regenerationem; propter dignitatem tamen Pater habetur: & ſicut filiationis cauſſa venerari debet Eccleſiam tanquam matrem; ita & prælationis cauſſa præfertur ei tamquam Paſtor gregi, Princeps populo, Rector familiæ. Cum his & Generalis Concilij authoritatem, & poteſtatem complectimur, quemadmodum æuo noſtro Conſtantiæ, cum ibi fuit Synodus Vniuerſalis, declaratum, definitumque eſt. Veneramur enim Conſtantienſe Concilium, & cuncta, quæ præceſſerunt à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris approbata: inter quæ nullum inuenimus vnquam fuiſſe ratum, quod, ſtante Romano indubitato Præſule, abſque ipſius authoritate conuenerit; quia non eſt corpus Eccleſiæ ſine capite, & omnis ex capite deſluit in membra poteſtas. Hæc noſtra ſententia eſt, Filij* (ſcribebat autem ad Rectorem, & Vniuerſitatem Colonienſis Scholæ) *hæc credimus, & profitemur, hæc iam ſenes, & in Apoſtolatus apice conſtituti pro veritate aſſerimus. Si qua vel nobis, vel alijs conſcripſimus aliquando, quæ huic doctrinæ repugnent; illa, tamquam erronea, & iuuenilis animi parum penſata iudicia, reuocamus, atque omnino reſpuimus.* Nullius igitur authoritatis ſunt, quæ ex Aenea Syluio, poſtea Pio ſecundo, pro Concilio Baſileenſi citat Mornæus; neque in illis morari nobis neceſſe, quæ confutauit ea retractando ipſemet Pius ſecundus. Verùm Mornæus:

Pius II. quæ pro Concilio Baſileenſi ſcripſerat, retractauit.

Vt illam peſtilentiæ cathedram inſedit, palinodiam canit, immò, vt galerus caput tetigit, mentem mutat, & ad ſiniſtram deflectit, vt ex poſterioribus Epiſtolis claret. Pag 568

HAEc fuit aliquando blaſphemia Petiliani hæretici Donatiſtæ, teſte Diuo Auguſtino, vt Sedem Romanam *peſtilentię Cathedram appellaret*: Si in eandem blaſphemiam, prorumpat hæreticus impius Caluiniſta, nihil mirum

Digitized by Google

Et quidem antequam Cardinalis, nedum Pontifex, eſſet.

mirum. Falſum verò, Pium ſecundum tum primùm reuocaſſe ſententiam, cum Pontifex, vel etiam Cardinalis creatus eſt. Nam Eugenio quarto Pontifici adhæſit, ad quem etiam miſſus eſt à Friderico Imperatore, cum de abolendo ſchiſmate inter Eugenium, & ipſum agi cæptum eſſet: & apud Eugenium ſe purgauit, quòd aliquando cum Patribus Baſileenſibus ſenſiſſet; cum tamen nonniſi poſt aliquot annos à Calixto tertio Nicolai quinti ſucceſſore galero ſit donatus, Immò in Bulla ſua occurrit obiectioni eorum, qui dicerent, ipſum cum Pontificatu mutaſſe ſententiam: *Dicent fortaſſe aliqui, cum Pontificatu hanc nobis ſententiam aduenıſſe*; Vbi etiam Diuum Auguſtinum ſe in hoc imitatum dicit, qui cum aliqua in ſuis Voluminibus erronea inſeruiſſet, retractationes edidit. Scribit Volateranus lib. 22. Thomam Sarzanenſem, qui poſtea Nicolaus quintus, miſſum cum Ioanne Caruaialla Hiſpano in Germaniam ab Eugenio, Baſileenſis Concilij, ac neutralitatis tollendæ gratia, fautorem tunc Romani Pontificis Aeneam Picolominæum, qui poſtea Pius ſecundus fuit, apud Fridericum Imperatorem nactum, omnia ex voto reportaſſe. Priùs igitur cecinerat palinodiam, quàm Cathedram Romanam inſideret, aut etiam galerus caput tegeret.

Pag. 567

Iulianus Cardinalis diſceſſit à Cōcilio Baſileenſi, & Eugenio IV. adhæſit.

Profert Mornæus Epiſtolam Iuliani Cardinalis Legati in Concilio Baſileenſi ad Eugenium Papam, qua diſſuadet Concilij diſſolutionem. Equidem initio diſceſsit ab Eugenio Iulianus Cardinalis; qui tamen poſtea inde diſceſsit, & Eugenio adhæſit; ita enim teſtatur Pius ſecundus in ſua Bulla retractationis. *Multa* (inquit) *inter neutrales didicimus, quæ nos antea latebant: Eugenium falſò de multis accuſatum inuenimus, Cardinales, qui Baſileam venerant, ob priuatas inimicitias bono & ſancto viro notam inurere voluiſſe: qui tamen cuncti poſtea ad eum redierunt, & veniam errati petierunt.* Et poſtea ſubijcit hæc verba, quæ cum eo Iulianus Cardinalis aliquando contulerat: *Præſumpſi nimis de me ipſo, dum eſſem Baſileæ, quamuis deceptus decepi, & credens prodeſſe, nocui, in medio Eccleſiæ docens, quæ non didici, cæcus erraui, & in tenebris ambulaui, reliqui tandem Eccleſiam malignantium, & cum impijs ſedere recuſaui, reuelauit Dominus oculos meos, & conſideraui mirabilia de lege ſua. Cognoui priorem errorem; & quantum à vero procul abyſſent Baſileenſes, planè intellexi. Adij Romanam Curiam, & Eugenio, cum fuiſſem rebellis, ſubmiſi ceruicem: à quo miſericordiam conſecutus, ad vnionem Græcorum nauaui operam, & illis Romanæ Eccleſiæ reconciliatis, aduersùs impios Turcas Legationem accepi. Caſtigans caſtigauit me Dominus, & morti non tradidit me, ſed humiliatum exaltauit: quia cognito in errore non perſeueraui, ſed mox in viam redij, & ex Magiſtro factus diſcipulus, ex magno paruus, expurgato veteri fermento, nouum hominem indui, & veræ matris lacte nutritus ad fontem veri perueni, quem Sancti Doctores oſtendunt Græci, & Latini, quorum vna vox eſt, ſaluari non poſſe, qui Sanctæ Romanæ Eccleſiæ non tenet vnitatem, omneſque illas virtutes mancas eſſe ei, qui Summo Pontifici obedire recuſat, quamuis in ſacco, vel cinere iacens, dies noctesque ieiunet, & oret, & in cæteris videatur legem implere.* Hæc Iulianus Cardinalis: qui ſi aliquando ſenſit pro Baſileenſi Concilio contra Eugenium ſe etiam erraſſe fatetur, & errorem reuocat: & Concilio Florentino interfuit, vbi eius præſentia multum contulit, & cum Græcis ipſis diſputando pro aſſertione dogmatum, quæ controuerſa erant inter eos & Latinos, ſæpiùs congreſſus eſt. Quorſum igitur illum nobis obijciebat? Nam quando ab authoritate alicuius grauiſsimi Scriptoris ducimus argumentum, conſiderandum eſt, non quid præmaturè, ſed quid, re meliùs & accuratiùs cōſiderata, ſenſerit, & ſcripſerit; ſiquidē δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι, poſteriores curæ ſapiētiores.

Pag. 568

Profert locum Laurentij Vallæ ex libro de falſa donatione Conſtantini ad finem, vbi nimium petulanter inuehitur in Pontifices. Verùm ille liber damnatus eſt in Indice librorum prohibitorum: & Collector Faſciculi rerum expetendarum, etſi homo ſuſpectæ fidei, ſcribit, ipſum Authorem ob ſuam procacitatem fuiſſe iure exilio mulctatum: *Legiſti* (inquit) *Vallam, ſtudioſe Lector, qui ob ſuam mordacitatē non leues pœnas dedit. Patritius enim fuit Romanus, & Eccleſiæ D. Ioannis Lateranenſis Canonicus; verùm quia nimis acerbè contra donationem Conſtantini ſcripſiſſet, ſuaſque in Pontifices inuectiuas plus æquo graues edidiſſet, exilium paſſus eſt.*

Laurentius Valla ob mordacitatē mulctatus exilio.

Neque tamen ſuffragatur ille ſententiæ Mornæi, & Nouatorum. Siquidem vbi verbis procacibus Pontifices eſt inſectatus, optare ſe dicit, *vt Papa tantùm Vicarius Chriſti ſit, & non etiam Cæſaris: nec amplius horrenda vox audiatur: Partes contra Eccleſiam, Eccleſia contra Peruſinos pugnat, contra Bononienſes. Non contra Chriſtianos pugnat Eccleſia, ſed Papa. Illa pugnat contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Tunc Papa & dicetur, & erit Pater Sanctus, Pater omnium, Pater Eccleſiæ: nec bella inter Chriſtianos excitabit, ſed ab alijs excitata cenſura Apoſtolica, & Papali Maieſtate ſedabit.*

Qui tamen Nouatoribus nō ſuffragatur.

Pag. 569 & 570.

A Nicolao Cuſano natione Germano Theologiæ Doctore & Cardinale nunc ſubſidium petit Aduerſarius:

In libris de concordantia Catholica (inquit) Baſileenſi Concilio applaudit, Aeneas Syluius licet, Eugenij Herculem illum nominet, deploretque, tam nobile ingenium ad illa ſchiſmatis ſtudia diuertiſſe.

VErùm quemadmodum ſcribit Alanus Copus Dialogo. I. *Cuſanū egregiè doctū, & valde*

Digitized by Google

Nicolaus Cuſanus perperam à Mornæo citatus.

acutum hominem fuiſſe exiſtimo: ſed in hac primatus cauſa eodem, quo multi illius temporis viri, & in eis æqualis eius Æneas Syluius, errore implicatum. Verùm Æneas (qui poſtea ad Pontificatum euectus, Pij nomen accepit) cùm progreſſu ætatis ad rem pleniùs intelligendam adhibuiſſet tempus; diligentiam, veritatem, quæ eum fugerat, edoctus, errorem ſuum candidè agnouit, piè correxit, & publicè reuocauit. Quod facilè & de Cuſano crediderim, atq; hoc ipſum & Illyricum ſenſiſſe: quippe qui ei inconſtantiam obijciat, hoc eſt (vt ego quidem interpretor) quod reſipuit cum Ænea Syluio, cuius coætaneus fuit. Neque verò (inquit) *hic idem Nicolaus Cuſanus, ſi omnia eius verba diligenter vndique attendas, in Euangelicos perinde inclinatione voluntatis propendet*: quod docet citatis ex eo aliquot locis.

Mornæus perperam citat eius loca, & contra ipſius mentem ſuo accommodat inſtituto.

Pag. 569 *In primo libro* (inquit) *has Theſes & defendit & probat; Quod omnes promiſſiones Chriſti Petrum alloquentis; Dabo tibi claues &c. Portæ inferorũ &c. Oraui pro te &c. ad Eccleſiam vniuerſalem, non ſpeciatim ad Petrum, eiuſue ſucceſſorem ſunt referendæ. Maximè cum nonnulli Papæ Schiſmatici et Hæretici fuerint.*

Nonnullos Papas ſchiſmaticos, & hæreticos fuiſſe, nuſquam ſcribit Cuſanus.

HAec poſtrema verba ſunt gloſſæ Mornæi; nec enim vſquàm ſcribit Cuſanus, nonnullos Papas ſchiſmaticos & hæreticos fuiſſe. Hæc verò citauit ex cap. 11. lib. 1. de Concordantia Catholica, vbi apertè docet, quod Chriſtus his verbis Petrum Præpoſitum Apoſtolorum alloquitur, vt Principem in vnitate totã Eccleſiam ſibi commiſſam figurantem & repræſentantem; ergo vult, Eccleſiam totam Petro, & ſucceſſoribus eius eſſe commiſſam, itẽ non alio modo figurare, & repræſentare Eccleſiam, quàm quia Princeps, ſicut Rex, vel Princeps repræſentant totum Regnum, vel Prouinciam. Quorſum enim hæc omnia dicta ſunt vni Petro? aut quo ſenſu dicitur ille figuraſſe & repræſentaſſe totam Eccleſiam? idem cap. 15. *Roma Principatum & caput obtinet nationum; & ita actum eſt diuino nutu, vt vbi erat caput ſuperſtitionis, illic caput ſanctitatis quieſceret. Ergo Romanus Epiſcopus cum præſidentia gradum habet, quem habuit apud Ethnicos Roma. poſt Priuilegium diuinum Petrum prætulit alijs, concurrente tamen electione Apoſtolorum ſecundum Anacletum, & S. Hieronymum lib. 1. contra Iouinianum.* Verùm id non admittit Mornæus:

Vnde enim (inquit) *hoc conſtat?* Pag. 569

PRoſequitur Cuſanus: ſed *ex ſuperioribus ſecundùm Auguſtinum ſucceſſores Petri in eadem Cathedra ſedent; Ergo priuilegium Cathedræ æquale nunc & tunc. Quare vt Petrus Princeps fuit Apoſtolorum, ita & Romanus Pontifex Epiſcoporum Princeps, quoniam in locum Apoſtolorum Epiſcopi ſuccedunt. Vnde iſte Principatus eſt ſuper omnes homines in Eccleſia exiſtentes, qui per fidem conſtituitur, eſt enim capitaneus in eo exercitu*: & ad hoc ſubijcit teſtimonia Imperatorum. Quid clarius pro primatu Romani Pontificis contra Nouatores ſcribere potuit? Cap. 17. obſeruat, multis modis ſumi Romanam Eccleſiam, & *aliquando* (inquit) *pro omnium fidelium Eccleſia, quæ ad ipſam Romanam vt ad caput vnitur, vnde cum dicitur, Romanam Eccleſiam nunquam errare poſſe, hoc eſt verum de tota Vniuerſali Eccleſia vltimo modo capta: & deinde de Patriarchali Romana Eccleſia etiam eſt verum: deinde de Archiepiſcopali eſt verum, deinde de Epiſcopali eſt verum finaliter. Sed iſtæ veritates* (inquit) *graduationem habent*; vbi quouis ſenſu præfert Eccleſiam Romanã cæteris Eccleſijs, in eaque maiorem infallibilitatem eſſe docet, expreſsis etiam verbis docens, vniuerſam Eccleſiam cum ea tamquam capite vniri.

Item ex lib. 2. de Concordantia Catholica aliqua notauit; unde tamen quiuis facilè colligat, quàm nihil ſuffragetur Cuſanus Mornæo, & Nouatoribus. Cap. 2. hæc ſcribit: *Cum Romanus Pontifex ſupremus capitaneus militantis huius Eccleſiæ, & Princeps in Epiſcopatu fidei exiſtat, vniuerſalia Concilia ſine eo ritè eiuſuè authoritate regulariter non celebrantur.* Verùm is quidem videtur probare ſententiam Concilij Baſileenſis, *Quod Concilium ſit ſupra Papam: eumque poſſit deponere*: ſed iam alibi de hoc dictum eſt: & particularis hæc eſt Cuſani ſententia, quæ debili fundamento, nempe authoritate Concilij Baſileenſis nititur, à quo depoſitio Eugenij Papæ facta, nec de iure, nec de facto vim vllam habuit; vt non dubium ſit, quemadmodum antea dictum eſt, & ex Illyrico ipſo oſtenſum, eum poſtea reuocaſſe ſententiam. Verùm longè aliud ſentit Cuſanus, & alij Authores Catholici, quàm Mornæus, & Nouatores. Iſti enim non modò negant, Papam eſſe caput totius Eccleſiæ ſimul congregatæ in Concilio Generali; at neque volunt, eum habere in reliquas Eccleſias vllam authoritatem, ſed dumtaxat Epiſcopum eſſe ſuæ Diœceſis. Illi verò Papam volunt eſſe caput & Paſtorem ſingulorum Chriſtianorum, & ſingularum Eccleſiarum, ſi ſeorſum ſumantur, licet non ſit ſuperior tota Eccleſia ſimul in Concilio Generali congregata. Neq; tamen Cuſanus ita firmiter adhæret ſuæ ſententiæ, quin paratus ſit ſubire iudicium peritiorum. Ita enim ſcribit lib. 2. cap. vltimo: *Nihil de meis conceptibus adeò firmum aſſero, quin peritioribus dicam potiùs acquieſcendum. Dicit enim*

Pag. 570

Diſcrimẽ inter Nouatores & Catholicos qui Pontificem ſubiiciunt Concilio.

Am-

Ambroſius: Vnumquemque fallunt ſua ſcripta, & aurem prætereunt; atque vt filij etiam deformes delectant; ſic etiam Scriptorem indecori ſermones ſui palpant, vt Ambroſius Sabino Epiſt. 33. ſcribit. Ex alijs locis eius ſententia facilè colligi poteſt. Epiſt.2. ad Bohemos dicit, eam eſſe Eccleſiam Catholicam, *quæ prima Petri Sedi adhæret, in qua neceſſaria noſtræ ſaluti remanſit hactenus, & remanebit veritatis columna:* quod eo argumento docet, quia omnes aliæ Eccleſiæ, vt Conſtantinopolitana, Alexandrina, & aliæ Patriarchales, quando ab ea, facta præſumptione, ſe abſciderunt, errauerunt à fide. *At Nullum tamen eorũ* (ſubiungit) *de Romana Eccleſia* (nempe Epiſcoporum Sedis illius) *aut quod ipſa vnquam à fide errauerit, aut per quamcumque Sedem fuerit reducta, cõperiet. Sed ſicut aliæ ab illa aliquoties receſſerunt, in erroremque ceciderunt; ita per Principatum fortiſſimum Petri debiles demùm confortati in fide, ad eius vnionem reducti ſunt. Vnde infallibilitatis refugium eſt, in vnione eſſe cum Principe in Eccleſia, qui omnis Principatus ſpiritualis, tam Petri inter Apoſtolos, & Iudæos, quàm Pauli inter Gentes, vti legimus ſucceſſor vtriuſque poteſtatem habet, ob ſalutẽ Chriſti fidelium in ædificationem Eccleſiæ.* Ibidem quærit obiter, an infallibilis veritas ſit in Eccleſia, quia ad Sedem illam vnitur, tamquam à Sede riuus ille veritatis priuilegialiter emanet; vel quia Epiſcopatus ille Eccleſiam amplectitur; ideò ille Epiſcopatus ab Eccleſia infallibilitatẽ ſortiatur; aut neutrum horum. Reſpondet, ex mutua adhærentia exurgere infallibilitatem, ſicut eſſe humanum ex vnione animæ & corporis. *Vti Cyprianus dicit, Eccleſiam eſſe in Epiſcopo, & Epiſcoporum in Eccleſia; ita & hic primatus amplectitur Eccleſiam, ſine qua non eſt, & ob quam eſt; Eccleſia amplectitur Principem, ſine quo vna non eſt, nec benè perſiſtere poteſt abſque ſciſſura in vnitate.* Hæc Nicolaus Cuſanus: quem etiam legimus aliquando Legatum miſſum ad Regem Francorum, acerrimè in eius conſpectu, multis adſtantibus Prælatis, Eugenij IV. authoritatem, & cauſſam defendiſſe, ipſum legitimum Pontificem verum Chriſti Vicarium, & Petri ſucceſſorem aſſeruiſſe; contrà vero Felicem Antipapam in Eccleſiam intruſum, & vt tali non obediendum.

Eccleſia Rom. opinione Cuſani nunquam errauit à fide.

Pag.571 Quod Cardinalis Alliacenſis expoſitionem adfert horum verborum: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; ſuper Chriſtum, & ſuper verbum eius:* iam alibi diximus, quis ſit illius loci ſenſus: & eiuſdem loci Scripturæ plures poſſunt eſſe ſenſus literales. Aedificata eſt Eccleſia ſuper Chriſtum, & ſuper verbum eius; item ſuper Petrum, velut fundamentum ſubalternum ipſi Chriſto, & veluti ſecundarium. Quæ ſit ſententia Petri de Alliaco de primatu, & authoritate Romani Pontificis, ſupra docuimus. Si dicat, Eccleſiam Romanam errare poſſe; Atqui experientia, quæ rerum eſt magiſtra, compertum eſt, eam nunquam erraſſe, immò cæteras per eam ab errore reuocatas, & ad fidem reductas fuiſſe. Quod ſcribit Mornęus, eum Monarchiã tẽporalem Papæ adimere; nec certè nos illam ei tribuimus. Omnes enim Catholici profitentur ſe ei ſubſiditos in ſpiritualibus, tamquam Summo Pontifici, & Eccleſiæ ſupremo Paſtori; non vero in temporalibus tamquam Regi, aut Imperatori. Pag.571

Locum citat Panormitani ex Tit. de electione. cap. *ſignificaſti;*

Citatur Panormitanus.

Fideli potius homini priuato rationem aut authoritatem ex Scriptura proferenti credendum, quàm toti Concilio, aut Papæ ipſi; quia Concilium errare poteſt, ſicut & aliàs errauit.

Dixerat paulò ſuperiùs, quod *Concilium poteſt condemnare Papam de hæreſi, vt in cap. ſi Papa diſt.40. Vbi dicitur, quod Papa poteſt eſſe hæreticus, & de hæreſi iudicari, & dicunt Doctores in cap. In fidei fauorem, De hæret. lib.6. quod Concilium eſt iudex. Puto tamen* (inquit) *quod ſi Papa moueretur melioribus rationibus, & authoritatibus, quàm Concilium, ſtandum eſſet ſententiæ ſuæ; nam & Concilium poteſt errare.* Inde ſubijcit: *Nam in concernentibus fidem etiam dictum vnius priuati eſſet præferendum dicto Papæ, ſi ille moueretur melioribus rationibus, & authoritatibus noui & veteris Teſtamenti, quàm Papa.* Vbi certè loquitur de Papa, quatenus cõſideratur vt priuatus Doctor, & particularis perſona. Sic enim poteſt errare, alio non errante, in fide, & poteſt per alium doceri, & corrigi; nec enim ſine pertinacia iudicabitur hæreticus. Sed quia, viſum eſt Mornæo hunc locum citare, videamus, quæ ſit ibidem loci Panormitani ſententia de Romani Pontificis primatu, & authoritate. Ita ſcribit: *Romana Eccleſia præſtat authoritatem Concilijs, & per eius authoritatem robur accipiunt, & in Concilijs ſemper excipitur eius authoritas.* Item; *Concilia Generalia non ſunt ſupra Papam, vnde non poſſunt ſtatuendo præfigere Papæ legem; immò in omnibus ſtatutis intelligitur excepta authoritas Papæ.* Item: *Quod ſolus Papa poteſt interpretari Decreta Cõcilij, cum ea poſſit tollere, vel limitare.* Item: *In his, quæ ſunt iuris poſitiui, indubitanter Papa eſt ſupra Concilium; quia ipſe eſt caput Eccleſiæ. Vnde licet poteſtas fuerit data Papæ, & toti Eccleſiæ; Papæ tamen fuit attributa tamquàm capiti. Vnde debet moueri corpus ad diſpoſitionem capitis.* Item: *Vna eſt Eccleſia Vniuerſalis, cuius caput eſt Deus, ſeu Papa loco Dei, cæteri verò Prælati, & Eccleſiæ particulares ſunt membra huius capitis, vel membra ex membris.* Hæc Panormitanus loco citato à Mornęo; ſiquidem innumera eius loca proferre poſſemus.

Eius ſenſus.

Eiuſdem ſententia de Romani Pont. primatu.

Quod verò Mornæus Panormitanum vocat, *Eugenij Armigerum in Concilio Baſilienſi:* equidem eò miſſus fuerat ab Eugenio, vt cauſſam eius tueretur, moneretque Patres illos, ab incæpto vt deſiſterent; verùm ab eo poſtea defecit, & probauit ſententiam Conſilij Baſileenſis de deponendo Eugenio, adhæſitque Felici Antipapę, ac in mercedem iniquitatis ſuæ pileum recepit, vt ſcribit S. Antoninus, 3. p. Chron. tit. 22. cap. 10. §. 4. quem tamen poſtea inde recedens dimi-

ſit, Panormum reuerſus: immò pro Concilio Baſileenſe librum ſcripſit, qui meritò prohibitus eſt in Romano Indice librorum prohibitorum.

Pag.571 Quod ſcribit de Thoma Redonenſi Carmelita, celeberrimo cōcionatore, quod abominationes ille Romanas perpetuò in ore haberet, Gulielmo Eſtouteuillano, Cardinale Rotomagenſi inſtigante, Procuratoreque Ordinis Carmelitarum inſtante, iuſſu Pontificis compræhenſum, tamquam relapſum ſolemniter exauguratum, concrematum; quem tamen Monſtreletus, & Mātuanus à pietate, & vt Martyrem celebrant: Equidem S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 22. cap. 10. ſcribit, eum pro hæreſibus prædicatis examinatum, & vt relapſum conuictum, degradatum ſolemniter, ad ignem adiudicatum, conſumptū eſſe. Quomodo conuictus eſſet de hæreſi, & damnatus vt relapſus, niſi hæreticus? Deinde conuictus eſt, illas hæreſes nō clam protuliſſe; vt illi ex inuidia à malignis imponi potuiſſent; ſed publicè prædicaſſe. Itaque, quidquid ſcribant in contrarium, præſumendum eſt pro ſententia iudicis.

Thomas Redonenſis ob hæreſim meritò punitus.

Pag.571 De Manfredo illo Vercellenſi Ordinis Prædicatorum, qui neſcio quo ductus ſpiritu populis nunciabat, propinquum Antichriſti aduentum, & quaſi tempore ſuo eſſet futurus, inducebat ad hoc ſuas rationes ex Scripturis, præcipuè ex Apocalypſi: Verū ille hallucinatus eſt, quemadmodum & multi alij in illa ſententia, & circa ſenſum Scripturæ ſacræ. De eo S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 22. cap. 7 §. 8. vbi refert, eum collegiſſe circiter quadringentos omnis ſexus, & ætatis, & voluiſſe Papam Martinum diſſoluere huiuſmodi conuentum, ſed incaſsùm. Meritò quidem id voluit Pontifex Martinus, nam huiuſmodi collegia ſunt ſuſpecta, & periculoſa, & illicita, ſi authoritas ipſa Apoſtolica reſpuatur. Sed tamen neque illi ſe ſubtraxerunt à communione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, neque dogma aliquod fidei contrarium profitebantur. *Nam examinari fecit Papa Manfredum illum, & nihil reprahenſione dignum in eo inuentū eſt, nec in congregatione illa.* Sed cū omnes Lōbardi eſſent, & ſimplices (prout ſcribit S. Antoninus) à Patre religioſæ vitæ, ac Deum timente inducti ſunt facilè in eam ſententiam, eique adiuncti. *In communi viuebant, ſeparati viri à mulieribus, de labore manuum ſuarum, in ſudore ſuo, non omiſſis diuinis officijs, & frequentantes Confeſſionem, & Communionem, in ſumma boneſtate, & charitate conuerſantes.* Hoc certè inſtitutum non probant Mornæus, & Nouatores, qui ab Eccleſia ſua Confeſſionem, & Sacram Communionem ablegarunt. In hoc errabant cum Patre illo Manfredo, quòd aduentui Antichriſti terminum præfigerent, quem Deus occultum eſſe voluit. *Sperabatur* (inquit S. Antoninus) *à mulieribus Manfredus Papa futurus, & à multis earum Antichriſtus manifeſtandus. Et quæ expectabant, non viderunt, nec illum Papam, nec Antichriſtum.* Mornæus:

De Manfredo Vercellenſi.

Error, ſuorumque error de Antichriſti aduentu.

Pag.572 *Quidni potius non cognouerunt?*

homo perfidus non obſcurè indicare volens, Papam tum fuiſſe Antichriſtum.

Sanctum Bernardinum, qui contra Manfredum prædicabat, *ſuperſtitionis verè monſtrum* appellat, hominem doctrina, ſanctitate, & miraculis clarum: quem non modo plurimi Latini Authores celebrant, ſed & Laonicus Calcondylas Græcus lib. 8. rerum Turcicarum à doctrina, & ſanctitate commendat. Qui cum imperitus eſſet Linguæ Græcæ, Deo eius linguam mouente, Græcis ſua lingua concionatus eſt, eos ſummo ſtudio de Catholica Fide erudiens; vt dicerent illi non minus probè noſſe Græcè, quam ſi in Græcia natus fuiſſet; omneſque laudarent eius Græcè dicendi facultatem, & copiam. An per ſuperſtitionis monſtrum, vt innumera alia eius opera taceam, Deus ita miraculosè operatus fuiſſet? Verùm horrendo huic monſtro ſuperſtitio eſt doctrina Chriſtiana, ac ſanctitas vitæ ſeruorum Dei toties miraculis (quæ diuina ſunt teſtimonia) probata, & confirmata. Mornæus:

S. Bernardinus doctrina, & miraculis clarus.

Græcè per miraculū concionatur.

In noſtra Gallia Carolus VII. anno 1438. Concilium Eccleſiæ Gallicanæ Auarici Biturigum haberi iuſſit, in quo ſub titulo Pragmaticæ ſanctionis lecta & approbata Concilij Baſilienſis Acta. Pag.572

HVuius Sanctionis capita refert Guagninus in Carolo VII. quam etſi Rex admiſerit, & Edicto ſuo confirmarit, quia tùm nondum Concilium depoſuerat Eugenium, nec ſubrogauerat Amadeum dictum *Felicem quintum*; ſemper tamen verum Pontificem Eugenium agnouit: & Amadeus ipſius potiſſimùm opera ſe Pontificatu abdicauit, ac Nicolao V. Eugenij ſucceſſori ſubmiſſit: immò & exercitu ducto in Heluetios à Ludouico Delphino conciliabulum illud diſſipatum, & ab eodem Ludouico, vbi Regnū patris Caroli VII. morte iniuit, abrogata illa Pragmatica Sanctio, prout conſtat ex eius Epiſt. ad Pium ſecundum 388. lib. 1. Epiſt. Pontif. eiuſdem Pij: *Itaque, ſicut mandaſti, Pragmaticam Sanctionem, vtpote quæ ſchiſmatis tempore atque per ſeditionem nata ſit, à Regno noſtro, noſtroque Viennenſi Delphinatu, & omni ditione noſtra per præſentes pellimus, deijcimus, ſtirpitùſque abrogamus*, apertè ſignificans, Concilium Baſileenſe, in quo edita Pragmatica illa Sanctio, ſeditioſum fuiſſe, & ſchiſmaticum, nulliuſque in Eccleſia authoritatis. Idem teſtatur & Leo X. Seſſ. 11. Concilij Lateranenſis, Pium II. Nuntijs ad Ludouicum XI. Regem Franciæ deſtinatis, tantis eidem perſuaſiſſe rationibus, vt Rex ipſe Pragmaticam huiuſmodi Sanctionem tamquam in ſeditione, & ſchiſmatis tempore natam ſuis patentibus literis abrogarit. Verùm cum nondum abrogatio tum recepta fuerit, tandem ſub Leone X. & Franciſco I. ea abrogata, in eius locum Concordata ſucceſſerunt; vt ex omni parte in Gallia Concilij Baſileenſis euanuerit authoritas. Mornæus:

Pragmatica Sanctio in Gallia abrogata.

Eodem

Digitized by Google

Pag.572

Eodem tempore, dum Pontifices, Græcos ſibi parere iactitant, prodeunt Nili Archiepiſcopi Theſſalonicenſis contra Epiſcopi Romani primatũ libri duo.

De libris Nili contra primatum Romani Pont.

SEd nihil id mirum; ſolemne enim eſt hæreticis, & ſchiſmaticis, cuiuſmodi Nilus, contra veritatem Fidei Orthodoxæ ſcribere. Et ſi contra Romanam Eccleſiam probatur doctrina Nili Mornæo; non modò negabit primatum Romani Pontificis, ſed etiam, Spiritum Sanctũ à Filio procedere, in quo diſſentiet a ſuis. Sed ſi Nilus ille negauit primatum Romani Pontificis; at Græci omnes conuicti veritate in Concilio Florentino de eo Articulo in eandem ſententiam cum Latinis venerunt; & Gennadius Scholarius Patriarcha Conſtantinopolitanus; qui Synodo Florentinæ interfuerat, pro Latinis contra Græcos de Capitulis quinque ſcripſit, quorum vnum erat, de primatu Romani Pontificis, quem ex Græcorum Patrum teſtimonijs confirmauit. Argumenta Nili contra primatum Romani Pontificis egregiè diſſoluit Cardinalis Bellarminus lib.2. de Romano Pontifice: cuius tamen alius eſt certè ſenſus, quàm Mornæi, & Nouatorum. Siquidem, vt conſtat ex verbis illius citatis à Bellarmino lib. 3. de Romano Pontifice cap. 1. *Donec Papa in Eccleſia conuenientem cæleſtem, olimque inſtitutum ordinem ſeruat, donec veritatem cæleſtem tenet ac tuetur, & donec Chriſto ſummo, veroque Eccleſia Domino & capiti adhæret, patitur, eum & caput Eccleſiæ eſſe, & ſummum Sacerdotem, & Petri, vel etiam, ſi lubet, Apoſtolorum omnium ſucceſſorem eſſe, omnes ei obedire, ac nihilo id, quod ad eius honorem pertinet, diminui; ſed ſi à veritate diſceſſit, nec ad eam redire vult, meritò pro damnato, reiectoque haberi debere.* Si igitur non poſſit Nilus oſtendere, Papam in Eccleſia non ſeruare conuenientem ordinem, & non tueri cæleſtem, ſeu Orthodoxam fidem, quæ eſt quæſtio facti; planè eum caput Eccleſiæ eſſe neceſſe eſt admittat, quod eſt iuris. Verùm in omnibus Concilijs, in quibus Græci conuenerunt cum Latinis, conuicti ſunt ipſi erroris, & per Eccleſiam Romanam reducti ſunt ad fidem; nunquam verò illa aut vllius erroris conuicta, aut per Græcos ab errore aliquo fuit reuocata. Quod verò ſcribit Aduerſarius, dum Pontifices, Græcos ſibi parere iactitant, apparuiſſe Nili libros contra Epiſcopi Romani primatum: quid mirum? Nam dum putat Dauid 2.Reg.20. profligato Abſalone, & eius exercitu, ſe tutum eſſe ab hoſtibus, & pacificum Regni poſſeſſorem, Seba vir Belial, filius Bochri ab eo defecit, & cecinit buccina, & concitauit ſeditionem populi in eum; vt magis ſibi ab ipſo timeret, quàm ab Abſalone priùs: ita Marcus Epheſinus, & Nilus non diſſimiles Seba fuere, qui ſchiſma in Græcia fecerunt, & Græcos à fide, obedientia, & communione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ abduxerunt; ad quam in Concilio Florentino reducti fuerant.

Senſus Nili de primatu Romani Pont.

Pag.573

Poſtremò nobis iſte opponit Bohemos Ioannis Huſſi ſequaces, item VValdenſes, & in Anglia VVicleſi ſemen latè propagatum. *Vbi plurimi* (inquit) *pro eadem doctrina martyrium paſſi leguntur*; item aliquot clauſulas citat, ex Tractatu cuiuſdam Alexandri Fabritij, cui titulus: *Deſtructorium vitiorum*. Verùm in his aut repetendis, aut examinandis immorari eſſet actum agere; nam & perfidiam Huſſitarum, & VValdenſium, & VVicleſi ſuis locis ſatis confutauimus. Iſti ſunt *Moab, & Agareni; Gebal & Ammon diſperierunt in Endor, facti ſunt vt ſtercus terræ.* Pſal.82.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum ſexageſ. tertium.

Eugenij IV. ſucceſſor Nicolaus V. qualis vir.

ANno 1447. Eugenio vita functo, ſubrogatus eſt in eius locum Thomas de Sarzana, ita dictus ab Oppido huius nominis agri Lucenſis, Cardinalis Tituli S. Suſannæ, & Nicolaus V. appellatus, quem inter optimos, ſanctiſſimoſque Pontifices Scriptores meritò referunt: qui tamen tantam modeſtiam præſetulit, vt tanto Magiſtratu ſe indignum profiteretur, rogaretque Cardinales omnes ſupplex etiam, vt Eccleſiæ Dei maturiùs conſulerent; verùm Tarentino Cardinale eum adhortante, ne curſum Sancti Spiritus impediret, tanto oneri humeros ſubiecit: & interrogatus, vt fit, Cardinalis Portugalenſis è conclaui prodiens, quem Pontificem creaſſent, reſpondit: *Non nos Nicolaum, ſed Deus Pontificem elegit*. De eo hæc ſcribit Krantzius in ſua Metropoli lib. 12. cap. 1. *Vno anno Epiſcopus Bononienſis, Cardinalis, & Pontifex creatur. Ita aſcendit repente. Vir certè dignus Eccleſiaſtico throno. Doctus amabat doctos, ditauit, & in pretio habuit, Græcè ſcientes honorauit, codices vndecumque pretioſos conquiſiuit.*

Pag.574

Neutrales qui dicti.

Quod verò ſcribit Aduerſarius, tum viuo adhuc, & regente Felice V. multas Nationes neutri adhæſiſſe: id veritati minimè conſentaneum; immò in ſola Germania Neutrales huiuſmodi reperiebantur, *ideò ſic dicti* (inquit Platina in Nicolao V.) *quod neque Eugenij neque Felicis dictis obtemperarent*. Et Eugenius in Germaniam miſerat Thomam hunc Sarzanum, qui poſtea Nicolaus V. & Ioannem Caruagiallam, qui poſtea S.Angeli Cardinalis eſt habitus, ad tollendum Baſileenſe Concilium, & huiuſmodi neutralitatem: ad quod etiam Æneę Syluij, qui antea Concilium Baſileenſe propugnarat, induſtria plurimum contulit; vt Fridericus Imperator

Digitized by Google

Æneam ipſum Romam miſerit, qui Eugenio publicè diceret, ſe ac Germanos omnes in humanis, diuiniſque ei deinceps obtemperaturos. Cũ igitur vita functus eſt Eugenius, & ſubrogatus Nicolaus V. non ita multæ nationes Neutrales erãt; immò nec Imperator Fridericus, nec Germania ipſa; Gallia verò, quam in primis venerari, cuiuſque authoritatem ſequi iſte debebat, minimè Neutralis erat. Immò, vt ſcribit Sanctus Antoninus 3. p. Chron. tit. 22. cap. 12. electo Nicolao, omnes Principes, & Communitates Chriſtianitatis (vt moris eſt) ei congratulari de aſſumptione ad Pontificatum ſuos Oratores miſerunt, venerantes eum *vt vnicum, legitimum, & indubitatum Apoſtolicum, Vicarium Ieſu Chriſti, & ſucceſſorem Petri, excepta Regione Sabaudiæ, in qua ſe gerebat pro Apoſtolico, qui re vera Apoſtaticus erat Amadeus, vocatus Felix, à ſuis magis coactione, quàm deuotione veneratus.*

Pag. 574 Scribit Mornæus, Nicolaum remanſiſſe Papam ſolum, dignitatem vltrò exuente Felice: immò ſe pontificatu Felix abdicauit, ad hoc eum inſtimulante conſcientia, & totius ferè Chriſtiani Orbis iudicium ſecutus, a quo Eugenius, & poſtea Nicolaus veri Pontifices ſunt habiti, ille verò Antipapa, intruſus, & inuaſor Sedis Apoſtolicæ.

Concilij Baſileenſis quid probatum, quid reprobatũ. Concilij Baſileenſis nihil eſt ratum, ac probatum, niſi quædam diſpoſitiones circa Beneficia Eccleſiaſtica, quæ à Concilio factæ fuerant, quas pacis, & vnitatis gratia Nicolaus V. approbauit. Itaque quantum ad illam propoſitionem, *Quod Concilium ſit ſupra Papam*, & quantum ad reliqua omnia, fuit reprobatum. Verùm argumentatur Mornæus,

Argumentũ Mornæi

Pag. 574 *Martinum V. in vim ſimilis ſententiæ Papã creatum fuiſſe* (nempe, Quod Concilium ſit ſupra Papam) *aliàs non futurum; Eugenium à Cardinalibus, quos Martinus fecerat, electum; Nicolaum exinde ab illis, quos Martinus & Eugenius promouerant, & omnes deinceps ſucceſſores; Non igitur aut veros Pontifices ipſos, aut legitimos Paſtores qui ab eis conſtituti, ni hæc Concilia legitima maneant, ni his ſententijs ſua conſtet authoritas.*

Reſponſio. SEd Reſpondetur, diſparem longè fuiſſe rationem, & Martinum V. legitimè electum, & inſtitutum fuiſſe Pontificem in Concilio Conſtantienſi, non vi & authoritate illius propoſitionis, *Quod Concilium eſſet ſupra Papam*, ſed quia tribus tùm de Pontificatu contendentibus, & nullo exiſtente tum indubitato Pontifice (cum eorum quilibet validis rationibus ſe tueretur) Eccleſia ius habuit ſibi prouidendi de capite; itaque vel tribus illis ſponte cedentibus, vel iure abdicatis, electus Martinus V. qui ab omnibus, ſublato ſchiſmate, habitus eſt legitimus Pontifex; & creati ab eo Cardinales, & Epiſcopi legitima authoritate inſtituti; & qui ſucceſſerũt, Eugenius IV. & Nicolaus V. ac reliqui deinceps, legitimi Pontifices ſunt habiti. At verò cum celebratum fuit Concilium Baſileenſe, verus, vnicus, & indubitatus Pontifex erat Eugenius IV. qui verò in Conciliabulo illo fuit electus, Amadeus, dictus Felix V. fuit Antipapa, & inuaſor Sedis Apoſtolicæ: & falsò, ac temerariè præſumpſerunt illi Patres, ſe ius aliquod habere deponendi legitimũ Pontificẽ: & quamuis Concilium Conſtantienſe ius habuiſſet abdicandi tres haud ita indubitatos Pontifices, tanquam illis ſuperius, & illis alterum ſufficiendi; non ita tamen Concilium Baſileenſe ius habuit abdicãdi vnum, & indubitatũ Pontificem, qui ſuperior erat illo Concilio: quod tandẽ ex confeſſione eorundẽ Patrũ, & Amadei abdicatione, immò ex ſuffragijs totius Chriſtiani Orbis depoſitionem Eugenij, & electionem Amadei improbantis apparuit.

Quã multi ad Iubilæum Nicolao Pontifice conuenerint. Nicolaus ſextum Iubilæum celebrauit, & tanta hominum multitudo Romam confluxit, quanta nunquam antea; vbi refert Mornæus, quod Platina ſcriptum reliquit in Nicolao V.

Pag. 575 *Cum ſemel è Vaticano viſa Saluatoris imagine ad vrbem redirent, facta obuiam mula quadam Petri Barbi Cardinalis Sancti Marci, cum neque venientes neque redeuntes ob inſequentem multitudinem cedere poſſent, cadente vno atque altero ſuper mulam illam iam à multitudine oppreſſam, ad ducenta hominum corpora & equos tres obtrita & ſuffocata in ponte Hadriani fuiſſe. Multos etiam à lateribus pontis in flumen cadentes perijſſe.*

Quæ faciebant ad Nicolai laudẽ hic õmiſit Mornæus. VErùm homo malignus ſuppreſſit, quæ ſubiungit Platina, quòd ea ad exiſtimationẽ, & laudem Pontificis ſpectent: *Hanc ob rem Nicolaus Pontifex vices eorum, qui mortui fuerant, dolens, caſulas quaſdam anguſtiorem viam ad pontem facientes omninò ſuſtulit: totumque ferè annum illum in celebritatibus conſumpſit, ſtationes ipſemet quotidie inuiſens in Cardinalium cœtu. Cauit etiam quàm diligentiſſimè, ne abundante tanta multitudine, commeatus, & omnia neceſſaria ad victum in Vrbe deeſſent. Curauit item execrationibus, & ſatellitibus, ne graſſatores in peregrinos ad vrbem accedentes ſæuirent.*

Fridericus & Leonora matrimonio iuncti à Nicolao, & corona Imperatoria donati. Anno 1452. Fridericum Imperatorem cum Leonora vxore, Eduardi Regis Luſitaniæ filia, tum iuuencula quatuordecim annorum, quam primùm Senis offenderat, Nicolaus Pontifex Romæ excepit, & ſequentibus diebus Miſſam apud Sanctum Petrum celebrans vtrique benedixit,

Digitized by Google

dixit, vt fieri ſolet, antequam ſponſus cum ſponſa congrediatur, eoſque corona Imperatoria donauit: genuflexus Imperator pedes Pontifici oſculatus eſt, quod idem præſtitit Imperatrix.

Eius pedes oſculātur.

Quod verò Pontificem referunt, cum venturum ad Vrbem Imperatorem intellexiſſet, portas Vrbis, ac turres, Capitolium, arcem S. Angeli muris firmiſſimis munire cœpiſſe, veritum, vt creditur, ne aduentante Imperatore noui aliquid & ab eo, & à populo Romano oriretur: in hoc prudenter egit, citra vllam Imperatoris iniuriam. Non prætereundum ſilentio quod refert Pius II. in ſua Bulla Retractationum: *Cum Fridericus Romanorum Rex Aquiſgrani coronatus, domum repetens, Baſilea tranſitum feciſſet, rogatus Felicem illic præſentem accedere, nullo pacto perſuaderi potuit, vt honorem ei tamquam Pontifici Romano exhiberet, aut publicè cum eo verba miſceret. Tùm primùm conſiderauimus* (inquit Pontifex) *poſſibile eſſe, quod partem erroneam ſequeremur, quando Rex Romanorum Imperator futurus in tanto negotio dubius eſſet, & ad Eugenium magis inclinaret.* Vnde conſtat, tùm iam dubium animi fuiſſe Pium II. nec tum primùm mutaſſe ſententiam, cum vel ad Pontificatũ aſſumptus, vel galero, ſeu Cardinalitia dignitate, donatus fuit, prout iam ſupra docuimus.

Fridericus perſuaderi non poteſt vt Felicem tanquam Pōtificem veneretur &c.

Nunc de clade Conſtantinopolitana, quæ contigit, Nicolao V. Pontifice, & Friderico III. Imperatore Occidentis, quam alij referunt in annum Chriſti 1452. alij verò in annum 1453. & quidem id verius; ſiquidem incidit hic caſus in 29. Maij, & feriam 3. Martinus Cruſius in Hiſt. Tuſcicogręca: Μαΐῳ εἰκοστῇ ἐννάτῃ ἡμέρᾳ τρίτῃ. Chalcondylas: Ἄρεως δ' ἦν ἡμέρα. Iam verò dies 29. Maij erat feria 3. in anno 1453. non autem in anno 1452. Ab Encenijs Conſtantinopoleos ad cladem eius (vt obſeruat Ioſephus Scaliger lib. 5. de Emendatione temporum) anni ſunt pręciſi 1122. tot annis manſit ſub Imperatoribus Chriſtianis, 426. ampliùs, quàm valens Aſtrologus eius durationem finierat, qui annos tantùm 696. manſuram Vrbem ariolatus erat. Tantam iacturam deplorans Cardinalis Iſidorus, hæc inter cætera ſcribit: *De iniurijs, ſubſannationibus, contumelijs, opprobrijs, ſceleribus erga diuina, quæ lingua valeat explicare, quis intellectus capere, quæ aures patienter audire? Ni fallor, nunquam ita inhonoratus eſt Deus. Venerunt gentes gehennæ deditæ in hæreditatem tuam, quæ Iſrael eſt, te videns per fidem: polluerunt Templum Sanctum tuum, Eccleſiam nobiliſſimam S. Sophiæ cum alijs, Imagines Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Matris eius Virginis Glorioſæ, & Sanctorum, ac Sanctarum Dei, inſignia viuificæ Crucis conſpuentes, confringentes, conculcantes, ſacroſancta Euangelia, Miſſalia, & reliquos Eccleſiæ libros dilacerantes, deturpantes, comburentes, ſacras veſtes Sacerdotum, reliquaque indumenta Eccleſiæ ſcindentes, ac ad indumentum, & ornamentum ſuum ſumentes, vel pro vili pretio conferentes, vaſa Domini eius cultui dedicata, & in eis comedentes, & bibentes.* Hæc repetere mihi viſum eſt, vt conſideret quilibet, quàm benè conueniant Caluiniſtæ Mornæi gregales, & truces illi Barbari in opprimenda, quantum in illis eſt, prorſuſque excindenda Religione Chriſtiana. Annon enim hęc omnia eadem, quæ immanes Turcæ, Eccleſiæ Catholicæ perfidi hoſtes Caluiniſtæ perpetrarunt?

De clade Conſtantinopolitana

Turcarum ſcelera in res diuinas.

Et quidem communia Caluiniſtis.

Ex Antonino 3. p. tit. 22. cap. 13. hæc refert Mornæus:

Ciuitas Conſtantinopolitana cum eſſet obſeſſa à Turcis, Oratores miſerunt Græci ad Nicolaum Papam, implorantes auxilium gentium et pecuniarum; Quos non exaudiuit Nicolaus indignum ducens Italiam exhauſtam pecunijs propter expenſas guerrarum grauare impoſitionibus, maximè cum eos ſciret ſe ſuis pecunijs poſſe iuuare, ſi exponere vellent conducendo gentes. Inde ſubiungit: *Digna ſane conſideratio, quaſi verò deceſſores ſui & leuioribus de cauſis & in ipſos Imperatores Principeſque Chriſtianos non ſæpe Crucem aſſumi iuſſerint.* Pag. 575

NOn certè quòd Chriſtiani eſſent, ſed quòd Eccleſiæ perſecutores: & multò libentiùs eam contra Barbaros infideles aſſumi iuſſerunt. Neque negauit militum ſubſidium Nicolaus, ſed pecuniarum, quibus non conueniebat exhauriri Italiam, Græcis ipſis theſauros ſuos occultantibus, nec ad belli ſubſidium in tantis anguſtijs conferentibus. Suppreſſit enim dedita opera quæ ſubiungit S. Antoninus §. 1. *Sed nudati omni amore Reipublicæ Græci, & tantùm priuatæ rei conſeruandæ intenti, in hoc inciderunt iudicium, vt victi, & capta Ciuitate ſerui effecti res priuatas ſuas, & publicas prodiderint, & quod habuiſſent, ſi voluiſſent expendere, patuit, quòd magnæ diuitiæ, & theſauri multi reperti ſunt apud plures perſonas, etiã mulieres; ſed cupiditas excæcauit eos.* Digna igitur erat conſideratio Pontificis, non vanis & excogitatis figmentis, ſed rei veritate ſuffulta. Scribit Platina in Nicolao V. fuiſſe in animo Pontifici claſſe, & milite Conſtantinopolitanos iuuare, quemadmodum eius literæ ad Imperatorē ſcriptæ indicant, quibus & eorum à Catholica Fide defectionē, & ſimulatum in gratiam cum Latinis reditum in calamitatibus increpat. Verùm adeò repente Vrbs illa capta eſt, vt vix de mittẽdo auxilio cogitare licuerit; cõſtat ſiquidem, eam quinquaginta quatuor tantum diebus obſeſſam fuiſſe. Sed audiamus huius impoſturam.

Cur aliquādo iuſſum à Pōtificibus Crucem cōtra Chriſtianos aſſumi.

Cur Nicolaus negauit Græcis pecuniarũ ſubſidium.

Cur eoſdē, vt volebat iuuare nō potuerit.

Mornæi impoſtura.

Verùm, id eo cõſilio faciebat (inquit) *vt ex extremo eius periculo lucrũ faceret, ſummũ ſibi apud Græcos imperiũ pararet, quod Antoninus dicere non auſus.* Pag. 575

Quia

Quia ſcilicet puduiſſet, Sanctum Antoninum eſſe adeò impudentem impoſtorem. An verò quando Pontifices arma Chriſtianorum concitarunt in Barbaros, ſibi aliud, quam Chriſtiani nominis gloriam propoſuerunt, aut inde aliquot ditiones, & noua dominia compararunt? Annon videbat Nicolaus Pontifex, Imperium illud in extremo periculo verſari, & iam Barbarorum faucibus patere, ſuoque nomini ex eius iactura magnam ignominiam comparatum iri, nempe quòd eo Pontifice, cuius eſſet in primis ſaluti Chriſtianæ Reipublicæ proſpicere, tanta clades à Barbaris illata Chriſtianis eſſet? An verò ſi tantum periculum Græci euaſiſſent; ideò Pontifex apud illos Imperio potitus fuiſſet? Quis igitur ſenſus iſtius, ex extremo eorum periculo voluiſſe Pontificem ſummum ſibi apud Græcos Imperium parare? Sed puduiſſet Mornæum citare alium locum ex eodem S. Antonino tit. 22. cap. 13. *Quod iuſto Dei iudicio fuerint Græci illi exterminati, & ad nihilum redacti ab infidelibus, ſatis patet ex hoc, quòd poſtquam Conſtantinus tranſtulit Sedem Imperij ab Vrbe Roma Conſtantinopolim, duodecim vicibus in diuerſis temporibus ſucceſſiuè receſſerunt ab obedientia Romanæ Eccleſiæ, per diuerſas hæreſes, & ſchiſmata; cum tamen ſecundum Catholicam Fidem Romana Eccleſia ſit Mater omnium Eccleſiarum, & Magiſtra.* Gennadius Scholarius Orat. 5. pro Latinis contra Græcos aſſerit, eſſe cauſſam interitus ſuæ gentis, quòd ſe ſubtraxerint ab obedientia, & ſubiectione Romanæ Eccleſiæ. Vnde conſtat, Mornæum, cum Principes & populos ab obedientia & fide S. R. Eccleſiç abſtrahere nititur, nihil aliud, quàm eorum perniciem, & excidium admoliri.

Cauſſa excidij Græcorum, defectio ab obedientia Romanæ Eccleſiæ.

Pag. 575

De Beſſarione a Nicolao creato Patriarcha Conſtantinop.

Quod Beſſarionem Cardinalem, Patriarcham Conſtantinopolitanum creauerit Nicolaus Pontifex ea lege, vt à ſe dependeret: hoc factum eſt ob ſchiſma Græcorum, & defectionem ab Eccleſia Romana. Debebat enim quælibet Eccleſia, & ſupra cęteras Patriarchalis illa vniri cum ſuo capite, ſicque habere Patriarcham Catholicum, non ſchiſmaticum, & non aliter, quàm a Pontifice Romano confirmari: & id Græcis ſignificauerat Eugenius IV. Seſſ. vltima Concilij Florentini, exhortando eos, vt Patriarcham eligerent, *vt Patriarcham* (inquit) *quem ſuffeceritis, confirmemus, & quem ipſi noſtri diſſidij tempore elegeramus, altero per vos ſuffecto, deponamus, vt in poſterum vnicus Patriarcha Conſtantinopolitanus omnia ſua priuilegia tenens, exiſtat, quandoquidem Eccleſiam veſtram multis bonis volumus afficere*; Ita vt ex his verbis videatur colligi, alios ante Beſſarionem ex Latinis creatos Patriarchas Conſtantinopolitanos ob ſchiſma Græcorum. Sed nullam iniuriam inferebat illi Eccleſiæ, cum eius Patriarcham volebat à ſe pendere, cum id non ipſe inſtituiſſet, ſed ipſemet Chriſtus.

Pag. 575

Nicolaum diſpenſaſſe, vt fortilegium maleficio tolleretur, fabula eſt.

Quod refert Mornæus ex Bodino, & Iacobo Sprenger, Nicolaum Pontificem cum quodam Epiſcopo Germano, quem in primis diligebat, diſpenſaſſe, vt, cum morbo ex ſortilegio laboraret, illud alio maleficio tolleretur: fabulam eſſe dicimus. Mornæus dicit, celeribus equis ad Nicolaum miſiſſe, & rogaſſe, vt ſibi à malefica curari liceret; cum tamen Sprenger referat, illum Epiſcopum tunc Romæ fuiſſe: ita mentita eſt iniquitas ſibi. Neque enim ignorauit Pontifex, maleficium maleficio tollere non licere, idque eſſe vti opera Dæmonis. Potuit quidem malefica illa reſcire, vbi eſſet maleficiũ, & ita illud diſſoluere, ne Diabolus Epiſcopo ampliùs noceret, quod fit licitè abſque alio maleficio, de quo tamen cum illi ſcrupulus aliquis conſcientię inijceretur, voluit conſulere Pontificem: hoc autem eſt iure ſuo vti, & rem quandam licitam facere, de quo legendus Henricus de Gandauo Quodlib. 5. quæſt. 33. Caietanus in Opuſculo de diſſoluendo maleficio, & Theologi Scholaſtici in IV. diſt. 34.

Maleficiũ maleficio tollere non licet.

Nicolaus Pontifex (ſcribit Platina) *ſiue tædio animi, quòd maximè cruciabatur poſt captam Conſtantinopolim, ſiue febri, & podagra, qua potiſſimùm vexabatur, Pontificatus ſui anno octauo moritur 1455. Fælix Pontifex, & omnium iudicio beatiſſimus* (ait Æneas Syluius in Hiſt. de Europa, cap. 58.) *niſi eo ſedente Turcæ Conſtantinopolim expugnaſſent, Chriſtianorum deſidiæ, atque ignauiæ memorabile perpetuum. Optimè de literis meritus bonarum artium & Linguarum peritos fouit, quales plerique tum è Græcia, captaque Conſtantinopoli in Italiam venere.* Mornæus omnia Pontificum facta in deteriorem partem interpretari ſolitus,

Nicolai obitus.

Bonarum artium, & Linguarũ peritos fouit.

Pag. 576

Ex hoc naufragio (inquit) *doctos quoſdã Græcos apud ſe collegit, quod propriè, Prophetis, quorum exitio occaſionem obtulerat, monumenta extruere fuit.*

Sed libenter ab eo ſciſcitaremur, quam occaſionem exitio Græcorum Nicolaus dederit? An quod miſerit Iſidorum Cardinalem Rutenum, natione Græcum ad confirmandos eorum animos, & eos ad vnionem cum Latinis, & communionem S. R. E. literis ſuis ſit adhortatus, alioqui nõ venturos in poteſtatem Barbarorum? aut quam tandem occaſionem tantæ iacturæ dedit? Hæc itaque mera impoſtura Aduerſarij.

Eum dediſſe occaſionem excidio Græcorum, eſt impoſtura Mornæi.

Nicolao V. ſubſtituitur in Põtificatu Alphonſus Borgia Hiſpanus Valentinus, Cardinalis SS. quatuor Coronatorum, dictus Calixtus III. Bellum Turcis ſtatim indixit. Refert Platina, eum oſtendiſſe, ſe id vouiſſe ante Pontificatum ſuo chirographo, quod in quodam libro ſuo extabat his verbis ſcripto: *Ego Calixtus Pontifex Deo omnipotenti voueo, & Sanctæ indiuiduæ Trinitati, me bello, maledictis, interdictis, execrationibus, & denum quibuſcumque rebus potero, Turcas Chriſtiani nominis hoſtes ſæuiſſimos perſecuturum. Admirati ſunt omnes, qui aderant, quòd Pontificatus nomen ſibi deſumpſiſſet ante adeptam dignitatem, quòd que homo ſenex, ac ferè decrepitus tantum animi haberet.* Mornæus:

Calixtus III. Nicolai V. ſucceſſor.

Pontificis nomen ante adeptam dignitatẽ ſibi tributũ vnde.

Pag. 576

Quo tandem vate?

Plurimi certè fuere Pontifices, quibus antea Pontificatus prædictus eſt. Ita Volaterranus

refert

refert ex vaticinio Vincentij Ordinis Prædicatorum, Calixtum III. Pontificem fuiſſe creatum, quem & viuentem priuatus coluit, ac poſt mortem Pontifex inter Sanctos retulit, ſicut & Oſmundum Anglum, vtrumque vitæ ſanctitate, & miraculorum fama illuſtrem. Mornæus:

Vincentiũ & Oſmundum inter Sanctos retulit.

Pag. 576 *Quod Beſſarion videns præſertim, quàm temerè & parùm ritè id fieret; Noui hi ſancti, inquit, de veteribus mihi dubium mouent.*

Mornæus imponit Beſſarioni.

ISta non concedimus dicta vnquam fuiſſe à Beſſarione: neque id Aduerſarius mentiri ſolitus, probat ex aliquo fideli Scriptore: præterea non adeò nouus erat Oſmundus: in quo fallitur, cum *Aedmundum* vocat, Platinam ſecutus, ex ſimilitudine nominis nato errore; nam Aedmundus Archiepiſcopus Cantuarienſis ab Innocentio IV. multò ante inter Sanctos relatus fuerat; Oſmundum vero hunc, quem inter Sanctos Calixtus III. recenſuit, puto fuiſſe Epiſcopum Sariſberienſem, ac vixiſſe circa annum Domini 1050. eumque eſſe, cuius fit mentio in Martyrologio 4. Decembris. Beatum verò Vincentium, nonniſi præmiſſa diligenti examinatione facta ex commiſſione Apoſtolicę Sedis à quibuſdam Prælatis Eccleſiæ in diuerſis Mundi partibus, in quibus fuerat ille conuerſatus, & vbi verbum Dei diſſeminarat, in Sanctos retulit: *Qui per annos 30. ſingulis diebus poſt decantationem Miſſæ per eum, præſente Clero, cum lachrymis copioſis, populis cum maximo concurſu & fructu prædicauerat per Franciam, Hiſpaniam, Aragoniam, vſque ad ad Genuam declinans, & multos conuertens ad fidem, Iudæorum, & Gentilium*, S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 22. cap. 14. Quanquam etiam, quidquid diceret Beſſarion, dicimus, neminem coli in Eccleſia Sanctum, aut à Pontificibus in Sanctos relatum eſſe, qui reuera Sanctus non ſit, & cuius Deus ipſe ſanctitatem per miracula aut in vita, aut etiam poſt mortem teſtatus non fuerit; neque Pontificem errare in Canonizatione Sanctorum, ſiue illi recenter, ſiue multis antea annis è præſenti vita exceſſerint. Mornæus:

S. Oſmundus alius eſt à S. Aedmundo.

Pag. 576 *Sed Ethnicorum Pontifices Maximos etiam in hoc illos imitari oportebat.*

VErè Ethnicus iſte, qui Chriſtianorum Pontifices Pontificibus Idolorum, & ſeruos Chriſti, Ciues Sanctorum, ac domeſticos Dei comparet damnatis hominibus, quos Pagani in Diuos retulerunt. Sed quid mirum? cum ſacrilegi iſti Religionem Catholicam, in qua vna & ſola Deus ſalubriter colitur, hoſtiliter oderint, & auerſentur tamquam Idololatriam.

Quid Calixtus in Turcas.

Prædicatores (vt tradit Platina) *Calixtus per totam Europam miſit, qui omnes Chriſtianos in Turcas animarent, quique facultatum ſuarum & opum aliquid ad tantam expeditionem conferrent. Ex his autem facultatibus ad ſexdecim triremes Romæ ædificatas in hoſtem miſit, Patriarcha Aquileienſi præfecto, qui triennio maritima hoſtium Aſianorum vexauit, Inſulas quaſdam cepit, at magnas calamitates hoſtibus intulit. Alphonſus autem Rex Neapolitanus, & Burgundiæ Dux Crucis ſignum ſuſcipientes, ituros ſe quoque in hoſtem profitebantur, vel armatos milites eò miſſuros. Verùm vt res vno impetu mota eſt, ita etiam facilè reſedit, Principibus ipſis rem tantam, & magnam gloriam parituram omittentibus.* Pontifex igitur fecit, quod in ſe fuit, nec defuit Reipublicæ Chriſtianæ. Vt ſcribit Æneas Syluius in Hiſt. de Europa cap. 58. *Scanderbecchio in Albania, multiſque alijs per Græciam Turcarum bello laborantibus pecuniaria ſubſidia largitus eſt.* De quo S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 22. cap. 14. *Idem anno ſecundo ſui Pontificatus mandauit per ſolemnes literas Apoſtolicas, vbique terrarum fidelium ſingulis diebus inter Nonam, & Veſperas pulſari in omnibus Eccleſijs ad Aue Maria ter, in qua pulſatione quicumque diceret genibus flexis ter Aue Maria, & Pater noſter, conſequeretur indulgentiam trium annorum, & trium quadragenarum. Item quod omni prima Dominica menſis fieret proceſſio generalis, ad quam conuenirent Clerici, Religioſi, & Laici, & cantaretur Miſſa cum prædicatione ad materiam accommodata pro victoria habenda contra Turcas, & qui intereſſent, haberent ſeptem annos, & ſeptem quadragenas indulgentiarum. Item quod in Miſſa quilibet, qui celebraret, diceret orationem pro victoria contra Paganos, & qui hoc faceret, tres, conſequeretur annos indulgentiarum. et omnia ad impetrandam liberationem à Turcis, & victoriam, pœnitentibus, & confeſſis.* Itaque optimus & & ſanctiſſimus Pontifex omnibus vijs, & rationibus, quas excogitare potuit, populum Chriſtianum Deo peccatis offenſo reconciliare ſtuduit. Interim Mornæus, prout pius eſt, recitationem orationis Dominicæ, & Salutationis Angelicæ *murmur* appellat; ſic enim ſcribit: *Vt qui genibus flexis Aue Maria, & Pater noſter, ter murmurarent &c.* Pag. 576

Quæ preces ad impetrandam liberationẽ à Turcis inſtituit, quaſque Indulgentias conceſſit.

Anno Chriſti 1456. Pontificatus Calixti tertio, Mahometus Belgradum, ſeu Albam Regalem in Hungaria obſidet. Ioannes Vaiuoda Vrbem propugnat, Ioanne Capiſtrano Ordinis Minorum pro muris populum exhortante, & ad Deum clamante: 6. Auguſti acie pugnatur; victi Turcæ, cæſis 40000. vix euaſit Mahumetus grauiter in oculo ſauciatus, apparatus bellicus Turcarum totus in poteſtatem Chriſtianorum venit. Bonfinius rerum Vngar. Dec. 3. lib. 8. Æneas Syluius Hiſt. de Europa cap. 8. Nauclerus Generat. 49. S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 22. cap. 14. §. 1. Calcondylas lib. 8. Krantzius lib. 11. Saxoniæ cap. 35. *Eam noſtrorum victoriam tàm impatienti animo fertur hoſtis tuliſſe, vt lachrymas vir ſanus non teneret, barbam velleret, & ea, quæ ſolent inſani, faceret. O ſi noſtri tum Principes* (ait Krantzius) *ea vſi fuiſſent victoria, recentem hoſtis cladem prementes, nec ſiuiſſent, reſumptis viribus reſpirare, non extra ſpem fuiſſentium omnem Europam, fugato hoſte, occupare.* Hanc Turcarum cladem, antequam contingeret, Calixtum vaticinatum eſſe

Belgradi obſeſſio.

Victoria de Turcis.

Digitized by Google

A Calixto prodita.

eſſe ſcribit Æneas Syluius lib. de Europa cap. 58. Mornæus;

Pag. 576

Si de Chriſtiani orbis ſalute ſeriò cogitaſſent, idonea in primis ſeſe offerebat occaſio, quandoquidem hoc ipſo tempore Johannes Vaiuoda Mahometem præclaro illo prælio propè Belgradum ſuperarat.

Quin & procurata.

VTinam ita cogitaſſent reliqui Principes, quemadmodum Pontifex ipſe, qui Ioannem Cardinalem S. Angeli præſtanti virtute virum, vt Germanos in armis contineret, Turcarumque compeſceret impetum, ad eas partes Legatum miſerat: *Qui promiſſa peccatorum indulgentia* (ait Æneas Syluius in Hiſt. de Europa cap. 8.) *cunctis, qui contra Turcas militare vellent, adiuuante Ioanne Capiſtrano, qui tum Vngaris euangelizabat, Cruce ſignatorum haud paruum congregauit exercitum, non diuitum ac nobilium, ſed inopis ac incompoſiti vulgi. Surdæ opulentum aures Euangelio, nec diuinus ſermo Principibus auditus: contenti præſenti rerum ſtatu potentes futurum Chriſti Regnum nonniſi morientes inquirunt, credula paupertas facilè prædicatoribus obedit. Supra quadraginta millia ſignum Crucis accepere, tecta magis fide, quàm ferro acies.* Itaque occaſionem dedit tam inſigni victoriæ Calixti Pontificis ſollicitudo, ac induſtria; cui vtinam tum parem zelum habuiſſent ad ſubſidium ferendum rebus tam afflictis reliqui Chriſtiani Principes. Idem Æneas Syluius in oratione ad hunc ipſum Pontificem, quæ extat inter eiuſdem Syluij Epiſtolas, de ipſo loquens inquit; *Niſi fuiſſet exacta ipſius ſolertia & incredibilis ad commune bonum, iam Turcarum feritas non Vngariam, modò protriuiſſet, ſed ipſam quoque Alemaniam infeſtis armis petens, Chriſtianis omnibus terrorem ſimul, ac laborem incuſſiſſet. Nam ſi victi apud Vngariam & proſtrati magni Turcorum exercitus; non eſt, cui poſt Deum alteri gratias, quàm Calixto, Chriſtiani debeant. Ipſe enim ſolus fuit, qui, torpentibus ac penè dormientibus Chriſtiani Orbis Principibus, Legatum in Vngariam miſit, Vngaros cum Turcis induciarum fœdera quærentes prohibuit, labentes animos erexit, copias congregauit, bellumque illum committere ſuaſit, in quo primùm ætate noſtra Turcorum Dominus turpiſſimè fugere viſus eſt, & ſalus populo Chriſtiano parta.* Ob magnam igitur victoriam Pontifex Tráſfigurationis Dominicæ feſtum inſtituit, vt refert D. Antoninus 3. p. Chron. tit. 22. cap. 14. Et ſcribit Platina, ab eo conſcriptum Officium Eccleſiaſticum de ea die, & cum iiſdem indulgentijs promulgatum, quæ conceſſæ ſunt in ſolemnitate Corporis Chriſti. Verùm, vt obſeruant Cardinalis Bellarminus lib. 3. de cultu Sanctorum cap. 15. & Baronius in Martyrologio Romano ſexta Auguſti, inſtitutio eius ſolemnitatis longè videtur antiquior. Quod & vetuſta Græcorum Menologia teſtantur: & Acta ſecundæ Synodi Nicœnæ inter alia ſcripta Leontij Epiſcopi in Cypro recenſent orationem de Transfiguratiône Domini; de qua extat & ſermo S. Ephrem Syri, item Baſilij Seleuciæ, necnon etiam Andreæ Cretenſis, denique S. Leonis Papæ. Verùm ante Calixtum non ita ſolemne erat feſtum, neque ab omnibus Chriſtianis celebrabatur, neque de eo per omnes Eccleſias recitabatur Officium, ſicut poſtea factum eſt. Mornæi iudicium de inſtitutione huius feſti;

Eiuſque ſolertia poſt Deum debita.

Ob hanc victoriam Calixtus Transfigurationis feſtum inſtituit, ſiue potius reddidit ſolemne.

Pag. 577

Nempe religionem Papalem purè humanam (inquit) *ex humanis commentis in dies creſcere conuenit.*

Conuenienter facit.

VErùm Transfiguratio Domini non eſt commentum humanum, & videtur maximè decere Chriſtianos tantum myſterium, quo Chriſtus Diuinitatis, & Maieſtatis ſuæ radium quendam hominibus patefecit, recolere. Item magnum fuit beneficium à Deo in Chriſtianos collatum victoria de Barbaris apud Belgradum reportata, quod non immeritò Pontifex voluit ſolemnitate huius feſti, 6. Auguſti, quo die habita victoria tam inſignis, ab omnibus Chriſtianis recoli. Annon & a Iudæis ſolemnitates aliquot ad recolenda Dei beneficia antiquitùs inſtitutę? Sed veſanus, & impius homo quam ſit omnis pietatis oſor & hoſtis, ſatis ſuis verbis prodit.

Proſequitur;

Pag. 577

Calixtus iſte quamquam ſibi minimè deerat, quippe qui Alfonſo mortuo, & Ferdinando notho eius locum adepto de inſignioribus regni Epiſcopatibus ſtatuit; quod illo viuo nunquam auſus; Quin, inquit Antoninus, quod plus eſt, per Bullas patentes regnum Apuliæ vacans, vt feudum Eccleſiæ ad ſe ſolum pertinere, vt de ipſo diſponeret, aſſerebat, mandans Ferdinando, vt illud dimitteret &c.

Calixtus ſine iniuria Neapolitanum Regnũ repetijt à Ferdinãdo Alphonſi Regis notho.

EQuidem Alphonſus Rex Aragonum anno 1458. fatis concedens Ioannem fratrem ſuum, qui iam Rex erat Nauarræ, ſucceſſorem deſignauit in Sardinia, Balearicis Aragoniæ, Siciliæque Regnis; in Regno verò Neapolitano non ſibi à maioribus relicto, ſed virtute parto Ferdinandum filium nothum. Sed cum nothi non ſuccedãt in feudis, Regnum autem illud eſſet feudum Eccleſiæ; non iniuria Pontifex litem mouebat Ferdinando, ad iura Eccleſiæ rediiſſe, & carere legitimo hærede contendens. Verùm Pius II. Calixti ſucceſſor, pace cum Ferdinando conſtituta, Beneuentum, & Terracinam, quas Vrbes Alphonſus tenuerat, recepit, reſtituta etiam Spoletana Vrbe, & Ferdinando Regnum confirmauit Neapolitanum.

Nothi non ſuccedunt in feudis.

Quod

Digitized by Google

Quod verò ſcribit, Calixtum, mortuo Alphonſo, *de inſignioribus regni Epiſcopatibus ſtatuiſſe, quod illo viuo nunquam auſus*: nempe, vt ſcribit S. Antoninus 3. p. Chon. tit. 22. c. 16. §. 1. *nō id voluerat, ipſo rege contradicente, & impediente*, ſed contra ius. Immò, vt ſcribit idem Author, *nimiæ fuerunt extorſiones eius ab hominibus Regni. Et ut de cæteris taceam* (inquit) *Beneficia uacantia, etiam minora, nullus obtinere poterat in Curia, niſi priùs manus Regis impleſſet, & quantitate non medica.* Quæ certè ratio fuit, cur non fineret, Pontificem iure ſuo vti in conferendis Beneficijs. Mornæus;

Cur viuente Alphōſo, de Regni eius Epiſcopatib. non ſtatuerit.

Calixto anno 1458. noſter Aeneas Syluius Pius ſecundus ſuccedit, ſcientia ſane inſignis, pari vtinam & conſcientia.

Pag. 577

CErtè vnumquemque conſcientia ſua conuincit: cuius magnam eſſe vim in vtramq; partem aiebat Cicero pro Milone, *vt neque timeant qui nihil commiſerunt, & pœnam ſemper ante oculos verſari putent qui peccarint.* Idem pro Sexto Roſcio Amerino: *Suum quemque ſcelus agitat, ſuæ mala cogitationes, conſcientiaque animi terrent.* Conſcientia ipſa mille teſtes, & Græcis illud familiare: συνείδησις πλήττει τὴν ψυχήν: *Conſcientia verberat animum.* Verū, cuius ſit homo conſcientiæ, ſententiam ferre, vel pronunciare temeritate non caret. Temerarius igitur iſte, qui in tanto Pontifice conſcientiam ſcientiæ parem deſideret. Scribebat D. Auguſtinus libro contra Secundinum Manichæum cap. 1. *Sentiant homines de me quid velint, ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet.* Et lib. 3. contra litteras Petiliani Donatiſtæ capit. 7. *Nec malam conſcientiam ſanat præconium laudantis, nec bonam vulnerat conuiciantis opprobrium.* Id, ſi viueret Pius II. reſponderet ſuo calumniatori Mornæo, quod D. Auguſtinus Petiliano illi hæretico. Verùm eo ſaltem præferendus tantus Pontifex Mornæo, & Gregalibus, in quibus nec ſcientia, nec conſcientia, ſed ſunt mera entia. Omnes Scriptores referunt, eum religioſè Pontificatum exercuiſſe, & ſanctiſſimè Rempublicam Chriſtianam adminiſtraſſe. S. Antoninus qui tum temporis viuebat 3. parte Chron. tit. 22. cap. 17. ſcribit, eum virum bonum & iuſtum ab omnibus reputatum fuiſſe, amatorem pacis & fidei zelatorem.

Pius II. ſucceſſor Calixti III.

Mornæus temerarius.

Scriptorū iudiciū de Pio II.

Quoad Legationes, quas obiuit, & eiuſdem ſententiam de Actis Concilij Baſileenſis, & depoſitione Eugenij, ac Felicis electione, deinde retractatione omnium, quæ in eam ſententiam ſcripſerat, iam ſupra dictum eſt; vt plura repetere non ſit opus. Verùm quod interpretatur Mornæus, eum laudabiliora quæque acta ſua reuocaſſe; nos exponimus, reſipuiſſe, erroremque ſuum agnouiſſe, ac re meliùs conſiderata, etiam antequàm vllam dignitatem in Eccleſia obtineret, adhuc ſuperſtite Eugenio, mutaſſe ſententiam, ac deſerto Felice, illi adhæſiſſe.

Pag. 577
De his Mornæo.

Quantum ad Bullam, cui initium *Execrabilis*, datam anno 2. ſui Pontificatus quæ Tomo 1. Bullarij habetur: in eā prohibet, appellari à ſententijs, ſiue mandatis Pōtificis ad futurum Concilium, & pœnas in appellantes, eorumq; fautores conſtituit; & meritò quidem. *Nec enim ſanioris cupiditate iudicij* (vt ibidem ait) *ſed commiſſi euaſione peccati ad futurum Concilium prouocare præſumunt. Quod quantum ſacris Canonibus aduerſetur, quantumque Reipublicæ Chriſtianæ noxium ſit, quiſquis non ignarus iurium intelligere poteſt. Namque, vt alia prætereamus, quę huic corruptelæ manifeſtiſſimè refragantur* (inquit) *quis non illud ridiculum iudicaret, quòd ad illud appellatur, quod nuſquam eſt, neque ſcitur quando futurum ſit. Pauperes à potentioribus multipliciter opprimuntur, remanent impunita ſcelera, nutritur aduerſus primam Sedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, & omnis Eccleſiaſtica diſciplina, & hierarchicus ordo confunditur.* Hæc cum mouerunt ad edendam illam Bullam, *de aſſenſu, & Conſilio* (vt ibidem teſtatur) *venerabilium fratrum ſuorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, cunctorumque Prælatorum, ac diuini, & humani iuris Interpretum Curiā ſequentium.* Quid igitur habet, quod huic Bullæ opponat? Si liceat appellare à Papa ad Concilium, hæc vna anſa dabitur cuilibet omnes, quas voluerit, hæreſes docere. Cum enim à Papa damnatus fuerit, ſtatim prouocabit ad Concilium. Hoc fecit Lutherus, cùm ſe à Leone decimo damnatum intellexit: qui tamen poſtmodùm intellecto rumore de congregando Concilio, libellis editis Concilij authoritati detraxit, dicens, non eſſe Concilio obtemperandum; vt omnibus palam faceret, ſe, non vt veritatem diſceret, ſed vt ſuam pertinaciam aliquo fuco tegeret, ad Concilium prouocaſſe, quod minimè cogendum ſperabat.

Pag. 577

Ex Bulla Pij II. nō licet appellare à Pontifice ad futurum Concilium.

Mornæus, mētione facta Bullæ retractationis eorum, quæ ſcripſerat Pius II. pro Concilio Baſileenſi, nititur oſtendere, eum inter ſe pugnantia docuiſſe:

Declarat (inquit) Papam ſupremum eſſe Eccleſiæ Monarcham, cuius peccata iudicio Dei relinquantur, ita vt nemo de his cognoſcere poſſit. Et tamen ſub finem, veneratus eſt, inquit, Concilium Conſtantienſe, quod contrarium plane ſtatuerat.

Pag. 577

VErùm de hoc Concilio ita ſcribit Cardinalis Bellarminus lib. 1. de Concil. cap. 7. *Hoc Concilium quoad primas Seſſiones, vbi definit, Concilium eſſe ſupra Papam, reprobatum eſt in Concilio Florentino, & Lateranenſi vltimo: quantum ad vltimas Seſſiones, et ea omnia, quæ probauit Martinus V. ab omnibus Catholicis recipitur.* Vbi Mornæus:

Concilium Cōſtātiēſe quoad priores Seſſiones reprobatū.

Egregiam hic Bellarminus diſtinctionē comminiſcitur, probari poſteriores ſeſſiones, non priores, quia in prioribus

Pag. 577

Digitized by Google

illis Concilium ſupra Papam collocabatur; & tamen quod Martinus V. electus fuerat, quod in poſterioribus ordinari curarat, à prioribus illis tantũ robur ſumebant, quibus iudicatum, Cõcilium in Papam iure agere poſſe, reum eum peragere, deponere, punire, alium ſublegere. Quorum omnium in Ioanne XXIV, Benedicto XIII. & Martino V. exempla ediderant, depoſitis illis duobus, electo tertio.

Quo iure Martinus V. in eo ſit electus Pontifex.

VErùm falſum eſt, illam propoſitionẽ, *Quod Concilium eſt ſupra Papam*, vnquam admiſſam fuiſſe à Catholicis tanquam Decretũ Concilij Generalis approbati, & recepti. Ideò valet diſtinctio Bellarmini. Et, vt antea docuimus, non virtute huius propoſitionis electus fuit in Concilio Conſtãtienſi Martinus V. depoſitis Ioanne XXIII. & Benedicto XIII. ſponteque cedente Gregorio XII. ſed quia illi tres contendebant de Pontificatu, nec vllus eorum erat indubitatus Pontifex, & electi erant in ſchiſmate; ideò poterat Concilium prouidere Eccleſiæ de capite, & alium illis ſubrogare. At verò tempore Concilij Baſileenſis erat legitimus & indubitatus Pontifex Eugenius IV. Concilio ſuperior, & cuius deponendi nulla penes illos Patres authoritas. Itaque qui ab eis electus eſt, intruſus fuit, & non legitimè inſtitutus; vt electio Martini V. per Patres Concilij Conſtantienſis nullo modo confirmet hanc propoſitionem, *Quod Concilium ſit ſupra Papam*; abdicatio verò Felicis, & Patrum illorum reſipiſcentia profitentium tandem obedientiam Nicolao V. Eugenij ſucceſſori, prætereà reſciſsio Actorum Concilij illius Baſileenſis per ſequentes Synodos, confirmet alteram, *Quod Papa ſit ſupra Cõciliũ*. Sed arguit Morneus:

Pag. 578

Et ſeſſiones ſanè vtræque ab eadem authoritate, ab eodem ſpiritu.

Priores eius Concilij ſeſſiones nõ ab eodẽ ſpiritu, à quo poſteriores.

HOc negamus; neq; enim in prioribus Seſſionibus præſidebat aliquis indubitatus Pontifex, quemadmodum in poſterioribus; & Concilia Generalia errare non poſſunt, quatenus indicta ſunt à Summo Põtifice, ab eodem diriguntur & confirmantur. Indixerat illud Ioannes XXIII. cũ quo alij de Pontificatu non iniuria contendere videbãtur; Martinus V. poſtea creatus Pontifex ſine controuerſia legitimus; itaque quoad eas Seſsiones dumtaxat, quas is confirmauit, Cõcilium illud vim ſuam & robur obtinet.

Miror verò, quòd inſulſus homo toties iſta repetat;

Pag. 578

Angit illos, quod rogati de Martini, Eugenij et aliorum vocatione, quò ſe vertant neſciunt, quæ ſola huius Concilij & Baſilienſis deciſione niti poſſit.

HOc iam negauimus, & tam leui & futili obiectioni abundè reſpondimus.

Quod prius Acta Concilij Baſileenſis probarit Pius II. & de illis honorificè ſcripſerit, poſtea verò Pontifex creatus Bullam ediderit, qua ea retractabat, ita interpretatur Mornæus:

Pag. 578

Vt alius eſt rationis, alius affectus oculus, ita ſanè aliud integræ mentis, aliud cupiditate corruptæ iudicium, aliud inquam Syluij in illo, quem nobis deſcribit, ampliſſimo cætu ſedentis, aliud Pij II. ex illa contagioſa cathedra iura dantis.

Romana Cathedra impiè dicta à Mornæo cõtagioſa.

SEd quando corruptum fuerit in eo iudiciũ, aut mens integra, vnde melius ſcire poſſumus, quàm ex ipſomet Authore? An verò probabile, in eo iuuene integram fuiſſe mentem, in ſene corruptum iudicium, & non potius è cõtrario? *Cathedram contagioſam* appellat, è qua iura dat Pontifex Romanus: ita loquitur, quia hæreticus. Hæc interim Cathedra eſt, ex qua vnitatem, & veritatem Eccleſiæ demonſtrari docebat antiquiſsimus & Catholicus Scriptor Optatus Mileuitanus lib. 2. de ſchiſmate Donatiſtarum ſcribens aduerſus Parmenianum: *Negare non potes ſcire te, in Vrbe Roma Petro primò Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus, vnde & Cephas appellatus eſt, in qua vna Cathedra vnitas ab omnibus ſeruaretur.* Nec modò ille, ſed & alij Patres contra hæreticos ad oſtendendam veram Eccleſiam texuerunt Catalogum Epiſcoporum, qui à S. Petro ad ſua tẽpora ſederunt in ea Cathedra, S. Irenæus, Tertullian. Cyprianus, Epiphanius, S. Auguſtinus. Quæ igitur iſtius temeritas eam Cathedrã, quam tot Patres tanti fecere, ex qua ſacra iura manarũt, & ſacri Canones prodierunt, quam totus Chriſtianus Orbis veneratus eſt, nunc *contagioſã* appellare? de qua S. Hieronymus Epiſt. 58. ad Damaſum: *Ego interim clamo: Si quis Cathedræ Petri iungitur, meus eſt.* Iſtum verò cum ſuis, nobis cũ Optato Mileuitano ſciſcitari licet: *Veſtræ Cathedræ originẽ reddite, qui vobis vultis ſanctam Eccleſiam vindicare.* At neq; id iure facere poſſumus. Siquidẽ Donatiſtæ, quos ita aggrediebatur Optatus, habebãt Epiſcopos, ſed quia contra ſingularẽ Petri Cathedram alteram collocarunt; illa erat *cõtagioſa*. Verùm iſti cum neque Sacerdotes, neq; Epiſcopos habeant; nullam Cathedram, ne *contagioſam* quidem, poſſunt oſtendere.

Pius II habito Mãtuæ conuentu pro armandis Christianis Principib. in Turcas, fine ſuo fruſtratus.

Mouebatur Pius II. magno ſtudio depellẽdę à Chriſtianis ignominiæ, quã ex tot cladibus acceptis à Turcis contraxerãt; ideò conuentũ Mantuæ habuit, vbi actũ de armandis in Turcas Chriſtiani Orbis Principibus. Verùm hæc conſilia diſturbarũt diſſenſiones in Europa ortæ inter ipſos Principes, quas ſacris armis antiquiores habuere. Sed omnia facta Põtificum præpoſterè interpretari iſte ſolitus,

Eſſe-

Pag. 578

Effectu* (inquit) *fruſtratur fortè quod apud Principes, qui plus poterant, plus æquo ſibi arrogabat.

Quam ob cauſſam.

SEd in quo tandem? An quia illud Conciliũ indixit ad armandos ipſos Principes in Barbaros? Atqui id priùs fecerant ſui anteceſſores; ſiquidem coacta ſunt Concilia ab Vrbano II. Calixto II. Eugenio III. aliiſque Pontificibus pro bello contra Sarracenos ſuſcipiendo; ut neglectæ Reipublicæ Chriſtianæ reus eſſet habitus, niſi tum, profligatis in diuerſis partibus rebus Chriſtianorum, Principes ipſos ad pacem inter ſe, & ad conuertendum arma in Barbaros exhortatus fuiſſet. Quod verò fruſtratus fuerit ſuo effectu, Authores omnes cauſſam referunt in mutuas diſſenſiones ipſorum Principum, non autem quòd Pontifex apud Principes plus æquo ſibi arrogaret. Hæc ab aduerſario conficta calumnia.

Nolo immorari in ſingulis examinandis, quæ ex Ioanne Stella de Pio II. refert, vbi facile eſſet demonſtrare, nihil illum ſibi præter ius arrogaſſe. Sed quod præter alia ſcribit, Ludouico Francorum Regi aduerſarium extitiſſe, qui libertatem Eccleſiæ in ſuo Regno imminuere tentaret; iure igitur ei aduerſabatur. Et Chriſtianiſsimi Reges ſemper fuerunt acerrimi defenſores libertatis Eccleſiaſticæ, vt ne minimum quidem imminuta uoluerint iura ſacra: & Ludouicus ipſe per Legatos ad Pium miſſos obſeruantiam Eccleſiæ Romanæ debitam, & Pragmaticæ Sanctionis abrogationem pollicitus eſt, licet notet Guagninus lib. 10. Senatum Pariſienſem adduci non potuiſſe, vt hãc Sanctionem improbaret. Sed de ea iam alibi. Mornæus:

Pag. 578

Nec reticet Hiſtoria, Neapolitanum regnum Ferdinando confirmaſſe, reuocata Calixti III. Bulla, idque in fauorem coniugij Antonij Picoluominij nepotis, cum ſorore vxoris Ferdinandi, cui pro dote Comitatus Malburgenſis & Celanus.

Cur Pius II. Ferdinando confirmauit Regnum Neapolitanum.

HAec non potuit eſſe cauſſa, confirmandi Regnum Neapolitanum ipſi Ferdinãdo. Siquidem vbi primùm creatus eſt Pontifex, illud confirmauit, cum nondum contractum eſſet illud coniugium, immò nondum de eo actum fuiſſet. Cur Ferdinandum amicum declarauerit, à Calixto paulò ante hoſtem iudicatum, has cauſſas eum attuliſſe refert Io. Antonius Campanus in eius vita, quòd nouum Concilium agitanti potiora videbantur pacis conſilia, quam belli, & inuoluere domeſticis armis Italiam minus conuenire rebus Aſiaticis arbitrabatur. Etiam quod ictum ab Eugenio primùm, deinde à Nicolao, poſtremò initio Pontificatus à Calixto ipſo renouatum cum Alphonſo fœdus id expreſſum cõtinebat, vt Ferdinandus patris Regno ſuccederet: & Legati, qui aderant, hoc idem poſtulabant ex fœdere, in quod paucis ante annis Italia vniuerſa conſenſerat. Hæ igitur ſunt cauſſæ, non quam comminiſcitur Aduerſarius, confirmati Regni Neapolitani Ferdinando.

Qua Pius II. ad Mahumetem Turcarum Principi.

Extat Epiſt. 396. Pij II. ad Mahumetem Turcarum Principem, cum qui Conſtantinopolim Chriſtianis eripuerat, ac tot Regna, Prouincias, ac Ciuitates ſubegerat, & ſuo Imperio adiecerat, qua myſteria Chriſtianæ Religionis referat, eius neceſsitatem ad ſalutem docet, & eum hortatur ad baptiſmum ſuſcipiendum, Mohometanæ legis errores collidit, Alcorani ineptias aliquot recenſet: idque Pontifex eo conſilio faciebat, vt Chriſtianorum vtilitati, & Barbarorum ſaluti, quæ Principis illius conuerſionem ſecuta fuiſſet, proſpiceret. Vt verò faciliùs eum in ſuam ſententiam inducat, ingentem gloriam inde ei comparandam oſtendit. *Non erit* (inquit) *Princeps in Orbe qui te gloria ſuperet, aut potentia æquare valeat. Nos te Græcorum & Orientis Imperatorem appellabimus, & quod modò vi occupas, & cum iniuria tenes, poſſidebis iure*, idque oſtendit exemplo aliquot Regum, qui vt iure apud Chriſtianos Regnis potirẽtur, ad quæ aſpirabant, ſacris Chriſtianæ Religionis fuere initiati. Ibidem: *Quod ſi baptizatus eſſes, & nobiſcum ambulares in domo Domini cum conſenſu; nec illi tuum Imperium tantopere formidarent, nec nos eis aduersùm te ferremus opem, ſed tuum potiùs brachium imploraremus contra eos, qui iura Eccleſiæ Romanæ nonnunquam uſurpant, & contrà matrem ſuam cornua erigunt. Et ſicut noſtri anteceſſores Stephanus, Adrianus, Leo aduersùs Aiſtulphum, & Deſiderium Gentis Longobardiæ Reges, Pipinum, & Carolum Magnum acceſſiuerunt, & liberati de manu tyrannica Imperium à Græcis ad ipſos liberatores tranſtulerunt: ita & nos in Eccleſiæ neceſſitatibus tuo patrocinio vteremur, & vicem redderemus accepti beneficij.* Videamus nunc, quod ſit Aduerſarij noſtri iudicium de tàm ſalubri conſilio, & Chriſtiano prorſus pectore tanti Pontificis.

Mornæi de his iudiciũ. Pag. 578

Non alibi eius ambitio* (inquit) *ſeſe prodat magis, quàm in Epiſtola 396. in qua imperium Græcorum Mahumeti Regi Turcorum offert et pollicetur, modo Chriſtianus fiat, et laboranti Eccleſiæ ſuccurrat,* quod ita interpretatur, *nempe factioni ſuæ adſtipuletur, quò Chriſtianum orbem facilius diſcerpat, quem perpetuis bellis diſtinebat, auſus ei perſuadere Imperium illud à ſe pendere, eius beneficium & donum eſſe, ſicque Ger-

Digitized by Google

manicum anteceſſores ſuos Carolo Magno donaſſe.

Refellitur. QVæ, obſecro, ambitio erat in Pōtifice nolle Principē barbarū & infidelem, ſæuiſsimum Chriſtiani nominis hoſtē decorare Imperatoris titulo, ei tamen, ſi Chriſtianus fiat, delaturum polliceri? Nonne idem ſenſus erat Principum Chriſtianorum? quibus ignominia fuiſſet Principem infidelem, ſpurciſsimæ Mahumetis Sectæ addictum, Imperatorem appellare: cui tamen Chriſtiano effectò pro magnitudine, & gloria rerum geſtarum eum honorem lubenter detuliſſent. Annon verò multi Principes Regium titulum à Pontificibus Romanis impetrarunt, & illum ſanctiorem fore iudicarunt, ſi ab Antiſtite ſacrorum Vicario Chriſti illum obtinerēt, quàm, ſi ſibi propria authoritate eundem vſurparent? Nec vllam *Eius impoſtura.* particulam ſcribit Pontifex, qua perſuadeat, Imperium Græcorum à ſe pendere, eius beneficium, ac donū eſſe: hæc eſt impoſtura Aduerſarij, & longè alius ſenſus verborum illius Epiſtolæ. Omnes verò Scriptores referunt, Pontificem Romanum Leonem III. tranſtuliſſe Imperium Occidentis in Carolum Magnum, & eius ſucceſſores, ob magna illius in Sedem Apoſtolicam, & Rempublicam Chriſtianam merita; ut nulla ſit ambitio Pontificis hoc ſcribentis. Et ut nulla fuit ambitio Pōtificum Romanorum, in auxilium contra Longobardos, Pipinum & Carolum Magnum vocantium, & iuſtiſsimè à Pontificibus & illis Regibus illata ſunt arma Longobardis: ita nulla fuiſſet ambitio in Pio II. & ſuis ſucceſſoribus, ſi Mahumetis ſacris Chriſtianorum initiati, contra rebelles Eccleſiæ aut inuaſores terrarū illius, opem implorasſent. Quod ſcribit, eum perpe- *Alia item.* tuis bellis Orbem Chriſtianum diſtinuiſſe; calumnia eſt apertiſsima; ſiquidem eum pacis fuiſſe ſtudioſum & amatorem omnes referūt, neque bella vnquam ſuſcepiſſe niſi inuitum, & laceſsitum, & ne ſic quidem, niſi prius cōmonuiſſet, vt ab iniuria deſiſteretur.

Pag.579 Quod pompam inſtituerit publicè exhibēdam Feſto corporis Chriſti, Catharinam item Senenſem in Sanctas retulerit: religioni id aſcribendū, quā oderunt & auerſantur profani Nouatores. Si quādo dixit, *Sacerdotibus magna ratione ſublatas nuptias, maiori reſtituendas videri;* id ioco potiùs dixiſse putandus eſt, quā ſeriò; neque de illis reſtituendis vnquam cogitauit.

Volaterranus ſanè (inquit) *immodica ambitione omnes eius virtutes cōtaminatas ſcribit.*

HAec ſunt verba Volaterrani, Anthropologiæ lib. 22. quæ Momum iſtum puduiſſet referre; *Vir moribus caſtiſſimis & religionis amantiſſimus, literis ac ſtudijs pertinaciſſimè deditus. Nam inter tot occupationes, etiam in extremo Hiſto-* *Qua ambitio in Pio II.* *riam Orbis geographicè cœptauerat magis verè & diligenter, quam eleganter.* Poſt: *Tot viri laudes vnum tantum ambitionis vitium commaculabat.* Verùm ambitio illa neque mortale peccatum erat in Deum, neque iudicio prudentum in excelſis animis vitium reputatur, niſi ambitione impulſi indigna aliqua committant: & ſcribit ipſe Ariſtoteles lib. 4. Ethic. capit. 10. ἐςὶ δ᾽ ὅτε τὸν φιλότιμον ἐπαινοῦμεν ὡς ἀνδρώδη, καὶ φιλόκαλον, id eſt, *Interdum ambitioſum laudamus vt virum fortem, & honeſtatis ſtudioſum.* De eo Platina hæc ſcribit: *Sedit annos ſex, breuis Pōtificatus, ingens fuit gloria.* Poſt: *Mortuus eſt homo fortitudinis certè ac prudentiæ ſingularis, & qui non ad otium, ad ſegnitiem, ſed ad res agendas, & maximas quidem natus videbatur. Augere maieſtatem Pontificis conatus eſt ſemper. Non Reges, non Duces, non Populos, non Tyrannos in ſe aut Eccleſiaſticum quempiam delinquentes, bello, cenſuris, interdictis, execrationibus perſequi priùs deſtitit, quàm eos ad ſanitatem rediſſe cognouerit.* Si hæc in Pontifice tam excelſi animi, & ſacræ dignitatis vindice acerrimo culpanda ſunt; vtiq; & repræhēdenda in eodē ambitio.

Eius Epitaphio à detractoribus compoſito, quod Aduerſarius refert, aliud opponimus, quod ad finem vitæ eius à Ioanne Antonio Campano Epiſcopo Aretino conſcriptę legitur: *Pag.579*

Eſſe hoc in tumulo Pium ſecundum,
Ne tu crede: Pius petiuit aſtra,
Terris gloria nominis vagatur,
Præterquàm oſſa, nihil reliquit vrna.

Pio vita functo, ſuffectus eſt in eius locum Petrus Barbus Venetus Cardinalis S. Marci, dictus Paulus II. Eugenij IV. ex ſorore nepos, de quo multa refert Mornæus ex Platina, quibus eius fama & exiſtimatio læditur; Vt meritò Papyrius Maſſonius hæc ſcripſerit in Paulo ſecundo: *Te verò in vita Pauli Platinæ, non ſequemur. Iratus enim, & iniquo animo ſcribere videris, remq; Hiſtorico indignam facere, quem ira, & odio rapi indecorum eſt. Rectèque illud de te à Papienſi ſcriptum exiſtimamus: Platinæ quidem quis non ignoſcat, ſi ſit iratus?* Abbreuiatores ille, vbi Pontificatum iniјt, ſuſtulerat, ſiue quòd ita pollicitus erat, ſiue quòd Pij Decreta, & Acta oderat, ac tamquam inutiles & indoctos (vt ipſe dicebat) exauctorauit. Qui cum indicta cauſſa deijci ſe conquereretur, præ cæteris grauiter Pontificem offendit Platina ſcripta ad eū eiuſmodi Epiſtola, quam ipſemet refert in illius vita: *Si tibi licuit indicta cauſa ſpoliare nos emptione noſtra iuſta ac legitima, debet & nobis licere conqueri illatam iniuriam, iniuſtamque ignominiam. Reiecti à te, ac tam inſigni contumelia affecti, dilabemur paſſim ad Reges, ad Principes, eoſque adhortabimur, vt tibi concilium indicant, in quo potiſſimùm rationem reddere cogaris cur nos legitima poſſeſſione ſpoliaueris.* Lectis literis Platinam reum Maieſtatis accerſit, in carcerem trahit, compedibus reuincit, mittit Theodorum Tatulſinum Epiſcopū, qui quæſtionem habeat. Reum eum facit, quod & libellos famoſos in Paulum ſparſiſset, & Concilij mentionem feciſset. Ac licet dilueret obiecta crimina, nihilominus reuinctus compedibus, & quidem grauiſsimis, media hyeme ſine foco celſa in turri ac ventis omni-

Paulus II. Pij II. ſucceſſor.

Platina in eius vita non ſequendus.

bus

Digitized by Google

bus expoſita coercetur menſibus quatuor, donec tandem Pontifex Franciſci Gonzagæ Cardinalis Mantuani precibus fatigatus, eum moleſtia carceris liberat, admonens interim, ne ab Vrbe diſcederet. Alia vice ob ſuſpicionẽ coniurationis in Paulum ſuſpectus, ita quæſtioni ſubijcitur, vt deferretur in cubiculum ſemimortuus. Cum igitur ita malè habitus fuiſſet à Paulo, de eodem ſcribenti non adhibenda indubitata fides. Natura tamen iuſtum & clementem habitum fuiſſe, & Platina ipſe ſcribit. *At ſegetem vitiorum* (ait Papyrius Maſſonus loco citato) *quam in eo fuiſſe dicit, equidem perſuaderi non poſſum, apud hominem & Venetum, & ſenem locum habuiſſe.*

Mornæus, qui ſolet ea omnia reticere, quæ ſcripta ſunt ad Pontificum commendationem diligenter verò ea colligere, quibus eorum fama læditur:

Pag. 581 *Sunt qui dicant* (inquit) *à Diabolo noctu in ipſo venereo actu ſtrangulatum*, & poſt; *At quod peius, non deſunt qui eum & magia & præpoſteræ libidinis accuſent*; *quod lubens* (inquit) *hic omitto*.

De criminibus Paulo II. aſcriptis.

ELegans certè παράλειψις, *præteritio*, Grammaticis etiam *occupatio* dicta, color Rhetoricus, cùm ait ſe tacere, quod maximè audiri, ſcirique cupit. At verò non deſunt, qui Chriſtum Dominum Magiæ accuſarint. Quidam autem ex eis dixerunt, Matthæi 10. & Lucæ 12. *In Beelzebut Principe Dæmoniorum eijcit Dæmonia*: & Chriſtiani ab initio multorum criminũ, in primis verò Magicarum artium fuerunt poſtulati: *Non enim eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Si patrem familias Beelzebut vocarunt; quantò magis domeſticos eius?* Certè non erant magis infenſi Iudæi Chriſto, aut Gentiles Chriſtianis, quàm Mornæus & ſui confictii Authores, vel etiam ſodales; ipſis Pontificibus. Quid igitur mirum, ſi illis nefanda crimina imponant? Sed quoniam multa ex Platina contra hunc Pontificem citauit; dicimus, hunc Authorem nihil aduerſarijs ſuffragari. Siquidem, iure an iniuria fuit ille perſonæ infenſus, non dignitati: immò Hiſtoriam ſuam de vitis Pontificum Romanorum, hortatu Sixti IV. ſucceſſoris Pauli II. compoſuit, eidemque illam dedicauit. Epitaphium ſepulchro Pauli II. marmoreo apud Sanctum Petrum inſcriptum, publica authoritate fulcitum, communique omnium conſenſu, multa continet, à quibus commendari poſſit: *Paulus II. Venetus Pontifex Maximus, è vetuſta Barborum familia, præclaris naturæ dotibus auunculo Eugenio IV. non inferior, iuſtitiæ, pietatis, diuinarumque cæremoniarum cultor religioſiſſimus, Eccleſiaſticæ libertatis, maieſtatiſque defenſor conſtantiſſimus, præcipuè pacis ſeruandæ ſtudio, & ſingulari omnis generis munerum abſtinentia, formidanda etiam lege Magiſtratibus indicta clariſſimus, Principes munificentia, in pauperes miſericordia inſignis, patrio amore annonæ copiam Vrbi dedit, Patrimonium B. Petri, erratis populorum indulgentiſſimi Parentis affectu emendatis, conſeruauit & auxit, furentes armis hæreticos repreſſit, & quod per difficilem rerũ tẽporum ue conditionẽ effici cum dignitate non poterat, matura cunctatione ſaluberrimè diſpoſuit.*

Platina Pauli perſonæ infenſus, non dignitati.

Pauli II. Epitaphiũ.

Futilis verò erat obiectio illa Mornæi, cum de Abbreuiatoribus inſtitutis à Pio II. & ablegatis à Paulo II. loqueretur.

Pius II. qui vniuerſam Eccleſiam ad unum hominem reuocauit, iſte etiam, qui Scripturam ſacram ei ſubijciũt, in quemcumque placuerit ſenſum cõtorquendam, videant in quod periculum nos conijciant, cum iſti homines pro libidine ſeſe deſtruunt, vt eos ſtudium aut odium rapit, diuina et humana pariter euertunt. Pag. 579

Pius II. Eccleſiã non reuocauit ad vnum hominem.

IN ſingulis iſtis particulis aut fallit, aut fallitur Mornæus. Nã primùm Pius II. declarauit in ſua Bulla retractationis, Monarchicum regimen, vt optimum & cæteris præferendũ, inſtitutum eſſe à Chriſto in Eccleſia, & Pontificem Romanum eſſe, quẽ omnes Chriſtianæ plebes, omnes populi, omnes Reges, omnes Clerici, omnes Epiſcopi tamquam Ieſu Chriſti Vicarium, & B. Petri ſucceſſorem, vniuerſalis Eccleſiæ caput, ac Rectorem, & Ducem venerati ſunt. In eo igitur vult eſſe ſupremam poteſtatem regendi Eccleſiam; non tamen inde excluduntur alij Paſtores & Doctores, quos dedit Dominus *in conſummationẽ Sanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti*, Epheſ. 4. alij, inquam, Epiſcopi, qui vocati ſunt in partem ſolicitudinis. Et præterea habet ſuos collaterales, quemadmodum Moyſes ſeptuaginta illos ſeniores, quorũ conſilio in adminiſtratione Eccleſiæ vtitur: quemadmodum & Rex ſupremam habet authoritatem in Regno, quod tamen conſilio prudentum adminiſtrat, & præterea Magiſtratus per Prouincias inſtituit.

Secundò falſum eſt, quod ſubijciamus Scripturam ſacram ipſi Pontifici, vt eam in quemcumque placuerit ſenſum contorqueat; immò ipſe Pontifex non minus quàm cæteri ſubiectus eſt Scripturæ ſacræ, & germano eius ſenſui: ſed cum hæretici ſuos errores inde confirment, & varios ac multiplices prauos ſenſus illi tribuant, oportuit vtique eſſe in Eccleſia aliquem iudicem controuerſiarum fidei, & ſenſus Scripturæ ſacræ, quem dicimus ex Concil. Trident. Seſſ. 4. eſſe Eccleſiam ipſam, Pontificem cum Concilio, vel etiam eundem ex Cathedra docentẽ, quãdo viros doctos adhibet ad iudicãdum de vero ſenſu Scripturæ: in quo unanimem ſenſum Sanctorum Patrum, vel interpretationem Sacrorum Conciliorum ſolet ſequi, non enim in quemcumq; placuerit ſenſum contorquere, vt Aduerſarius fingit.

Scripturã ſacrã Pontifici non ſubijcimus vt fingit Mornæus.

Tertiò

Digitized by Google

Pi⁹ & Paulus ſecundi ſe non deſtruxerunt.

Tertio falſum, qđ ſcribit, iſtos homines, id eſt Pōtifices, pro libidine ſeſe deſtruere. Neq; n. cū Rex aliquis in Regno aliquos creat Magiſtratus, quos deinde alter cenſet abrogādos eſſe, mutuò ſeſe deſtruūt: ita ſi Pius II. inſtituit Abbreuiatores, quos viſum ſit Paulo II. amouere; non ideò ſe deſtruebant. Siquidem illud officium neque ad Fidem Orthodoxam, neque ad diſciplinam Eccleſiaſticam, nec verò ad regimen Eccleſię adeò erat neceſſarium: & multa officia in Eccleſia Romana eodem iure, quo ſunt inſtituta, poſſent abrogari, quemadmodum in qualibet alia Republica vſuuenit. In cæteris iſtius calumnijs recitandis aut confutandis non eſt quod operam perdamus. Nunc ad Oppoſitionem.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem ſexageſ. tertiam.

PIus ſecundus, vt dictum eſt, Bullam edidit retractationis eorum, quæ ſcripſerat aliquando pro Concilio Baſileenſi. Mornæus:

Pag. 582

Non illico (inquit) ipſi creditum; Contra Vniuerſitates pleraque, Pariſienſis, Colonienſis, Pragenſis, Cracouienſis, Oxonienſis, & celebriores quæque orbis Chriſtiani, Decreta illa mordicus retinuerunt.

Vniuerſitates iſtæ non probarunt ut legitimā depoſitionē Eugenij, & Amadei electionem.

HOc Aduerſario negamus; neque enim Vniuerſitates illæ iudicarunt, iure eos Patres potuiſſe Pontificatu mouere Eugenium, aut Pontificem creare Amadeum. Vnde Acta reſciſſa illius Concilij, & ſatis improbata propoſitio illa, *Concilium eſſe ſupra Papam*, cum à toto Chriſtiano Orbe poſtea habitus eſt legitimus Pontifex Eugenius, & eius ſucceſſor Nicolaus quintus: cui & Patres illi cum ſuo Antipapa obedientiam, & ſubiectionem exhibuerunt, & ab omnibus obediendum eſſe publicarunt, ac tandem ſuam congregationem Baſilea Lauſannam tranſlatam diſſoluerunt. Neque aliqua Catholica Vniuerſitas eſt, quæ ita mordicùs teneat hanc propoſitionem, *Quod Concilium ſit ſupra Papam*, quam vult indicare Mornæus, vt alteram condemnet, *Quod Papa ſit ſupra Concilium*, quę ſacris Scripturis, vt alibi iam dictum, & Sacrorum Conciliorum authoritati magis conſentanea. Sed miror, qui Mornæus tanti faciat Acta illa Cōcilij Baſileenſis, & tantam authoritatem illis tribuat, vt ea probaſſe velit Pium ſecundum integro iudicio, corrupto retractaſſe. Siquidē illud Concilium indictum fuerat potiſsimùm ad condemnandos errores Bohemorum ſequacium Ioannis Hus, & Hieronymi de Praga, quos tantopere commendat, eorumque errores contra authoritatem Concilij, & Eccleſiæ Romanæ profitetur. Illi Patres etſi Concilium decreuerunt eſſe ſupra Papam; non iudicarunt tamen poſſe Eccleſiā ſine Pontifice conſiſtere, vnde vno depoſito, alium crearunt, quem vt Vicarium Chriſti, & ſucceſſorem Petri Principis Apoſtolorū venerati ſunt, & ius, ac authoritatem in omnes Eccleſias habere iudicarunt. Nihil igitur Concilium Baſileenſe, aut Acta illius aduerſarijs ſuffragantur.

Eadē quantū adhæreant ſententiæ præponēti Conciliū ipſi Pōtifici.

Opponit nobis ſecundo loco, quod

Pag. 582

Germani Dietheri Archiepiſcopi Moguntini authoritate & ductu Pragmaticam quandam ſanctionem inſtituerunt, qua aduerſus Eccleſiæ Romanæ grauamina ſibi proſpecturi, partim de Prælatorum electione, beneficiorum collatione, cauſarum auditione, indulgentiarum conceſſione, Decimarum exactione, ſimilibuſque decernebant etc. Hinc eſt quod Syluius, in Epiſtola de moribus Germanorum, tam vehementer commouetur, qua Martino Mayero Archiepiſcopi Moguntini Cancellario reſpondet.

Pragmatica ſanctio nō inſtituta ductu & authoritate Dietheri Archiep. Mogunt.

DIetheri meminerunt Naucleruſ Generat. 49. anno 1464. Krantzius lib. 12. Saxoniæ capit. 1. Et Paralipomena Vrſpergenſis, quod electus fuerit in diſcordia cum Adolpho Naſſouio Archiepiſcopus Moguntinus, & cauſſas referunt, cur, etſi prius confirmatus, exautoratus ſit à Pio, & inſtitutus eius æmulus, vnde bella ſunt nata, & tandem cedere coactus ſit Dietherus: qui tamen deputatas ſibi accepit arces cum prouentibus, ac poſt ſexennū, mortuo Adolpho, reſtitutus eſt illi Eccleſiæ. Vnde conſtat, non fuiſſe illius authoritate & ductu inſtitutam Pragmaticam illam Sāctionem, cū Pius II. eſſet Cardinalis, & ad eūm Mayerus ſcriberet, neque iſtum tum temporis potuiſſe eſſe Cancellarium Dietheri Archiepiſcopi Moguntini.

Pag. 580

Querela Germanicæ Nationis de Romano Pōt.

Ex Epiſtola Martini Mayeri hæc citat:

Expectatiuæ gratiæ ſine numero conceduntur,

Digitized by Google

duntur; Annatæ ſiue medij fructus, abſq; vlla temporis dilatione exiguntur, & plus etiam quàm debeatur, extorqueri palam eſt: Eccleſiarum regimina non magis merenti, ſed plus offerenti committuntur, ad corradendas pecunias noua indulgentiæ in dies conceduntur. Decimarum exactiones inconſultis Prælatis noſtris, Turcorum cauſa fieri iubentur. Cauſæ quæ tractandæ terminandæque in partibus fuerant, ad Apoſtolicum tribunal indiſtinctè trahuntur, excogitantur mille modi, quibus Romana Sedes aurum ex nobis tanquam ex Barbaris, ſubtili extrahat ingenio etc.

Aeneas Sylvij ad eas reſponſio, et quidem æquiſſima.

VErùm Epiſt. 338. Aeneas Syluius egregiè illi reſpondet, & rationes murmuris Nationis Germanicæ eneruat. *Neſcimus (inquit) quid ſibi velint qui tam ſanctum Præſulem Calixtum, & tantum de communi ſalute ſolicitum calumniari præſumant.* Siquidē & hoc ſcripſerat Maverus: *Domino meo Archiepiſcopo frequentes afferūtur de Romano Pōtifice querelæ.* Proſequitur Aeneas Syluius: *Nam, quod à vobis aurum extorqueat, iniqua eſt prorſus accuſatio. Nihil enim præter conſueta iura recipit, niſi fortaſſe ſponte ſua nonnulli in claſſem contra Turcos offerant, quos pauciſſimos eſſe conſtat. Eccleſiarum electiones canonicas qui dicunt à Sanctitate cōtemni, aut Eccleſias Metropolitanas, ſeu Cathedrales in Alemania reſeruari, longè à veritate recedunt. Nulla electio reiecta eſt, quam conſtitit eſſe canonicam. Pontificalis Eccleſia in Alemania nulla reſeruata eſt ſpecialiter à Domino noſtro contra Cōcordata veſtra, nec eſt eius propoſitum, neq; fuit hactenus quidquā facere. Et quamuis nemo imputare poſſit, ſi ſua Sanctitas Dignitates principales in Collegiatis Eccleſijs, ſiue primas poſt Pontificales reſeruauerit, neq; enim Concordata in hoc aduerſantur; nō tamen inuenientur facilè reſeruationes Beneficiorū, niſi pro Cardinalibus, aut aliquibus fortaſſe maximis viris, ab eadem Sanctitate emanaſſe. Itaque neſcimus, quo vultu, quo ore, qua denique audacia præſumant aliqui ſanctiſſimo Præſuli noſtro detrahere, tanquam Nationi veſtræ oneroſus exiſtat.* Subiungit de Archiepiſcopo Moguntino: *Laudamus, & omni honore dignum reputamus Archiepiſcopum Moguntinum, qui, reiectis malignantium inſidijs, apud ipſum Dominum noſtrum ſanctamq; Sedem omnium fidelium matrem atq; magiſtram permanere decreuit. Facit quod doctum, quod prudētem, quod bonū Prælatum decet, qui peregrinas reſpuens opiniones in ſolida S. R. Eccleſię doctrina, & in ipſa Chriſti petra pedes figit:* quę de Diethero intelligi nō poſſunt: nec adhuc edita fuerat illa ſāctio Pragmatica authoritate, & ductu Archiepiſcopi Moguntini, cōtra grauamina Curiæ Romanæ inſtituta: maximè cū aliquot poſt annos oblata ſint Maximiliano Imperatori grauamina cū remedijs & *auiſamentis*, vt vocant; vbi tamē omnia ex cōſenſu ſummi Pontificis fieri cōſulitur: & ibidē dicitur, quod *ſicut Regnū Francorū habet Pragmaticam Sanctionē, cui in cōferendis Beneficijs innititur; ſic Imperium Romanum habet Concordata Principū, vtq; ea illæſa ſeruētur, intereſt Cæſareæ Maieſtatis. Rarò tamē hactenus per ſummos Pontifices violata ſunt, et Auditores Rotę iuxta illud hucuſq; fertur iudicaſſe.* Ex quibus conſtat, iniquas fuiſſe querelas Germanicæ Nationis, quas ſcribebat Martin' Maverus Cancellarius Moguntinus ad Aeneā Syluium; & reſponſionē Aeneæ Syluij ſuperiùs allatam æquiſsimam fuiſſe, & veritate inniti.

Quod Aeneas Syluius ſcripſiſſet aliquādo, Germanos ingratum erga Eccleſiam Romanam animum gerere, quę ex Ethnicis Chriſtianos, ex Barbaris Latinos eos fecerat, hoc ita refellere ſe putauit Mornæus:

Cum ſanè Germani Eccleſias Chriſtianas haberēt, quas Irenæus ab eximia conſtantia commendat, antequam Romæ Papæ nomen innoteſceret, vbi, qui Eccleſiam regebant, Presbyteri tantum vocabantur. Pag. 583

In Germania fides exſtitit initio naſcentis Eccleſiæ.

EQuidem ab initio naſcentis Eccleſiæ fuiſſe in Germania, vt in alijs Nationibus, promulgatam Chriſti fidem, & fundatas Eccleſias, nō dubitamus; cū ita ſcribat Irenæus lib. 1. aduerſus hæreſes c. 3. *Neq; hæ quæ in Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt, neque hæ quæ in Hiberis ſunt &c.* Apoſtolorum ſæculo Germanos iam Chriſto nomen dediſſe, ſcribit Auentinus, dum Lucium illū Cyrenenſem Pauli conſobrinum in Vendelicia, & Retijs, Marcum Pauli eiuſdem collegam in Norico, alios alibi promulgaſſe Euangeliū oſtendit: & Marcus Velſerus lib. 2. rerum Boicarum docet ex Irenæo & Tertulliano, anno Chriſti 176. cum Marcus Aurelius de Quadis precibus Chriſtianorum victoriam reportauit, in Germania aliquam Euangelij ſementem ſparſam fuiſſe. An verò Papæ nomen iam tum Romæ innotuiſſet: certè de nominibus ipſis non contendimus, ſed rei veritatem inquirimus; Papæ autem nomine Pontificem Romanum intelligimus, Petri Principis Apoſtolorum ſucceſſorem, totius Eccleſiæ Dei, quacumque diffunditur, Præſulem & Paſtorem. Et D. Irenæus lib. 3. cap. 3. Petri ſucceſſores enumerat in Eccleſia Romana à Petro vſque ad Eleutherium, qui duodecimus à Beato Petro Pontificatum obtinebat, cū ſcriberet; vbi quot ſucceſſores Petri, tot Papas fuiſſe intelligimus, tot, inquam, Pōtifices Maximos, & Epiſcopos Epiſcoporū, quemadmodum Tertullianus antiquiſsimus Author vocat Epiſcopum Romanum. Vbi & de Eccleſia Romana Irenæus: *Ad hanc Eccleſiam propter potētiorem principalitatem neceſſe eſt omnē conuenire Eccleſiam,*

Eodem initio, quidquid ſit de nomine, extitit etiā Papa Romanus.

cleſiam, hoc eſt, eos, qui ſunt vndiq; fideles, haud du biè & eas Eccleſias, quæ erant in Germania. Quod verò ſcribit Aduerſarius, quod *qui Eccleſiam Romæ regebant, Presbyteri tantùm vocabantur*: mendaci manifeſtè conuincitur ex eodem Irenæo; ſiquidem ita ſcribit ibidem: *Nūc duodecimo loco Epiſcopatum ab Apoſtolis habet Eleutherius*; Ergo & *Epiſcopi* iam vocabantur. Sed quemadmodū ſcribebat Cicero lib. 1. de Oratore: *Verbi controuerſia iam diu torquet Græculos homines, contentionis cupidiores, quàm veritatis*; ſic iſte, vt quocumque modo veritatem eludat, de nomine ipſo contendit.

Nec iſti tantum Presbyteri vocabantur.

Tertiò nobis opponit Gregorium Heimburgēſem Iuris Ciuilis & Canonici Doctorē, qui cōtra primatū Pontificis ſtylū exercuerit:

Pag. 583 584. *Papatum ingreſſus Pius Sigiſmundum Ducem Auſtriæ excommunicauerat quòd Legati ſui petulantiam ferre non potuiſſet. Authore Heimburgenſi Concilium appellat, appellationemque Romæ promulgat; cuius quia authorem Heimburgenſem eſſe Pius intelligit, ipſum continuò eodem anathemate inuoluit &c.*

Pius II. cur anathemati ſubiecerit Sigiſmundum Ducē Auſtriæ, & eius Nuncium Gregoriū Heimburgenſem.

LEgatus ille erat Cardinalis Cuſanus, quē cum ſumma iniuria Sigiſmundus arctiſſimæ cuſtodiæ manciparat, & aliquo tempore cum ignominia detinuerat: qui nec libertatē obtinere potuerat, niſi remiſsis iniurijs, quodam Eccleſiæ caſtro tradito, magno auri pōdere ſoluto, cum pluribus alijs conditionibus, omnibus denique Eccleſiæ priuilegijs & iuribus ereptis. Ad hæc, cum à diuinis Sacerdotes ceſſarent ob interdictum Pontificis, nō veritus eſt Cardinali necem denunciare, niſi ad profanationem ſacrorum illos compelleret. Quæ hic Legati petulantia notari poteſt, & non magis Sigiſmundi Ducis audacia, temeritas, ſacrilegium? Hæc cum reſciuiſſet Pius, Ducem admonuit, vt reſipiſceret, eumq; ad ſanitatem redire nolentē grauiſsimis perſecutus eſt cenſuris. Mittit ille in Vrbem pro ſe Oratorem, qui Pontifici reddat ſui facti rationem; Gregorium Heimburgenſem, qui homo doctus, ſed pertinax, & ad alēdum potiùs odium, quàm ad componendam diſcordiam accommodatus. Audentiùs igitur tuetur cauſſam commendatam, vbi non profecit, appellationem interponit, eamque in Vrbe publicat. Papa & Ducem, & Nuncium eius diris execrationibus inſequitur. Fugit Gregorius in Bohemiam, ibi ducta vxore, contemnit Pōtificis execrationes; ideò meritò ſuſpectus de hæreſi, vt qui de cenſuris Eccleſiæ, de poteſtate Pontificis malè ſentiret. De his Nauclerus Generat. 49. Krantzius lib. 12. Vandaliæ ca. 24. Nec dubium, eum ſe apud Bohemos recepiſſe, vt ibi inter Huſsitas hæreticos à Pontifice magis ſecurus eſſet. Prouocationem verò à Papa ad Concilium, quam iſte interponebat, meritò Pius II. ſceleratorum eſſe dicebat perfugium, cum iudicem petere, qui nuſquam eſſet. Sed quid mirum, ſi homo tàm audax, Pontificiæ authoritatis, & cenſurarum Eccleſiæ contemptor, hæreticus Huſsita contra Pōtificis primatum ſcripſerit, & Pium II. à quo vinculo anathematis innodatus erat, tot conuitijs proſciderit? Eiuſdem ille apud bonos authoritatis, cuius Mornæus cum ſuo Myſterio iniquitatis.

Heimburgenſis qualis vir.

De Dietheri Moguntini controuerſia iam ſuprà dictum eſt. Cauſſæ depoſitionis illius ab Epiſcopatu Moguntino referuntur à Nauclero: & nonniſi iure vſus eſt Pontifex. Ita ad Eugeniū tertium ſcribebat S. Bernardus lib. 2. de Conſid. cap. 8. *Nonne ſi cauſa extiterit tu Epiſcopo cœlum claudere, tu ipſum ab Epiſcopatu deponere, etiam & tradere Sathanæ potes?* Et Epiſcoporum depoſitorum à Romanis Pontificibus multa exempla poſſemus adferre, quorum ſententia etiam à ſacris Concilijs ſit approbata. Pag. 585

Pontifex Rom. deponere poteſt Epiſcopos.

Quartò opponit Senatum Pariſienſem. Cū enim Pius Legatum in Galliam miſiſſet abolendæ Pragmaticæ Sanctioni, quæ in vim Concilij Baſileenſis obtinebat, Senatus Pariſienſis Regem adit, & quanta inde incommoda ſecutura eſſent, eundem commonefacit: & habetur hæc commonefactio integra anno 1461. Regi Ludouico XI. oblata, 89. articulis comprehenſa, inſerta Operibus P. Pithoei Pariſiis in lucem editis anno 1609. Sed quid inde obtinet Aduerſarius? Nam Pragmatica illa Sanctio tandē abrogata, & Cōcordata inter Leonem X. & Franciſcū I. Regem Chriſtianiſsimū in eius locum ſucceſſerunt. Deindè in illa cōmonefactione Senatus licet ob cauſſas aliquot, quas adferebat, non aſſentiretur abolendæ Pragmaticæ Sanctioni; non ideo tamē vnquam intendit diſcedere à doctrina S. R. Eccleſiæ, & ab obedientia & communione Romani Pontificis; immò art. 20. proteſtatur, antequam quidquam aggrediatur, ſe nihil velle derogare ſublimi ſanctitati, dignitati, honori, & authoritati Sanctiſsimi Patris noſtri Papæ, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, immò omnem honorem, reuerentiam, & obedientiam quam boni & fideles Catholici debent ſupremo Paſtori Eccleſiæ, velle illi tamquam veros Eccleſiæ filios tribuere & exhibere, & ſi quid ſit, quod correctionem mereatur, illud omne cēſuræ & iudicio Eccleſiæ, quæ errare non poteſt, ſubijcere. Non igitur aliquid contra Summi Pontificis authoritatem intendebant ſtatuere, cum Pragmaticam Sanctionem, quæ illis vtilis Regno, & iuſtis rationibus munita videbatur, retinere volebant. Eam verò Pontifices hoc nomine potiſsimùm abrogari cupiebant, quòd in ſchiſmate nata eſſet, & Concilij Baſileenſis authoritate niteretur, quam iuſtis de cauſſis nullam eſſe volebant. Eodem anno Ludouicus XI. ad Pium II. ita ſcribebat: *Te Vicarium Dei viuentis ea veneratione proſequimur*

Pragmatica Sanctio abrogata, fruſtra reclamante Senatu Pariſienſi.

Quantum is ſe ſubiectum agnouerit Romano Pō.

Cur potiſſimum eã abrogari cupierint Pontifices.

Ludouici XI. reuerētia in Romanū Pō.

Digitized by Google

quimur, vt ſacra. præſertim in Eccleſiaſticis rebus, tua monita velut vocem Paſtoris audire, illiſque parere prompta mente velimus. Te Principem totius Eccleſiæ, Antiſtitem Sacrorum, te Dominici gregis Paſtorem profitemur, ſcimus, teque iubentem ſequimur; & Beatiſſimi Petri Cathedræ conſentimus & iungimur. Eadem mente erat totum Regnũ, antequàm ex Orco prodiret collunio miniſtrorum Sathanæ, quæ Regni illius nõ minimam partem hæretica labe infecit. Quinto.

Pag.588 *Nec verò deerant* (inquit) *vbique, qui in media tyrannide gemitus ſuos etiã coram Pontificibus effunderent.*

MOnarchicum Eccleſiæ regimen ex inſtitutione Chriſti, *tyrannidem* appellat

Ex iſtis igitur primo loco producit Dominicum Brixienſem Epiſcopum, qui Pio II. Tractatum inſcripſerit, cui titulus, *Reformatio Curiæ Romanæ.* Verum hic nihil ſenſit, vel ſcripſit contra fidem, & doctrinam S. Romanæ Eccleſiæ, nec ſeſe oppoſuit contra progreſſum Pontificatus. Si Curialium, & Clericorum, ac maximè Prælatorum vitam, & mores nimium deprauatos eſſe conqueſtus eſt aliquando; nõ ideo eorum damnauit miniſterium, aut ſe ab eorum communione ſeiunxit. De eo ita ſcribit Trithemius: *Dominicus de Dominicis patria Venetus primùm Torcellanus, & poſtea Brixianus Epiſcopus, & Referendarius Apoſtolicus, vir in diuinis Scripturis eruditus, in ſecularibus literis doctiſſimus, Philoſophia Dialectica, & Aſtronomia, ac eloquentia egregia decoratus, qui ob ingentes virtutes ſuas apud Pontifices Romanos, Pium, Paulum, & Sixtum magno in pretio habitus, ſæpe Legationis munus impleuit, ſcripſit excellentis ingenij plura opuſcula.* Quorſum igitur nobis illum ſuæ huic Oppoſitioni Aduerſarius inſeruit, quaſi ſe ille aliquando oppoſuerit progreſſui Pontificatus? Apud quos verò ille de reformatione Eccleſiæ agebat, niſi apud Pontifices Romanos?

Dominicus Brixienſis Epiſcopus ſe progreſſui Papatus non oppoſuit.

Pag.589 Secundo loco producit Antonium Roſellũ Iuris Canonici Doctorẽ, qui in lib. de Monarchia, *Papam aſſerit non eſſe dominum mundi, non habere poteſtatem in Imperatorem, nullum gladium temporalem, authoritatem ſupra cæteros Epiſcopos nullam.* Hanc vltimam propoſitionem exiſtimo imponi ipſi Antonio de Roſellis. Eius Tractatus de poteſtate Imperatoris, & Papæ, & Concilijs notatur in Indice librorum prohibitorum prohibitus, donec expurgetur. Et Nauarrus in Relect. cap. *Nouit.* de iudicijs, & Antonius Poſſeuinus in Apparatu Sacro multa in eo reperiri notarunt, quæ lima indigeant. Vbi tamen nec deſunt nobis ampliſsima teſtimonia pro aſſerenda poteſtate Summi Pontificis, quæ à Sandero adducuntur lib. 7. de Viſib. Monarch. Eccleſ. nu. 1081. & ſeq. ex eius Tractatũ de Concilijs num. 40. & poſt. *Principale fundamentum fuit in Chriſto, & deinde non in Eccleſia vniuerſali (alioqui Eccleſia eſſet fundamentum ſui ipſius, quod eſt ridiculum) ſed in Petro, & hodie in Papa.* & num. 52. ac deinceps uſque ad numerum 72. *Cùm poteſtas Papæ non ſit à toto Concilio, vel à tota Eccleſia ſed à Deo; ex conſequenti debet poteſtatem eius non adeò eſſe minorem, ſi reliquæ partes myſtici corporis ab eo diſſentiunt quia poteſtas Papæ non dependet ab illis, ſed illorum poteſtas dependet à Papa. Nam & Chriſtus cum ſit Caput Eccleſiæ, ſola poteſtas eius maior eſt, quam totius reliqui corporis.* & tamen fatetur, poteſtatem fuiſſe conceſſam toti Eccleſiæ, ſed ſub Petro; quodque Petri & Eccleſiæ poteſtas vna eſt, non duæ; & eſt in ſolidum in Papa, in alijs pro parte, niſi quando Papa eſt hæreticus. Nam Papa ſubeſt Cõcilio in cauſſa fidei, & ſchiſmatis; quia *iſta* ſunt de iure diuino, cui Papa ſubeſt. & num. 66. *Vbi agitur* (inquit) *cauſa fidei, & quæritur, vtrum aliquid ſit peccatum, vel nõ peccatum, credo, quod maior ſit tunc ſententia Concilij, quàm Papæ, vbi Papa ſolus eſſet, vel paucos ſequaces haberet Sed ſi Concilium Prouinciale Romanorum, & Eccleſia Romana, & Sedes Apoſtolica aliquid in prædictis pro vero deliberaſſet; tunc credo quod eſſet maior ſententia Papæ, & Eccleſiæ Romanæ, quàm alterius Concilij Generalis, ſententiam Sedis Apoſtolicæ non habentis; tùm quia non eſt Generale Concilium, à quo diſcrepat caput, tùm quia rogauit Dominus, vt non deficeret fides eius, & debet intelligi de Eccleſia ſibi ſpecialiter commiſſa, vt per ipſius Eccleſiæ indubitabile iudicium, maiores cauſæ finem ſuſciperent.* Hæc Antonij Roſelli ſententia, quem nobis opponebat Aduerſarius.

De Antonio Roſello.

Eius teſtimonia pro authoritate Romani Pont.

Tertio loco citat Rodericum Sanchio Hiſpanum Zamorenſem Epiſcopum, Pauli II. Referendarium. Hic viuebat anno 1475. & ſcripſit *Speculum vitæ humanæ* libris duobus. Item librum de paupertate Chriſti Domini. Alium quoque pro ſtatu Eccleſiaſtico, inſcriptum; *Defenſorium ſtatus Eccleſiaſtici.* Sed mirum eſt, quem in ſui ſubſidium inuocabat Mornæus, eũ ſtatim conuicijs proſcindere. Pag.589

De Roderico Sãchio.

Quamquàm impurus ipſe (inquit) *Pauli II. adulator eodem libro vomere non veritus; Papam non ad humanũ tantum Principatum inſtitutum eſſe, ſed ad diuinum, non ad principandum ſolùm mortalibus, nec modo hominibus, ſed Angelis, non ad iudicandos viuos, ſed mortuos, non in terra ſolùm, ſed in cælo, non ad præſidẽdum ſolis fidelibus, ſed infidelibus &c. Adeò vt locos ei Prophetarum, & Pſalmorum ac.o nmodare non verecundetur, quos Spiritus Sanctus de unico Dei Filio dictos voluit, eũque altiſſimè extollere ſupra balbutientem illum Moyſem ſimul & Aaronem eius fratrem.* Pag.589

Digitized by Google

HOc ſibi vult Mornæus, *Loquere nobis placentia, & audiemus te*. Nam ſi quis Romanos Pontifices conuicijs oneret, & exiſtimationẽ eorum depeculetur, dignitatẽ inſectetur; hic Mornæo probatus Author, & reformationis Eccleſiæ ſtudioſus. Sed ſi quis eorum vitam, & virtutes commemoret, præterea dignitatem, & authoritatem in ſcribendo tueatur; eidem impurus eſt adulator. Quæ, obſecro, ratio nos cogit, vt Scriptores vera referre, vel adulari, quãdo Mornæo ita videbitur, iudicemus? Nulla verò fit iniuria Chriſto Seruatori noſtro, ſi loca Scripturæ, quæ de eo intelliguntur, & Pontifici eius Vicario, & cæteris eius miniſtris accommodentur. Nam quæ Chriſto primariò, & per naturam conueniunt, alijs item ſecundariò, & per participationem tribuũtur. Magnum verò iſti videtur, ſi Summus Põtifex ſupra Moyſem, & Aaronem extollatur; cum Chriſtianus Iudæo, Eccleſia Synagogæ, nouũ Teſtamentum veteri, & gratia ipſa ac veritas per Ieſum Chriſtum facta, Legi per Moſem datæ longè præſtet. Altiſsimè igitur extollendus Summus Pontifex Eccleſiæ ſupra ipſum Summum Sacerdotem Synagogæ.

Loca Scripturæ de Christo intellecta, citra eius iniuriam accomodari poſſunt ad ipſius Miniſtros.

Pag. 589 590.

Quarto loco profert Hermanum Ried, qui de honeſtate Clericorũ librũ ſcripſit, in quo, quales Clerici eſſe debeant, qualeſq; ſint, exponens, ex vtriuſq; comparatione ſuorum tẽporum labem coarguit. Ex illo libro deinde locum ſubijcit. Sed nihil hic ſuffragatur Aduerſario. Si enim Clerici non ita viuant, vt poſtulat eorum miniſterium; certè neque deprauati eorũ mores, neq; vita ab inſtituto, quod profitentur, aliena probatur ipſis Põtificibus. Et D. Hieron. ad Nepotianum ſcribens, Ep. 2. & multi alij Patres, qualis debeat eſſe vita Clericorum & Sacerdotum, luculenter oſtenderunt; ad quorum regulã ipſi Pontifices, omnes Clericos, & Sacerdotes mores & vitã ſuã componere vellent; & extant multi Canones de vita, & honeſtate Clericorum à Sacris Cõcilijs, & à Pontificibus Romanis ſanciti. Ext. tit. De vita, & honeſtate Clericorum. Annon Philoſophia tradit præcepta benè rectèq; vitã inſtituendi, à quibus ſi deflectãt Philoſophiæ Profeſſores, non eſt in eam culpa reijcienda? Id eleganter ſcriptum à Tertulliano, lib. de pallio cap. 6. *Grande pallij beneficium eſt, ſub cuius recogitatu improbi mores vel erubeſcunt*, quod ſcripſit, cum Chriſtianus factus, habitu pro more immutato, à toga trãſiſſet ad palliũ. Ita Clericus, qui ſeruit Eccleſiæ, & vocabulũ ſuũ interpretãs, quia de ſorte Domini eſt, vel quia Dñs ſors, id eſt pars Clerici eſt, & habitũ geſtans à cęteris differentẽ, deprauatè viuẽdo deberet erubeſcere. Sed quemadmodum in Republica ſunt fures, latrones, ſicarij ſine culpa Principis, aut Magiſtratuũ, qui illis acerbiſsima ſupplicia infligunt; ita nihil mirum, ſi in Eccleſia multi Clerici ad normam Sacrorum Canonũ mores, & vitam ſuam non inſtituant, quos tamen inultos minimè patiuntur. Si igitur, quales deberent eſſe Clerici, qualeſque eſſent, exponẽs ille Author, ex vtriuſque comparatione ſuorum temporum labem coarguebat: non certè inſtitutum, & miniſterium Clericorum, quod eſt in Eccleſia Romana, & iuris diuini, ſed eorum vitam, & mores repræhendebat.

Hermanus Ried nihil ſuffragatur Mornæo.

Citat quinto loco Stephanum Bruliferum Sorbonæ Doctorem ex Ordine Franciſcanorum:

Publicè (inquit) docebat in lectionibus, diſputationibus, ſcriptionibus; neque Papam, neque Eccleſiam articulum, ſtatutum, ritum præſcribere poſſe, quo Chriſtiani conſcientia ligetur; in eo ſuam poteſtatem poſitam tantum, vt precepta Dei cuſtodiri curent, verbum eius prædicent, Sacramenta ab eo inſtituta ita adminiſtrent, ne quid præter eius mandatum inducatur caueant. De iuſtificatione, meritis quæ tribuitur, diabolicam doctrinam eſſe; cum Agnus immolatus, pro nobis Dei iuſtitiæ ſatisfecerit. Pag. 590

SEd reſpondemus vno verbo, ſi hæc docuit Stephanus ille Brulifer, fuiſſe temerariũ, & erraſſe: & ex Mornæi confeſsione Sorbona illum ferre non potuit, haud dubiè quia nimis erat temerarius, & erronea docebat. An Stephanum Bruliferum tanti faciet Mornæus, vt iudicium & cenſuram Sorbonæ, ideſt Facultatis Theologicæ Pariſiẽſis, tot, inquam, doctiſſimorum Theologorũ reijciat, & illi vni poſtponat; vt errauerit Sorbona, cuius iudiciũ alibi ſępiùs tanti æſtimare ſe demonſtrabat; ille verò vnus ſaperet? Si verò aliqua inſtituit Eccleſia ad cultum Dei ſpectantia; id non pręter Dei mandatum facit, neq; nouos fidei articulos condit, aut noua Sacramenta inducit. Doctrina de iuſtificatione & meritis, quam tradit S. R. Eccleſia, & quæ explicatur in Concil. Trid. Seſſ. 6. Orthodoxa eſt, non diabolica; nec enim merita nobis aliunde comparantur, quã ex merito, & gratia Chriſti Domini: & quã do Deus coronat merita noſtra, coronat vtiq; dona ſua; neque gratiam ex meritis, ſed merita ex gratia eſſe profitemur; cum tamen ad augmentum gratię, & iuſtificationis opera noſtra, non prout moralia ſunt, ex viribus liberi arbitrij profecta, ſed quatenùs ex gratia Chriſti, & motione Spiritus Sancti vim ſuam, ac dignitatem habentia, concurrant.

De Stephano Brulifero.

Eccleſiæ Rom. doctrina de iuſtificatione, & meritis nõ eſt diabolica.

Platinæ aliquot loca ſubijcit, vt eũ quoque inducat gemitus ſuos effundentẽ. In vita Marcellini de pſecutione Diocletiani cõtra Chriſtianos locutus, propter corruptos nimia libertate, & indulgentia Chriſtianorũ mores, maximè Eccleſiaſticorũ: *Sed quid futurũ* (inquit) *noſtra ætate arbitramur? qua vitia noſtra eò creuere, vt* vix apud Deum miſericordiæ locum nobis

bis reliquerint. Item in vita Stephani III. Sed reſpondemus, Platinam nuſquàm damnaſſe authoritatem, & primatum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, neque dignitates, aut gradus Eccleſiaſticos, ſed Miniſtrorum vitia, & mores deprauatos; quemadmodũ neque propter ſacra miniſteria, aut ordinem hierarchicum, qui in Eccleſia vigebat, Deus permiſit ſæuiſſimam illam Diocletiani perſecutionem, qua tot Martyres coronati ſunt, non aliam doctrinam, quàm Sãctę Romanæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ, profeſsi.

Platina dãnauit tantum vitia Miniſtrorum Eccleſiæ.

Pag. 591 De Bohemis, & eorum erroribus ſatis multa iam alibi diximus. Quod verò ſcribit Mornæus, eorum Apologiam, & fidei confeſsionẽ cõſonare Eccleſiarum Galliæ doctrinæ, & iiſdem tum ſacrarum Scripturarum, tùm Patrum locis ſubniti: Ex multis articulis, in quibus diſcrepant, procliue eſſet oſtendere, longè diuerſam eſſe Sectam Caluiniſtarum in Regno Galliæ, & Huſsitarum in Regno Bohemiæ. Eccleſias verò appellat, quæ non habent Epiſcopos, nec Sacerdotes; cum tamen Eccleſia ex Cypriano Epiſt. 69. ad Florentium Pupianum, ſit *plebs Sacerdoti adunata, & Paſtori ſuo grex adhærens. Vnde ſcire debes* (inquit) *Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo, & ſi quis cum Epiſcopo non ſit, in Eccleſia non eſſe.* Aequiuocæ igitur, & ſolo nomine illę Eccleſię, quę ſunt alioqui hæreticorum conuenticula.

Caluiniſtarũ Eccleſiæ quales ſint.

Pag. 591. 592. Poſtremò ſubijcit de Gregorio Prodebracio à Paulo II. excommunicato, quem *purioris religionis profeſſorem* appellat, quòd labefactatum Huſsitarum ſtatum Pontificis, & Imperatoris minas nihil moratus reſtituit. Hic cum poſt mortem Ladislai Bohemiæ Regis electus fuiſſet, iurauit, ſe obedientiam Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ in vnitate fidei, quam eadem Romana, Catholicaque, & Apoſtolica Eccleſia profitetur, prædicat, & retinet, cuſtodire, & illam tueri & propagare pro virili enixè velle, ac populum ſibi ſubiectum ab omnibus erroribus, Sectis, hæreſibus, atque ab alijs articulis Romanæ Catholicæque fidei contrarijs reuocare, & ad ritum, cultumque veterem reducere, ac reſtituere. Quæ ab ore eius audita, & mox per Regnum euulgata magnam ei gratiam apud optimum quemque conciliauerunt, ſperantem illorum quemlibet, benè iactis principijs bonum exitum, conſecuturum: quam opinionem confirmare videbatur, humaniùs, quàm priùs, tractans, & faciliùs ad Magiſtratus admittens eos, qui Romanæ eſſent Religionis. Dubrauius lib. 30. Hiſt. Bohemicæ. Verùm periurus poſtea fuit, & incẽtore impio Rokiczano Huſsitarum Antiſtite, violata fide, ac ſpreta obedientia Pontifici iurata, hæreſim eam profeſſus eſt. Immò & Fantinum Pij II. Oratorem contra ius gentium in carcerem coniecit. Igitur, prout ſcribit Bonfinius rerum Hungaricarum Dec. 4. lib. 1. ad annum 1467. *Paulus Pontifex, verus Romanæ Eccleſiæ Paſtor, fideliumque Pater ad corrigendos hæreticos animum adducens, Georgium Bohemiæ Regẽ execrabilis hæreſeos planè conuictum, publico grauique Edicto Regno, ac dignitate priuauerat anno* 1468. Itaque tam Pontifex Paulus, quàm Fridericus Imperator Matthiam Hungariæ Regem ad bellum Georgio inferendum incitauerunt. Acceſsit eòdem authoritas Hungarici Senatus, qui *peſtilentiſſimam* Bohemorum hæreſim eſſe dicebat, verendumque, ne, vt ex Bohemia priùs in Morauiã, ſic breui è Morauia in Hungarorum animos illaberetur. Iuſta igitur fuit cauſſa Pontifici ferendæ ſententiæ anathematis in Georgium ob hęreſim, periurium, & violatum ius gẽtium; iuſtum ei bellum authoritate Pontificis, & Imperatoris à Matthia Coruino Hungariæ Rege, Catholicæ Religionis vindice acerrimo indictum.

Georgius Prodebracbius Bohemiæ Rex electus obediẽtiã Eccleſiæ Rom. iurat, eiuſq; fidei tutelã, propagationẽ &c.

Dein periurus Huſſitarũ hæreſim profitetur &c.

Hinc Regno deponitur à Paulo II. Pont. &c.

Iuſtũ ei bellum à Matthia Hũgariæ Rege indictum.

Pag. 591 Quod verò ſcribit Mornæus, Matthiam ingrati animi accuſatum, quòd Georgium aggreſſus eſſet, cui præclaro beneficio deuinctus erat, quippe quem nullo pretio redemptum, generosè liberum dimiſiſſet, data etiam ei in vxorem filia, cum in Regem Hungariæ delectus eſſet. Hanc Aduerſarij calumniam facilè diluunt verba, quibus ad Proceres Hungariæ, apud Bonfinium rerum Hungaricarum Dec. 4. lib. 2. in principio, vtitur. *Si quis* (inquit) *hoc bellum, Proceres, declinare deberet, Matthias ex his profectò vnus eſſet; quippe quem in ſocerum ſalutis authorem arma ſumere, quem pij loco parentis ſemper habuit, nec æquum, nec fas vllum hortatur. Sed cum mecum reputo, quicumque publicam perſonam gerit, vel maximè Principes, potius communis, quàm priuati commodi rationem habere oportere, ex hoc fit, vt publicam ſalutem, & vtilitatem proprijs rationibus antepona. Cum me conſidero prius ad Regni, Chriſtianæque Reipublicæ, quàm affinium, commodum eſſe natũ, meorum ſæpe cogor obliuiſci. Nec illud quidem Seruatoris Optimi Maximi documentum quemquam præterire debet, plerumque, cum ius faſque tulerit, non modò ſuorum nullam habẽdam eſſe rationem, ſed animam quoque ſuam, cum de Deo agitur, perdere oportere, vt in cœlis inueniat eam.* Addo, Georgium nullo iure captiuum detinuiſſe Matthiam, & nõniſi cum eo iam electo Rege Hungariæ affinitatẽ contraxiſſe, eique filiam deſponſaſſe: vt ſuorum commodorum potiùs rationem habuerit, quã ipſius Matthiæ. Neque igitur reſtituta libertas, neque cõtracta affinitas adeò Matthiam Georgio deuinciebant.

In quo Matthias nõ eſt ingrati animi accuſandus.

Pag. 592 Quod tandem ſcribit, Bohemos in huius facti odium Georgio etiam mortuo, cum Matthias à Pontifice Rex diceretur, Ordines Regni Bohemici nunquam aſſenſum præbere voluiſſe, Vladiſlaumque Caſimiri Regis Poloniæ filium prætuliſſe: Atqui, vt ſcribit Bonfinius Dec. 4. lib. 3. & Dubrauius Hiſt. Bohemicæ lib. 31. Matthias in vtrumque tàm Poloniæ, quàm Bohemiæ Regem arma capiens, ad has conditiones eos adegit, vt Morauia, & Sleſia Matthiæ cederent, quoad viueret; poſt mortem verò eius, ſi ſaltem ſuperſtes Vladiſlaus foret, ad Vladiſlaum pertinerent, quadringentis millibus nummum aureorum ſucceſſoribus Matthię rependis. *Hinc videmus* (obſer-

Quomodo Matthias ceſſerit bellũ in Reges Poloniæ, & Bohemiæ ſuſceptum.

uat Sanderus lib.7.de Viſib.Monarch. numero 1173.) *Pontificis Romani ſententiam eouſque valuiſſe, vt & Georgius vinceretur viuus, & moreretur citiùs, & poſteritas eius Regno priuaretur, tantaque pars Regni Bohemiæ Regi Matthiæ cederet, quantã in eo bello, quod pro fide geſſerat, occupaſſet.*

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum ſexageſ. quartum.

Sixtus IV. Pauli II. ſucceſſor.

VIta functo Paulo II. cum ſediſſet annos 6. menſes 10. dies 26. electus eſt anno 1471. Frãciſcus de Rouere Franciſcanus Ligur Sauonenſis, Cardinalis Sancti Petri ad Vincula, dictus Sixtus IV. De eo ita ſcribit Onuphrius, qui, Platina finem imponente Hiſtoriæ Pontificiæ in Paulo ſecundo, eam perſecutus eſt inchoando à Sixto IV. eius ſucceſſore: *Tanta doctrina habebatur, vt huic vni ex cætu Cardinalium ad fidem pertinentia potiſſimùm committerentur.* Vbi Mornæus:

Tanta doctrina, vt res fidei ante ei potiſſimũ committerentur.

Pag. 592

Aduertat ex ſequentibus Lector, à cuius fide fides illa ſua Catholica penderet.

Neq. tamẽ noſtra fides innititur reſpõſis cuiuſquã priuati Doctoris.

VErùm facilè reſpondemus, fidem noſtram non inniti reſponſis cuiuſquã priuati Doctoris, ſed reuelationi diuinæ nobis per Eccleſiam propoſitæ. Quę tamen Eccleſia de fide credenda propoſuerit, quæue ex his deducantur, aut quæ contineantur in Scripturis ſacris, in Diuinis, Apoſtolicis, & Eccleſiaſticis Traditionibus, quæ ſacra Concilia, & Sancti Patres tradiderint, non alij cõſulendi ſunt, quàm doctiſsimi Theologi: qui tamen non ideò dicuntur de fide aliquid definire; quemadmodum & Iuriſconſulti de Iuris controuerſijs conſuluntur & reſpondent, non tamen ius ipſum authoritate eorum nititur, aut illud ſancire dicuntur. Pertinentia ergo ad fidem referebantur ad Cardinalem illum tanquam Theologũ doctiſsimum, vt ſuam ſentẽtiam more Doctoris exponeret, non verò vt tanquam iudex Eccleſiæ Catholicæ neceſſariò ſequenda proponeret. Valde igitur rudis eſt & imperitus, qui inde inferre velit, Fidem Catholicam ab eo pependiſſe, quòd ad eum fidei quæſtiones referrentur. Sed libenter iſtum percunctarer, à quo ſua fides, & Nouatorum pẽdeat, qui, quis ſit liber Canonicus, & quis ſenſus Scripturæ ſacræ, quem peruium omnibus eſſe cenſent, ex priuato cuiuſque teſtimonio pendere velint.

Exemplũ.

Onuphrius hæc de initio Pontificatus Sixti IV. ſcribit: *Coronatione celebrata, ad rem Eccleſiaſticam, Chriſtianamque componendam animum adiecit, atque ante omnia Concilium Laterani ſe indicturum oſtendit, in quo & res Eccleſiaſticæ corrigerentur, & de bello Turcico tractaretur, quemadmodum Pius Papa II. inſtituerat.* Mornæus:

Pag. 592

Locus minus probabatur, ex quo nihil vnquam profectum, quod Eccleſiæ commodo ceſſiſſet.

Quãta Eccleſiæ cõmoda ex Vrbe Roma prodierint, citra quàm mentitur Mornæus.

VErum inde ſacri Canones prodierunt, inde Prædicatores miſsi, qui Euangelium Infidelibus promulgarent. Et, vt reliquas Regiones omittam, ſcribebat S. Gregorius lib. 4. indict. 13. Epiſt. 51. *Quia cunctis liquet, vnde in Galliarum Regionibus fides ſancta prodierit, cum priſcam conſuetudinem Sedis Apoſtolicæ Fraternitas veſtra repetit, quid aliud, quàm bona ſoboles ad ſinum Matris Eccleſiæ recurrit?* quod ipſum D. Gregorij confirmant Hiſtorici Francorum affirmantes, inde miſſos in Gallias, qui Euangelium prædicarent. Inde indicta ſacra Concilia, & confirmata, inde miſsi Legati, qui in eiſdem præeſſent, tum etiam perſępè ad Principes Chriſtianos, qui eorum lites dirimerent, & pacem inter eos componerent, atque eos ad arma hoſtibus Chriſtiani nominis inferenda concitarent. Impudens igitur mendacium eſt dicere, ex eo loco nihil vnquam profectum, quod Eccleſiæ cõmodo ceſſerit. Sed ita Mornæũ loqui oportuit; etenim nihil vnquã inde profectum, quod damnatorum hæreticorum, & conuenticulorum ſuorum (quos vocant *Eccleſias*, ſed per antiphraſim) commodo ceſſerit. Siquidem omnes hæreſes ab Eccleſia Romana damnatæ ſunt, & profligatæ. Syluester Romanus Pontifex Romæ in Concilio, & Nicææ per Legatos dãnauit hæreſim Arrij; Damaſus hæreſim Macedonij, cuius authoritate confirmatum Concilium Conſtantinopolitanum primum; Cęleſtinus Romæ, & Epheſi, miſsis eò Legatis, dãnauit hæreſim Neſtorij; Leo primus hæreſim Dioſcori, & Eutichetis, vt ex Actis Concilij Epheſini, & Calcedonenſis conſtat; Agatho in ſexto Cõcilio, imperante Conſtantino Pogonato, hæreſim Monothelitarum, & hæc Concilia admittunt aduerſarij; Innocentius, Zozimus, Cæleſtinus, petentibus Africanis Patribus, hæreſim Pelagij, & Cæleſtij condemnarunt. Adeòne erit impudẽs, & temerarius iſte, vt hæc Eccleſiæ commodo non ceſsiſſe audeat aſſerere? Nam de cæteris recentioribus Sectis, quas iſti propugnant, vt ſe Petrobruſianos, Vvaldenſes, Albigẽſes, Huſsitas, Lutheranos, Caluiniſtas profiteantur, & plurima monſtra in vnum ſimul congerant, & accumulant, ac Hydram quandam Lernæam componant, nihil attinet dicere.

Quod Fridericus III. Imperator Concilium

in

in finibus Germaniæ à Pontifice indici poſtulabat: iure id fieri recuſaſſe Sixtū, ſcribit Onuphrius; vnde alia remedia quæri placuit. Patrū igitur conſenſu Sixtus IV. Legatos cum ſumma poteſtate creauit, Beſſarionem Nicænum in Galliam, Rodericum Borgiam Cancellariū in Hiſpaniam, & Marcum Barbum in Germaniam, & Pannoniam, qui diſsidentes inter ſe Chriſtianos Principes ad concordiam reuocarent.

Quod Sixtus, comperto, Imperatorem, & Principes, inſtante Archiepiſcopo Carnienſi, plures Epiſcopos Baſileam iam cōpuliſſe, miſit ad Senatum Baſileenſem, vt Archiepiſcopū illum Romam mitteret, & qui cum eo erant, Epiſcopos pro excommunicatis haberet: Iure certè id fecit. Siquidem temeritatis ſuæ pęnas dare debebat Archiepiſcopus ille cū ſuis Epiſcopis, qui, inconſulto & inuito Pontifice, neq; Concilium illud indicente, illud tamen haberi vellent, & nulla authoritate Baſileam cōueniſſent: atque meminerat, quantum negotium Pontificibus paucis ante annis Cōciliabulum Baſileenſe exhibuiſſet. Mornæus:

Pag. 592 *Quam difficultatem, vt ſe ſuperaſſe, ſedemque ſuam mutuis Principum legationibus cōfirmaſſe videt, totus iam ad ſuorum incremētum conuertitur.*

SIc quidem ſcribunt Volaterranus, & Onuphrius, ſuorum in primis amantiſsimū fuiſſe, quorum cauſſa pleraque præter fas iuſque agebat, & condebat, idque illi vitio datū eſſe. Si qui ab eo beneficijs, & honoribus aucti, prodigalitati, aut voluptatibus ſeſe dederit, vt de Petro illo Riario Ordinis Minorum creato ab eo Cardinale referunt, qui pecuniæ perdēdæ natus eſſe videretur, & voluptatibus confectus, annos 28. natus obierit; hæc certè vitia erant hominum, non ſacrę dignitati tribuenda.

De his Mornæus. Pag. 593 594. De affinitatibus cū Principibus contractis, & ſuis aliquot ditionibus auctis, itē de bellis indictis, vel ſuſceptis ſuperſedeo dicere. Neq; affinitates inire, neque iuſta bella ſuſcipere Pontifices vllo iure diuino, vel humano prohibentur.

Pag. 594 Mornæus de nouis collegijs ſoluto pretio à Sixto primùm inſtitutis, nempe Breuiatoribus minoris pręſidentiæ, Solicitatoribus, Adſtipulatoribus, Ianizzeris, Stradiotis, Mameluchis; quos certæ pecuniæ addicebat, locutus, hæc ex Onuphrio ſubiungit:

Qua ratione Romanæ aulæ libertas, in compedes quaſi coniecta, omnis induſtriȩ & laborioſi ingenij diligentia ſublata, cum nonniſi pecunia hæc munera parentur, quæ antea gratuitò doctis et probis viris tribui ſolebant. Primus etiā vendidit officia procuratoris Cameræ, notariatus Apoſtolici, protonotariatus Capitolij, notariatus Gymnaſij, metiēdi ſalis, & camerariatus vrbis. Vectigalia noua inuenit, vetera auxit; Plures à ſacratis hominibus decimas non ſine magna auaritiæ nota exegit.

Gloſſam pro more ſuo Aduerſarius ſubijcit: *Hæc omnia ex immodico ardore ſuos adaugendi.*

VErum ſuppreſsit malignè, quæ Volaterranus, & Onuphrius ſubiungunt: *Sed hæc ſeu temporum neceſſitati* (inquit Onuphrius) *ſeu verius proximis ac miniſtris eius tribuenda exiſtimo. pręſertim quum nemo ad eam diem Pontificum nec animo ad munificentiam, liberalitatemq; propenſior,* nec *in dando hilarior, nec in promerendis hominibus promptior fuiſſe memoratur. Miſeros enim, atq; à Turcis, vel alias ob calamitates, auitis ſedibus et imperijs eiectos, Andream Palæologum Peloponneſi, & Leonardum Toccum Epiri Deſpotas honeſtis ſumptibus aluit. Sophiæ Thomæ Palæologi filiæ Ruthenorum Duci in matrimonium collocatæ præter alia munera dotis nomine ſex millia aureorum donauit. Cypri, Boſſineq; Reginas Regnis & fortunis omnibus ſpoliatas, & ad ſe ſupplices confugientes, benignè ſuſcepit. ſuaq; munificentia ſubleuauit. Chiſternum virum religioſiſſimū Daniæ, Suetiæ, Noruegiæ, & Gothorum, ac N. Boſſinæ, et Valachię annis grauem, & ſenio confectum Regem, itē N. Saxonū, & Alphonſum Calabriæ Duces voti cauſſa ad Limina Apoſtolorum, & ad ſe ſalutandum mira cum deuotione, venientes magnificentiſſimis ſumptibus excepit.* In operibus publicis æq; maximus, Vrbem à ſitu, & cęno vindicauit, vijs primū marmoribus & lateribus ſtratis, porticibuſq; & męnianis diſiectis, quę viam occupabant, vicorūque magiſtris, ac curatoribus inſtitutis. Tēpla inſuper vetuſtate labefactata oīa reſtituit. Xenodochium S. Spiritus pulcherrimis ædificijs ampliauit. Pontem veterem Ianiculenſem iam diu ante diſiectū à fundamentis magna cura, & impenſa publicæ commoditati, & vtilitati ex Tiburtino lapide reſtituit, ſuoq; de nomine Sixtū appellari iuſsit, multas ædes ſacras vetuſtate collapſas ſuis impenſis refecit. Bibliothecam Palatinam in Vaticano, toto terrarū Orbe celebrem, Platina pręfecto, aduectiſque ex omni Europa libris cōſtruxit, certoſq; prouentus, vnde cuſtodes, & Librarij Græci, Latini, & Hebraici menſtrua ſalaria, quibus ali poſſent, haberent, librique emerentur, aſsignauit. Hæc magnifica opera quouis magno Principe digna, & alia, quæ de eo referunt, quantus fuerit Pontifex Sixtus, & quā de Republica Chriſtiana benè meritus, oſtendunt: quæ obtrectatorem iſtum puderet referre, cum, ſi vel feſtucam videat in oculo, diligenter notet.

Suppreſſa à Mornæo q̃ Sixti magnificentiā & liberalitatē exprimunt.

Sixtus IV. Iubilæum vigeſimoquinto quoque anno celebrari conſtituit: extat eius Extrauagans, quę incipit: *Quemadmodū operoſi, vigiliſq; Paſtoris*, Extrauag. commun. lib. 5. *de Pœnit. & remiſſ.* c. 4. & illū celebrauit an. 1475. Mornęus:

Sed

Digitized by Google

Pag. 594 *Sed ſcire demùm intereſt, qualis iſte, qui eas concederet indulgentias;*

Et vt quocumq; modo tanti Pontificis eleuet famam, citat ex Cornelio Agrippa locum, lib. de vanitate ſciētiarum cap. 64. de Lenonia. Vbi iſtius impudentia notanda. Nam præterquam quod teſtem citat Authorem dānatum, & Magicis artibus infamem, illum locum peruertit, & dolo malo citat; ſic enim impoſtor iſte Mornæus;

Mornæus non ſolum citat Authorem damnatū & Magicis artibus infamem, verū etiā dolo malo citat.

Pag. 594 *Inter lenones recentiorum temporum, inquit Agrippa, qui lupanaria ædificabant, nobilis erat Sixtus IV. Romanus Pontifex, qui Romæ nobile admodum lupanar extruxit, atque vtrique Veneri aſſignauit. Meretricum cohortes, Heliogabali exemplo ita aluit, amicisque & ſeruis exhibuit, nonnihil emolumenti ex meretricio quæſtu ærario ſuo accumulās;*

Vbi Agrippa Mornæo impietate cedens: *Sed & recentioribus temporibus Sixtus, Pontifex Romanus Romæ nobile admodum lupanar extruxit, Immò fuit Imperator ille, Heliogabalus, qui domi ſuæ meretricum cohortes aluit, amicisque & ſeruis exhibuit. Iam verò etiam Reginarum, cæterarumque Principum, & Dominarum nonnunquam ea cura eſt, atque Regum matres nonnunquam filiorum ſuorum lenæ ſunt.* Vterque nobis impius Author, neuter apud nos fidem meretur; ſed tamen infamis iſte impoſtor impudentia, & impietate Cornelium illum Agrippam Dæmonibus deuotum longè ſuperat, vt vel ex iſto loco conſtat. Nam neque Agrippa ſcribit, Sixtum exercuiſſe lenociniū, neque lupanar vtrique Veneri aſsignaſſe, neque meretricum cohortes Heliogabali exemplo aluiſſe, quæ impoſtor iſte mala fide ex eodem citauit. Nihil moramur teſtimonium VVeſelli Groningenſis, quē in Oppoſitione ſequenti nobis citabit, neque verſus Ioannis Sapidi in Sixtum IV. Hoc certè opus Mornæi, non *Myſterium iniquitatis*, ſed rectiùs *Farrago quædam, & congeries conuiciorum, iniuriarum, & impoſturarum in Pontifices, ex damnatis quibuſque Authoribus collectarū* inſcribi debebat Mornæus:

Pag. 595 *Et hic interim bonus vir libros nobis de conceptione Virginis Mariæ conſcribit, Alani de Rupe Germani Dominicani execrabilem librum conſecrat, qui Euangelij loco, nouum nobis Roſarium ex Virginis Pſalterio concinnatum obtrudit, & nouam inde Societatem conflat.*

TEſtatur Onuphrius, eum in Cardinalatu librum de ſanguine Chriſti, & de futuris contingentibus edidiſſe, ſcripſiſſe etiam commentarios de potentia Dei, de conceptione Virginis. Idem ſcribit, cum religione, ac ſingulari pietate ſemper Beatam Virginem proſecutum fuiſſe. Quid verò mali eſt, ò inſanum caput, de conceptione Virginis immaculatæ Dei genitricis libros ſcribere? Execrabilis homo vocat *execrabilem* librū Alani de Rupe de Roſario Beatiſsimæ Virginis: de quo Authore longè aliud eſt iudicium Trithemij grauiſsimi, & doctiſsimi Authoris, quàm execrabilis iſtius hæretici. Sic igitur Trithemius, in Catal. Illuſt. virorū: *Alanus de Rupe Ordinis Fratrum Prædicatorum, vir in diuinis Scripturis eruditus, in declamandis ſermonibus ad populum excellentiſſimæ opinionis, vita, & conuerſatione Deo deuotus, & Beatæ Mariæ ſemper Virginis amator præcipuus, eiuſque Roſarij, & famulatus promotor venerandus, perquàm ſingulari dono ſupernæ conſolationis recreari meruit, & crebris reuelationibus, miraculisque (vt ferunt) honorari. Scripſit inter cætera ingenij ſui opuſcula, Compendium Pſalterij B. Mariæ ſemper Virginis lib. 1. De miraculis quoque Roſarij eiuſdem glorioſæ Virginis. lib. 1. Sermones & multos, & varios lib. 1. De fraternitate Roſarij librum vnum, & alia quamplura.* Eiuſdem fit mentio in Bibliotheca Fratrum Ordinis Prædicatorum. Et in Chronico Fratrum eiuſdem Ordinis ad annū 1474. dicitur Sixtus IV. pium prædicandi modum Roſarij Beatæ Virginis approbaſſe, & quinque annorum indulgentias, ac totidem quadragenas illud legentibus pro qualibet vice conceſsiſſe. Quæcūque verò ignorat iſte, blaſphemat. Vt obſeruat deuotiſsimus Pater Franciſcus Coſterus, in Roſario quinq; ſunt, nomen, orationes, repetitio, numerusque earumdem, & calculi precarij: ex quibus omnibus rectè oſtendit, ritum precandi Roſarium Beatiſsimæ Virginis non execrabilem eſſe, neque ſuperſtitioſum, vt execrabilis Mornæus docet, ſed valde pium & religioſum. Nomen *Roſarij* ſuauiſsimum eſt, nec aliud indicat, quàm ſertum quoddam ſpirituale myſticis vocibus ex Euangelio depromptis tanquam roſis contextum, quod Virgini virginum Dei Matri offerimus; ſerta enim Virginum capitibus ornandis propriè adhibentur. Orationes haud dubiè ſunt Sanctiſsimæ. Nam Dominicæ orationis author eſt Chriſtus; Salutationis Angelicæ Gabriel Angelus, & Sancta Eliſabet, quam Eccleſia Catholica hac clauſit oratiuncula; *Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.* Repetitio maximè valet ad excitandum, inflammandūque precantis affectum: *In meditatione mea exardeſcet ignis.* Pſal. 38. Quid igitur hic ſuperſtitioſum? Quoad numerum; quinquies orationem Dominicā repetimus, vt quinque Chriſti vulnerum memoriam refricemus: Salutationem Angelicā cuique orationi ſubijcimus decies, vt in mentem nobis veniat decem Dei mandatorum: eandem quinquagies toto Roſario itera-

Trithemij iudicium de Alano de Rupe.

In Roſario quinque ſunt nec in his quicquam ſuperſtitioſi.

iteramus, vt plenam peccatorum remiſsionẽ, quæ quinquagenario numero Iubilæi in Scripturis ſignificatur, interceſsione Beatiſsimæ Virginis per merita Paſsionis Dominicæ cõſequamur. Calculorum precariorum vſus inductus primùm eſt, ne in numero orationum perſoluendo ſenſili tactu,aſpectuque calculorum facilè aberraremus. Poſtea benedictio Pontificis acceſsit, quæ calculos alioqui profanos ſolemnibus precationis verbis in piũ, & ſalutare fidelium vſum deſtinat. Indulgentiæ benedictioni coniunctæ fructum eum afferunt,quòd his allecta plebs fidelis,& deuota numero maiore,ſtudio ardentiore ad orandum Deũ concurrit pro rebus maximis, pro Eccleſiæ Catholicæ incremento, pro concordia Chriſtianorum Principium, pro extirpatione hæreſum; hæc enim ferè ſolent in conceſsione indulgentiarum præſcribi. Hæc omnia ſunt pia, & religioſa deuotis Catholicis, impijs verò fidei hoſtibus execrabilia, & ſuperſtitioſa. Quid mirum? cum Chriſtus ipſe alijs ſit odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem 2.Cor.2.Chriſtus, inquam,crucifixus Iudæis ſit ſcandalum,Gentibus ſtultitia, vocatis verò ſecundum propoſitum ſit Dei virtus,& Dei ſapientia. 1. Cor.1.

Innocentius VIII. Sixti IV. ſucceſſor. Anno 1484.vita exceſsit Sixtus IV. 12. Auguſti,& creatur Põtifex Innocentius octauus 29. eiuſdem menſis, Genuenſis, ante vocatus Ioannes Baptiſta Cybo,Cardinalis S. Laurentij in Lucina.Mornæus:

Pag.595 *Eo Prædeceſſore mirum ſi execrandus; Nec tamen melioris fama. Et Romã quidem ſeditione. Italiam cinere & ſanguine impleuiſſe nihil iam mirũ. A Pontificibus etiam omnia mala profluere tritum adeò. vt in rem iudicatam tranſijſſe videretur.*

Nunc Romam ſeditione, Italiam cinere & ſanguine impleuiſſe, calumnia eſt Mornæi. FAmoſus calumniator, qui omnium Pontificum deceſſorum famam ſugillauit,& honorem vellicauit maledictis, Innocentio certè æquior eſſe non debuit. Nam primùm,eum Romam ſeditione, Italiam cinere & ſanguine impleuiſſe,calumnia eſt manifeſta. Nauclerus Generat. 50. ad annum 1484 de eo ita ſcribit: *Hic propter humanitatem,cum cęteris Patribus pauperior eſſet, Pontificium munus obire meruit.Cuius quidem Pontificatus per duos annos infælix plurimum fuit,& multorum bellorum plenus præter intentionem ſuam. Statim enim inter Vrſinos,& Columnenſes Vrbis Primores magnum diſſidium excitatum eſt;diu etenim inter ipſas familias immortale odium interceſſerat, quod viuente Sixto Pontifice, ſopitum eſſe videbatur. Sed eo defuncto,Columnenſes contra Vrſinos arma ſumpſerunt, & multis eos incommodis affecerunt, vniuerſam Vrbem perturbãtes:quas ob res multis ſceleratis, & damnatis licentia peccandi data fuit.* Verùm eos non impulerat Pontifex in mutuam cædem. Non igitur ſeditione ille Romam impleuit,ſed Vrſini potius,& Columnenſes,qui etiam, teſte Onuphrio,Pontificis hortationibus neglectis, inteſtinis bellis,& ſeditionibus ſe inuicẽ lacerabant. Adeò enim in mutuam perniciem exarſerant, vt omnia nonniſi rapinis,cædibus, & incendijs trãſigerent,bonis Romanorum ciuium vndiq; direptis,Pontifice fruſtra reclamante; cui Virginius Vrſinus tunc infeſtiſsimus erat, quòd ſe Palatij Apoſtolici præfectura, Iuliani Cardinalis S.Petri ad Vincula hortatu,priuaſſet. Similiter bellum inferre Ferdinando Regi Neapolitano non fuit Italiam cinere & ſanguine implere. Scribit Onuphrius in Innocentio VIII. Aquilanos, qui, Regio Prætore interfecto,defecerant,Pontificem Maximum, & Venetos in ipſorum auxiliũ euocaſſe. Hos igitur Pontifex imperitorum hominum conſilijs impulſus,vt opulentam Vrbem Eccleſię imperio adijceret,fouendos,tuendosq; ſuſcepit,occaſionem eò libentiùs amplexus,quòd in Regẽ antea non optimè animatus erat ob annua tributa,quibus ex fœdere adſtrictus erat,Eccleſiæ non perſoluta. Bellum illud pro libertate Eccleſiæ cõtra Ferdinãdum Regem ſuſceptũ, ſcribit Nauclerus loco nuper citato:quod tãdem compoſitum ea lege, vt Rex ipſe tributum Eccleſiæ ſingulis annis olim à Sixto Pontifice Maximo remiſſum perſolueret, & rebelles ſeruarentur incolumes, Rege Hiſpaniæ, Ludouico Sfortia, ac Laurentio Medices vadibus acceptis: quorum neutrum Ferdinandus præſtitit; vt ob id indignatus haud ita multo poſt Regem ob non ſolutum vectigal anathemate notatum, Francorum Regis in primis literis concitatus, Neapolitano Regno priuauerit. Siquidem Gallus illud ad ſe ex legitima ſucceſsione, & hæreditate pertinere affirmabat.Sed tandem Ferdinandus minis Regis Catholici, & Principum Italiæ, ac expeditione Gallica territus, coactus fuit ad obedientiam Pontificis redire.

De eodem proſequitur dicere Nauclerus: *Tandem omnem curam, ac diligentiam ad ſubditorũ commoda,ad tuendam dignitatem Eccleſiæ, & cõtra rebelliones delendas,& propagandam Religionẽ conuerterat.Fuit itaq; conſtantiſsimus iuſtitiæ cultor, & pacis amantiſſimus. Sedatis ingruentibus bellis, peculiares Eccleſię populos quàm fœliciſſimos exoptauit. Multa circa Pontificiam dignitatem, & Rempublicã Chriſtianam ordinare propoſuit, ſed ob breuitatẽ temporis adimplere non potuit. Beneficũ tamen circa Deũ, atque amicos pro viribus ſe oſtendit. Exultauit ſummopere,cum ad maiores dignitates viros extulit eruditos, & bonos. Fuit præterea in pauperes miſericors, afflictorum non minus conſolator,quàm Principum ſuſceptor liberalis,& Dei, ac Sanctorum eius pyſſimus venerator.* Onuphrius,pacis,atq; otij ſtudioſiſsimum fuiſſe ſcribit,& omnes Chriſtianos Principes hortatum, vt mutuis diſſenſionibus & bellis compoſitis,fœderibus iuncti,Turcarum uires toto iam terrarum Orbe formidabiles retunderent;& cum ſingulis Principum Chriſtianorum, & Rerumpublicarum Oratoribus,

qui

Digitized by Google

qui ad eum plurimi honoris cauſſa veniebât, de pace, communique concordia diligenter egiſſe, cum enumeraret bellorum incommoda, violari Templa, ſummi Dei cultum intermitti, Vrbes diripi, Virgines inceſtari. Ex quibus omnibus laudandus maximè Pontifex, cuius exiſtimationem Aduerſarius, innato ſibi maledicendi ſtudio, & ex hæreſi orto in ſacroſanctam dignitatem odio, adeò eleuare nititur.

Res iudicata quæ dicatur. Quod verò ſcribit, à Pôtificibus omnia mala profluere, adeò tritum, vt in rem iudicatam tranſiſſe videretur: Res iudicata apud Iureconſultos dicitur, *quæ finem controuerſiarum pronuntiatione iudicis accipit*. Quis verò iudex ita pronunciauit? ſiquidem iudicata in S.C. Tertyliano accipere debemus ab eo, cui iudicandi ius fuit. l. 1. §. vlt. ad S.C. Tertylianum.

Quod forma præſtanti puer inter Alphonſi Regis Siciliæ miniſtros aliquando vixerit, id velit in malam partem interpretari, eiuſque pudicitiam impudens homo à teneris iam annis in ſuſpicionem adducere; quin & ex alijs Authoribus, quod palam liberos nothos iactarit, quodque ſexdecim ante Pontificatum liberos ſuſceperit, mares octo, fœminas totidem, è quibus duo tantùm ſupererant cum Sedem
Onuphrij locus à Mornæo, pro ſuis figmentis de filijs Innocentij, corruptus. adeptus eſt: quæ nullus probatus Author refert, ſed ab iſto impoſtore ſunt excogitata; quod facilè cuiuis conſtabit ex mala fide, qua locum Onuphrij de hoc Pontifice citauit his verbis:

Pag. 596 *Filium Franciſcum nomine, & Theodorinam filiam, nothos ex ſceleſto cõcubitu ſatis præter rationẽ multo munere cumulatiſſimos reddidit;*

Vbi Onuphrius ita ſcribit: *Cùm ante Pontificatum aliquot filios ſuſcepiſſet, duos ex his Pontificatui ſuo ſuperſtites magnis honoribus, & opibus euexit. Nam Franciſco Oppida nonnulla Vrbi vicina dedit, Laurentijque Medices Filiam Magdalenam formoſiſſimam puellam matrimonio iunxit; alteram Theodorinam Gerardo Vſcimari Genuenſi nuptam magnis diuitijs cumulauit.* Vbi neque de nothis, neq; de
Innocentius nondũ ſacris initiatus filios habuit legitimos. ſceleſto concubitu verbum vllum. Immò hunc Pontificem referunt, cum adoleſcens eſſet, & nondum ſacris initiatus, aliquot filios ex nobili puella Neapolitana, cum qua matrimonio ſe copulauit, ſed parum vixit, legitimè ſuſcepiſſe, ex quibus hi duo Franciſcus, & Theodorina Pontificatu ſuo ſuperſtites eſſent. Neque Marci Marulli Poetæ in contrarium à Mornęo citati tanta eſt apud nos authoritas: verbero ille eſt, qui licentia poetica ad proſcribendum famam tanti Pontificis intempeſtiuè ſit vſus.

Pars tituli S. Crucis Romæ inuenta. Scribit Onuphrius, & alij, quod, Innocentio Pontifice, cum Petrus Gundiſaluius de Mendoza tectum, & abſidem tituli Sanctæ Crucis in Hieruſalem repararet, in medio Templi pariete pars tituli Crucis Chriſti, triplici lingua exarati inuenta ſit (ibidẽ à Placidio Va-lētiniano Imperatore ante mille annos recluſi) quo die Ferdinandus, & Iſabella Catholici Hiſpaniarum Reges, Granata Vrbe expugnata, Maurorum in Hiſpania vetuſtiſsimum imperium exciderunt. Sed Mornæus *ſuperſtitionem* vocat.

Quam (inquit) *ſola ipſa elementa, eiurant, cum pro* Ναζαραίους, *Barbarè legitur* Ναζαρίνους *per* ε *& in accuſandi quidem plurali.* *Pag. 596*

Refellitur Mornæi obiectio, ex ipſomet etiã Caluino. VErùm nullum probatum Authorem nobis producit, qui affirmet, ita Barbarè ſcriptũ fuiſſe; neque deerant tum Romæ antiquarij inſignes, & Linguæ Græcæ periti, qui de veritate tituli iudicium ferre poſſent. Contrario omninò argumento hunc titulum impugnat Caluinus lib. de Reliquijs. Scribit enim, nimis eleganter, & elaboratè exaratum eum, qui nũc oſtenditur, proinde commentitium eſſe; titulum illum verum obiter factum, non tàm ſcriptum, quàm ſculptum fuiſſe, Chriſto Cruci iam affixo. Refert Gretſerus, & hanc obiectionem ſatis refellit lib. 1. de Cruce cap. 82. Sed Caluini illa obiectio euertit potiùs rationes Mornæi, quàm illi faueat; fuit enim illius iudicio titulus Cruci affixus ſcriptus potiùs inelegãter, & inelaboratè, hoc eſt Lingua Barbara, quàm eleganti, & germana Græca; vt non mirum, ſi Ναζαρῖνος pro Ναζαραῖος in parte veri tituli Romæ reperta legatur. De inuentione tituli Crucis Chriſti in Eccleſia Sanctę Crucis in Hieruſalem de Vrbe, extat Bulla Alexandri VI. quæ incipit: *Venerabile Sacramentum*, vbi indulgentiam omnium peccatorum cõcedit viſitantibus dictam Eccleſiam vltima Dominica Ianuarij, vt ipſi Chriſti fideles eò libentiùs deuotionis cauſſa ad eandem confluerent, & Paſsionis Chriſti iugis memoria in mentibus fidelium permaneret. Mornæus:

Hinc verò Indulgentiarum ingens ſeges ſub Alexandro VI. ſucceſſore iſtis licet malè credulo. *Pag. 596*

NImirum hoc curat Diabolus per ſuos miniſtros, vt omnis Chriſti, & ſalutiferæ illius Crucis, & Paſsionis memoria ex hominũ mentibus deleatur, & excidat.

Ibidem Onuphrius ſubiungit, contigiſſe, *vt eodem, quo titulus Crucis inuentus eſt, anno* (qui fuit *Ferrũ, quo latus Chriſti perfoſſũ eſt, miſſum à Baiaſete ad Innocẽtiũ VIII. vt tradit Onuphrius.* 1492.) *Baiaſetes Turcarum Imperator, quò Pontificem fratris captiui cauſſa ſibi gratiorem redderet, pro magno munere ferrum haſtæ, quod latus Domini perfoderat, ad eum miſiſſe. Quod olim apud ædem Sancti Andreæ Antiochiæ repertum, capta iam ciuitate, Boemundus in prælio corripiens, & cum arcem expugnare non poſſet, prælatum, eam illicò capit, & hoſtium multa millia prodigioſè deleuit. Id Conſtantinopolim dono Imperatori aduectum, poſtremò Turca Pontifici hoc anno miſit.* Mornæus:

Longini

Digitized by Google

Pag. 596

Longini illius, quem fecerunt ἐκ λόγχης; quis has ineptias aut non nouit, aut notas ferre poſſit?

De milite, qui latus Christi perfodit.

CErtè militem aliquem latus Domini lancea aperuiſſe, disertè affirmat Euangeliſta, quocumque nomine diceretur. Vocatum autem fuiſſe Longinum, & Martyrij coronam adeptum, teſtatur Martyrologium Romanum ad diem 15. Martij his verbis: *Cæſareæ in Capadocia, paſſio Sancti Longini militis, qui latus Domini lancea perforaſſe perhibetur.* Mornæus cum aduerſarijs nos Longinum illũ ἐκ λόγχης feciſſe, ſeu finxiſſe velit, nempe Diuum Longinum quaſi λογχῖνον. Verùm, quemadmodum huic calumniæ reſpondet Gretſerus lib. 1. de Cruce cap. 34. vt ex varijs rebus, euentis, & actionibus varia apud Græcos, & Latinos indita fuere nomina; ita ſi Christiani Martyrem hunc vocaſſent Longinum ἀπὸ τῆς λόγχης, eò quòd lancea Christi Domini pectus aperuiſſet; num ideo fictitius cenſeri deberet? Quocumque nomine cenſeatur, certè ſub nomine Longini nõ colitur à Christianis Chimæra quædam, ſed miles ille ad fidem Christi conuerſus, & pro eadem Martyrij palmam conſecutus. Neque illud nomen ἀπὸ τῆς λόγχης, *à lancea, ſed à longitudine* ductum eſt: & Græcè non λογχῖνον, ſed λογγῖνον, dicitur, ac ſcribitur: & apud Romanos multis olim impoſitum.

Longini nomen vnde ſumptum.

Alias vſurpatum.

Caſſius Longinus Cenſor apud Plinium lib. 17. cap. 25. legitur, & Longinus Syriæ Præfectus à Tiberio miſſus, & alius Longinus eidem Prouinciæ præfectus à Claudio apud Ioſephum lib. 20. capit. 1. de antiq. Iuda. & apud eundem Longinus Tribunus. Apud Suidam habemus, Longinum Caſſium Philoſophum Porphyrij magiſtrum, virum magna doctrina, & acri iudicio; item Longinum fratrem Zenonis Imperatoris. Nõ igitur fictitium eſt nomen Martyris illius, qui ſub nomine Longini à Christianis colitur; neque illud fecimus ἐκ λόγχης, ſiquidem ἐκ λόγχης non impoſitum eſt tot alijs illud nomen. Ineptus igitur iſte, & valde rudis, qui hęc *ineptias* appellat.

Onuphrij ſententia Gretſero minùs probabilis.

Gretſerus lib. 1. de S. Cruce cap. 96. minùs probabile putat, quod ex Onuphrio citauimus, Baiaſetem Turcarum Imperatorem ferrum lanceæ donaſſe Innocentio VIII. Pontifici Maximo anno 1492. ſiquidem Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus fertur partem Dominicæ Crucis cum ſpongia, & lanceæ ferro Venetis oppignoraſſe, quæ deinceps S. Ludouicus Rex Francorum, poteſtate redimẽdi accepta, in Regio Sacello Luteti ę cõdidit, inſtitutis ibi Sacrorum miniſtris. Mornęus:

Pag. 596

Sed Innocentio magis erat cordi Bulla in eos edenda, qui Annatas ad diem non ſoluebant; quam & excommunicationis pœna, & beneficiorum, quæ poſſidebant, priuatione ſancitam voluit.

De Bulla ab Innocentio edita ſ ſolutione Annatarũ

HAnc verò Bullam edidit Innocentius, Apoſtolicæ Cameræ, ex qua non modò Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſed etiam magnum totius Christianæ Reipublicæ ſubſidium prouenit, iura illæſa ſeruari cupiens, item volens tàm ſaluti animarum, quàm ipſius Cameræ indemnitatibus ſalubriter prouidere, vt ex eadem Bulla conſtat. Nec certè cuiquam iniuriam facit qui iura, quæ ad eum ſpectant, repetit.

Mors Innocentij VIII

De morte Innocentij hæc ſcribit Nauclerus Generat 50. ad annum 1484. *Adueniente hora vocationis, ſumptis ex ritu Christiano Sacramentis, intrepidè adeò ſpiritum reddidit Creatori, vt ſecurus immarceſibili gloria videretur cum cœleſti vita mortem commutare: anno Pontificatus ſui octauo, 8. Kalendas Auguſti, ſalutis verò 1492.*

Alexander VI. eius ſucceſſor.

In eius locum electus eſt Rodericus Borgia Valentinus Hiſpanus, Cardinalis Portuenſis, Vicecancellarius Decanus, dictus Alexander VI. creatus 3. Idus Auguſti, quem Calixtus III. vt ſororis ſuæ filium auunculus Cardinalem crearat, doctores ei, ac vitæ magiſtros adhibens, quorum opera Bononiæ Ciuili, ac Pontificio Iuri operam nauauit. Diligentiſsimus Mornæus, & accuratiſsimus in accumulandis vndique variorum Authorum teſtimonijs, vt Onuphrij, Volaterrani, Guicciardini, Pauli Iouij, Philipphi Cominæi, ad lacerandum nomen iſtius Pontificis.

Eius mores ſi praui fuerunt; nihil tamẽ detrahunt de dignitate Romani Pont.

Sed ad ea omnia, quæ Scriptores illi, vel alij de illo referunt, breuiter reſpondemus, nobis non propoſitum eſſe omnia ſingulorum Pontificum acta defendere, ſed ipſam ſacroſanctam dignitatem à Christo Domino inſtitutam, primatum, inquam, Romani Pontificis Petri Principis Apoſtolorum ſucceſſoris ab infidelibus vindicare. Quemadmodum argumentabatur Diuus Paulus Romanorum 3. *Quid enim ſi quidam illorum non crediderunt, numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit? Abſit. Eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax:* Ita ſi Pontifices aliqui ex tanto numero famoſi fuere; non ideò excidit verbum Domini Matth. 16. *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam.* Neque eius inſtitutio irrita, quà vnum ſupremum Eccleſiæ ſuæ Paſtorem, cui paſcendas oues ſuas commiſerit, ordinauit. Quemadmodum ſcribebat Tertullianus lib. de præſcript. cap. 3. *Fides non eſt probanda ex perſonis, ſed perſonæ ex fide.* Non igitur, ſi Pontifices illaudatis aliquando ſint moribus, ideo licet vnquam à fide, doctrina & communione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ diſcedere, eamue improbare. Ita criminando hominum vitam Petilianus Donatiſta Cathedram Apoſtolicam, *peſtilentiæ Cathedram* appellabat. Cui reſpondet Diuus Auguſtinus lib. 2. contra ipſius litteras cap. 51. *Si omnes per totum Orbẽ tales eſſent, quales vaniſſimè criminaris, Cathedra tibi quid fecit Eccleſiæ Romanæ, in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Anaſtaſius ſedet: vel Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, in qua Iacobus ſedit, & in qua hodie Ioannes ſedet, quibus nos in Catholica vnitate connectimur, & à*

quibus vos nefario furore ſeparaſtis? Quare appellas Cathedram peſtilẽtiæ Cathedram Apoſtolicã? Si propter homines, quos putas legem loqui & non facere, numquid Dominus Ieſus Chriſtus propter Phariſæos, de quibus ait: Dicunt & non faciunt; Cathedræ in qua ſedebant, vllam fecit iniuriam? Nonne illam Cathedrã Moyſi commendauit, & illos ſeruato honore Cathedræ, redarguit? Ait enim (Matth. 18.) *Super Cathedram Moyſi ſedent: quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, nolite facere; dicunt enim, & non faciunt. Hæc ſi cogitaretis, non propter homines, quos infamatis, blaſphemaretis Cathedram Apoſtolicam, cui non communicatis. Sed quid eſt aliud quàm neſcire quid dicere, & tamen non poſſe niſi maledicere?* Fuerit igitur Alexander VI. qualis ab Authoribus illis deſcribitur: an ideò non ſeruandus honor Cathedræ, vel inde perit primatus, & authoritas Sedis Apoſtolicæ?

Pag. 599 600. *Caroli 8. reuerentia erga ipſũ.* De expeditione Caroli VIII. Regis Franciæ in Italiam, ad bellum inferendum Regno Neapolitano, hiſtoriam hic inſerit. Pacta refert, in quæ Alexander Pontifex, & Carolus VIII. conuenerint, quomodo in Vaticano exceptus Rex à Pontifice, flexo genu pedes eius oſculatus, ad genæ oſculum ſit admiſſus, alia die Miſſam celebranti aquam lauandis manibus miniſtrarit.

Pag. 602 *Quos ritus* (inquit) *Pontifex in pergula quadam Arcis Sancti Angeli depingi voluit; Pro Pontificum vtique more, vt quæ ſibi ex comitate deferuntur, quaſi ex contractu deberi cenſeantur.*

VErùm antiquum eſſe morem illum etiam Regibus oſculandi pedes Summi Pontificis, paſsim conſtat ex Hiſtorijs: & Rex vltrò hunc honorem Pontifici detulit, neque diſputatum, an ex comitate deferendus eſſet, vel quaſi ex contractu deberetur. Et Pontifex pictura nonniſi rem geſtam exprimi voluit: comitas, vel quaſi contractus res incorporales ſunt, quæ pictura non exprimuntur. Hæc diſertis verbis ſcribit Paulus Iouius Hiſt. lib. 2. *In Vaticano deuentum, adorauitque Pontificem Rex proiectus, omniſque demum turba Procerum, & Ducum obſignatos aureis Crucibus pedes oſculata eſt*: qui haud dubiè, qualis eſſet moribus Pontifex, probè nouerãt; ſed Cathedræ, & dignitati debitum honorem ſeruari volebant. Eadem referunt & Guicciardinus Hiſt. Italicæ lib. 1. & Guagninus lib. 11. Hiſtoriæ Francorum, qui & addit, ſe accepiſſe, non defuiſſe ex Cardinalium cætu pleroſq; qui Carolo ſuaderent, Alexandrum captum abduceret, vt Pontificatu amoueretur; *quibus audiens non fuit pius Princeps, perfidè ſe facere ratus, ſi poſt datam fidem calumniam inferret Pontifici.* Cæterũ Aduerſarius pro more vitia duntaxat Alexandri ex Scriptoribus notauit, quæ tamẽ, vt teſtatur Onuphrius, & Volaterranus, æquabant virtutes.

Alexandri VI. virtutes. *Inerat namq.* (ait Onuphrius) *ingenium, ratio, cogitatio, memoria, diligentia, eloquentia verò quædã naturalis, & ad perſuadendum apta, quæ multis exitio fuit; vt nemo rẽ cautius proponeret, vel acriùs defenderet, ſeu, quod deſiderabat, impelleret: ſeſe vnũ omnium animis accommodando, cũ iucundis de remiſſione, cũ ſeueris de diſciplina, cum Patribus de Republica loquebatur &c. Idẽ in otio ſolutiſſimus in metu cõſtantiſſimus, nunquã negotia voluptate omiſit, res in multam noctẽ protrahebat breuiſſimi ſomni, cibique Artes liberales ſi nõ colebat, admirabatur, et iuris præſertim ſciẽtiã: ſalaria Doctorib'. ſtipẽdia militibus, mercedem operarijs nunquã eſt differre nedum auferre, viſus. In annonæ difficultate, quæ bis contigit, aduecta è Sicilia magna vi frumenti ita diligẽter Vrbi prouiderat, vt plebs fere nullũ ſentiret incommodum.* Nauclerus Gener. 50. an. 1492. *virum magni animi, magnæq; prudẽtiæ* appellat, *æmulatorem Calixti auunculi ſui per omnia factum, qui Nationẽ, Patriam, Familiam illuſtrarit.* Et Krantzius in Metropoli lib. 12. c. 1. de eodem: *Omnem Curiæ Romanæ ſtatũ, procurſum, & totius Italiæ Principũ, & communitatum conſilia callens Põtifex maximas res gerit, hodie potentes in Vrbe familias exterminauit, omnes penè Potentatus Italiæ ex Tyrannis conſtitutos ſubuertit per Cæſarem quem Ducem vocant Valentinum, cuius genituram neque pater neque filius diffitetur.* Qui verò citati ab Aduerſario Scriptores vitam Alexandri VI. Pontificis, & acta compilarunt, vitia notant, nõ dignitatem inſectantur: & multa imponi haud dubium eſt, vt quod cum Sathana de Papatu eum pactum eſſe quidã ſcribant, & eo inconſulto nihil feciſſe; Item quod Petro Mendoſo Hiſpano Cardinali de Valentia indulſerit, vt Marchione de Zaneta notho ſuo ad libidinem abuteretur: quæ ſunt meræ impoſturæ dignæ, quæ Operi Mornæi inſererentur. *Multa ei impoſita.*

Extat Diploma Pontificium ab Alexandro VI. anno 1493. & ſui Pontificatus 1. datum; quod incipit: *Inter cætera*, quo concedit Ferdinando Regi, & Iſabellæ Reginæ Inſulas, & terras firmas noui Orbis inuentas, & inueniendas. Hinc Mornæus:

Qui orbem inter Principes partitur, Ferdinando Aragonio & Iſabellæ Caſtellanæ Indiam Occidentalem à Colũbo circa id tẽporis detectã, donat; Quo iure, niſi quo ſeſe ipſe ante Principi mũdi mancipauit, ei qui Chriſtũ Dominum compellãs; Tibi dabo hæc omnia ſi procidens adoraueris me. Pag. 603

VErùm eas Regiones illis donabat Põtifex, vt promoueret negotium prædicationis Euangelicæ; ſiquidem illius munus eſt potiſſimum, vt toto Orbe fides Chriſti propagetur. Et prout docet Victoria Relect. de Indis Inſulanis Sect. 3. act. 10. ſi ad prædicationem Euangelij in illis Prouincijs commodiùs poterant Principes Hiſpani dare operam; poterat eis Pontifex committere, & alijs interdicere *Cur Alexander VI. Ferdinando Aragonio. & Iſabellæ Caſtellanæ Indiã Occidentalẽ donauerit, vt iuſtè potuit.*

dicere

Digitized by Google

dicere non ſolum prædicationem, ſed etiam commercium, ſi hoc ita expediret ad Religionis Chriſtianæ propagationem. Id verò expedire videtur, quia ſi indiſcriminatim ex alijs Prouincijs Chriſtianorum concurrerent ad illas Prouincias, poſſent ſe inuicem facile impedire, & excitare ſeditiones; vnde & tranquillitas facilè impediretur, & turbaretur negotium fidei, & conuerſio Barbarorum. Præterea cum Principes Hiſpani ſuis auſpicijs, ſuisque ſumptibus primi omnium eam nauigationem ſuſcepiſſent, & tàm fœliciter inueniſſent, iuſtũ erat, vt ea peregrinatio alijs prohiberetur, & ipſi ſoli fruerentur inuentis. Sicut etiam pro pace conſeruanda inter Principes Chriſtianos, & Religione amplificanda potuit Papa Prouincias Sarracenorum inter Principes Chriſtianos ita diſtribuere, ne alius in alterius partes tranſeat; Sic etiam poſſet pro commodo Religionis Principes creare, & maximè vbi antea nulli fuiſſent Principes Chriſtiani. Hæc ex Victoria loco citato.

Hortatur ſuo Diplomate Pontifex eos Principes, vt populos in huiuſmodi Inſulis & terris ad Chriſtianam Religionem ſuſcipiendã inducere velint, & debeant. Dicit, ſe illis terras illas donare, & quidem de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ, & authoritate Dei illi in B. Petro conceſſa, & Vicariatus Ieſu Chriſti, quo fungebatur in terris, non quòd Pontifex ſibi temporale dominium Orbis vendicet; ſed ſpecialis illic erat cauſſa, nempè, vt promoueretur negotium Fidei, & Religionis, vtque populis recenter ad fidem conuerſis præficerentur Chriſtiani Principes. Et eodem Diplomate Pontifex declarat, ſe nullo modo tollere ius quæſitũ alijs Principibus Chriſtianis in illas Inſulas, & terras: quos iudicat fuiſſe iuſtos dominos, & ſi nulla authoritate Apoſtolicæ Sedis illarum dominium adepti fuiſſent. & Orientalis Indiæ, & Oræ Aethiopiæ à Luſitanis quæſita poſſeſsio effecit, vt Pontifex concordiæ cauſa tanquam arbiter noua linea deſcripta vtriuſque figeret limites. Hoccinè verò eſt Sathanæ exemplo dicere: *Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraueris me*, promouere negotium Fidei, ac ſalutem animarum, & curare, vt per Principes Chriſtianos nomẽ Chriſti longè lateque diffundatur? Sathan volebat adorari à Chriſto: Pontifex curat, ut Chriſtus ab omnibus gentibus adoretur; quid igitur affine Diplomati Pontificio cum arrogantia Sathanæ? Nunc ad Oppoſitionem.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem ſexageſ. quartam.

Pag. 603 *Albericus de Roſate à Mornæo oppoſitus refellitur.*

PRimo loco producit Albericum de Roſate Iureconſultum, qui tuetur, Imperium à Papa non pendere; Imperatorem eius confirmatione non indigere; qui cõtra ſentiant, læſæ Maieſtatis reos eſſe. Sed huic ſententiæ opponimus etiam Imperatores ipſos, qui confirmari ab ipſis Põtificibus ſemper voluerunt, immò & ipſorum Principum Electorum Imperij teſtimonia poſſemus citare. Contra praxim ipſam, & id quod vſus hactenus obtinuit, diſputare hominis eſt contẽtioſi. Et ut monet Pater Azor 2. p. Inſtit. moral. lib. 10. cap. 6. Albericus ille multa contra Pontificiam poteſtatem dixit, quam vt filius reuereri, & tueri debebat; ideò caute legendus. Neſcio, quorſum hic repetitionẽ inſerat de donatione Conſtantini, de qua eadem ſuo loco dixerat: neque eſt quod illis, quæ tum ſcripſimus, nunc adiungamus alia.

Pag. 604 *Mancinellus item.*

Alios quoſdam obijcit, vt Mancinellũ quendam, qui Romæ ſemel atque iterum contra Alexandrum declamarit, abuſus, ſcandala, abominanda eius facta apertè repræhenderit; vnde primùm ei truncatæ manus, deinde exectâ lingua. Sed quid inde, ſi ille procacitatis ſuæ pœnas dedit? Exodi 19. iubebatur beſtia, quæ tetigiſſet montem, lapidari. Tunc Prælatus inordinatè tangi videtur, quando irreuerenter obiurgatur. Mancinellus ille improbo illi, & deformi Therſitæ non abſimilis, quem apud Homerum Iliad. 2. quòd conuiciaretur Regibus, durè increpat, & verberibus compeſcit diuinus ille Vlyſſes:

> οὐκ ἂν βασιλῆας ἀνὰ στόμ' ἔχων ἀγορεύοις,
> καί σφιν ὀνείδεά τε προφέροις.
>
> *Ne Reges in ore habens concioneris.*
> *Et ipſis conuitia inferas.*

Pag. 604 *Sic & Machiauellus.*

Deinde Machiauellum Reipublicæ Florentinæ Secretarium, qui in Hiſtoria ediſſerit, ad Theodoricum vſque Lombardorum Regem, nullam habuiſſe Pontificem temporalem iuriſdictionem, vix ac ne vix quidem à Rauennati Eccleſia in ſpiritualibus agnitum. Primũ non magni facimus Machiauellum, cuius ſcripta Eccleſiæ non probantur. Et de ſpirituali poteſtate Pontificis iudicandum eſt ex ſacra Scriptura, cuius non erat interpres idoneus Machiauellus: de temporali ex titulis, quibus iuſta acquiruntur dominia. Etſi verò reuocet nobis in dubium Conſtantini donationem; tamen longiſsimi temporis præſcriptione tàm iuſtus eſt Princeps temporalis Vrbis Romæ, & aliarum ditionum Pontifex, quàm quiuis alius Princeps in ſuis terris. Et ſi Antiſtites Rauennates aliquando oppoſuerunt ſe Pontificum Romanorum ſpirituali iuriſdictioni; eo ipſo fuerunt ſchiſmatici, vt ſuis locis vidimus: ſed tamen reſipiſcere & manus dare ſunt

Digitized by Google

coacti. Neque Guicciardinum, licet grauem Authorem, huius controuerſiæ judicem accipimus.

Pag.605 *Baptiſta Mantuanus Mornai cauſſæ non ſuffragatur.* Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ verſus ſubijcit, quibus ipſe tertio Calamitatum libro enormia quędam vitia nominatim exprimit, quæ fama vulgatum erat in Curia Romana committi. Verùm Eccleſiam ipſam nemo Catholicorum eſt, qui doceat, ex bonis tantùm conſtare; aſsimilat enim eam Chriſtus Dominus Matth. 13. ſagenæ miſſæ in mare ex omni genere piſcium congreganti, & decem Virginibus, quinque prudẽtibus, & quinque fatuis non habentibus oleum in vaſis ſuis cap. 25. *Et in magna domo* (ait Paulus 2. Timoth. 2.) *nõ ſolũ ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia.* Quid igitur mirum, ſi inter tot Curiales bonos eſſent etiam aliqui famoſi, quorum vitijs ſplendor illius Curiæ obnubilaretur? Sed verſibus ab Aduerſario productis ſequentes Mantuanus ſubijcit, quibus Sixtum IV. Pontificẽ alloquitur, eique, non alteri, vult vitiorum extirpandorum, & Curiæ reformandæ curam impendere:

Sixte pater, fidei cuſtos, ouiumque magiſter,
Quas bonus effuſo moriens in ſanguine Paſtor
Abluit, ætatis damnoſa licentia noſtræ,
Quam veterum ſemper creſcens incuria patrũ,
Et ſceleri pandens aditum, moresq; ſeueros
Auerſata parit, tua ſentiat arma, coerce
Hãc vitem, ancipiti ramos preme falce vagãtes.

Vbi hoc notandum, quod Pontificem *fidei cuſtodem*, & *ouium magiſtrum* appellat. Quin & præter alia verum Dei cultum in Eccleſia Romana vigere docet:

Plurima ſunt nobis ſancti veſtigia ſecli,
Et gentis monumenta pia: ſunt ardua Templa:
Sunt ſacris congeſta Patrum ſancta oſſa ſepulchris:
Eſt fidei caput, & veri latria Tonantis.

Etſi igitur mores priuatorum inſectetur, nõ tamen fidem & doctrinam S. R. Eccleſiæ, cuius & de authoritate, ac primatu Pontificis luculenta extant teſtimonia. In exhortatione ad capienda arma contra infideles ita Pontificẽ Maximum compellat:

Surge, age, tu in primis animum Romane Sacerdos,
Pontificum Princeps, Chriſti omnipotentis imago
Viua, Dei ſortita vices terra, æquore, & orco
Hùc appelle tuum. Populos in bella ciere
Quidquid habent armorum, & opum noſtra omnia Regna
In fidei communem hoſtem te cogere oportet.
Incipe, & exemplo veniant in fœdera Reges
Sancta tuo. Tu namque Pater, tu prima poteſtas,
Tu magneta tenes, tu clauum in puppe gubernas.

Et in Præcinio ad Iulium ſecundum Pontificem Maximum:

Maxime Quercentum Princeps, & ſumme Sacerdos,
Qui iura, & leges Diuumque hominumque gubernas
Enſe potens gemino, cuius veſtigia adorant
Cęſar, & aurato veſtiti murice Reges.

Longè igitur abeſt Pater ille religione ac doctrina inſignis, vt Mornæi cauſæ quidquam ſuffragetur.

Producit Mornæus & Ioannem de Veſalia Doctorem, & Concionatorem VVormatienſem, apud Inquiſitores delatũ, quòd has Theſes aſſeruiſſet: Pag.605

Quòd Prælati non poſſunt nouas leges condere in Eccleſia, ſed fideles ad Euangelij obſeruationem inducere debent; Quòd boni eius interpretes locum vnum ex alio exponunt, quia homines ſpiritum Chriſti non aſſequuntur, niſi per ſpiritum Chriſti; Quòd Doctoribus etiam ſanctiſſimis propter ſe non credẽdum, nihilo magis Gloſſæ; Quòd ſtatuta Eccleſiæ non obligãt ad peccatum; Quòd electi Dei ſola eius miſericordia ſalui; Vana Papæ indulgentia; Eiuſdem generis Chriſma, Quadrageſſima, Ciborum diſcrimen, Feſti dies, Confeſſio auricularis, Romiuagia &c.

De Ioanne de VVeſalia citato à Mornæo EXtat examen iſtius Ioannis de VVeſalia cũ eius articulis, & eorumdem condemnatione, ac reuocatione per eum facta coram Domino Archiepiſcopo Moguntino Diethero de Iſemburgo anno 1479. in Faſciculo Rerum expetẽdarum: de quo hæc tradit Trithemius In Cron. Sponheimenſi anno 1479. *Condemnatus fuit apud Moguntiã Ioannes Ruchard de VVueſalia ſuperiore, Sacræ Theologiæ Doctor, atque ad reuocationem quorumdam articulorum, quos in Eccleſia VVormatienſi publicè prædicaſſe ferebatur, per Doctores, & Inquiſitorem coactus, cuius volumina, ipſo inſpectante, omnia igni tradita & combuſta ſunt, & ipſe, pro pœnitentia peragenda, ad Conuentum Fratrũ Auguſtinenſium ibidem relegatus, mærore conſumptus in breui obijt.* Deinde ſubijcit illius articulos, & præter enumeratos à Mornæo, hũc quinto loco refert: *Quod neque ſit, neque vnquam fuerit originale peccatum, nec paruulos in originali concipi, neque propterea damnari, ſe quoque nunquam originali ſubiacuiſſe peccato.* *Is negauit etiam peccatum originale.* Hunc puduit Mornæum referre, ne præter Caluiniſmum etiam Pelagianiſmi notaretur. Et ſexto loco: *Quod omnes Presbyteri realiter ſint Epiſcopi, & Papa, ſoloque nomine, & hominum inſtitutione differant, quodque Papa, Epiſcopi, & Sacerdotes nihil hominibus conferant ad ſalutem, ſed fide, concordia, & pace ſaluari poſſe ſine Sacerdotibus*; *Quid de Sacerdotibus & Epiſcopis.* quem nõ retulerat Aduerſarius. Et nono loco: *Cũ nuſquam legatur, quod Spiritus*

Sanctus

Negauit etiam proceſſionem Spiritus Sācti à Filio.

Sanctus procedat à Filio, in ſacra Scriptura, ſed potius cōtrarium, potius eſt credere cum Græcis ſapientibus, Spiritum Sāctum à Patre tantùm, & non à Filio procedere: quia Filius hoc dixit. Videat Mornæus, an, abiurata ſententia Latinorum, Græcis in hoc aſſentiatur. Interim Ioannes ille de VVeſalia & nouos prædicabat errores, & veteres ex Orco reuocabat.

Pag. 605 *De VVeſello Chroeninghenſi.*

Viuebat eodem tempore, ſed paulo iunior Doctor VVeſellus Chroeninghēſis lux mundi dictus;

Sed his, qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras, Mornæo, & authori παραλειπομένων ad Chronicon Vrſpergēſis, homini κακοδόξῳ. Iſte, teſte Mornæo, ſententiā Ioannis de VVeſalia & Lutetiæ, & Romæ contra multa Eccleſiæ Romanæ dogmata aſſeruerat. Igitur hæreticus erat ab Eccleſia damnatus; ſiquidem (vt habetur 24. q. 1. c. *Acatius*) hæreticus eſt, qui in hæreſim ſemel damnatam incidit.

Pag. 606

Sed (inquit) *eam nonnullos etiam ex Curia approbaſſe non tacet &c.*

EA fortaſſe erat VVeſelli illius impoſtura, vt hinc fides aliqua illi tribueretur. Verū ita ſit; non ideò certè illa ſententia Orthodoxa erat; ſed illi potius hæretici, cum magiſtris illis, & aſſertoribus damnati. An recta Arrij ſententia, quòd, capto prius omnium Imperatore, cuncta denique Palatij culmina legibus nouis ſubiugaſſet? Non defuerunt & ex Aula Imperatorum, qui Neſtorij, qui etiam Eutychetis, & Dioſcori impietati patrocinarētur. Quas igitur vires habet hoc argumentum? *VVeſellus ſententiam ſuam nonnullos ex Curia approbaſſe non tacet, à confeſſione licet VValdenſium non longè abeuntem; Ergo Orthodoxa illius ſententia.*

Rodolphus Agricola perperam à Mornæo oppoſitus.

Iſtos duos è Germània produxiſſe ad cauſſæ ſuæ ſubſidium parum Mornæo videbatur, niſi tertium huic Oppoſitioni insereret Rodolphum Agricolam: quem tamen Catholicè vixiſſe & obijſſe conſtat. Nam præter cætera ſcripſit de immenſa Chriſti Domini Natalis lætitia orationem, *gratulatoriam* dictam Innocentio VIII. Pontif. Maximo: & viuebat Heidelbergæ, cum nondum hæc Ciuitas incidiſſet in hæreſim, anno 1485. & Surius in Commentario rerum in Orbe geſtarum ad annum 1539. de eo loquens: *Huius viri &* rara *eruditio* (inquit) *& inſignis in Deum pietas fuit.*

Pag. 606

Alios quoſdam iſtis inſerit valde obſcuri nominis, quos nec tantillum remoramur, vt ex Brabantia Gocchium Pupperum Presbyterum, Mechlinenſem Decurionem, qui dicebat, de gratuita peccatorum iuſtificatione in ſanguine Chriſti, omnibus Sophiſtarū, & Scholaſticorum gloſsis exploſis, ſoli ſacræ Scripturæ, Paulo nominatim, inhærendum eſſe; & ex Vniuerſitate Tubingenſi Paulum Scriptoris Theologiæ Doctorem, qui quartum librū Sententiarum exponens, auſus ſit Tranſubſtātiationem apertè damnare. In Iſrael erant pſeudoprophetæ, qui contraria Dei Prophetis docerent; & ab initio naſcentis Eccleſiæ fuere homines corrupti mente, qui à veritate fideles auerterent, & *faſcinarent eoſdem* (vt verbo Pauli ad Galat. 3. vtar) *non obedire veritati*: nihil igitur mirum, ſi omnibus ſæculis habet Mornæus quos producat ſalutiferæ Fidei aduerſarios. Nam cum Pater familias bonum ſemē ſeminauerit in agro ſuo, non defuit inimicus homo ſuperſeminare zizania. Mornæo *Sophiſtæ* ſunt omnes Theologi: explodendæ eorum gloſſę in doctrina *de iuſtificatione peccatoris*, unus admittendus Gocchius Pupperus. Annon verò & Theologi ad vnum docent, gratuitā eſſe iuſtificationem peccatoris in ſanguine Chriſti? An Scholaſticorum gloſſæ ſacræ Scripturæ, & Paulo nominatim, refragātur? Tranſubſtantiationem apertè damnauit Paulus Scriptoris; vtique eo ipſo hæreticus, apertè damnans ſacram ipſam Scripturā (de cuius ſenſu iudicare eſt ipſius Eccleſiæ) Sanctorum Patrum, & Sacrorum Conciliorum doctrinā. Sed mentitur impudenter Aduerſarius, cum dicit, eum ſecutos Auguſtinianos diſcipulos Ioānis Stauffich Prouincialis. Neque enim Auguſtiniani vnquam à doctrina Sanctæ Romanæ Eccleſiæ uel tantillùm deflexerunt: & ſi quis aliā doctrinam adfert; nec *Aue* ei dixerimus. Quēadmodū ſcribebat Tertullianus in lib. ad Scapulam cap. 4. hæreticos Sectam mentiri Chriſtianam; ſic eos mentiri Auguſtinianos dicimus, qui Tranſubſtantiationem, vel quoduis aliud Sanctæ Romanæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſię dogma negarint. Multi quidem exierunt ex nobis, quia non erant ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis; manſiſſent vtiq; nobiſcum: & Ioannes Stanpitius circumuentus quidem aliquando fuit dolis, & impoſturis Lutheri verùm poſtea pænitentia ductus; & Saxoniam deſeruit, & ad Archiepiſcopum Saliſburgenſem ſeſe tranſtulit, neque vnquā apertè iugum Eccleſiæ excuſsit. Conradus verò Pellicanus, quem iſtis addit, teſte Surio, ex Franciſcano factus erat Zuinglianus.

Auguſtinianos ſecutos eſſe Gocchium Pupperum, Mornæi mendacium eſt.

De Andrea Carnienſi Archiep. eiuſque obitu.

De Andrea illo Caruienſi Archiepiſcopo nimiùm temerario, volente de indicendo Cōcilio Pontifici legem pręſcribere, nolim plura adferre. Hunc cum initio protegeret Fridericus Imperator, poſtea, non dubium temeritate illius offenſus, deſeruit. Moritur laqueo ſtrāgulatus. Mornęus:

Pontifice inquit, Stumpfius, procul dubio id procurante.

SEd ſuſpectę fidei Authori, & Pontificię dignitati infeſto haud ita facilè fidem adhibemus. Fieri poteſt, vt ipſe prę deſperatione ſibi, inſtigante Diabolo, vitam ademerit. Eodem loco, quo ſuperiores, nobis eſt Nicolaus Rus cum ſuis Theſibus: & ſciolis iſtis, nonniſi temeritate notis & audacia, conſpirantem Orbem Chriſtianum in eadem fide Sanctę Romanę Eccleſię obijcimus. Diuino impulſui & hoc tribuit.

Quod

Pag.607

Quod frequenter hoc ſæculo teſtatum occurrit; multos mente ſana & alioqui nullius vitij notatos, poſt hoſtiæ conſecrationem, præ Idololatriæ horrore, extra ſe raptos, in eam inuolaſſe, ſolemnioribus feſtis, conſertiſſimâ turba, certo vitæ periculo, eamque in fruſta concidiſſe.

De M. Ioãne Anglo, & Piccardo Hemona.

QVI id fecerunt, producit duos, M. Ioãnem Anglum, & Piccardum quendã Hemonem nomine, cum tamen præmiſiſſet, eo ſæculo id frequenter occurriſſe: & id fecerunt diabolico ſpiritu adacti. Piccardum illum, vt par erat, Pariſijs concrematum fuiſſe, refert Surius in Comment. rerum in toto Orbe geſtarum, ad annum 1503. Sacroſanctæ Euchariſtiæ adorationem hæreticus Mornæus *Idololatriam* appellat. Sed hoc Sacramentum eſt, quod norunt fideles: nec proijciendæ ſunt margaritæ ante porcos. Quid mirum igitur, ſi illud infidelis iſte ignoret? Inſaniam iſtorum hominũ, & ſacrilegium in Sacroſanctam Euchariſtiam commiſſum iſte diuino impulſui tribuit. Igitur & quod feciſſe Donatiſtas hæreticos refert Optatus Mileuitanus lib. 2. contra Parmenianum, diuino impulſui tribuendum erit: *Iuſſerunt, Euchariſtiam canibus fundi, poſt non ſine ſigno diuini iudicij, nam ijdem canes accenſi rabie ipſos dominos ſuos, quaſi latrones ſancti corporis reos, dente vindice tanquam ignotos & inimicos laniauerunt.* Et lib. 6. *Quid vos offenderat Chriſtus, cuius illic per certa momenta corpus habitabat? Hoc tamen immane facinus geminatum eſt, dum fregiſtis etiam calices Chriſti ſanguinis portatores.*

Obijcit Mornæus, & in cauſſæ ſuæ patrocinium adducere velit Hieronymum Sauonarolam Dominicanum, quem per ſummam iniuriam Beza in ſuis Iconibus, & Nouatores ſibi vendicare conantur. Etſi enim fuerit ille aliquando infenſus Pontifici Alexandro VI. & aliqua nimia libertate dixerit, & ſcripſerit; nunquam tamen doctrinam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ alienam, vel diſcrepantem docuit, aut profeſſus eſt. Referente Sandero lib. 7. de Viſib. Monarch. Eccleſ. num. 1205. & ſequentibus, *Hieronymus Sauonarola lib. 4. de Triumpho Crucis cap. primo, probat primùm, Eccleſiam debere ab vno potiſſimùm viſibili paſtore gubernari, quoniam id genus gubernationis optimum eſt, & Triumphantis Eccleſiæ ſtatui maximè reſpondet, & tàm in veteri, quàm in nouo Teſtamento inſtitutum eſt, vtpote ſine quo neque lites de fidei cauſſis decidi, neque hæreſes reprimi poſſent; Vnde Chriſtum Petro conceſſiſſe primatum (Matthæi 16. & Lucæ 22. Ioannis 21.) illi verò ſuccedere Pontifices Romanos; ac manifeſtum eſſe, quod Eccleſia Romana ſit Dux, & Magiſtra omniũ aliarum, quodq; omnes fideles Chriſtiani debent in vno Pontifice Romano, velut in ſuo capite, vniri; qui verò diſcedit ab vnitate, & doctrina Romanæ Eccleſiæ, illum ſine dubio diſcedere à Chriſto; cumque omnes hæretici ab Eccleſia Romana diſcedant, neque Chriſtianos illos eſſe, licet hoc nomine falsò ſe appellent. Deinde cum verum vero ſemper cohæreat, aptumque ſit, omnes autem Sectæ hæreticorum inter ſe diſſentiant, Eccleſiæ autem Romanæ doctrina in his, quæ pertinent ad fidem & rectè viuendi rationem, ſummè ſecum ipſa conſentiat, idque etiamſi Doctores penè innumerabiles in Eccleſia Romana extiterint; neceſſariò effici, vt ſolius Eccleſiæ Romanæ Patrumque cum ea conſentientium doctrina ſit vera, cæterorum verò falſa. Denique cum Chriſti, & Militantis Eccleſiæ Regnum non tantùm vſque ad finem ſæculi, ſed poſt Mundi renouationem in æternum durare debeat, illam neceſſariò eſſe veram Eccleſiam, quæ per omnia tempora durauerit. Cùm igitur, licet hæretici omnes oppugnarint Eccleſiam Romanam, illa tamen victrix perſtiterit, hæreticorum verò Sectæ, & falſæ opiniones ad nihilum redactæ fuerint; certum eſſe iſtorum congregationes non eſſe veram Dei Eccleſiam.* Hæc Sanderus ex Hieronymo Sauonarola, vbi fatetur, ſe non tàm verba ipſius, quàm verborum ſententiam deſcripſiſſe. Longè igitur abfuit, vt Antichriſtum in Curia Romana quaſi regnantem indigitaret. Quod verò dogma docuit aliquãdo, in quo cum Nouatoribus conſentiret? Hæc ex illo citat Aduerſarius:

Hieronymi Sauonarolæ ſententia de primatu Romanæ Eccleſiæ.

Sauonarola in nullo cum Nouatorib. dogmate conſenſit.

Pag.609

Traditiones humanas, quantum poteſt, euertit; In gratuita iuſtificatione, per fidem in Chriſto ſpem omnem ſuam collocat; Paſſioni Chriſti affixus hæret. Vnum Chriſti meritum agnoſcit, Communionem ſub vtraque ſpecie tuetur, in indulgentias detonat.

AD quæ breuiter reſpondemus, primò, Traditiones Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas nõ eſſe traditiones merè humanas; ſecundò, nos item in gratuita iuſtificatione per fidem in Chriſto ſpem noſtrã collocare, Paſsioni Chriſti affixos hærere, vnum Chriſti meritum agnoſcere, à quo pendet quidquid meriti eſt in noſtris operibus, quidquid eſt Deo gratum, & acceptum, quidquid, inquam, Deo in nobis operanti cooperamur; vt laboremus quidem non nos, ſed gratia Dei nobiſcum, prout de ſe dicebat D. Paulus. Quoad Communionem ſub vtraque ſpecie: nunquam eam vt neceſſariam contra Conſtitutionem Concilij Conſtantiẽſis, more Huſsitarum tutatus eſt Sauonarola; multò minus indulgẽtias damnauit, vel in eas detonauit. Ille quidem in crimen vocatus eſt, teſte Guicciardino, quod non ſine offenſione in Sacerdotum, Curiæque Romanæ mores pro concione inueheretur, quod Florentiæ diſcordias aleret, quod eius doctrina nequaquam per omnia ſana eſſet; nullum tamen dogma fidei Sanctæ Romanæ Eccleſiæ repugnans in particulari illi fuit obiectum: quod certè non omiſiſſent eius Aduerſarij, ſi contigiſſet eum in aliquem errorem impingere. Non erat igi-

tur

tur quod Sauonarolam in cauſſæ ſuæ patrocinium aduocaret Mornæus.

Pag.609 Nouos quoſdam Prophetas inducit, primò Vveſalum illum Groeninghenſem, de quo ſupra fuit ſermo, qui Ioanni Oſtendorpio Eccleſiæ Dauentrienſis Canonico prædixerit, breui fore, vt doctrina Thomæ, Bonauenturæ, & aliorum eiuſdem farinæ ab omnibus ferè Chriſtianis Theologis exploderetur. Verùm ille vanus, & fallax Propheta, de quo illud Deuteron. 18. intelligendum: *Quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non eſt locutus; ſed per tumorem animi ſui Propheta confinxit, & idcirco non timebis eum.* Nunquam certè in maiori veneratione, quàm nunc temporis, habita eſt apud Theologos doctrina Sancti Thomæ, S. Bonauenturę, & aliorum Scholaſticorum, qui doctrinam Chriſtianam ſuis ſcriptis plurimum illuſtrarunt. Sed omnes ferè Chriſtianos Theologos Pſeudoprophetes ille, & mentis eius interpres Mornæus, noui Euangelij miniſtros intelligebat, à quibus nedum Thomæ, Bonauenturæ, & aliorum Scholaſticorum, ſed & Sanctorum Patrum, & ſacrorum Conciliorum doctrina exploditur; neque enim iſtis Nouatoribus Chriſtiani Theologi ſunt, qui ex maiorum traditione Theologiam docent, ſed qui ex ſuo cerebro nouam ſunt commenti.

Vveſalus Groeninghenſis falſus Propheta.

Secundò, ab alijs item Prophetis prędictum fuiſſe, breui eam Religionem, quæ tum vigebat, in ſummum venturam contemptum, & venturum quendam diuinitùs excitatum, qui eam inſtauraret; rem Chriſtianam forti, & magna opus habere reformatione, quæ iam propè inſtaret; & Dominum excitaturum Heroem ætate, viribus, induſtria, doctrina, & eloquentia præſtantem, qui reformationem inciperet, erroribuſque ſe opponeret. Iſtorum Prophetarum interpres Mornæus in Heroe illo Lutherum ſignificatum docet. Sic enim ſcribit:

Pag.610 *Et hoc ipſo anno Lutherus prædicationem inchoat, quod ſane humanam diuinationem longè ſuperat.*

ITaque tamdiu regnauit error (ait Tertullia. libro de præſcript. capit. 29.) *Aliquos Marcionitas, & Valentinianos* (Lutheranos, in quam, Caluiniſtas, Zuinglianos) *liberanda veritas expectabat: interea perperam euangelizabatur, perperam credebatur, tot millia millium perperam tincta, tot opera fidei perperam adminiſtrata, ante Chriſtiani, quam Chriſtus inuentus, antea hæreſis, quàm vera doctrina, cùm tamen in omnibus veritas imaginem antecedat, poſtremò ſimilitudo ſuccedat. & ſatis ineptum, vt prior doctrina hæreſis habeatur, vel quoniam ipſa eſt, quæ futuras hæreſes, & cauendas prænunciauit.* Hoc ſibi vult vęſanus iſte homo, tum tenebras operuiſſe terram, & caliginem populos; ſiquidem omnes Eccleſiæ toto Orbe Chriſtiano, Paſtores cum ouibus errabant. *Probent igitur iſti, ſe nouos Apoſtolos eſſe* (Tertull. libro de Præſcript. capit. 13.) *dicant, Chriſtum iterum deſcendiſſe, iterum ipſum docuiſſe, iterum crucifixum, iterum mortuum, iterum reſuſcitatum. Sic enim Apoſtolos ſolet facere, dare præterea illis virtutem eadem ſigna edendi, quæ & ipſe.* A Prophetis illis Mornæi prædictus ſit Lutherus Nouatorum anteſignanus: certè author hæreſum eſt Diabolus, hæreſes, & ſchiſmata ille inuenit. Quemadmodum autem docet Diuus Auguſtinus, libro de diuinatione Dæmonum cap. 5. & libro ſecundo de Geneſi ad litteram cap. 17. nefandi illi Spiritus etiam quæ ipſi facturi ſunt, prænunciant, nempe, vt ſibi & ſuis inde authoritatem concilient; aliquando autem non quæ ipſi faciunt, ſed quæ naturalibus ſignis futura prænoſcunt, quæ ſigna in hominum ſenſus venire non poſſunt, ante prædicunt; aliquando & hominum diſpoſitiones non ſolùm voce prolatas, verùm etiam cogitatione conceptas, cum ſigna quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiſcunt, atque hinc etiam multa futura prænunciant, alijs videlicet inſcia, qui iſta diſpoſita non nouerunt. Cum igitur turbidum illum, & ſuperbiæ faſtu turgidum Lutheri animum probè noſſet Dæmon, & ad reformationem, hoc eſt, quam meditabatur animarum perniciem, inducendam valde accommodatum inſtrumentum; non mirum, ſi per illos, quos afflauerat Vates, quò breui euaſurus eſſet, prædixerit; cum & Sanctus Gregorius Nazianzenus Oratione ſecunda in Iulianum, quàm improbus, & peſtilens futurus eſſet Iulianus ille παραβάτης, & quale Romanorũ Regio malum aleret, ſcribat ſe conieciſſe iam tum, cum Athenis ſimul eſſent, ex vita, & moribus illius, & tota corporis conformatione.

Lutherus nõ fuit Heros, qui reformationẽ inceperit.

Dæmones aliquando prænũciãt futura.

Exordium prædicationis Lutheri humanam diuinationem longè ſuperaſſe, ſcribit Mornæus. Hoc equidem concedimus; nam multa diuinare poſſunt Dæmones, & prædicere, quæ ipſos mortales latent. D. Auguſt. libro de diuinat. Dæmonum capit. 5. *Sicut apparet concitatior animi motus in vultu, vt ab hominibus quoque aliquid forinſecùs agnoſcatur, quod intrinſecùs agitur; ita non debet eſſe incredibile, ſi etiam leuiores cogitationes dant aliqua ſigna per corpus, quę obtuſo ſenſu hominum cognoſci non poſſunt, acuto verò Dæmonum poſſunt.* Itẽm lib. 2. de Geneſ. ad litteram capit. 17. *Illis quædam vera de temporalibus rebus noſſe permittitur, partim quia corporibus ſubtilioribus vigent, partim experientia callidiore propter tam magnam longitudinem vitæ.* Hoc ſenſu ſuperabat diuinationem humanam exordium prædicationis Lutheri. Item futuras eſſe hæreſes Spiritus Sanctus in Scripturis ſanctis prædixit; non ideo igitur aliquid diuinum, vel miraculi loco habẽdum prædicatio Lutheri; quando non ipſe Dæmon ſed Deus Sancto Antonio in viſione futuram Arrianorum perſecutionẽ oſtẽdit. Vidit enim

altare

altare Domini mulorum circundatum multitudine, qui (vt refert Athanaſius in eius vita) *crebris calcium ictibus omnia diſſipabant. Et facta eſt vox Domini dicens: Abominabitur altare meum. Nec mora viſionem ſequitur effectus. Nam poſt annos duos ſæuè Arrianorum irrupit inſania. Tunc Eccleſiarum fuerunt rapinæ, tunc diuinorum temeratio vaſorum, tunc pollutis Ethnicorum manibus ſacra polluta ſunt miniſteria*. Quod igitur tum Arrius inchoaſſet promulgare ſuam perfidiam, humanam diuinationem longè ſuperabat; cum id nemo coniectura quadã humana prædixiſſet, ſed; Deus in viſione id futurum oſtendiſſet. Si quid diuinum apparuit, prædicationem ſuam inchoante Luthero, & nouam doctrinã, reiecta veteri, inuehente, quia diuinationem humanam longè ſuperabat; itidem perfidiam ſuam inauditam promulgante primùm Arrio, quia diuinitùs præoſtenſa S. Antonio, & ab eodem ſuis diſcipulis cum multis ſuſpirijs prædicta. Mornæus:

Pag.610 *Paulus Langius Citicenſis Monachus Trithemij Abbatis diſcipulus Luthero ſuo tempore prodeunte (Cœnobium ſuum licet non deſeruit) incredibile ei teſtimonium perhibet.*

Paulus Langius vir Catholicus. inde citat aliquot illius de Luthero teſtimonia. Sed reſpondemus Paulum Langium virum fuiſſe Catholicum, nec vnquam cum Luthero ſenſiſſe, & quæ inſeruntur eius Chronico loca de Luthero, ea omnia à Nouatoribus impoſtoribus, qui ſolent falſare, vel corrumpere libros bonorum Scriptorum, quò ſibi inde authoritatem concilient, inſerta fuiſſe.

De Pragmatica Sanctione iam alibi dictũ eſt: ea aliquando recepta, & obſeruata in Regno Franciæ, poſtmodùm, vrgentibus Romanis Pontificibus, & annuentibus Chriſtianiſſimis Regibus, abrogata, in cuius locum Cõcordata ſucceſſerunt. Et quaſcumque Conſtitutiones ediderint aliquando Reges Frãciæ, etiam quando cum Romanis Põtificibus fuit illis controuerſia, nunquam eiurarunt doctrinam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, aut ab obediẽtia Sedi Apoſtolicæ iure diuino debita deflexerunt. Aliquando conqueſti ſunt, à Pontificibus ſibi iniuriam fieri; ſed tamen dignitati ſummum honorem ſeruari voluerunt.

Si Ludouicus XI. in ſua Cõſtitutione data anno 1475. quam citat Mornæus, oſtendit *in vim Conſtantienſis, & Baſilienſis Conciliorum Vniuerſalium, quæ Pontifex & Cardinales approbarint* (*aduertantur hæc verba*; inquit Mornæus) *ſibi ratum Sixtum rogare, vt primo quoque die Concilium habeat, in quo aduerſus Turcæ inuaſionem, ſchiſmatum pericula, & Simoniæ abuſus Orbi Chriſtiano proſpiciatur*; ergo iudicauit non alterius eſſe, quàm Romani Pontificis, cogere Concilia Vniuerſalia, in quibus de cõmunibus rebus ad Rempublicam Chriſtianam pertinentibus agatur. De Concilijs Baſileenſi, & Conſtantienſi, an confirmata fuerint à Pontifice & Cardinalibus, iam ſuo loco ſcripſimus. Interim ſuis verbis Rex ſignificabat, ſe non aliter habere Cõcilia aliqua pro Vniuerſalibus, niſi quatenus ea putabat, à Pontificibus eſſe confirmata.

Quod ſubijcit vltimò ex Monſtreleto, Carolum VIII. Regem Franciæ oſtendiſſe, ſe in vrbe Roma efficacem, & magnificam poteſtatem habere; vt tria, quatuorue patibula ibi crexerit: Reſpondemus, etiam in Vrbe Roma, & alibi Regem habuiſſe authoritatem in ſuos milites, & potuiſſe de facinoroſis ſupplicium ſumere. Neque ideò iuris aliquid in Vrbe Roma ſibi arrogaſſe, vel acquiſiuiſſe putandus eſt: aut ſi plus æquo ſibi arrogauit; id factum, non ius, & quia ſilent leges inter arma. Sed quemadmodũ Sigiſmundus Imperator, quando ſedit in Senatu Pariſienſi ann. 1415. Rege Carolo VII. in throno Regio, maieſtate Imperiali, & quod ægrè Rex tulit, creauit militẽ nobilem quendam, de cuius iure tunc diſceptabatur, non ſibi in Regẽ, cuius ſuprema eſt authoritas, & à nullo dependens, vel in Regnum in ipſomet Senatu ius aliquod comparauit; non magis certè Carolo VIII. in Vrbẽ Romam, quando ibi patibula crexit, & de facinoroſis ſupplicium ſumpſit, ius nouum aliquod conceſſum, uel acquiſitum.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum ſexageſ. quintum.

Alexandri VI obitus, & Pij III. electio. Pag.613 ANno 1503. Alexander Romæ obijt 15. Kalẽdas Septembris. Suffectus eſt Papa Pius III. Senenſis, Pij II. ſororis filius 10. Kalendas Octobris, & obijt 15. Kalendas Nouembris. Mornæus:

Franciſcum Picolumineum Pium nomine tertium eligunt, ſenio confectũ & iam ægrotum, potius vt tempus aliquod extrahant, quàm de ſuo Papatu quidquam ſperent.

VErùm eum elegerunt, qui (vt ſcribit Onuphrius) *eius ordinis omnium optimus* habebatur. Nec tam Pij *auunculi ſui Sanctiſſimi Pontificis* *Qualis vir & quaſi electus.*

Digitized by Google

cis memoria, quàm ſumma de eo ſpe ab omnibus concepta, tanquam labentem Chriſtianæ pietatis ſtatum vnus confirmare ſua virtute poſſet, ampliſſimum Sacerdotium obtinuit. Et Imperator ipſe qui ad eam diem Nepet cum copijs ſubſederat, Romam veniens gratias egit Patribus, *quòd virum optimum Chriſtianæ Reipublicæ præfeciſſent,* ipſumque Pontificem adorauit. Igitur de illius Papatu Patres ſpem aliquam conceperant. Volaterranus Anthropol.lib.22. *Eccleſiam Romanam reformare Concilium celebrare, ac in Turcas Pontificis auunculi imitatione proficiſci ſtatuerat.*

Iulius II. Pontifex creatus. Cum 26. dies ſediſſet, ſecutus eſt eum in Pontificatu Iulius II. Sauonenſis ligur, Sixti IV. Fratris filius, Romæ creatus Kalendis Nouembris, & coronatus 6. Kalendas Decembris eiuſdem anni.

Pag.613 Mornæus referens, quæ ſcribit Guicciardinus de aſſumptione Iulij II. ad Pontificatũ, ea tacuit, quæ ad eius commendationem maximè ſpectant. Nam cum Guicciardinus Hiſtoriæ Italicæ lib. 6. ad annum 1503. præmiſiſſet, magnam fuiſſe omnium mortalium admirationem, Pontificatum tanto conſenſu Cardinali delatum fuiſſe, quem difficili admodum natura eſſe cunctis formidandum & omni tempore inquietum, notiſsimum erat, quique ætatem in continuis moleſtijs cõſumpſerat, neceſsitate coactus multos læſerat, odia, & ſimultates cum multis magnis viris exercuerat, hæc ſubiungit: *ſed mox ſingula perpendenti, cauſa, quibus, omnibus impedimentis ſuperatis, ad tantum gradum euectus fuiſſet, apparebant.* *Quibus de rebus commendatus.* *Cum enim diu Cardinalis admodum potens fuiſſet, magnificentia, qua reliquos omnes ſuperauerat, & animi magnitudine non modo amicorum multitudine, verũ etiam inueterata admodum in Curia authoritate pollebat. Præterea Pontificiæ dignitatis libertatiſque defenſor Princeps habebatur.* Neque aliquod vitiũ fuit in electione Iulij: ille legitimè electus, concurrentibus omniũ Cardinaliũ ſuffragijs.

Quod ſcribit Mornæus, eum primo impetu Pag.613 Bentiuolios cum vxoribus & liberis Bononia expuliſſe, eorumque domos ac familias plebis furori expoſuiſſe; inde in Venetorum excidium animum conuertiſſe: an iuſtè hæc bella ſuſceperit, id conſiderandum potiſsimum. Sic Onuphrius; *In Bentiuolios, & Venetos iuſtè arma mouet.* *Nemo ſuperiorum Pontificum Petri Patrimonium maiori animi præſtantia tutatus eſt, aut latiùs proferre contendit. Primum itaque in Ioannem Bentiuolium Bononienſem, Tyrannum, veterem hoſtem arma mouet: quem cum vxore, & filijs Vrbe expulſum, exulatum Buſſetum, Parmenſis agri Oppidum, abire coegit, eiuſque eximiæ ſtructuræ domum furenti populo excindendam obiecit. Ad Veneti nominis excidium, qui Ariminum, Fauentiam, & Rauennam de Eccleſia Romana ditione occupauerant, cum Cæſare Maximiliano, Francorum, & Hiſpaniæ Regibus, Ferrariæ, & Mantuæ Ducibus, Cameraci in Belgis fœdus percuſſit.* Cum igitur illi occupaſſent ditiones Eccleſiæ; iuſtum bellum eis Pontifex indixit. 23.q.c.1. *Iuſtum eſt bellum quod ex Edicto geritur de rebus repetendis, aut propulſandorum hoſtium cauſa,* & 2. ex D. Auguſtino: *Iuſta bella definiri ſolent, quæ vlciſcuntur iniurias, ſiqua Gens, vel Ciuitas, quæ bello petenda eſt, vel vindicare neglexerit, quod à ſuis improbè factum eſt, vel reddere quod per iniurias ablatum eſt.* Et non ſolum parta Victoria licet in bello iuſto recuperare res ſuas; ſed etiam licet animaduertere in hoſtes, & punire illos pro iniurijs illatis; multo magis, ſi ſint ſubditi, qui à Principe deficiant, & ditiones ſuas occupent, vbi crimen Læſæ Maieſtatis committitur, cuiuſmodi erat Bentiuolius ille; vt non mirum ſit, ſi, recuperata Bononia, Pontifex in pœnam criminis eius domum furenti populo excindendam obiecerit.

Habuit Iulius Gallorum vires in Italia ſuſpectas, Regi Ludouico XII. fuit infenſus, Alphonſum Ferrariæ Ducem à Gallorum amicitia auertere conatus eſt, Heluetijs in ſocietatem belli euocatis, eos à tota Italia expulit, vnde à nonnullis ei tribuitur titulus liberatę à Gallis Italiæ. Surius, Genebrardus in Cronog. ad annũ 1510. Quod ſcribit Aduerſarius, Pag.614 eum Ludouicum, & Maximilianum Imperatorem in Venetos incitaſſe; iam vice verſa cũ Venetis in vtrumque conſpiraſſe: ita ſcribit Onuphrius: *Cur poſtea cum Venetis contra Ludouicũ XII. & Maximilianũ Imp. conſpirarit.* *Iulius cum ſua recepiſſet; vti pius, æquiſſimus, ac verè Italus Pontifex, Venetorum nomẽ tantis fluctibus obrutum, ac penè demerſum miſeratus, eos ſuppliciter deprecantes miſerandos cenſuit.* Vnde laudandus magis, quàm accuſandus Pontifex.

De Concilio Nationali apud Turonenſes anno 1510. à Ludouico Rege indicto. *De Concilio Turonẽſi anno 1510.*

In quo (inquit) *Mornæus quæſitum; Num liceret Papæ abſq; cauſa Principi bellum inferre; reſponſumque: Non licere. Item Num non tali Principi, pro ſua defenſione fas ſit eum inuadere, ſeſeque eius obedientiæ ſubducere. Definitumq; Fas eſſe.*

VBi Mornæus legẽ Cornelia de falſis tenetur. Siquidẽm, vt verum nõ appareat, multa celat. *Mornæus legis Corneliæ reus.* Extant articuli in eo Concilio propoſiti, deliberati, & concluſi inſerti operibus P. Pithæi vbi Articulus ſecundus eſt. *An liceat Principi defendenti ſe, & ſua, non ſolùm propulſare armis huiuſmodi iniuriam, ſed etiam inuadere terras Eccleſiæ à Pontifice poſſeſſas, notorio hoſte ſuo, non tamen ea intentione, vt eas retineat: ſed tantùm vt impediat, ne per eas Papa ille fortior, & potentior ſit ad offendendum dictum Principem, & ſuos;* Concluſum eſt per Concilium, Principem hoc poſſe ſub conditionibus & qualitatibus in Articulo propoſitis.

Tertius Articulus: *An ob odium notorium, & adgreſſionem iniuſtam liceat tali Principi ſubtrahere ſe ab obedientia huiuſmodi Pontificis; attendendo etiã quod Pontifex concitauit alios quoſdam Principes & Communitates, immò & tentauit cogere ad inuadendas terras, & Dominia eiuſdem Principis, qui potius beneuolentia Sedis Apoſtolicæ dignus fuit.* Concluſum eſt per Concilium, Principem poſſe ab

obedientia talis Papæ ſe ſubducere, ac ſubtrahere; non tamen in totum, & indiſtinctè, ſed pro tuitione tantùm ac defenſione iuriũ ſuorum temporalium. Vbi Mornæus perſuadere velit, definitum eſſe, abſolutè id fas eſſe.

Definitum eſt in eodem Concilio Articulo 4. ſeruandum eſſe in Regno ius commune antiquum, & Pragmaticam Sanctionem Regni ex Decretis Sacroſancti Concilij Baſileenſis deſumptam. Verùm illa tum temporis nondum erat omninò abrogata in Regno.

Articulo 7. *Si Papa nolit acceptare, quod Princeps iuridicè, & honeſtè offert, ſed contra, non obſeruato iuris ordine, contra talem Principem promulgiet ſententiam aliquam: An ei obtemperandum ſit: maximè cum non eſt integrum, ac tutum tali Principi ad Sedem Romanam ire, vel mittere, & ius ſuum uia iuris Ciuilis, & rationibus defendere.* Concluſum eſt per Concilium, non teneri talem Principẽ parere tali ſententiæ.

Articulo 8. *Si Pontifex, ordine iuris non ſeruato, procedens de facto, & manu armata pronuntiet, ac publicet aliquas cenſuras contra Principes ſibi reſiſtentes, eorumque ſubditos & confœderatos: An eis parendum ſit, & quod remedium adhibendum.* Concluſum eſt vnanimiter per Concilium, talem ſententiam nullam eſſe, nec de iure; vel alio quocumque modo ligare. Vbi conſiderandũ potiſsimùm, quomodo proponantur illi Articuli. Inde enim conſtabit, neque eiuratam vnquam in eo Concilio obedientiam Summo Pontifici debitam, neque quidquam contra dignitatem Sedis Apoſtolicæ concluſum, neque pronunciatum, Pontificis cenſuras in omnem euentum negligendas eſſe. Addo, Cõcilium illud non fuiſſe probatum à Pontifice, & fuiſse congregatum à Rege tũc infenſo Põtifici, licet aliàs Chriſtianiſsimo, & verè Catholico. Proſequitur.

Pag. 614

Itaque viceſima ſeptima Septembris, Concilium Generale Lugduni, ineunte Martio celebrandum, vnanimi conſenſu, indicitur. Hæc ex quinque Primariorum Cardinalium Conſilio, Sanctæ Crucis & Coſentiæ Hiſpanorum, Baiocenſis & S. Maclouij Gallorum, & Federici de Sancto Seuerino Itali, cum Imperatore & Rege in id conſpirantium, vt Iulius ad Concilium adigeretur.

De Concilio Piſano.

HOc Concilium inchoatum in Gallia, Piſis poſtea habetur contra Iulium Pontificẽ, inde translatum Mediolanum, ac tandẽ Lugdunũ: *ſed ſine profectu & vllo exitu* (inquit Genebrardus, lib. 4. Cronog. ad annũ 1511.) *interueniente Iulij morte.* Cæterũ ad illud tollẽdũ Iulius Romę Lateranenſe Cõciliũ, in quo Seſſ. 2. & 3. cõuentus ille Piſanus improbatus eſt, indixit, idemq; prorogatũ, ac terminatũ fuit ſub Leone X. Fuerat aũt ille quidẽ indictus ab Imperatore, & Rege Frãciæ Ludouico; tamẽ vterq; poſtea ei renũciauit tãquã cõciliabulo minùs legitimo, & à nõ habentibus poteſtatẽ indicto; & Lateranenſi adhæſit, tanquam vero, indubitato, vnico, & Oecumenico Concilio. Extat mandatum Regis Seſſ. 8. dicti Cõcilij, vbi expreſsè dicitur, quod *Rex ex conſilio plurimorum Prælatorum, & aliorum doctiſſimorum virorum Eccleſiæ, & Nationis Gallicanæ dicto prætenſo Concilio Piſano adhæſerit, Prælatoſque qui illud legitimè congregatum eſſe arbitrabantur, ad prætenſum Concilium præfatum ire permiſerit, illudque in terris, Regno & dominijs, ac ditionibus ſuis cõtinuare paſſus fuerit, & illius Decretis, & prouiſionibus paruerit, & in Regno, & dominijs ſuis prædictis pareri fecerit, non quidem vt Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, aut Sanctæ Romanæ Eccleſię, quod abſit* (notet Mornæus) *maculam aliquam, aut ſciſſurã, ſchiſmaquè inferret &c.* Et quia à Leone X. Iulij ſucceſſore omnia Concilij Piſani geſta damnata, & improbata; *& quod nonnulli ex prænominatis Cardinalibus, necnon Imperator electus, qui dictum prætenſum Concilium Piſanum indixerant, iam illi renuntiarunt, & Lateranenſi adhæſerunt: hinc procuratores Regis nomine & mandato ea qua decuit, reuerentia atque humilitate à dicto prętenſo Piſano Concilio penitùs diſceſſerunt, illique plenariè renunciauerunt, ac purè liberè, & ſimpliciter Sacroſancto Lateranenſi Concilio prædicto tanquam vero, vnico & legitimo adhæſerunt. Et inſuper procuratorio nomine, quo ſupra, promiſerunt, quod præfatus Rex Chriſtianiſſimus nullum deinceps fauorem, nullamque aſſiſtentiã dicto prætenſo Cõcilio Piſano, quoquo pacto præſtabit, quinimo, quoſcumque in Ciuitate Lugduni, aut alibi in Regno, terris, & dominijs ſuis ſub nomine dicti prætenſi Concilij Piſani perſiſtentes, infra vnum menſem proximè futurum abire faciet, & pertinaciter reſiſtentes, cuiuſcumque ſtatus, gradus, dignitatis, aut conditionis fuerint, Eccleſiaſtici, vel ſæcularis, de facto eijciet, & expellet, ac pro ſchiſmaticis habebit, & contra eos velut tales ad omne mandatum Sanctiſſimi. D. N. etiam manu armata, ſi opus fuerit, procedet &c.* Vt nullum argumentum ab authoritate eius Concilij, quæ nulla eſt, ducere poſsit Mornæus. Nam etſi Imperator, & Rex Chriſtianiſsimus illud ab initio indici curarint, moti authoritate multorum Eccleſiaſticorum, etiam S. R. Eccleſiæ Cardinalium, aliorumque præſtantiſsimorum, & doctiſsimorum virorum, qui aſſererent, ſe congregandi dicti Concilij multis de cauſis legitimam habere poteſtatem; vbi tamen illud improbari à Leone X. Pontifice Iulij ſucceſſore intellexerunt, eidem renunciarunt. Vbi manifeſtè conſtat de obſeruantia Regis Chriſtianiſsimi erga Sedem Apoſtolicam: de qua ibidem dicitur: *Pro ſingulari, quam erga Sanctiſſimum D. N. & Sanctam Sedem Apoſtolicam gerit, deuotione, veſtigia Chriſtianiſſimorum Franciæ Regum prædeceſſorum ſuorum non ſolum imitari, verùm etiam, ſi fieri poteſt, anteire cupiens &c.* Vt inde ſatis exploratũ ſit, quàm impudenter mentiatur Mornæus cum ſcribit.

Imperator, & Rex Frãcia ei renũciarunt, & adhæſerũt Lateranẽſi.

Mornæi mendacium.

Lu-

Ludouici iuſſu, cuſam tum in Gallia monetam, quæ adhuc à nonullis aſſeruatur, in cuius altera facie; Perdam Babylonem; aliàs, Perdam Babylonis nomen; vt nouum iam nemini eſſe debeat, ſi tanto Authore, Populi Gallici patre, Roma Babylon nobis.

Pag.615.

VBI Chriſtianiſsimus Rex verè Pater populi, per ſummam iniuriã à Pſeudogallo iſto tanta infamia aſpergitur.

Cardinales authores Piſani Côcilij cur illud procurarint.

De iſtis quinque Cardinalibus Piſani Conciliabuli authoribus non omittendum, quod ſcribit Onuphrius in vita Iulij: *Sperauerant Cardinales Iulio rebelles, fore vt, Pontifice abrogato, alius vti optimus, atque ſanctiſſimus Chriſtianis ſacris præficeretur, & quiſque eorum ad Pontificatum hac ratione aſpirabat, atque in primis Caruaial ipſe ambitione, & inani gloria perditus.* Vnde perſpicuum eſt, quo illi ſpiritu mouerentur ad perturbandam Eccleſiam, & ſchiſmata inducenda. Hos omnibus dignitatibus, & galero priuatos ordine Senatorio Iulius amouit: qui poſtea omnes, præter vnum Borgiam iam vita functum, mortuo Iulio II. à Leone decimo, ſed ſchiſmate prius eiurato, ad priſtinas dignitates ſunt reſtituti.

Scribit Mornæus, Concilium Piſanum tranſlatum fuiſſe Mediolanum,

Pag 615

Vbi boni iſti Cardinales (inquit) *non meliorem exiſtimationem, quam Romæ Iulius adepti.*

Cur ijdem Cardinales fuerint Medislanẽſib. inuiſi.

VErũ, vt ex Guicciardino lib. 10. colligitur, non alia ratione illi inuiſi Mediolanenſibus, quàm quòd Concilium illud contra Pontificis authoritatem coegiſſent, & ab eodem ſententia anathematis percuſsi eſſent. Ideo enim Sacerdotes Mediolanẽſes, *quaſi eam Vrbem non Eccleſiæ Romanæ Cardinales vbiq; ferè honorati, ac penè pro Numinibus culti, ingreſſi eſſent, ſed homines profani, & execrandi, ſtatim per ſe à ſacris peragendis abſtinuerunt: cumque in publicum prodirent, vulgus palam illis imprecabatur, incompoſitiſque geſtibus, ac uerbis contumelioſis eos excipiebat, præſertim verò Sanctæ Crucis Cardinalem, qui huius rei author habebatur, quique, quòd in poſtrema Piſis facta Seſſione Concilij Præſes factus eſſet, magis idcirco erat omnibus inuiſus. Per omnes vias plebis murmura exaudiebantur, Concilia fauſtas precationes, pacem, concordiam adducere ſolere; hoc imprecationes, bella, diſcordiaſque adferre: alia Concilia ad Rempublicam Chriſtianam diſſidentem copulandam conuenire ſolere; hoc ad copulatam diſſipandam eſſe conuocatum.* Ergo boni illi Cardinales (vt eos vocat Mornæus) non alia de cauſſa inuiſi erant, & ſcommatibus, & contumelijs impetebantur Mediolani, quàm quòd à Iulij Pontificis fide, & obedientia defeciſſent, & contra eundem nulla poteſtate Concilium indicere auſi fuiſſent.

Quod ſcribit de atroci illo prælio haud procul Rauenna die ſancto Paſchatis à Gallis, duce Gaſtone Fuxeo, contra exercitum Pontificis, cui præerat Ioannes Medices Cardinalis Pontificis Legatus, commiſſo, quod in annum 1512. incidit: victoria quidem Gallis ceſsit, non incruenta tamen. Nam cum Gaſto Fuxeus planè iam victor recipientes ſe per aggerem Hiſpanorum legiones intemperanter perſequitur, à globo hoſtium circumuentus, atque interfectus eſt. *Citra controuerſiam* (ſcribit Guicciardinus lib. 6. Hiſt. Italicæ ad annum 1594.) *longè maior fuit Victoris iactura propter Fuxei, Alegry, multorumque ex Gallicà Nobilitate virorum, & Iacobi aliorumque ex Germanico peditatu fortiſſimorum Ducum interitum; Sed omnem iacturam Fuxei mors ſuperauit, cum quo illius exercitus neruus, & ferocitas penitùs extincta.*

Pag.615 616.

Quod verò ſcribit, Ludouicum Regem Gaſtoni Fuxeo Ducatus Mediolanenſis Legatò mandaſſe, occaſionem pugnæ cum exercitu Papali nullam omitteret, in qua ſi ſuperior euaderet, Romam feſtinatis itineribus contenderet, ibique Papam nulla eius reuerentia inuaderet: ijs, quæ ſcribit Guicciardinus, repugnat. Nam cum ad Baſtiam, & ad Sancternum fluuium fudiſſet exercitum Pôtificis, ne quod publicæ letitiæ ſignum in ſuo Regno ederetur, prohibuit, ſæpiùſq; coram multis, etſi nec in ſacroſanctam Sedem, neque in Pontificem peccaſſet, nec quidquam niſi prouocatus & coactus egiſſet, tamen ob Sedis illius reuerẽtiam ſe demiſsè veniam petere velle affirmauit. Scribit idem Guicciardinus lib. 10. quòd Rex à Pontificio bello exhorruerit, pacemq; exoptarit, cuius interuentu Pontificis inimicitiam ab ſe amoueret. Et hoc quidem, vt conſtet, quanta fuerit ſemper Regis verè Chriſtianiſsimi in ſacroſanctam dignitatem, & Pontificem, quamuis hoſtem, reuerentiã.

Ludouicus XII Gaſtoni Fuxeo nõ mandauit quæ ſcribit Mornæus.

Mornæus, pro more ſuo, quot poteſt criminibus, & conuitijs Iulium onerat, immò imponit ei nefanda crimina: quæ eadem authoritate, qua ab impoſtoribus conficta ſunt, reijcimus: & in quibus refellendis non eſt quod immoremur.

Pag.616

Qui verò Theologi Pariſienſes ſcribant de duobus nobilibus adoleſcẽtibus, quibus vim intulerit, non citat Mornæus, alioqui in citandis Authoribus accuratiſsimus, ſi qui Pontificibus obtrectent, vel detrahant. De eo ſcribit Onuphrius: *Fuit Iulius Pontifex animo magnus, conſtans, rerum Eccleſiaſticarum defenſor acerrimus, contumeliarum inſolens, & contumacibus implacabilis, in calamitatibus ſemper ſeipſo maior, & excelſior, inuicto animo, rebus proſperis continens, ingenti liberalitate; neque ob alias cauſſas tot bella geſſit, quàm vt imperium Eccleſiaſticum à diuerſis occupatum recuperaret. Eccleſiæ Romanæ Bononiæ cum Aemilia & Flaminia, pulſis tyrãnis & Venetis, firmiſſimum imperium & maximè ſtabile reſtituit, potiundæ Mutinæ Eccleſiæ initia dedit, Parmam, Placentiam, ditioni Eccleſiaſticæ adiecit, ſuorum parum indulgens, eis nihil de vetere Eccleſiæ ditione donauit &c.* Poſt: *Vir nun-*

Pag.617

Qualis Iulius II. ex Onuphrio.

quam ſatis laudatus ob Eccleſiæ ditionem fortiter conſeruatam, & auctam, quamquam à nonnullis parùm probatus, quòd armis magis, quàm ſacroſanctum Pontificem deceret, deditus eſſe videretur.

Pag.617 Quod ſcribit Mornæus, Iulium vnicuique Gallum interfecturo, Chriſtianum vtique, largas indulgentias, Bulla in eam rem edita, pollicitum, ſufficit, vt omnem fidem deroget reliquis, quæ de eo ſcribit. Vbi enim vnquam id ſanxiſſe Iulius legitur, quiuè fide digni Scriptores id referunt, aut vbi extat Bulla ab eo in hanc rem edita?

Iulij II. obitus, et Leonis X. electio.

Obijt Iulius Romę anno 1513, nono Kalendas Martij. Electus Pontifex Leo X. Florentinus ex Medicæa familia Laurentij filius, creatus quinto Idus Martij: ſub quo finitum eſt Cōcilium Lateranēſe, ſub Iulio inchoatum, quod annis quinque durauit, & vt octaua Seſsio haberetur, adfuerunt Ludouici Regis Franciæ Legati, qui nomine Regis conceptis verbis, reiecto Concilio Piſano, adhæſerunt Lateranenſi: ſicque pax redintegrata inter Pontificē, & Chriſtianiſsimum Regem.

In quanta pompa coronatus.

Scribit Guicciardinus Hiſt. Italicæ lib. 11, ad annum 1513. coronationem Leonis tanta cum nonmodo ipſius familiæ, & Aulæ, ſed & omnium Antiſtitum, & multorum Principum, qui eò accurrerent, Populique Romani pompa factam eſſe, vt Romam poſt Barbarorum inundationes ea die magnificentiorem, ſplendidioremque non vidiſſe, omnes faterentur, Mornæus;

Pag.617 *In primo Actu, quid eo præſide de reformatione Eccleſiæ ſperandum eſſet, palam fecit, quandoquidem is fuit in eius coronatione faſtus, tùm familiæ & Curiæ, tùm cæterorum ex Clero, vt nemo non fateretur, à Barbarorum inde inundatione, nihil ſuperbius conſpectum;*

VBi & Principum, in eius coronatione pompam conſpectam reticere voluit (nihil enim eſt, quod moleſtiùs ferant Nouatores, quàm Principibus dignitatem Pontificis eſſe in ſumma veneratione) & quod tantæ dignitatis ſplendori, ac maieſtati tribuendum, id Leoni ſuperbiæ adſcribit. An verò tanta tum conſpecta pompa ſpem adimebat reformationis Eccleſiæ, quæ ab eius Pontificatu expectari poterat? Neque decies centena aureorum millia expendit eo die, vt ſcribit Mornæus; ſed, referente Guicciardino grauiſsimo Authore, centum aureorum nummum millia effuſa conſtabat. Mornæus:

Pag.618 *Concilium Lateranenſe continuare ſtatuit, Piſanumque extinguere, quod reſtitutis quinque Cardinalibus, quos Iulius deſtituerat, ei facile fuit, ſedato etiam Ludouici XII. animo &c.*

Cur reſtituerit Cardinales à Iulio II. deſtitutos.

VErùm, adhuc ſuperſtite ipſo Iulio, & nondum creato Leone, per Concilij Lateranēſis Decretum, irritum, vel potius ipſo iure nullum fuerat declaratum Concilium ipſum Piſanum. Neque vt ipſum Leo extingueret, Cardinales ipſos quinq; reſtituit. Immò, quēadmodum ſcribit Onuphrius, ipſos *priuato habitu Romam ad ſe ſupplices venientes, eiurato ſchiſmate, Conciliorumque Piſani, Mediolanenſis, & Lugdunenſis Actis inductis, in priſtinas dignitates reſtituit.* Non igitur Pontifex eos ſibi demereri ſtuduit, vt Concilium illud extingueret; immò ipſi conciliare ſibi Pontificem ſtuduerunt, vt ſuis dignitatibus reſtituerentur. Nec fuit difficile Leoni X. ſedare Ludouicum XII. Regem Chriſtianiſsimum, cui vbi primum conſtitit, Piſanum illud Concilium nullo iure niti, & à non habentibus poteſtatem indictum fuiſſe, ei renunciauit, & Lateranenſi adhæſit.

De Concilio Lateranenſi ſub Iulio ſecundo inchoato, & Leone decimo continuato ita Mornæus:

Nec porrò Concilij huius, à quo reformatio expectabatur, alius fructus, quā, vt decima tota Europa imponeretur; Turcarum perpetuò inuadendorum prætextu, de quibus ne per ſomnium quidem cogitabatur. Pag.618

Concilium Lateranēſe cur indictum.

IMmò Iulius II. non in alium finem ſe indixiſſe illud Conciliū profitetur Seſſ. 1. in Bulla prorogationis Concilij, & in alia prorogatione Seſsionis, niſi: *vt illa in eo ſtatuerentur, & fierent, quæ cederent ad laudem Dei, & Eccleſiæ exaltationem, vnitatem, & reformationem, ac ſchiſmatum, & hæreſum totalem extirpationem, fideliumque pacem, & ſalutem, ac bonum publicum Eccleſiæ ſuæ Sanctę.* Et in Bulla 2. Seſſ. *Iulius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei &c. Sacro approbante Concilio, cùm inchoatam huius ſacri Lateranenſis Concilij celebrationem ad Dei laudem, vniuerſalis Eccleſię pacem, fidelium vnionem, ſchiſmatis, & hęreſum euerſionem, morum reformationem, ac contra perfidos Dei hoſtes expeditionem, Altiſſimi dextera aſſiſtente, proſequi intendamus &c.* Et quidem cauſſa ſufficiens conuocandi Concilium Generale erat reſiſtentia hoſti communi Chriſtiani nominis. Sed prætereà alij erāt fines, nempe reformatio, & vnitas Eccleſiæ, ſchiſmatum, & hæreſum extirpatio. Seſſ. 9. ſub Leone X. extat Bulla reformationis vbi multa ſtatuuntur ad vtilitatem, & reformationem Eccleſiæ ſpectantia, item de Cardinalibus, Curialibus, & alijs. Neque dubium, multiplices fructus, quemadmodum cętera Generalia Concilia, iſtud attuliſſe. Prętereà falſum, quod iſte ſcribit, de Turcis ne per ſomnium quidem cogitatum fuiſſe. Scribit Onuphrius de Leone X. eum initio Pontificatus Europam omnem bellicis turbinibus agitatam,

Digitized by Google

ratam, remque Eccleſiaſticam ſchiſmate penè dilapſam ſedare, & reparare ſtuduiſſe; pacem, ſeu inducias inter Chriſtianos Principes, vt faciliùs, feralibus odijs pacatis, & diſcordijs teterrimis, ſeditionibus ciuilibus, diſcordijs, & inteſtinis malis ſublatis, pacem Italiæ, cuius in primis amantiſsimus erat, adſerret: *Illudque agebat* (inquit) *vt omnibus his compoſitis, bellum communi hoſti Turcæ inferretur.*

In eo Concilio, vt obſeruat Sanderus lib. 7. de Viſib. Monarchia Eccleſię numer. 1212. omnium pene gentium fidem, quam de Romanæ Eccleſiæ primatu habeant, licet intueri. Teſtimonia multa indę producit, quibus repetendis ſuperſedeo. Id dumtaxat obſeruabo, præter Mandatum Regis Franciæ Ludouici XII. quo renunciat Conciliabulo Piſano, & adhærere ſe profitetur Lateranenſi, vt legitima poteſtate indicto, quod habetur Seſſ. octaua, haberi etiam Seſſ. 9. excuſationem Prælatorum Gallicorum, quòd tempore præfixo non comparuiſſent tam ad defendendã Pragmaticam Sanctionem, quàm ad intereſſendum ſacro Concilio, eo quòd Maximilianus Sfortia Ducatus Mediolanenſis detentor, eis ſaluum conductum negaſſet; nec via tuta eſſet volentibus per Genuenſium limites iter ſuſcipere. *Interim certiorem faciunt Sanctiſſimum Dominum noſtrum de bona, quam erga Sanctitatem ſuam & Sedem Apoſtolicam gerunt, voluntate, & talem hactenus fuiſſe, vt ab illius vnitate nunquam voluerint, minuſque in futurum velint vllo pacto diſcedere, ſed illius mandatis perpetuò obtemperare; neque ſchiſmaticos vnquam fuiſſe, ſed vnam Eccleſiam Catholicam ſub vno Pontifice Maximo coluiſſe, & obſeruaſſe, quidquid ab inimicis veritatis, & Chriſtianiſſimi Regis, & Regni ex aduerſo dictum fuerit. Item ſi occaſione Congregationis Piſanæ, & geſtorum in ea, aliquas cenſuras iuris, aut hominis, aut alias quaſcumque cenſuras de iure, aut de facto incurrerint, præſtito prius debito iuramento de parendo mandatis Eccleſiæ, & Sanctiſſimi D. N. Leonis Papæ X. cum illa humilitate, qua poſſunt, & debent, vſque ad proſtrationem, & pedum oſcula, abſolutionem, qua indigent ſibi dari, & quamcumque aliam iuris pœnam, ſeu maculam aboleri petierunt, & poſtulauerunt, prout per tenorem præſentium petunt, & poſtulant, ac ſi coram Sanctitate ſua præſentes, & perſonaliter intereſſent &c.* Vt, quæ Prælatorum Galliæ, Regis Chriſtianiſsimi, & totius Regni fuerit tum fides de primatu Romani Pontificis, & deuotio erga Sedem Apoſtolicam, inde conſtet.

Prælatorũ Gallicorũ apud Pontificẽ excuſatio.

Sed Mornæus Concilium accuſat impietatis, ac blaſphemiæ, quòd

Pag. 618

In hoc Antonius Puccius Seß. 9. orationem habens, verba illa, quæ de Chriſto Domino noſtro Pſaltes pronunciauerat, Leoni tribuere non veretur; Pſal. 72. omnes Reges terræ adorabunt eum; & ei ſeruient; vnde & ſubijcit, omnes Reges terræ ſciunt quænam poteſtas tibi data ſit in cœlo et in terra, quod vtique Dominus de ſeipſo dixerat Math. 28.

VErùm multi, & hunc Pſaltis locum de Salomone intelligunt, qui typus erat Chriſti, licet Chriſto ipſi, qui expreſiſsima veritas eſt, magis propriè accõmodetur. Quid igitur abſurdi, ſi Pontifici ipſum Chriſtum in terris referrenti, eiuſque vices gerenti accommodetur? Nec certè vlla hæc eſt impietas, & blaſphemia. Neque enim ea adoratio ſuprema latriæ, quæ Chriſto Domino debetur, deferri ſolet ipſi Pontifici; vt ſi de Chriſto locus intelligatur, de ſuprema vtique latriæ adoratione exponi debeat; ſi de Salomone ad litteram exponatur, vel Pontifici accommodetur, haud dubiè de longè inferiori adoratione interpretari debeat, qualis ratione ſanctitatis, aut eximiæ dignitatis hominibus deferri poteſt. In eadem oratione Antonius Puccius exhortans Pontificem ad pacem componendam inter Chriſtianos Principes, ex eius authoritate ſperandam affirmat, *quippe cuius celeberrimum nomen* (inquit) *apud Chriſtianos Principes tantæ hucuſque fuit authoritatis, & gratiæ, vt quod tu pro communi omnium quiete, dignitate, ſalute decreueris, ratum, gratumque omnes proculdubio ſint habituri: non ignari, omnem tibi vni in cœlo, & in terra traditam a Domino poteſtatem; vt non ſpiritualibus tantum viris, ſed terrenis quoque huius ſæculi poteſtatibus in cauſſa communis boni, ius dicere non pertimeſcas.* Vbi & alluſio eſt ad verba Chriſti, dicta ad Petrum Matth. 16. *Tibi dabo claues Regni Cœlorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis,* non ad verba Chriſti de ſeipſo Matth. 28. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.* Deinde longè differenter id de Chriſto intelligitur, & Pontifici eius Vicario adaptatur. Nam Chriſto per generationem æternam data eſt à Patre poteſtas authoritatis, quæ illi vt perſonæ Diuinæ conuenit, & à tota Trinitate immediate vt homini data poteſtas excellentiæ, qua Eccleſiam ſuam fundaret, & ſtabiliret in terris, Fidei Articulos conderet, Sacramenta inſtitueret, Sacram Hierarchiam Eccleſiaſticam, omnemque poteſtatem, & omnia miniſteria, ac gratiarum chariſmata ad ſalutem hominum in ea vtilia, vel neceſſaria ordinaret; Verùm Pontifici dumtaxat ſuprema poteſtas miniſterialis à Chriſto ipſo Deo, & homine conceſſa; vbi certè nulla blaſphemia, vel impietas aſſeritur, nec quæ propriè cõueniunt Chriſto, eadem ratione Vicario eius, vel alijs miniſtris tribuuntur. Sed hic nihil aliud, quàm authoritatẽ ſacrorũ Conciliorum, quæ veneratus eſt totus Orbis Chriſtianus, eleuandi vel minimas occaſiones quærit. Alias locutiones notat, quibus Pontifex

Concilium Lateranenſe immerito blaſphemiæ & impietatis à Mornæo accuſatum.

tifex,vel eius dignitas ſignificatur, vt quod Seſſ. 6.dicatur *Leo de Tribu Iuda*, *Saluator & Liberator*.

Pag.618 *Quæ nomina* (inquit) *Ioannes Apoſtolus vni Ieſu Chriſto in Apocalypſi tribuerat,vni & ſoli tribuenda.*

VErùm ſi Ioſeph *Saluator Mūdi* dicitur Gen. 41.& à Domino Gedeoni dictum eſt: *Liberabis Iſrael de manu Madiam* Iudic.6.quæ,obſecro,in his verbis impietas: *Ne fleueris filia Siō, quia ecce venit Leo de Tribu Iuda radix Dauid. Ecce ſuſcitauit tibi Deus Saluatorem, qui ſaluabit te de manibus vaſtantium & populum Dei de manu frequentium liberabit. Te,o Leo Beatiſſime,Saluatorem expectau mus. Te liberatorem futurum ſperauimus &c.* Vbi Simon Begnius Epiſcopus Modruſienſis in ſua Oratione alludebat ad nomen Leonis Pontificis;non tamen intelligebat, eum eſſe Leonem illum de Tribu Iuda, de quo Ioannes in Apocal. cap.5. qui eſt Chriſtus Dominus; neque intelligebat Pontificem Saluatorem eſſe, & Liberatorem eo ſenſu, & gradu,quo Chriſtus Dominus Saluator eſt,& Liberator. Cùm Gedeon Dominum percunctaretur Iudic.6.*Obſecro, mi Domine,in quo liberabo Iſrael?dixit ei dominus: Ego erò tecum,& percuties Madiam quaſi vnū virum*: ita certe intelligitur, non alia poteſtate, & virtute, quàm Chriſti Domini,futurum fuiſſe Leonem Saluatorem, & liberatorem populi Chriſtiani de manu Madiam nempe Turcarum, à quibus mirum in modum oppreſſi tunc Chriſtiani. Proſequitur;

Pag.618 *Adde phraſes huic Concilio paſſim familiares; Regia proles Pontificum Romanorum;imperium veſtræ Sanctitatis;Seſſ.9.Papa Princeps eſt Apoſtolorum;Seſſ.4. Princeps eſt et Rex, Seſſ.3.Princeps totius mundi. Cum Sathana ipſo blaſphemijs certans Seſſ.1.immò Deus ipſe; reſpectus veſtræ diuinæ Maieſtatis Seſſ nona; ſimillimus Deo,& qui à populis adorari debeat,Seſſ.3.& 10.& eadem porrò qua Chriſtus adoratione &c.*

Romanorū Pontificū proles Regia.

VErùm in Scripturis Sacerdotalis ipſa dignitas vocatur *Regale Sacerdotium*, quemadmodum populus Chriſtianus *gens Sancta* 2. Petri.5. Nonne à Chriſto Rege Regum inſtituta Romanorum Pontificum ſucceſſio,& authoritas,& illi à Principe Apoſtolorum, qui conſtituti fuere Principes ſuper omnem terram,originem ſuam repetunt? *Regia* igitur rectè dicitur proles Romanorum Pontificum. Quod dicitur *Imperium veſtræ Sanctitatis*, ſi reprehendendum,reprehendēdus erit & S.Gregorius Nazianzenus,qui Oratione 17.hæc habet: ἄρχομεν γὰρ καὶ αὐτοί, προσθήσω δ' ὅτι καὶ τὴν μείζονα καὶ τελειοτέραν ἀρχήν, ἢ δεῖ τὸ πνεῦμα ὑποχωρῆσαι τῇ σαρκί, καὶ τοῖς γηΐνοις τὰ ἐπουράνια. *Imperium enim nos quoque gerimus, addo etiam,præſtantius.ac perfectius,niſi verò æquum eſt, ſpiritum carni faſces ſubmittere, & cæleſtia terrenis cedere.*

Iidem imperium gerunt.

Papa citra blaſphemiā Princeps totius mundi.

Quod dicit,Papam, cum dicitur Seſſ. 1. *Princeps totius mundi*, blaſphemijs certare cum Sathana: & blaſphemijs contra ſacram Religionem Mornæus Sathanam ipſum non modò adæquat,ſed & longè ſuperat.Nunquam certè Pontifex alicui dixit: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me*: & quod nunc citat, habetur in Oratione ipſius Archiepiſcopi Spalatenſis Seſſ.1.ad finem:*Ego verò qui coram te* (inquit) *hoc eſt coram totius Orbis Principe, & vero Chriſti Vicario in excelſiſſimo humani generis faſtigio poſito &c.ſum verba facturus &c.* vbi intelligitur *totius Orbis Princeps*, quia in terris verus Chriſti Vicarius; Diabolus autem non eo titulo ſibi Orbis dominium aſſerebat: & de iure quidem, licet non de facto Princeps totius orbis eſt in ſpiritualibus Romanus Pontifex; vt qui ei non ſubſunt, Hæretici, Iudæi,& alij infideles,excludendi ſint à Regno Dei; & de neceſſitate ſalutis ſit ſubeſſe Romano Pontifici,non ſecus ac eſſe de ouili Chriſti. Si Moyſes *Deus Pharaonis* dicitur, ſi Iudices in ſcriptura *Dij* appellantur;nulla eſt blaſphemia, & Pontificem ſi quis *Deum* appellet; cum huiuſmodi nomen non per naturam, ſed per participationem quandam, & analogicè quidem, non vniuocè ipſi conueniat. Ita nō repugnat, dici *Deo ſimillimum* ſimilitudine quadam ſecūdùm analogiam, vt qui authoritate, & poteſtate ſuper cæteros homines Deum *in terris* referat; cum ſit vnus Deus ſua prouidentia omnia adminiſtrans, ita vnus Pontifex ſummus eius vices gerens, cui totius Eccleſiæ incumbit adminiſtratio, & cui vni omnes Chriſtiani ſubijciuntur, quemadmodum vni Deo omnes creaturæ. Negamus verò,Pontificem eadem adoratione, qua Chriſtum Dominum, adorari debere;neque vllus Catholicorum id docet:hæc eſt impoſtura, quam nobis impingit Mornæus.Quomodo epithetum *ſponſi Eccleſiæ* rectè Pontifici tribuatur, iam alibi docuimus. Iſta verò omnia; quæ notabat, inſerta quidem ſunt ipſi Concilio, & habētur in Orationibus ipſorum Præſulum, vel Legatorum, qui Concilio aderant; minimè tamen ſunt dogmata,vel definitiones ipſius Concilij.Itaque non erat,quod ob huiuſmodi titulos Cōcilium notaret Mornæus impietatis. & blaſphemiæ. Nunc ad ea, quæ priuatim ſpectant ad ipſum Leonem Pontificem, examinanda, & cenſuræ ſuæ ſubijcienda pergit Mornæus:

Deus itidē Deoque ſimillimus.

Mornæi impoſtura.

At Leo ſanè in rebus ſuis promouendis ſeriò diligens; Hetruriæ enim præficit Laurentium ex Petro fratre ne- Pag.619

potem

Digitized by Google

tem, et Rẽpublicam Florẽtinam ita diſponit, vt à ſe ſolę tota pendeat, unde ſupremæ potentiæ Medicæis in vrbe fundamentum.

SEd iam antea iacta erant huius potentiæ fundamenta. Nã Leonis X. Pater Auus, & proauus in Republica Florentina principem Locum tenuerant, nec ſine ciuium conſenſu Laurentius Petri fratris filius rebus Hetruſcis à Leone præfectus eſt, & ita conſtituta, Reſpublica, vt amiciſsimorum Ciuium induſtria regeretur, ſumma conſiliorum ad Laurentium reſpiceret; ut eamdem authoritatẽ, quam prius obtinuerat, ſuæ familiæ in Republica Florentina, non ampliorem reſtituerit; neque ad hoc vllam vim in Ciues adhibuerit. Iurenè, an iniuria, iuſtas, an iniuſtas occaſiones habuerit, vel leues quaſdã quæſierit Franciſcum Mariam Feltrium Vrbini Ducatu ſpoliandi, iudex eſt Dominus, & Domino ſuo ſtabat, aut cadebat.

De Petrucciana coniuratione.

De Petrucciana coniuratione, cuius Princeps Alphonſus Cardinalis Petruccius, in qua & alij Cardinales compræhenſi, & de ipſo Petruccio in Arce S. Angeli ſtrangulato, & alijs rubei pilei honore priuatis, & non longe poſt reſtitutis, hoc dixerim, fuiſſe eam cõiurationem haud dubiè crimen Læſæ Maieſtatis de necando Pontifice, vt tradit Hieronymus Gigas lib. 1. de Crimine Læſæ Maieſtatis. q. 1. neque vllam fuiſſe iuſtam cauſſam Cardinali Petruccio, & alijs, vnde tam nefaria inirent Conſilia. Nam quod Põtifex Borgheſium, & eius fratrem Alphonſum Cardinalem Petruccios Pandulphi Senenſium tyranni filios patria expuliſſet, imperio Ciuitatis ad Raphaelem Petruccium veterem amicum, & qui quondam exilij comes extitiſſet, translato, coniurationis habendæ & ineundi conſilij de necando Pontifice haud erat ſufficiens & iuſta cauſa. Sed Mornæus huic coniurationi, quia in Pontificem initæ, præ odio, quo fertur in dignitatem, libenter ſuo calculo ſuffragaretur.

Quid Leo de fide data pro Alphonſo Cardinali Petruccio.

Pontifex cum ex nonnullis litteris interceptis vitæ ſuæ parari inſidias animaduertiſſet, quaſi Alphonſi rebus conſulere vellet, publicæ fidei litteris ei datis, & eius non violandæ, fide proprio ore Hiſpani Regis Oratori data, Romam eum aduocauit: qua re fretus, quamuis tanti ſceleris conſcius, ad Pontificẽ profectus, in carcerem conijcitur. Hiſpaniæ Regis Orator fidem ſibi vt eius Regis Oratori datam, non ſecus ac ſi Regi ipſi dediſſet, ſeruandam aſſerens, vt Alphonſus liberaretur, efficere conatus eſt. *Verum Pontifex, nullis quantumcumque ampliſſimis validisq; ac peculiaribus promiſſis plenis fidei litteris, vnquam ei, qui in Põtificis vitam deliquiſſet, niſi eius delicti expreſſa mentio facta eſſet, cautum eſſe intelligi potuiſſe, eandem quoque exceptionem & in veneni cauſſa requiri, à qua diuina & humana leges tantoperę abhorreant, vt peculiari & ſingulari expreſſione opus haberet, reſpondebdt.* Guicciardinus. lib. 13. Mornæus:

At benè an malè ĩ hoc negotio ſe geſſiſſet, agnouit ſaltem uniuerſum Cardinalium Collegium à ſe idcircò alienum factum;

VT non obſcurè magis propendere videatur in eam ſententiam, quod malè fecerit de tàm nefanda coniuratione ſupplicium ſumendo, nec probet exceptionem Pontificis, qua ſe à nota periurij vindicauit.

Quoad ea quæ ſubiungit ex Guicciardino lib. 13. reſpondemus, ſi Indulgentiæ immoderatè & inconſultè conceſſæ ſint à Leone Pontifice, & abuſus aliquis in eis promulgandis ab emiſſarijs commiſſus, vnde ſcandalum aliquod natum, vel indignatio populorum orta ſit, & Indulgentiæ in contemptum venerint, pecuniæ inde per auaritiam extortæ, non in vſum Sacri belli, vt prætendebatur, ſint cõuerſæ; in his quidem peccatum eſſe. At neque Põtificis id eleuat authoritatem, neque valorẽ Indulgentiarum, quæ ob piam cauſſam concedi debent, quidquam diminuit. Neq; enim Martino Luthero iuſta erat occaſio damnandi Indulgentias, Pontificis authoritatem vellicandi, vel in doctrinam Sanctæ Romanę Eccleſiæ tàm inſolenter debacchandi.

Leoni Pontifici impietatem obijcit, quod *Bembo Cardinali eius Secretario aliquid ex Euangelio proferenti regeſiſſe ſunt qui ſcribant: Quantum nobis noſtriſque ea de Chriſto fabula profuerit, ſatis eſt omnibus ſeculis notum.* At nos reſpondemus, hãc eſſe fabuloſam narrationẽ à Mornæo, & alijs impoſtoribus, ſi qui vnquam id ſcripſerunt, excogitatam, & ſi aliquem grauem Authorẽ huius edicti & fide dignũ habuiſſet Mornęus; haud dubiè illũ citaſſet. Sed puduit eum referre qui id ſcripſerunt; cũ non ſint alij, quã veni loqui, & detractores, ἐκ τοῦ πονηροῦ λέμματος: Et Sacroſancta dignitas, in qua conſtitutus erat, & exempla maiorum, qui à religione potiſſimùm commendantur, nobis contrarium perſuadent. Si apud iſtum, teſtimonium Lutheri eſt alicuius momenti, ſic ille ſcribebat ad Leonem Pontificem: *Celebratior & auguſtior eſt in omni terrarum Orbe tot tantorum virorum litteris cantata opinio, & vita tua inculpata fama; quàm vt à quouis vel maximi nominis poſſit quauis arte impeti. Non ſum tàm ſtultus, vt eum inceſſam, quem nemo non laudat.* Stultus igitur Mornæus (aut mentitur Lutherus) qui tantum Pontificem inceſſit. Onuphrius eum rerum diuinarum diligentem fuiſſe obſeruatorem, & Sacris cæremoniis deditum ſcribit, præterea iuſtitiæ acerrimum cultorem, omnium, qui ad eam diẽ fuerant, Romanorum Pontificum liberaliſsimum, doctos & eruditos viros coluiſſe, & magnis muneribus proſecutum eſſe. *Nihil enim antiquius duxit, quàm bonarum artium ſtudia maiorum ſuorum, maximèque Laurentij patris, exemplo*

Pag. 620

Fabuloſa Mornæi narratio.

Verba Lutheri ad Leone X. Pont.

Qualis Leo X. ex Onuphrio.

proue-

prouehere, & liberaliſſimè exornare. Obijt anno ſalutis 1521. ætatis 45. menſe XI. die 21. Pontificatus verò anno 8. menſe 8. die 20. Et ad hunc vſque Pontificem viſum eſt Mornæo producere ſuam Hiſtoriam Papatus, hoc eſt, poſt omnes deceſſores maledictis, & iniurijs (maledicentia an tandem ſatur?) illum vltimò onerare. Mornæus: [illegible]

Pag. 621 *Notant ſcriptores coætanei nonnulla ſigna, quæ propinquum eius caſum portenderent; Angelum, qui in ſummo Arcis Sancti Angeli faſtigio, ſub Alexandro VI. fulmine proturbatum; Roma etiam quo die vnum, & triginta illos Cardinales Leo creauit, inopinam tempeſtatem in ipſo Templo, in quo congregati erant, claues è manibus Imaginis S. Petri excuſſiſſe. Hac anno 1517. quo propriè puncto Lutherus, in Papam Iouem illum Fulminatorem detonare & fulminare auſus.*

VErùm ab euentu conuincitur, iſtum vanū eſſe portentorum interpretem. Cum enim Pontificatus dignitas eadem ſit poſt centum & amplius annos, quæ tum temporis fuerit, neque nunc vllum ſignum ſit vel caſuram, haud dubiè ſigna illa eius caſum non portendebant. Lutherus ille Salmonea impium imitatus, ideòque meritò à Ioue Papa Leone X. fulminatus, diris deuotus, tandem ad inferos detruſus eſt. Sed de eo ſuo loco pluribus dicturum pollicetur Aduerſarius. Nunc ad Oppoſitionem. *Mornæus interpres vanus portentorum.*

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem ſexageſ. quintam.

Pag. 621 Mornæus: *Erat Cōcilium Piſanū in tyrannidē Papalē manifeſta Oppoſitio, quāquā Piſani illi in meliori cauſa, quod à Guicciardino notatū, non alijs meliores; nempe Sathanæ Angelis familiare, vt ſe mutuò deſtruant &c.*

VErùm de Concilio illo Piſano circa Progreſſum à nobis ſufficienter dictum eſt; quod potius Conciliabulum nulla legitima authoritate indictum, quod Imperator ipſe, Rex Francorum, immò ipſi Cardinales, qui indixerant, eiurarunt. Nec ſeſe mutuò deſtruxerunt vt Angeli Sathanæ, quemadmodum iſte loquitur. Nam præualuit apud omnes authoritas Pontificis per iniuriā impetita, Lateranenſe Concilium vim ſuam obtinuit, declarato, ipſo iure, nullo Piſano; ſic enim Eccleſia Romana omnes hæreſes, & ſchiſmata deſtruxit. Impius iſte *tyrannidem Papalem* appellat; cum tamen (vt tradit Bartholus in ſuo Tractatu de Tyranno) *tyrannus ſit qui nullo iure, ſed per vim, & inuitis dominatur.* Sed & quæ ab initio aliquando tyrannica eſt, ſucceſſu temporis, accedente conſenſu populorum, fit legitima poteſtas. Quomodo igitur *tyrannis Papalis* Romani Pontificis authoritas? quam nedum Epiſcopi omnium Eccleſiarum, ſed & Imperatores, Reges, ac Principes Catholici cum ſubditis ſemper venerati ſunt, non ad hoc vi & armis coacti, ſed religione impulſi: cui ſuffragantur omnia ſacra Concilia, Sanctorum Patrum, Theologorum & Iuris vtriuſque Canonici in primis, Doctorum authoritas, prout in hoc noſtro opere videre licet: primatum præterea, & ſuam authoritatem obtinet longiſsimi temporis præſcriptione, & multitudinis aſſenſu. Quæ igitur tanta iſtius impudentia, vt *tyrannidem Papalem*, appellet? *Tyrannus quis.*

Profert nobis Philippum Decium, qui pro Piſano Concilio ſcripſerit. Inſignis quidem ille Iuriſconſultus, qui ſuper Decretales ſcripſit. Verùm (vt obſeruat P. Antonius Poſſeuinus Tomo 3. Apparatus ſacri) *cùm à Carolo Molinæo, damnata memoria atque ab alijs hæreticis fuiſſet ſcholijs, ſiue annotationibus inquinatus, iuſſu Pij V. Pont. Max. procurante Thoma Manrico ſacri Palatij Magiſtro, fuit expurgatus.* Ex Concilijs autem Philippi Decij cum annotationibus Caroli Molinæi notat, quæ tollenda ſunt. In primis, *Totum Conſilium 151. cum ſermone ſequenti, & cum omnibus eius additionibus* (inquit) *auferatur: vtpote factum in fauorem ſchiſmatis contra Iulium ſecundum per viginti integras columnas, & partes aliarum duarum.* Nulla itaque apud nos Philippi Decij authoritas pro Concilio Piſano ſcribentis. Et cum reprobatum ſit illud Concilium non modò à Pontificibus, verùm etiam ab Imperatore, & Rege Chriſtianiſsimo, cæteriſque, qui ſe Lateranenſi tanquam legitimè indicto & coacto adhærere profeſsi ſunt; ipſo facto reprobata fuerunt, quæ ſcripſit Philippus Decius. Mornæus: Pag. 621 *De Philippo Decio citato à Mornæo.*

In diuerſis nationibus prodibant in apertum Pag. 621

Digitized by Google

tum inſignes viri, qui tyrannidem illam agnoſcerent, & integra corpora, quæ aduerſus eam ritè rectèque intercedere non dubitarent.

FViſſe eos inſignes viros, vel ritè & rectè interceſsiſſe, pernegamus. Videamus verò, quos in medium nobis producat:

In Germania Bernardus Lublinenſis Simoni Cracouienſi ſub annũ 1515. ſcribens contra Primatum Papæ, aſſerit fieri non poſſe, vt vnus quiſquã toti orbi imperet; Sufficere ad ſalutẽ vnius Chriſti fidem amplecti; Qui de Papa nihil vnquam audiuerint, non idcircò minus ſaluos eſſe.

Toti Eccleſiæ præeſſe vnum Summum Pontificẽ, non eſt impoſſibile.

IMmò quemadmodũ Eccleſia Chriſti, quacumque diffunditur, vnum eſt corpus myſticum viſibile; ita vno viſibili capite conſtare debet: quemadmodum vnum eſt ouile; ita vnus Paſtor. Sed ſi impoſsibile eſt, vt vnus Summus Pontifex præſit toti Eccleſiæ per Orbem diffuſæ; certè quod fieri non poteſt, fruſtra factum eſſe contenditur, nec vllus iam relinquitur locus diſputandi, an potuerit Chriſtus vnũ ſupra alios omnes toti Eccleſiæ præficere. Si enim fatentur, Chriſtum poſſe id facere; fruſtra eum primatum vt impoſsibilem oppugnant, quem nos à Chriſto inſtitui potuiſſe, & verè inſtitutum eſſe contendimus. Si verò aſſerant, Chriſtum id non potuiſſe; certè non potuit, aut quia ea res non cadit ſub omnipotentiam Dei, cuius potentia eſt infinita, ſicut eſſentia, & cuius obiectũ eſt id omne, quod poteſt habere rationem entis; aut quia Chriſtus non creditur eſſe verus Deus. Si igitur id potuit Chriſtus; ergo iam non eſt impoſsibile. Itaque de voluntate eius, & an factum ſit, reſtabit diſputandum. Quod ſi, ex Theologorum ſententia, potuit Deus vnum purum hominem, hoc eſt, qui non eſſet Deus, conſtituere caput omnium hominum in ordine gratiæ, & nec id repugnat ex parte rei, aut contradictionem vllam inuoluit; quam, obſecro, contradictionem implicat, quod Chriſtus dicatur vnum ſupremum caput viſibile toti Eccleſiæ ſuæ præfeciſſe? Si Eccleſia Chriſti, quacumque diffunditur, iiſdem legibus adminiſtratur, iiſdem conſtat Sacramentis, eandem fidem profitetur, *quaſi vnam domum inhabitans* (vt loquitur S. Irenæus lib. 1. cap. 3.) *& quaſi vnam animam habens & vnum cor, & conſonanter prædicat, & docet, & tradit, quaſi vnũ poſſidens os*; quæ impoſsibilitas eſt, vt vnus Summus Pontifex vice Chriſti eandem ab alijs inferioribus Epiſcopis, pro parte cuiuſque gubernatam, in grauioribus cauſsis dirigat, & velut *celſiore faſtigio ſpeculæ paſtoralis* (vt loquitur Sanctus Auguſtinus lib. 1. contra duas Epiſt. Pelagianorum cap. 1.) moderetur. Quemadmodum argumentatur doctiſsimus Sanderus, lib. 3. de viſib. Monarch. Eccleſ. cap. 1. Summus Sacerdos olim Aaronis ſucceſſor in vno loco iuxta Domini Templum aſsiduus erat, nec longè vnquam à Sancta Ciuitate recedebat; is tamen, cùm Pontifex vnicus eſſet, non modò Iudæos illos, qui propiùs à Templo aberant, verùm etiam illos regebat, qui per vniuerſum terrarum Orbem diſperſi quocũque in loco habitabant. Etſi enim ſacrificij locus Iudæis omnibus vnus erat; conſtat tamen, eos in omni Natione, quæ ſub cœlo eſt, habuiſſe Synagogas, in quibus ſi aliqua cauſſa per inferiores iudices definiri non poterat, inde aſcendebatur in locum, quem elegerat Dominus, & ad Sacerdotem Leuitici generis, cuius imperio ex præcepto Domini Leuit. 17. parẽdum erat ſub pœna mortis. Si igitur vnus Leuiticus Pontifex omnes grauiores controuerſias Iudæorum, in quacumque Regione ſub cœlo habitaſſent, & poterat, & debebat tũ cognoſcere, tum finire, cum tamen is nec vllos foris Collegas haberet, nec ferè in alias Prouincias Legatos mitteret, nec Generale Concilium ex pluribus gentibus conuocare poſſet, nec tantam diuinæ gratiæ pollicitationem, quanta nouæ Legis Pontificibus & Petri ſucceſſoribus iam data eſt, accepiſſet; profectò etiã Pontifex Romanus tot Coepiſcoporũ fide induſtriaque adiutus, qui ſemper Legatos in maximis quibuſque Prouincijs conſtituit, qui non modo Senatum grauiſsimum in Vrbe, verùm etiam Synodum ex toto Orbe collectam ſepiſsimè exhibet, poterit etiam grauiores omnium Eccleſiarum cauſſas ex æquo & bono decidere. Quantò enim maior eſt Eccleſia Chriſti Iudæorum Synagoga, tantò etiam plus gratiæ & auxilij Chriſtianorum Pontifici præbetur, vt onus, quod Chriſtus Dominus D. Petro impoſuit, vires eius, qui Petro in eadem Cathedra ſuccedit, nõ excedat. Nã ſi contendãt aduerſarij, impoſsibile eſſe, quod ordinariæ hominis vires eòuſque pertingãt, vt vniuerſæ Eccleſiæ gubernandæ ſufficiant; an verò impoſsibile iudicabunt, Chriſtum eius defectum ſupplere, vt verbum illius impleatur, quod Petro dixit: *Paſce oues meas*. Quotieſcumque enim Deus homines ad aliquod miniſterium vocat, eis vires ſuppeditat, quibus illud dignè exequi poſsint. Sanctus Paulus dicebat, omnium Eccleſiarum ſolicitudinem ſibi incumbere 2. Corint. 11. ſed & idem ſcribebat. *Omnia poſſum in eo, qui me confortat*, ad Phil. 4. An potuiſſent Apoſtoli ſuum miniſteriũ obire, niſi induti fuiſſent virtute ex alto, & poſuiſſet in eis Deus verbum reconciliationis? Valeat igitur cum ſuo Bernardo Lublinenſi Mornæus, impoſsibile illud aſſerens contra primatum Papæ, vt vnus toti Orbi imperet. Verùm quia ſæpiùs commendauit doctrinã VVicleſi, qui vt refert Thomas VValdenſis lib. 1 Doctrin. fidei. ca. 10. cõtendebat, Deũ non poſſe ſimpliciter aliquid facere præ-

ter illa, quæ fecit: & præterea Caluini ſectator eſt, qui lib. 1. Inſtitut. cap. 16. idem tradit, ac propterea reijcit, quod de abſoluta Dei potentia tradunt Theologi; ideò dicimus, non modò potuiſſe Chriſtum vnum aliquem ſummum Præſulem toti Eccleſiæ ſuæ gubernandæ præficere, verùm re ipſa præfeciſſe. Id credente toto Orbe Chriſtiano, magnum monſtrum eſt qui non credit. Hoc argumentum multi viri docti hac noſtra ætate perſecuti ſunt, ſed præter cæteros Sanderus libris de Viſib. Monarchia Eccleſiæ, Cardinalis Bellarminus libris de Rom. Pont. præſertim lib. 1. & 2. Stapletonus de Principijs fidei doctrinalibus, controuerſia ſecunda; vt circa id argumentum ſuperuacuum ſit, nos diutiùs immorari.

Pag. 621 *De Sebaſtiano brand. à Mornæo citato.* Secundò profert Mornæus ex Vniuerſitate Erfordienſi quēdam Sebaſtianū Brand, Theologiæ Doctorem, & Eccleſiæ Cathedralis cōcionatorem anno 1508. in Indulgentias Romanas publicè inuectum. Sed inde expulſum refert Mornæus, & Magdeburgum petijſſe, ſcilicet à Catholicis expulſum intelligendum, vt quem hæreſes concionantem non ferrent Erfordienſes. Sed non pluris eum facimus, quā omnes ad vnum Nouatores, qui præter cætera Catholicæ Fidei dogmata, doctrinam de Indulgentijs tam acriter impugnarunt, atque inde Lutherus cœpit tam inſolenter tumultuari contra doctrinam Eccleſiæ.

Pag. 622 *Tertiò: Iacobus Almainus Theologiæ Doctor in libro Coloniæ edito, de poteſtate Romani Pontificis contra Thomā de Vio, Cardinalē mox Caietanū &c.*

Almainus nihil ſectarijs ſuffragatur. VErùm hic Author Catholicus fuit, nec minimùm ſuffragatur cauſſę aduerſariorum. Neque illi controuerſia fuit cum Caietano de primatu Romani Pontificis, & num eſſet caput Eccleſiæ, & haberet iuriſdictionem in omnes Eccleſias; *Eius cōtrouerſia cum Caietano.* ſed eſſetnè Papa ſupra Concilium, quod Caietanus aſſerit; an Concilium ſupra Papam, quod ille aſſerebat, & adhuc multi Catholici citra vllam ſuſpicionem hęreſeos contendunt. cum neutrum ſit ab Eccleſia definitum. Neque negabat ille, poteſtatem ligandi & ſoluendi conceſſam eſſe D. Petro, eiuſque ſucceſſoribus; *Eiuſdē ſententia de poteſtate ligandi, & ſoluendi.* ſed eam volebat tantùm extendi ad viuos, non ad animas Purgatorij, quod idem Catholici omnes docent; neque enim Pontificis iuriſdictio ſeſe extendit extra Eccleſiam in terris militantem. Quod verò ad Indulgentias attinet: *De Indulgentijs.* nolebat, eas eodem modo viuis, & animabus Purgatorij applicari, ſed illis per modum abſolutionis, iſtis per modum ſuffragij, quæ eſt doctrina Theologorum communis, neque aliud in Iubilæis traditur.

Pag. 622 *Quartò: vt & Ludolphus CaſtriK decurio S. Michaelis Magdeburgi cōtra Indulgentias concionem habens; populum admonebat, remiſſionem peccatorum à Deo per Chriſtum ſolum poſtularet, ſpem reformationis faciens, quia illæ propediem tollerentur.*

AN verò remiſſio peccatorum, quæ fit per Indulgentias, excludit Dei gratiam per Chriſtum? *De Ludolpho CaſtriK.* Vnde enim Indulgentiæ conceduntur, niſi ex theſauro Eccleſiæ, qui conſtat ex meritis Chriſti, & Sanctorum? merita autem Sanctorum nō aliunde proficiſcuntur, quàm ex gratia Dei per Chriſtum. Quemadmodum ſcribebat D. Paulus Rom. 3. *An legem deſtruimus per fidem? Abſit. Sed legem ſtatuimus;* ſic nos: An Chriſti meritū deſtruimus per Indulgentias, vel merita Sanctorum, & opera ſupererogationis, quæ nobis inde applicantur? Abſit. Immò magis illud ſtatuimus. Reformatio verò illa, quam fanaticus ille pollicebatur, & quæ tantopere Mornæo probatur, erat, vt omnis pietas in Chriſtum, & Sanctos aboleretur, & via ſalutis fidelibus præcluderetur.

Quintò: Nec non Conradus Celtes Vienna &c. Quin & legitur exortus ea tempeſtate in Germania quidā Propheta habitus &c. Pag. 622

INter monſtra, quæ tum Germania peperit plurima, & hi recenſeri poſſunt. *De Conrado Celte.* Si Conradus Celtes Hierarchiam & doctrinam Romanam damnauit; meritò ille excommunicatus. Quod ſi Pontificium anathema contempſit, quod *brutum fulmen* vocat Mornæus; inde non aliud, quàm ſibi theſaurizauit iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei. Nec veriſimile eſt, Maximilianum Imperatorem valde pium & Catholicum, eum fuiſſe ſuo præſidio, vt vel doctrinam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ damnaret, vel anathemata contemneret. De altero citato, qui Propheta habebatur, parùm nobis curæ: ex quo tamen quæ profert Aduerſarius, non videntur doctrinæ Eccleſiæ repugnare. Sed quemadmodum Dominus, ita & Baal ſuos habet Prophetas.

Ex Gallia nunc alios ſuæ cauſſæ patronos aduocat, ac primò Iacobum Fabrum Stapulenſem:

Teſtatur (inquit) Auentinus ſexcenties eum audiuiſſe, vnàque Iudocum Clithoueum Theologiæ Doctorem Præceptores ſuos dicentes, Lombardum ſacroſanctæ Philoſophiæ veritatem, fontemque puriſſimum cæno quæſtionum, riuulis opinionum conturbaſſe. Pag. 622

NObis Author ſuſpectus Auentinus: & quid de illo ſentiendum, iam alibi diximus. Et quod attinet ad Petrum Lombardum: vt poſt alios

Petrus Lōbardus ob excellentiā Magiſter Sententiarū dictus.

alios ſcribit Sixtus Senenſis, cū omnes Theologorum Scholæ ſingulari quadam venerationis excellentia *Magiſtrum Sententiarum* appellant: & in eius Theologiæ Compēdium innumerabilia diſputationum volumina toto Orbe Chriſtiano clariſsimarum Academiarū Theologi elaborarunt. Itaque parum remoramur dictum Iacobi Fabri, & Iodoci Clithouæi, quibus tot Theologorum, & Academiarum iudicium longè anteponimus. Et qui verſati ſunt in Magiſtro Sententiarum ſciūt, eum nec cæno quæſtionum, nec riuulis opinionum ſacram Theologiam conturbaſſe. Immò nec veriſimile eſt, Iodocum Clithonæum id vnquam aſſeruiſſe; cum in primis ille Damaſcenum commentarijs illuſtrarit, qui eadem ferè methodo apud Græcos, qua Petrus Lombardus apud Latinos, Theologiam in compendiū reduxit. Proſequitur:

De Iacobo Fabro Stapulenſi, & Iodoco Clithonæo.

Pag. 622

Sed Pſalterium Fabri anno 1508. editum, Commentarij etiam in Euangelia & Epiſtolas Pauli, quid in pleriſque præcipuis Religionis Chriſtianæ Capitibus ſentiret, fidem faciunt, quorum nomine à Sorbona vexatus.

Faber à Sorbona vexatus.

NOn poterat Aduerſarius nobis firmius argumentum ſuppeditare contra Iacobum Fabrum Stapulenſem, quod ille malè ſentiret in præcipuis Religionis Chriſtianæ Capitibus, quàm quòd à Sorbona, id eſt Facultate Pariſienſi, quæ ſemper doctiſsimis Theologis abundauit, & Fidei Catholicæ præſidium fuit in Gallia, vexatus fuerit. Qua temeritate dicet iſte, hunc vnum tū rectè docuiſſe, & totam Facultatem Pariſienſem erraſſe?

Pag. 622

Sed (inquit) *Rex Franciſcus in Hiſpania captiuus, quò eum illorum furori eriperet, in eruditionis ſuæ fauorem reſcribere cogitur.*

Quod Rex Frāciſcus ipſum cōmendarit, nō ideo eius dogmata commēdauit.

VErùm Sanctus Hieronymus, cum aliquando illi obijceretur, quod Origenem laudaiſſet, reſpondit Epiſt. 75. ad Pammachium & Oceanum: *Laudaui Interpretem, non Dogmatiſtem; ingenium, non fidem, Philoſophum, non Apoſtolum.* Si igitur ob ingenij & eruditionis laudē, qua fortaſſe tum apud multos celebrabatur Iacobus Faber Stapulenſis, eum commendauit Rex ille Chriſtianiſsimus, & Fidei Orthodoxæ addictiſsimus; an ideo nouum Dogmatiſtem cōmendare voluit, vel Sorbonæ in eum ſententiam vnquam improbauit?

Ex eius libris multa expūgi iuſſa à Theologis Hiſpanis.

Aliud argumentum contra eundem nobis ſuppeditat Mornæus, quod Theologi Hiſpani in ſuo Indice Expurgatorio noſtro tempore plures locos, paginaſque integras in futuris editionibus expungi iuſſerint; in primis Commentarium in Ioannem omnino aboleri, quia commodè emendari non poſſet. Sed Mornæus:

Nempe corruptelis ſuis, traditionibus, inuentionibus, præſumptionibus humanis, imaginarijs authoritatibus repugnabat totus. Pag. 623

Quam ob cauſſam.

IMmò quia Commentaria Iacobi Fabri ſcatebant erroribus, & illis corruptelas, inuentiones, ac præſumptiones ſuas inſeruerat; ideo à Theologis Hiſpanis iuſſa expungi multa. Vt notauit Pater Poſſeuinus in Apparatu Sacro Tomo 2. *Iacobi Fabri Commentaria in Euangelia, in Epiſtolas Diui Pauli, & in Canonicas, & in Pſalmos. Tractatus item de tribus Magdalenis, à Clemente VIII. Pont. Maximo in Indice librorum prohibitorum tàmdiu ſunt probibita, quamdiu ab alicuius Vniuerſitatis Catholicæ Facultate Theologica, vel iuſſu Inquiſitionis Generalis emendata prodierint in lucem.* Quis verò vnum Iacobum Fabrum Clementis Pontificis in eum ſententiæ, Theologorum Pariſienſium & Hiſpanorum iudicio, niſi temerarius, & contentioſus homo magis, quàm veritatis inquirendæ, & perdiſcendæ ſtudioſus, præferat?

Pag. 623 *Budæus à Mornæo citatus.*

Secundò teſtem alterum ex Gallia Guillelmum Budæum accerſit, ex quo quædam loca citat, quæ habentur lib. 5. de Aſſe & partibus eius, vbi aliquot ille paginis inuehitur in Sacerdotes diuitiarum nimium cupidos, exclamat in ambitionem, & dinundinationem, quæ in creandis Pontificibus & Cœnobiarchis graſſabatur; quòd de tollenda Pragmatica Sanctione ageretur, conqueritur acerrimè, quam ſcribit eſſe fortaſſe Regni Palladium velut cælo delapſum munus, quòdque Summi Pontifices eſſent qui vrgerent abrogationē Pragmaticæ Sanctionis. *Harum rerum culpam* (inquit) *à Capite, & vertice Chriſtiani nominis publicus conſenſus arceſſit, qui niſi rectè conſtitutus ſit, inferiora ab eo membra morborum cauſſas trahunt;* vbi *Caput, & Verticem Chriſtiani nominis* Pontificem intelligit, quod Mornæus ipſe fatetur: *Quem deſignet* (inquit) *non eſt quod diuinemus.* Et ſequentia Budæi verba ſunt valde notanda: *Neque vero me latet, ipſa domus fundamenta in petram firmiſſimam artifici manu iacta, nulla vi poſſe conuelli, vel ſubrui, non aerea, non terrena.* His citatis, Mornæus quæ ſequuntur dolo malo ſuppreſsit: *Nam nec operis quidem compages diuina illa quidem manu coagmentata, vllo diſturbari machinamento poteſt: ſed decor operis in aſpectu, & expolitio emendata non manent, ex quibus authoritas vt ædibus, ſic ædi comparatur;* Vbi ſatis intelligitur, quis ſit Budæi ſenſus, nempè id, quod à Chriſto inſtitutum eſt, Hierarchiam Eccleſiaſticam, primatum Romani Pontificis, & cætera miniſteria in Eccleſia ordinata, ſtabilia fore, & perpetuò manſura, licet nonnunquam multa deſint ipſis miniſtris, vt vitæ innocentia, & morum integritas, vnde maior apud omnes

Budæi ſenſus.

illis authoritas accederet. At verò ſedebant ſuper Cathedram Moſis Scribæ, & Phariſæi; reprobatis Scribis & Phariſæis, nihilominus Dominus commendat dignitatem Cathedræ, ex qua Lex docebatur. Neque verò ſi in abuſus Eccleſiæ, ſiue potius miniſtrorum Budæus expatiatur (nam huiuſmodi abuſus committi nunquam permittit, aut conſtituit Eccleſia) ideo omnes Miniſtros notare voluit; quod conſtat ex verbis, quæ ſubdit ibidem: *Etenim per Chriſtum ipſum Sacerdotij conditorem, vtrùm qui ſcelerata porta, (hoc eſt per Simoniam) in Eccleſiam caſtrenſem irrupiſſe ſe ſciunt (de quibuſdam loquor, non de plurimis) in Eccleſiam ouantem, & cæleſtem admiſſum iri ſe putant? Num commercium aliquod ſuperis eſſe ſperant cum ijs, qui cothurnatis flagitijs ſe, ſacraque Chriſtiana conſcelerare non timent?*

Budæus nõ omnes Eccleſiæ miniſtros notauit.

Mornæus;

Pag. 624 *Et ibi rurſum Chriſti & Apoſtolorum cum Papa & Curia Romana collationem inſtituit;*

Vbi tamen non de Papa aut Curia Romana, ſed indifferenter de Eccleſiæ agit Antiſtitibus. *Videamus* (inquit) *quidnam habet ſimile hodiernus Antiſtitum ſtatus & ſacra Ciuitatis Procerum cum Chriſto Ciuitatis eius conditore, & comitatu ipſius &c.* Vbi etſi mores hominum exagitat, ſtatum tamen, & dignitatem commendat, cum eos vocat *ſacra Ciuitatis Proceres, cuius conditor eſt Chriſtus, homines Sacra ſeruituti mancipatos, Chriſti & comitatus eius ſucceſſores; ob geſtamina & exuuias Chriſti* nempe ob cultum, & habitum Epiſcopalem, Sacerdotalem, & Clericalem (eos *ſanctos & reuerendos eſſe*. Proſequitur Budæus: *Si veneranda Cruce quaſi claua Herculis Alexicaci, ſi lituo ſummoueri) ſe turba ab eis æquis animis patitur pullata iuxta, ac purpurata, ſi Magiſtratibus, & honoribus fungentes faſces eis Ciuiles, & prætextas ſubmittunt, & quidẽ cum ſumma animi æquitate; ampliora vtique inſignia ea exiſtimare debebant, quæ Teletarches ipſe Chriſtus cæremonijs ſuis conſecrauit, ex quibus etiam ſceptra Regum ſubmitti nonnunquam conſtituit, quàm faſtum luxu conſpicuum, qui Proceres tantùm, & Potentatus decet, & quo vno ſuſpici ſe maximè diuites à plebecula volunt.* Hoc igitur eſt, quod in eis carpit Budæus, nempe faſtus & opulentia, cum alioqui ſacroſancta dignitas inuiolabilis ſit, eique Magiſtratus ipſi faſces Ciuiles, & prætextas ſubmittant.

Bonã dignitatem commendauit.

In bellatores Pontifices Alexandrum ſextum, & Iulium ſecundum hæc citat ex Budæo:

Pag. 624 *Qui tum pij fortaſſe belli authores eßẽ debuerant, pro aris & finibus ſacris in profanos & impios populos decernendi, ijdem ipſi laniſtæ Chriſtianarum virium videri maluerunt, vt ad internecionem nominis ſacroſancti inter ſe confligerent.*

Vtroque inter ſe collato, de Leone X. qui illis ſucceſſerat, hæc ſubiungit: *Conſentaneum eſt vtique, vt Leo, qui diuino (vt credimus) numine illis de medio ſublatis, & fortaſſe de cælo tactis, ſubinde in locum eorum ſuffectus eſt, is nunc Orbe propemodum tranquillo & compoſito architectonica iam ratione Dominici diuerſorij maieſtatem inſtaurare laboret, priſcis etiam modulis, aut certè priſtinis adhibitis, nam & ipſe ſuffectus ſtatim nutantem Sanctuarij compagem celeri manu ſtabiliuit &c.* Vnde colligitur, Budæum non ipſi ſacroſanctæ dignitati, ſed perſonis ipſis infenſum eſſe, nempe Pontificibus illis, qui bellorum ſatores magis fuiſſent inter Chriſtianos, quàm pacis conciliatores, & Iulio II. in primis, quòd Gallorum ſe hoſtem prodidiſſet tam apertè, eiſque arma intuliſſet; *Cùm cleri magiſter ſanguinarius* (inquit) *effractis timoris diuini repagulis, feras (vt ita dicam) in populum contumacem illum quidem (neque enim inficias eo) ſed tamen populum Domini immitteret, & Gallorum partes, earumque fautores diris execrationibus deuouens ſcelere pluſquàm tragico Orbem penè totum religione ſolutum in deuotos concitaret.* Eandem habet querelam & lib. 4. Epiſtolarum Latinarũ, Epiſtola Philecoo inſcripta. An verò idem Budæus caſtra Sanctæ Romanæ Eccleſiæ deſeruit, aut non communicauit in eadem fide, & Sacramentis cum Epiſcopis, Sacerdotibus, & Clericis ſui temporis, quorum faſtum cum nimio luxu, & opulentiam inſectabatur? Alioqui enim Sanctus Cyprianus Serm. de Lapſis peiora referebat de Collegis ſuis Epiſcopis ſui temporis, quos & hortamento oportebat eſſe cæteris, & exemplo, nempe, *eos diuina procuratione contempta, procuratores rerum ſæcularium fieri, derelicta Cathedra, plebe deſerta, per alienas Prouincias oberrantes, negociationis quæſtuoſæ nundinas aucupari, eſurientibus in Eccleſia fratribus non ſubuenire, habere argentum, largiter velle fundos inſidioſis fraudibus rapere, vſuris multiplicantibus fœnus augere.* Hæc citat Diuus Auguſtinus lib. 3. contra Creſconium cap. 36. & ſubiungit: *Nunquid talium ille communicabat peccatis, nunquid eorum ſectam ſequebatur? Et tamen cum eis in eorundem Sacramentorum communione perſiſtebat, quia illa Sacramenta non ipſi inſtituerant moribus ſuis, ſed ad pœnam ſibi valere faciebant moribus malis*: ita de Budæo viro quidem pio, non tamen Sancto Cypriano conferendo intelligendum. An verò Budæus Hierarchiam Eccleſiaſticam, vel primatum Romani Pontificis in his, quæ ex eo citauit Mornæus, aut vſquã alibi negat, aut dogma aliquod cum doctrina Sanctæ Romanæ Eccleſiæ pugnans aſſerit? Immeritò igitur tantum virum in cauſſæ ſuæ patrocinium accerſebat.

Nõ fuit in ſenſu dignitati Pontificum.

Nunquam deſeruit Romanã Eccleſiã, eiuſque fidem.

Immeritò fuit à Mornæo pro ſua cauſſa citatus.

Alios ex Italia Mornæus aduocat, ac primò Ioannem Picum Mirandulanum Comitem, cuius Opera anno 1504. excudi cœpta. Ille cũ Pag. 625

Romæ

De Nico. Mirandulano à Mornæo citato.

Romæ eſſet anno ætatis 24. nongentas Concluſiones diſputandas propoſuit, ex quibus tredecim ab obtrectatoribus quaſi ſuſpectæ fidei calumniam paſſæ ſunt, quod eum mouit ad ſcribendum Apologiam, qua huiuſmodi Concluſiones Catholicum ſenſum continere oſtendit, vbi tamen quidquid tractaſſet, vt teſtatur Ioannes Fräciſcus Picus nepos in eius vita, correctioni Matris Eccleſiæ & Pontificis ſubiecit, & in eadem Apologia ita ſcribit: *Examinabunt hæc alij viri docti & inſignes & apud noſtras, & apud exteras Academias: iudicabit Sancta Sedes, & in ea ſedens Innocentius VIII. cuius iudiciũ negligere, aut violare, nefas & flagitium. Ipſe iudex ſupremus in terris, qui eum refert, qui iudex eſt viuorum, & mortuorum; ipſe promptuarium, arcanumque veritatis, qui eius agit vices, qui eſt ipſa veritas, & caro factus habitauit in nobis, vt veritatem nobis annunciaret.* Etſi igitur aliquis error fuiſſet in illius Propoſitionibus, corrigendus quidẽ erat, non tamen damnandus; cum omnia ſua ſcripta cenſuræ & iudicio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubijceret. Extat Epiſtola Alexandri VI. ad eundem Comitem data, Pontificatus ſui anno primo, quo bonam & integram eius mentem, & ſinceritatem fidei, ac in Sedẽ Apoſtolicam deuotionem & obedientiam commendat, & nullam hæreſis ſpeciem, vel ſuſpicionem, aut notam ſiniſtram incurriſſe declarat. Extat & Priuilegium Leonis X. Pontificis Max. de editione librorum eiuſdem, datum anno 1519. Pontificatus ſui. 7. Quorſum igitur tantum virum huic ſuæ Oppoſitioni inſeruit Aduerſarius? Ex nongentis eius Propoſitionibus profert aliquas, quaſi meo iudicio velit eum vel inuitum trahere in ſententiam Nouatorum. Prima;

Pag. 625 *Verum corpus Chriſti eſt in cœlo localiter, in altari ſacramentaliter. Nõ poteſt per Dei potentiam idem corpus eſſe ſimul in diuerſis locis. Mornæus: Nempe quia induceretur implicatio contradictionis; quod ex Thoma Aquinate tuetur.*

De præſentia Chriſti in Sacramento Euchariſtia ſentit cum Eccleſia Rom.

VErum cuiuis conſtat, D. Tho. docere cũ omnibus Theologis, corpus Chriſti eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter in Sacramẽto Euchariſtiæ, idque eſſe dogma præcipuum Fidei Catholicæ; ergo cum aſſerit in ſua Propoſitione Picus Mirandulanus, corpus Chriſti eſſe in cœlo localiter, in altari ſacramentaliter, modus ille exiſtendi ſacramentalis non excludit veram, realem, & ſubſtantialem exiſtentiam corporis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ, & conuerſionem panis in ipſum; ſed diſtinguitur à modo exiſtendi locali & circumſcriptiuo, quando nimirum corpus ipſum commenſuratur partibus loci, vt partes corporis reſpondeant partibus loci, & alia pars corporis ſit in alia parte loci; cum longè alio modo ſit corpus Chriſti in altari, nempe per diſtinctionem partium, non tamen per earum extenſionem, & per modum ſubſtantiæ, itaut totũ corpus ſit ſub illis ſpeciebus, & ſub qualibet parte ſpeciei. Eſt igitur Catholicus in hac Propoſitione, & ſentit cum Romana Eccleſia Picus Mirandulanus. An verò implicet cõtradictionem idem corpus eſſe in pluribus locis localiter, non eſt huius loci diſcutere.

Alteram eiuſdem Propoſitionem profert;

Secundum Scotum; per hæc verba preciſè; Hoc eſt corpus meum, non expreſſis verbis præcedentibus, ſcilicet, pridie quam pateretur, non poteſt conſecrari. Pag. 625

Mornæus gloſſam adiungit,

Vtique quia non pendet conſecratio à certis verbis, ſed à Chriſti inſtituto.

Senſus Scoti de verbis conſecrationis.

ATqui Chriſti inſtitutio eſt, vt à Sacerdote fiat conſecratio certis verbis; & licet Scotus velit, exprimi præcedentia verba, vt intelligatur Sacerdos loqui in perſona Chriſti; tamen ab iſtis verbis vult pendere conſecrationem. Ita enim expreſsè ſcribit lib. 4. Sentent. d. 8. q. 2. *De ſecundo dico, quod verba conſecrationis corporis ſunt quatuor, ſcilicet illud pronomen Hoc, & verbum Eſt, & in appoſito Corpus, & Meum; cõiunctio enim non eſt de eſſentia formæ.* Poſtea ſubijcit; *Sed hic eſt dubium, vtrum, prætermiſſis verbis præcedentibus, per iſta quatuor ſola verba conficeret Sacerdos. Dicitur, quod ſic; quia iſta ſunt præciſa forma, alia ſunt propter reuerentiam, vel propter orationem præmittenda. Sed contra illud arguitur, Quia verba ſacramentalia ex vi verborum debent ſignificare illud, quod efficitur ex vi Sacramenti: ſed ex vi conſecrationis huius efficitur, ibi eſſe verum corpus Chriſti; ergo verba ſufficientia ex vi propria debent ſignificare, illud ibi contineri: ſed hæc verba, Hoc eſt corpus meum, prolata ſine præcedentibus, hoc non ſignificant abſolutè, quia ly Meum ſignificat, referri ad perſonam ipſius loquentis; quia licet miniſter poſſit intendere, vt loquatur in perſona Chriſti, non tamen propter ſignificatum illorum verborum eſſet, quod ly Meum demonſtraret corpus Chriſti, ſed corpus loquentis: ſicuti ſi ego inciperẽ loqui in perſona Chriſti, dicendo ſic: Mea doctrina eſt iſta, intendens loqui in perſona Chriſti; tamen ex vi verborum non habetur, quod iſta doctrina ſit Chriſti, ſed illius, qui loquitur &c. Et hoc etiam* (inquit) *confirmatur per Ambroſium de Conſecratione diſtinctione 2. Conſecratio quibus verbis fit? Attendite: Accipite, & edite ex hoc omnes. Hoc eſt corpus meum; vbi videtur coniungere illa verba præcedentia, ſcilicet accipite &c. tanquam verba conſecrationis. Sed hoc non eſt intelligendum, tanquam ſint eſſentialiter pertinentia ad neceſſitatem conſecrationis, ſed tanquam neceſſariò præmittenda, & non ſolùm illa, ſed alia plura præcedentia in Canone, ex quibus ex vi ſermonis haberi poteſt, quod iſta, Hoc eſt corpus meũ, dicuntur in perſona Chriſti &c.* Vnde conſtat, quis ſit ſenſus Scoti, nempe verè conſecrationem

nem fieri corporis Chriſti,& quidem his verbis, *Hoc eſt corpus meum*; requiri autem præcedentia, tantùm vt intelligatur Sacerdos ex vi verborum loqui in perſona Chriſti,& exercere huiuſmodi actionem: de quo nunc non diſputo. Addo tamen, hanc opinionem Scoti à communi ſententia Theologorum nõ recipi, ſed contrariam, quæ eſt D. Thomæ.

Mornæus iam affert Propoſitionẽ à Pariſienſibus Theologis repræhenſam:

Nec Crux, nec vlla imago adoranda eſt adoratione latriæ, etiam eo modo, quo ponit Thomas. Subiungit:

Illam Catholicam eſſe in Apologia aſſerit & contrariam falſam.

Mirandulanus Cruci, vel imagini Chriſti non negat omnẽ adorationis modũ.

VErùm non negat omnem modum adorationis ipſi Cruci, vel imagini Chriſti, ſed eum, quem ponit S. Thomas, à quo etiam alij Doctores Catholici, quos magis ſequitur, diſcrepant. Docet D. Thomas 3.p.q.25.artic.3. quod duplex eſt motus animæ in imaginem, vnus in ipſam imaginem, prout eſt res quædã; alius in imaginem, prout eſt imago alterius. Igitur licet imagini Chriſti, vt eſt res quædã in ſe, non debeatur adoratio; ei tamen, vt eſt imago, debetur eadem reuerentia, quæ debetur ipſi Chriſto, quæ eſt adoratio latriæ. Hunc modum improbat cum alijs Doctoribus Catholicis hac ratione: *Nam ipſa imago, etiam vt imago, vt ſic eſt diſtincta ab imaginato; vt ſic enim refertur ad imaginatum tanquam ad aliud à ſe diſtinctum. Quare etiam ſi vt ſic terminabit adorationem latriæ; videtur ſequi, quod aliud aliquid à Deo adorabitur latria quod eſt abſurdum.* Deinde fundamẽtum D. Thomæ impugnat, & poſtea ſententiã aliorum refert. *Dicunt* (inquit) *quod imagini per accidens, ſiue rememoratiuè debetur ille honor, qui per ſe debetur imaginato & rememorato. Certum eſt autem quod nihil eſt cui per ſe debeatur latria, niſi Deus trinus & vnus & Chriſtus propter vnitatem ſuppoſiti. Dei autem imago eſſe non poteſt. Reſtat, vt, ſi qua eſt imago, cui per accidens & rememoratiuè debeatur latria, ſit imago Chriſti. Verùm quia talis imago principaliter nobis repræſentat humanitatem Chriſti, ſecundario autem Diuinitatem; videtur, quod primariò per accidens ei talis honor debeatur, qualis debetur per ſe humanitati Chriſti: humanitas autem Chriſti, per ſe ſumpta ſolùm adoratur hyperdulia: ergo & tali imagini primariò per accidens ſolùm debebitur adoratio hyperdulia, ſecundariò autem, & per accidens debebitur adoratio etiã latriæ; quia & ipſa imago ſecundariò nobis repreſentat & rememoratur etiã Diuinitatem ipſam Chriſti.* ac ſic cõcludit: *Dico, quod hæc propoſitio, Crux Chriſti adoratur, poteſt habere duos ſenſus. Vnus eſt proprius, ſcilicet quod Crux Chriſti ſiue ut res, ſiue ut imago, ſiue ut partiale, ſiue vt totale obiectum, adoratur tanquam terminus adorationis & iſte eſt ſenſus quem intendit Thomas, & quẽ ego nego. Alius eſt ſenſus improprius dictæ propoſitionis & eſt Crux Chriſti adoratur, id eſt Chriſtus in ea & in ſuo rememoratiuo adoratur. ac ſi eſſet præſens in ſe: & in iſtum ſenſum ego concedo, & cum Eccleſia oro dicens: O Crux aue ſpes vnica; &, Crucẽ tuam adoramus Domine.* & oſtendit vltimò, licet non teneat modum D. Thomæ, ſe tamen ſentire cum alijs Doctoribus, qui æquè ſunt Catholici. Aliud certè eſt eum modum adorationis negare Cruci, vel imagini Chriſti, quẽ ponit S. Thomas; aliud verò eſt omnem prorſus modum negare. Mornæus: Pag. 625

Cumque Theſes ſuas de Euchariſtia (Doctores Pariſiẽſes) *damnaſſent, tuendum ſuſcipit, abſque conuerſione panis in corpus Chriſti, eiuſq; annihilatione, corpus Chriſti præſens eſſe ſecũdũ veritatẽ Sacramẽti; perpetuò tamẽ, ut ſibi caueat, de poſſibili locutus, nõ de facto, haud dubiè ſi liberum fuiſſet, liberius loquuturus.*

Mirandulanus Catholicè ſenſit de modo, quo corpus Chriſti ſit præſens in Euchariſtiæ Sacramẽto.

NEque liberum aliter loqui, quàm Catholica Fides tradit, neque liberiùs loqui volebat Comes Mirandulanus, qui omnia cenſuræ ſubijciebat Eccleſiæ. *Quæ enim peior mors animæ* (vt ſcribebat D. Auguſtinus Epiſt. 166. ad Donatiſtas) *quàm libertas erroris?* Hinc videmus, qui pro arbitrio ſentiunt & loquuntur in rebus fidei, iſtos Nouatores, in quàm abſurdos errores labantur. Neque aliter vnquam docuit Picus Mirandulanus, quàm cum Catholica Eccleſia, corpus Chriſti eſſe in Euchariſtia de facto per veram tranſubſtantiationem, hoc eſt per conuerſionem panis, & vini in corpus ipſum, & ſanguinem Chriſti, & ita de facto inſtitutum eſſe à Chriſto. Verùm quemadmodum multa ſunt, quæ de *ſic eſſe* ſunt hæretica, quorum oppoſitum *de poſſibili* eſſet Catholicum, vt verbi gratia dicere, *Patrem eſſe incarnatum de facto*, eſt hæreticum; *Patrem autem poſſe incarnari*, non ſolum non eſt hæreticum, ſed hæreticum eſt eius oppoſitum; ita de facto certum eſt de fide, corpus Chriſti eſſe in Sacramento per cõuerſionem panis in ipſum; ſi tamen de poſsibili loquamur, non ita eſt de fide, non poſſe aliter corpus Chriſti eſſe in Sacramento, quàm per conuerſionem panis in ipſum, ſcilicet per ſuſtentationem paneitatis in diuino ſuppoſito vna cum humanitate aſſumpta, ita vt eſſet vnum ſuppoſitum in tribus naturis, Deitate, humanitate, & paneitate: & hoc quidem, ſuppoſito quod teneatur communis via de poſsibilitate ſuppoſitationis reſpectu cuiuſcumque creaturæ, quæ diſputatio non eſt huius loci. Sed omninò nihil contrarium Fidei Catholicæ docuit Picus Mirandulanus. Mornæus:

In Epiſtola quadam ad Maximilianum Imperatorem anno 1500. Alexandro ſedente data, reipſa oſtendit quanto ardore ad Eccleſiæ reformationem fertur. Pag. 625

Verùm

Non ſcripſit Epiſtolam quam hic citat Mornæus.

VErùm cum, referente Ioanne Frãciſco Pico eius nepote, obierit Florentiæ annò 1494. cum 32. ætatis annum impleret; quomodo potuit ſcribere anno 1500. ad Maximilianum Imperatorem? niſi fortaſſe ſexennio poſt mortem ad eum ſcripſerit, quemadmodum Elias ad Ioram impium Regem poſt translationem ſuam ſcripſiſſe legitur 2. Paralip. 21.

Ioanni Pico ſubijcit Ioannem Franciſcum eius ex fratre nepotem, minimè degenerem:

Pag. 625

In illo Piſani & Lateranenſis Concilij conflictu quæſtionem tractans; An in cauſa fidei decernenda Pontifex Concilio, vel Concilium Pontifici præponi debeat; ex Decreto ipſo reſpondet; Scribitur in Decretorũ Gloſſis diſt. 19. Papa tenetur requirere Cõcilium Epiſcoporum vbi de fide agitur, & tunc Synodus maior eſt Papa; Quamobrem Archidiaconus Bononienſis Gloſſam ipſam probans, inquit, periculoſum eſſet fidem noſtrã vnius hominis arbitrio committere; Ad hanc fermè ſententiam Bernardus loquitur inquiens; Quæ maior ſuperbia, quàm quòd vnus homo toti congregationi iudicium ſuum præferat, tanquam ſolus habeat Spiritum Sanctum?

HAec ſcribit lib. de fide, & ordine credendi, Theorem. 16. vbi primùm docet, ſi Põtifex rectę fidei fuerit, non dubium ad eũ pertinere, vtpotè Petri ſucceſſorem, & Chriſti Vicarium, conuocare Concilium; Verùm cum ritè Concilium conuocatum eſt, & inter diſputandum ambigitur, quid decernẽdum ſit, ſi forte Pontifex quidquam ſolus vellet, vniuerſo reclamante Concilio, quærit, quid agẽdum ſit, & cui adhærendum: & deinde reſpondet ex opinione aliorum hæc, quæ citat Mornæus: *Scribitur in Decretorum Gloſſis diſtinct. 19. &c.* Poſtmodum ſubijcit propriam ſententiam (quàm malignè ſuppreſsit Mornæus) his verbis: *Ipſe tamen crediderim, ſi cauſa ipſa nunquã antea definita ſit, fieri difficulter poſſe, ut Pontifex ſolus aduerſum omnes ſentiret, niſi aut diuino ſpiritu, aut ſpiritu erroris inſignitus diceretur; Vtrum magis putandum eſſet, ex præcedenti vita, & doctrina rimari oporteret. Illud tamen aduertendum, officij dignitatem multum habere momenti, qua vti, ſcilicet vellet Omnipotens in veritate manifeſtanda. Sed nec illud cõtemnendum, ſi adeò illius maneret ſenſus, ex re etiam eſſe, vt alij plerique ipſi accederent antequàm ſententiam ferret; quoniam Deus author eſt pacis, non diſſenſionis. In cauſa verò antea definita ac recepta, Pontifici accedendum eſſet, cuius etiam ſententiæ in cauſa fidei iuxta Thomæ ſententiam acquieſcendum eſt magis, quàm cuiuſuis Doctoris opinioni.* Vnde conſtat, quanti faciat Pontificis iudicium, vbi ab eo cæteri etiam diſſentiunt. Neque verò ſubijcere ſe definitionibus Sũmi Põtificis eſt vnius hominis arbitrio fidem ſuam committere. Siquidem Põtifex nõ vt priuatus Doctor, quod priuatim ſentit, proponit credendum, ſed adhibitis uiris doctis, & quando opus eſt, Cõcilio Epiſcoporum conuocato, ea definit, quæ ſunt fidei: & præterea, cum ſedeat in Cathedra Petri, pro quo Dominus rogauit, vt non deficeret fides eius, & vt cõfirmaret fratres ſuos, non ſinet, eum ex illa Cathedra aliquem errorem loco fidei ſalutiferæ obtrudere fidelibus credendum.

Franciſci Pici Mirãdulani ſententia à Mornæo ſuppreſſa.

Subijcit ex eodem Theoremate Mornæus:

Potius ſimplici ruſtico & infanti, & aniculæ, quàm & Pontifici Maximo & mille Epiſcopis credendum, ſi contra Euangelium iſti, illi pro Euãgelio verba facerent. Pag. 626

Si Põtifex aliquid cõtra Euangelium doceret, quod nunquam accidet, huic potius credendũ eſſet, quàm illi.

IDem certè aſſerimus. Nam ſi Pontifex contra Euangeliũ aliquid doceret, vtique Euãgelio potius, quàm Pontifici, credendum eſſet. Sed, Si nihil ponit in eſſe, neque timendũ, vt Pontifex, & mille Epiſcopi aliquid contra Euangelium definiant. Equidem aliquando in Concilijs, vt Ariminenſi, & Epheſino ſecũdo erratum eſt, quæ producit Mornæus; ſed hæc nunquam à Summis Pontificibus confirmata fuere, & fuere potius hæreticorum Cõciliabula: in Ariminenſi in fraudem ab Arrianis inducti ſunt Catholici, & ſublatum eſt de Symbolo nomen ὁμοούσιος in Epheſino 2. factione Dioſcori occiſus eſt S. Flauianus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Legati Leonis Rom. Põtificis fugati, & hæreſis Eutychiana confirmata. Sed oſtendat iſte, ex ſententia Ioannis Franciſci Pici aliquod Concilium indictum ab aliquo Pontifice, cui per ſuos Legatos præfuerit, & ab eodem confirmatum ſit, errorẽ aliquem definiuiſſe. Proſequitur Mornæus:

Pertractans etiam quæſtionem, vtrum Concilia aut Papa errare poſſint, ex eo ipſo facilè decidendam, quod à ſacris Scripturis aberrare illos poſſe præmiſerat, exponit; vt multa Concilia errauerint, multi Pontifices in hæreſim inciderint, ſæpe acciderit, ut qui Eccleſiæ præſes habebatur, aut iure non præſideret, aut omnino præſidere non poſſet. Pag. 627

Et deinde citat locum ex 4. Theoremate.

Prodit

Digitized by Google

Prodit olim memoria fœminam Pontificem creditam, & noſtro ſæculo memini hominem quendam doctum & moribus probatum, ſua etiam in religione honores conſecutum, qui cōſuleret, quamquam non omnino publicè, eum, qui Pontifex creabatur, Pontificem non eſſe, ob id quod priuſquam à duabus partibus Cardinalium eligeretur, Pontificis officium exercuerat; cautum autem Eccleſiæ legibus eſt, huiuſmodi hominē tantum abeſſe vt Pontifex ſit, vt etiam ad Pontificatum ineptus & impotens habeatur, vt qui irrogato ſcilicet anathemati ſubiaceat. Gloſſa Mornæi: *Et quò igitur abeunt ordinationes illæ ſuæ, Epiſcoporum ſuorum miſsiones? quod de Iulio II. dixiſſe videtur.*

Pag. 626

Falſa Mornæi Gloſſa.

SEd quomodo de Iulio II. id dixit, quē vnanimi conſenſu Cardinalium electum fuiſſe conſtat, antequam Pontificatum exerceret, cui præterea librum illum: *De fide, & ordine credendi* dedicabat?

Ex eodem Theoremate ſubijcit:

Sed & alium meminimus Pontificem creditum & adoratum, quem præſtantes viri putarent, nec Pontificem eum eſſe, nec eſſe poſſe, vtpote qui nullum Deum credens, omne infidelitatis culmen excederet; peſſimaque eius opera in coemendo Pontificatu, in omnigenis ſceleribus exercēdis idipſum teſtabantur; ſed & peſſima quoque dicta confirmabant, namque faſſum eum affirmabatur domeſticis quibuſdam, nullum ſe Deum aliquando, etiam dum Pontificiam ſedem teneret, credidiſſe. Mornæus gloſſat: *Quibus verbis Leonem X. ex eo innuere Veriſimile, quod tanquam oculatus teſtis loquitur.*

Pag. 626

Quod falſum eſſe conſtat. Nam Leo X. neque Pontificatum emit, neque ita perditè vixit, aut impius fuit, vt hic iſte nobis perſuadere vult. Præterea iſta ſcribebat Ioannes Frāciſcus Picus ad Iulium II. Pontificem Max. Leonis X. deceſſorem; quomodo igitur potuit his verbis Leonem X. innuere, qui Pontificatu nondum fungebatur? Denique in Oratione ad Leonem X. *De reformandis moribus*, ita eum compellat: *Tu Dei optimi Maximi Templum, tu Chriſti ſanguinis mercatum ſuſtinueris, cuius ſupremum Sacerdotium nullis mercimonijs es conſecutus.* Et quidem de fœmina, Pontifice credita, & de alijs loquitur ex aliorum opinione, & relatione, non quòd hæc ipſe aſſerat. *Sed etſi hæc ita eſſent*, inquit, quaſi in dubium reuocando, & non aſſerendo. Videamus, quid concludat ex propria ſententia: *Sed quamquam tales etiam eſſent* (hoc eſt, dato & non conceſſo, quod tales eſſent) *nec prauum dogma diffunderent, nec publicè notum eſſet, vt Pontifices habendos puto. Et ſi priuatim ſciretur; exiſtimo, publicam venerationem ſubtrahi non debere, quoad dum certiores fierent primores Eccleſiæ Prælati, & ſæculi Principes primarij, qui de ſubrogando capite (cùm hæreticus eſt) ſoliciti eſſe debent. Sed hoc non eſt omnium dignoſcere, nec temerè diſcernendum; alioqui latiſſima porta ſchiſmatibus aperiretur.* Hæc Ioannes Franciſcus Picus. Et ſub finem Theorematis ſcribit: *Nullus autem Chriſtianus addubitauit vnquam, iudicium Vniuerſalis Eccleſiæ errare poſſe, & in ferenda ſententia, ſi contingeret, & in acceptanda ea, quæ à Pontifice Eccleſiæ capite, & Vniuerſali Concilio eam repræſentante proferretur: quæ quidem cum recipitur, non ſecus ſuſcipienda eſt, ac ſi eam tota Eccleſia vnica voce ſanxiſſet.*

Alia inept.

Quod verò ſubiungit Aduerſarius, illa verba, *Oraui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua*, ex Ioannis Franciſci Pici ſententia, ſecuti in hoc meliorum interpretum ſententiam, ad fidem, quam Petrus confeſſus erat, referenda eſſe, non ipſius Eccleſiæ Romanæ: Reſpondemus primò, ipſos, quos citat, Petrum Alliacenſem Cardinalem, Abbatem Panormitanum, & Nicolaum de Lyra, non meliores eſſe interpretes Scripturæ ſacræ. Nam alios grauiores producere poſſumus, qui ea verba ſucceſſoribus Petri, totique Eccleſiæ dicta putent; vt Eccleſiæ Romanæ, & ſucceſſorum in ea Petri fides futura ſit perpetua. Deinde, neque interpretes illi, vt ibidem teſtatur Ioannes Franciſcus Picus, negabant, locum illum de perſeuerantia fidei in Eccleſia Romana intelligi poſſe. Sed alia eiuſdem loca de authoritate Romani Pōtificis in decernendis fidei controuerſijs adferre poſſemus. Legēda ſunt quæ ſcribit Theoremate 8. nempe quod *inter ſe diſſentientibus Patribus, cum eorum dogmata circa rectam fidem, & hæreticorum condemnationem vel à Concilio, vel à Pontifice probantur, ſequenda, & obſeruanda ſunt. Repræſentat enim Concilium legitimè congregatum Vniuerſalem Eccleſiam, Pontifex autem Eccleſiæ caput eſt Petri ſucceſſor, Chriſtique Vicarius, cui, ſi ad Pontificatum habilis canonicèque electus fuerit, ne-*

Pag. 626

Ioānis Frāciſci Mirādulani loca de authoritate Romani Pont.

ceſſariò

ceſſariò Chriſtiani omnes ſubeſſe debent, quemadmodum per multos Canones ab vniuerſali Eccleſia receptos oſtenditur &c.* atque ibi multa de authoritate Romani Pontificis: & Sanctæ Brigidæ reuelationem repetit & probat, quæ Græcis minata ſit ob id, quòd Romanæ Eccleſiæ præceptis & dogmatibus ſe non ſubderent, eiuſque minas diuina vltio ſecuta ſit. Et Theoremate 13. eam vocat *caput Eccleſiarum ob Apoſtolicam Petri Sedem; fidei Magiſtram, quæ de fidei controuerſijs aduerſus hæreticos ſemper victrix triumpharit.* Et Theoremate 23. *Gratias* (inquit) *quàm maximas habere Deo Chriſtiani debemus, qui ſuperno lumine gratiæ ſuæ nobis affulſerit, quo diſcimus, Euangelio ſimpliciter credendum, & in Euangelij expoſitione Catholica, & in Eccleſiæ Catholicæ ſenſu percipiendo doctrinæ Romanæ Eccleſiæ, & in doctrina Romanę Eccleſiæ noſcenda, probatorum ab ea Doctorum, & præſertim Theologorum ſententijs atque conſenſui. Ita enim ſuperno illo lumine didicimus, & in celebratiſſimorum Doctorum ſcriptis ſparſim poſtea hæc ipſa vel expreſſa, vel immixta inuenimus. Quibus autem demandatum non eſt officium vel docendi plebē, vel prædicandi, ij minimè adſtringuntur ad notitiam exactiorem vel habendam, vel pro viribus quærendam de rebus fidei: & qui iuxta vires neceſſaria diſcere ſategerunt, ſatis fuerit, ſi in vniuerſum Romanæ Eccleſiæ hoc pacto acquieuerint, vt illa credere velint, ad quæ illa obligare fideles per Edicta & præcepta ſua voluit. Quare cum inextricabilia menti ſuæ occurrerint, ad obligatorium illud iudicium Romanæ Eccleſiæ ſe referent, tumque vel poſtea exquiſitior ei veritas patefiet, in eoque adimplebitur, quod in Pſalm. ſcriptum eſt: Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia.* Ex his locis, quæ ſit ſententia Ioannis Franciſci Pici de Romanę Eccleſię authoritate in rebus fidei decernendis & de primatu Romani Pontificis, ſatis conſtat; vt nonniſi per ſummam iniuriam iſte eundem virum & doctum & in primis Catholicum ſuæ Oppoſitioni inſeruerit.

Quoad eiuſdem Orationem ad Leonem X. Pont. Max. & Concilium Lateranenſe *De reformandis moribus*: quis ignorat, ſedulò in Eccleſia ſemper inuigilandum fuiſſe reformationi morum & diſciplinæ, atque de ea in ſingulis ferè Cōcilijs actum fuiſſe? Eo interim quod ſcribit ad Romanum Pontificem de reformandis moribus, eiuſque munus eſſe agnoſcit diſciplinæ Eccleſiaſticæ reſtitutionem, & vitæ, iuxta Dei præcepta & ſanctorum Canonum Cōſtitutiones, tū in Clericis, tum in Laicis reformationē; eius certè authoritatem in totam Eccleſiā, hoc eſt in omnes Chriſtianos, agnoſcit. Mornæus:

Pag. 627 *Et tandem vidimus bonus iſte Papa quā id parū curaret, ſeu eius ſtatuta, ſeu exemplum attendamus.*

ATqui multa in Concilio Lateranēſi de reformatione ab eo ſunt conſtituta. Verùm *tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat, aut cadit.* Rom. 14 Proſequitur:

Pag. 627 *Sed quia eximius ille vir, non mores tantùm ſed & doctrinam reformatione indigere norat; Sacræ literæ, inquit, vtriuſque Teſtamenti recognoſcendæ & cum antiquis & caſtigatis primæ originis exemplaribus conferendæ, vt ab erratis, quæ vitio temporum & librariorum incuria in illas irrepſerūt, omnino purgentur &c.*

Idem nunc quā cēſuit Eccleſia Romana doctrinā indigere reformatione.

SEd reſpondemus, eximium illum virum nunquam deflexiſſe à doctrina Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, neque eam iudicaſſe reformatione indigere; & ſi quid controuerſię aliquando orir etur, non aliò, quàm ad Sedem Apoſtolicam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, eſſe recurrendum: & aliud eſt conijcere, menda irrepſiſſe in ſacros Libros vitio temporum, & librariorum incuria; aliud verò errorem aliquem ab Eccleſia doceri: & iurarunt ipſi Pontifices, vt ſacra Biblia quàm emendatiſſima ederentur: & ita ſancitum habemus in Concil. Trident. Decret. *De editione, & vſu ſacrorum Librorum.* Mornæus:

Quam procul ab illis, qui vulgatam tantùm Bibliorum verſionem authenticam eſſe volunt, & præpoſterè Autographa ad eam exigunt. **Pag. 628**

VErùm cum ſcribebat ille ad Leonem X. Pōtificē, ſacras Scripturas veteris & noui Teſtamenti recognoſcēdas, & cum antiquis & caſtigatis primæ originis exemplaribus eſſe cōferendas, vtique de vulgata editione intelligebat, quæ longo tot ſæculorum vſu in Eccleſia probata eſt in publicis lectionibus, prædicationibus, diſputationibus, & expoſitionibus, quam pro authentica habendam definit Concilium Trid. loco citato. Et licet ad errata expurganda, quæ vitio temporum, & librariorum incuria in ipſam vulgatam editionē irrepſerūt, operæ pretium fuerit conſulere Hæbraicam editionem & Græcam; vbi tamen hæc editio vulgata Latina ſemel recepta eſt ab Eccleſia, & vt authentica probata, eius veritatem ad illas non exigimus, ſed eiuſdem authoritatis eā eſſe dicimus apud Latinos, cuius fuerit Hæbraica Moſis & Prophetarum apud Hæbræos, & Gręca, maximè ſeptuaginta Interpretum, apud Græcos. Verùm hanc proſcribunt Nouatores. Nullam vellent eſſe verſionem authenticam; vellent enim, ad fallendū & ad inducendū in errorē, ſuas verſiones obtrudere.

Nobis vltimò imponit iſte, quod nouas reuelationes, nouas legendas cudamus, idq; reprahendi à Ioanne Franciſco Pico, ad Leonē Pontificem ſcribente. Vbi omnia ad iudicium Eccleſiæ exigimus, quæ columna eſt & firmamentum veritatis, errare non poſſumus. Hoc volebat Picus, veras Hiſtorias Sanctorū, quæ in Eccleſia legūtur, ab apocryphis nugis eſſe ſegregandas: quod quidem ſemper cauit Eccleſia, **Pag. 628** *Mornæi impoſtura.*

Digitized by Google

ſia, prout videre licet apud Gratianum diſtinct.15.

Iſti ſubijcit Baptiſtam Mantuanum iam alibi citatum: quo iure, qua iniuria, ſuo loco oſtendimus.

Pag.628 *De Baptiſta Mantuano Carmelita ſuperius loquuti, eum denuò huc adducimus &c. Et quidem non diſſimulat ſibi multa in Eccleſia Romana diſplicere, frigida ſacrificia & officia, ſordida altaria, nugatoria & curioſa multa; de quibus ipſe*

Faſt. 12.

Et licet his olim nugis iuueniliter aures
Præbuerim, tamen vt melius cum tempore factum
Iudicium, lis hæc mihi pernicioſa videri
Cœpit, & ex grauium cuneis abigenda virorum.

Mornæus ſubiungit:

Pag.628 *Senex deteſtatus, quod iuuenis amplectebatur.*

Ioãnes Baptiſta Mantuanus perperã à Mornæo pro ſe citatus.

SCriptorum dedecus & corruptor, hoccine eſt Mantuanum adducere, an potius à ſe ipſo abducere? Non eſt hic locus Sacrificia, altaria, officia contra aduerſarios defendendi; ſed Poëtam ipſum tueri contendo, quem ab ipſo tam maleuolè torqueri video. Mantuanus igitur Eccleſiæ Romanæ feſta annua digerens in Faſtos, ſingulis menſibus libros ſingulos diſtribuit. Itaque duodecimo, ideſt menſe Decembri, Conceptionem Virginis Mariæ canere aggreſſus, eos carpit, qui curioſè nimiùm diſquirunt, an concepta eſſet in peccato originali, nec ne; ſiquidem hac de re nihil à Deo reuelatum, nihil certi ab Eccleſia deciſum, nec ad ſalutem refert id ſcire, & ratione non poteſt id inueſtigari:

Nec natura poteſt illuc extendere viſum,
Nec Deus hoc docuit, nec re dependet ab iſta
Noſtra ſalus. Quæ nos igitur dementia torquet
Vt ſtudeamus in his conſumere litibus annos?

Vt quæſtionem hanc ſuperfluam eſſe velit: cui etſi iuuenis ſe immiſcuerit; non ita tamē probetur iam prouecto. Hoc igitur eſt, quod ſibi vult hiſce verſibus:

Et licet his olim nugis iuueniliter aures
Præbuerim; tamen vt melius cum tempore factum eſt
Iudicium, lis hæc mihi pernicioſa videri
Cœpit, & ex grauium cuneis abigenda virorum.

Idē contra Mornæū citatur.

Toto eo Tractatu, emoriar, ſi altaris, officij, aut Sacrificij nomen Lector inueniat. Baptiſtam igitur à Mornæo abduximus. Sed contra Mornæum eundem adducamus. Faſtorum libros à ſe editos in ſenio fatetur; ſi vſquam tamen de Eccleſiæ ritibus & cæremonijs agit, hic maximè, cum ex profeſſo Sanctorum feſta laudat, attolit, canit, origines eorum pandit, dicit, docet. Atque vt Aduerſarium proprio iugulemus gladio, ab hoc Conceptionis Deiparæ Virginis Tractatu non diuellamur. Inſtitutionem eius feſti à mariſirati formidine deduxit, cum Abbati Heliſino à Dacia redeunti, & in medijs fluctibus, inſurgente vento, periclitanti

. . . . Subitò ſuper æquora viſa eſt
Forma viri procera, humeros veſtita, caputq;
Pontificali habitu . . . .

Angelum puta, cuius monitu Heliſinus incolumis euaſit. Improbabit hæc Aduerſarius, altaria in honorem Virginis Deo conſecrata *ſordida* vocitabit, imaginem eius deteſtanda blaſphemia *Idolum* dicet, officia ſubſannabit: quæ ſingula ſenex laudauit Mantuanus. Faſtorum initia lege, igneum inuenies, Iudæis miro zelo pro ſacris Imaginibus inſultantem. Ad coronidem tranſcurre, iam fato vicinus, iam ſeniles oculos clauſurus vitæ curſum recurrit, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ rituum encomiaſtem ſe fuiſſe memorat, defuncto ſibi Sacrificia focis, ideſt cereis accenſis, orat, implorat, orationes pro ſe fieri poſtulat:

O populi pacem qui me coluiſtis, habete,
Et pro me accenſis ſacrificate focis.
Tu quoque Carmeli montis longæua propago,
Spiritui fac ſis officioſa meo.
Crebra Sacerdotes pro me libamina Chriſto
Reddite, & ad veniam ſollicitate Deum.

Hoccine eſt Sacrificia, altaria officia, quæ iuuenis amplectebatur, ſenem deteſtari?

Pergit porrò malignari Mornæus, & miſerum Mantuanum miſerè laniatum beſtiarius producit, inuitum licèt & repugnantem:

Sed in Ecloga (inquit) *nona ingenuè; nullam eſſe tam immanem beſtiam, cui ſuum non ſit luſtrum, nullum tam vitioſum hominem, cui honor non deferatur in* Romana *Curia &c.* Pag.628

Mille lupi, totidem vulpes in vallibus illis
Luſtra tenent, & quod dirum ac mirabile dictu
Ipſe homines (huius tanta eſt † peſtilentia cœli)
Sæpe lupi effigiem, moreſque aſſumere vidi
Inque ſuum ſæuire gregem, multaque madere
Cæde ſui pecoris; factum vicinia ridet.
Nec ſcelus abhorret &c. . . . . . .

Lector, memento, Mornæū errore ſubleua, & repone, † violentia.

NOnam hanc Eglogam poſt Religionis ingreſſum Author edidit. In ea clauſtralis & ſolitariæ vitæ inſtitutum actiuæ & Vrbanæ ſic confert, vt eidem præferat: huius, illiuſq; commoda narrat, & incommoda, & Vrbis Orbi notiſsimæ vitia carpens, cæterarum in Orbe Vrbium mores intelligit, & complectitur. Ab Egloga ſexta colligere id procliue, vbi Fulica ruris contemptore aduerſus agricolas multa iactante, cœpit & Cornix dicterijs Vrbanos proſequi his verbis:

Nos quoq; pauliſper mentem extendamus ad Vrbis
Stultitiam. . . . . Eglog. 6.

Pri

Digitized by Google

Primumque taxatis quibuſdam ementitis Nobilibus, quos per Vrbes aduerterat ſuperbo murice ſplendidos, ſecreta tamen fame liguriẽtes, adiungit:

Vidi etiam patres, ò rem indignam atq; nefandam,
Proſtituiſſe ſuas vulgo cum coniuge natas.
Ibidem.
Dic vbi mæchandi ars, homicidia, ſeditiones?
Nonne inter Ciues, atq; inter mœnia regnant?
Quid Reges, qui Regna hominum, per vulnera quærunt,
In mortemq; ſuos adigunt? . . . . .

Subiungit his Cauſidicos, quos aucupes ſummorum vocat, & medicos, quibus

. . . . *eſt facta poteſtas*
Excruciandi ægros, hominesq; impunè necandi.

Hi lupi, vulpes, canes, quos verſibus à Mornæo malè citatis intelligit.

Egloga. 9.
Sæpe canes tantam in rabiem vertuntur, vt ipſos
Vincant cæde lupos, ...

qui nempe ſpe occurrendi officiunt, interficiunt. Sua dicta à Pontifice ſapienter arcet Mantuanus, quaſi fatidica mente venturum hunc præuidiſſet blateronem, qui malignam ſicut, in cætera, falcem in ſuam meſſem impudenter mitteret. Eglogam enim nonam in Põtificis laudem concludens: ille, ait,

. . . *Omne pecus Solymi curare magiſtri*
Dignus, & antiquo dignus ſuccedere patri,
Qui fuit Aſſyrij pecoris poſt retia paſtor.
Ille poteſt ſeruare gregem, depellere morbos,
Humectare ſolum, dare paſcua, ſoluere fontes,
Conciliare Iouem, fures arcere, luposq;.

Sed agedum ad alia pergamus. Mornæus:

De auaritia (inquit) *& impoſtura.*

Eglo. 5.
Si quid Roma dabit, nugas dabit, accipit aurum,
Verba dat &c. . . . . . .

Inſinuare, ni fallor, his verſibus voluit homo maledicentiſsimus, Pontificum venales eſſe Bullas & Indulgentias, quas alibi *nugas* appellauit. Verùm intẽtionis ejus aciem vno digitulo retundemus, & Pſeudomantuanum Mantuano debellabimus. Hæc citauit Mornæus ex Eglog. 5. quam inſcripſit Mantuanus *De conſuetudine diuitum erga Poetas*, atque in ea iocosè ſimul & ingenioſè Auguſti tempora lapſa queritur Candidus, qui Syluano conſolanti, & Romam diuitem adire ſuadenti, vbi Poetis facile diteſcere, ſubiratus replicat:

Sed quid Roma dabit? Nugas dabit: accipit aurum,
Verba dat. Heu Romæ nunc ſola pecunia regnat,
Exilium virtus patitur . . . . . .

Romæ interrogationem vitauit Mornæus.

At quę virtus? Poeſeos. Aduertiſſet hoc per ſe ipſum bonus Lector, ſi Hemiſtichium immediatè ſubſequens proſecutus fuiſſet Aduerſarius:

. . . . *Sperare iubemur*
Vndique, & in toto Vates ſpe paſcitur Orbe.

Non ſolùm igitur Romæ, ſi toto Orbe. Super hoc conqueſtus Martialis olim; ſuper hoc in Orbe Gallico de Pariſiẽſi Curia Rom. Sardus, & cum eo, Poetarum more, reliqui.

Ab auaritia & impoſtura, quæ natiuo penicillo coloraſſe ſeſe arbitratur, ad crudelitatem velut ad aliam nequitiæ tabulam pergit ex lib. 1. Syluarum Mantuani in Romam bellis tumultuãtem, citatis aliquot verſibus: Pag 628

Roma quid inſanis toties, quid ſanguine gaudes?
Quid geris imbelli, ſpicula tanta manu &c.

Cætera nihil opus hic ſcribere: & vno verbo reſpondetur, non ſignificaſſe Poetam eo loco vel Eccleſiam Romanam, vel Pontificẽ, & ne verbum quidem extare, vnde id colligatur: ſed antiqua illa Roma carpitur, quæ ſub Regibus, Conſulibus, Imperatoribus toti Orbi bella ciebat, & poſtea in ſua viſcera crudeles manus conuertebat. Vnde ſubdit:

Si foris arma tacent, tu bella domeſtica tentas,
Nec feritas requiem ferre ſuperba poteſt.

Item ibidem:

In tua conuerſo graſſaris viſcera ferro,
Atq; tuum propria conficis enſe caput.

Hæc nullo modo ad tempora Mantuani poſſunt referri; quæ tamen de Vrbe ipſa, non de Eccleſia Romana, intelliguntur.

Fas, & iura negas, homines, & Numina fallis,
Nec Iouis imperium, nec Phlegethonta times.

Nec certè puto, adeò rudem & imperitum eſſe Mornæum, vt mentem Poetæ non ſit aſſecutus. Sed Pontificem inſequi & perſequi maluit, quàm vera præter ſuum morem ſemel fateri. Pudibundè tamen *Iouis* nomen ſubduxit & claudicantem vno pede verſiculum reliquit Pag. 629
homo mente claudicans,

Nec . . . imperium, nec Phlegethonta times,

Aegrè ferens, Vrbem ipſam Eccleſiæ, non Imperio ſubijci Vrbem verò ipſam, & Ciues Pontificibus aliquando etiam ipſis infeſtos intelligi, hi verſus indicant:

Romanis pater eſt Mauors, Lupa Martia nutrix
Hæc hominum mores, ingeniumq; docent.

Et quod ſubijcit poſtremò:

Viuere qui ſanctè cupitis, diſcedite. Roma
Omnia cùm liceant, non licet eſſe bonum,

more Poetico ſubijcit. Siquidem

. . . . . . *Pictoribus atque Poetis*
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Alioqui enim & Romæ, & vbiuis locorũ ſemper licet eſſe bonũ: & Abrahamus inter Chaldæos, & Iacob cum ſua prole inter Aegyptios, & Loth inter Sodomitas, & Iob inter Huſsitas boni fuere. Act. 10. *Non eſt perſonarum acceptio apud Deum, ſed in omni gente qui facit bonum, acceptus eſt illi.*

Ad Faſtos reuertitur homo nefaſtus, eamdem tyrannidum inculcaturus:

Fa. lib. 2.
I pudor in villas, ſi non patiuntur eaſdem
Et villæ vomicas; Vrbs eſt iam tota Lupanar.

Nihil, præter morbidum citantis animum vomicantem & mendacia eructantem, hæc verba monſtrant, tàm ab Authoris ſenſu aliena, quàm ab Eccleſia Romana Mornæus. Toto eo 2. Factorum libro menſis Februarij dies feſtos recenſet Mantuanus, & occaſione oblata de Carnis priuij (hodierna Bachanalia ſic indigitat) mala conſuetudine, quædã in medium producit hoc modo:

Hic memorare libet quoddã graue temporis huius
Crimen, & ipſius ſubiungere criminis ortum.

Laruales itaque diſcurſus hodie toto Orbe nimis communes Poeta ſignificat, vocatque *temporis crimen*. Deducit autem criminis ortum à ludis olim Lupercalibus, à Paganis Romæ fieri ſolitis, quorum inſania non in Romanos hodiernos (nulla enim inibi Romæ mentio) ſed in Europæ totius mores defluxerit. Comœdias inibi poſtremò carpit, non in villis, at in Vrbibus agitari ſolitas, hiſtrionibus, balatronibus, & paraſitis parum caſtè geſticulantibus.

Vnde trahunt iuuenilia pectora peſtem
Mortiferam, fiuntq; ipſæ ſine fronte puellæ.
I pudor in villas, ſi non patiuntur eaſdem
Et villæ uomicas; Vrbs eſt iam tota lupanar.

Vbi Vrbs ἀορίστως, indefinitè, non ὡρισμένως definitè ſumitur. Quorſum igitur hæc ad Romam, eiuſque crudelitatem, & tyrannidem referre velle? Sed en aliud nobis pari dealbandum fidelia. Mornæus:

Pag. 629 *Vſque adeò, vt monſtrum illud deſcribens, quod mulieris in Apocalypſi infantem deuorare ſatagit, in deſertum fugere coactæ, Sedem Papalem indicare voluiſſe videatur...*

Monſtrum immane potẽs, hominũ tot millia, aperta
Abſorbere gula, quot ſanguinolenta volebat
Sæuities, monſtrum illud erat ſeu bellua partum
Virginis extento cupiens extinguere collo.
Cuius ab aſpectu, ſumptis diuinitus alis,
Vt ſacer Ageæ vates canit incola Palmi,
Fugit ad extrema loca, virgo incognita, terræ.

Triumphabundum hic tibi Mornæum alieno curru Lector inducito, ſed effractis mox rotis, ignominioſè deturbandum, deturpandũ. Baptiſta Mantuanus ſecundo hocce Faſtorum libro inter reliquos Sanctos Blaſium commemorat, eumque aliquot verſibus celebrat, cũ eius vitam duobus libris prius complexus eſſet. Grauis itaque perſecutionis Eccleſiæ, Eccleſiæ dico Romanæ, ſub Maximiano monſtro potius, quàm homine (qui Diocletiano Chriſtianorum truculento hoſti conſors erat Imperij) meminit ob cuius ſæuitiem,

Tum Caius, qui Præſul erat Romanus, in altis
Delituit cryptis, tunc Marcellinus & ipſe
Romulidum Paſtor victus &c.

Admiranda ſimul & miſeranda perſecutio, quam ne Paſtor quidem Romulidum, id eſt Eccleſiæ Romanæ Pontifex, tolerare potuit.

Maximianus enim tanta impietate per Orbem
Sæuijt, vt ſicuti viſu baſiliſcus acuto,
Ore truci, nutuq; homines extinguere poſſet.
Vox autem tonitru longè reſonantior illi
Tanta erat, vt quoties alto clamore tonabat,
Vſq; ad Sauromatas exaudiretur & Indos.
Monſtrum immane potens hominũ tot millia aperta
Abſorbere gula &c.

Mornæus:

Vt Roma vtique hæc bellua ſit, quæ abſorptis innumeris Chriſtianis Eccleſiam ipſam puriorem deglutire conatur, quæ derelictis ſedibus auia petere cogatur. Pag. 629

Roma vtique hæc bellua, hoc monſtrum; ſed tum temporis, cum cultui Idolorũ dedita erat, & ſub Diocletiano, Maximiano, ac alijs Tyrannis Chriſtianos perſequebatur. Hæc verò velle detorquere ad Romanam Eccleſiam, quæ Puriorem Mornæi Eccleſiam inſequitur & perſequitur, tàm congruit cum ſenſu Poetæ, quàm tenebræ ipſæ cum meridiana luce. Mornæus:

Et Leonem porrò, in hac profundiſſima abyſſo ſuſpiria ducens, hortabatur tria potiſſimum attenderet, pacem Italiæ, Curiæ Romanæ diſciplinam, fidei moribundæ reformationẽ &c. Pag. 629

Et ex quarto Faſtorum, qui huc ſpectant, verſus aliquot ſcribit:

Sed tria præſertim reſtant curæ atque labore
Digna tuo &c.

Sed ſi Poeta ille Mornæo adeò celebratus, & meritò quidem, rectè iudicauit, Romani Pontificis eſſe in hæc tria incumbere; non ergo Eccleſiæ perſecutor Pontifex. An verò à fidei perſecutore reformatio fidei moribundæ expectari poſſet, vel etiam diſciplinæ reſtitutio? Quod igitur illius eſſet de Romani Pontificis authoritate iudicium, minimè nos latet. Mornæus.

Sed vniuerſi quid hic facerent expiſcari iuuat. Non vlla ſanè ſub Leone natio, quæ nefarijs Romanæ Curiæ auſis grauamina ſua nõ opponat, quæ Concordata omnia violet &c. Pag. 629

Quomodo Nationes ſe geſſerint quoad exactiones ſibi ab Eccleſia Romana impoſitas.

AN verò propter grauamina, & immodicas exactiones Regum, vel Principum, illi cõtemnendi ſunt, vel ab eis deficiendum? Neq; negabant illi, licitas eſſe moderatas exactiones, quæ ab Eccleſia Romana imponerentur; ſed contra grauiores, & quę notabile damnũ adferrent, remedium aliquod quæri volebãt, idque ipſimet Summo Pontifici proponere. In Faſciculo Rerum expetendarum, & fugiendarum habentur grauamina Nationis Germanicæ, & in remedio hęc inter cętera Si: *Cæſareæ Maieſtati conſultũ viſum fuerit, proponatur Sũmo Põtifici, & Sacroſanctæ Rom. Eccle. quod graue, immò intolerabile ſit Nationi Germanicæ amodo tantas moleſtias & expenſas pati &c.* Poſt: *Admonendus etiam videtur Summus Pontifex, quod per varia bella terræ Germanorum paſſim deſolatæ ſunt.* Ibidem:

Mitius

Digitized by Google

Mitiùs ergo Summus Pontifex velut pius pater filiorum ſuorum amator, ac fidelis & prudens paſtor cum filijs ſuis Germanicæ Nationis agat &c. Modum igitur volebant ab eodem Pontifice imponi huiuſmodi exactionibus; eius vero authoritatem & iuriſdictionem minimè denegabant. Decem Tribus à Roboamo Salomonis filio nunquam deſciuiſſent, neque diuiſio Regni facta fuiſſet lib. 3. Reg. ca. 12. ſi eas grauaminibus à patre impoſitis ſubleuare voluiſſet: in quo tamen grauiter peccarunt, etſi iuſtè Deus id permiſerit ob peccatum Salomonis. Mornæus:

Pag. 630

Adiunctis remedijs neceſſarijs; anno præſertim 1516. & 1517. quæ epocha præ cæteris nobis.

ἐποχὰς quid ſint.

QVas ἐποχὰς vocant Græci, Cenſorinus *titulos & indices* appellat, nempe interualla, quibus metimur tempora, quorum termini ſumuntur ab inſigni aliquo euentu, vt à diluuio, ab excidio Troiano. Sic apud Græcos primum ludicrum Olympicum erat epocheum; apud Romanos annus Vrbis conditæ, apud Hebræos creatio Mundi, item transmigratio Abrahæ in terram Canaam, exitus filiorum Iſrael è terra Aegypti, fabrica Templi Salomonis, apud nos annus Dominicæ Incarnationis uel eius Natale. Ita Sarraceni ab ortu Mahumetis anno Chriſti 591. uel 592. vel ab Hegira, ſeu eius expeditione, cum Mecham obſidione cepit anno 622. annos ſuos numerant, eſtque illis epocha. Quomodo igitur Mornæo & Nouatoribus epocha annus 1516. vel 1517. Quia tum Mundo ſeſe prodidit Cygnus ille à Ioanne Hus longè antea prædictus, nempe Martinus Lutherus inſignis Apoſtata, futurus errorum huius ſæculi & tot malorum in Europa antesignanus. Nunc cœpit contra Indulgētias debacchari, ac peſtilens virus ſuum euomere. Hæc epocha Nouatoribus. A Lutheri Eliæ illius Germanici prædicatione debent ſuos annos ſupputare. Tum ſiquidem vires ſuas exerere cœpit Eccleſia Purior & Reformata, quæ prius latebat in concauo Orbis Lunæ. Audite myſterium. Ita ſcribit S. Lucas Euangeliſta cap. 3. *Anno 14. Imperij Tiberij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galileæ Herode &c. ſub Principibus Sacerdotum Anna & Caipha, factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto: & venit in omnem Regionem Iordanis prædicans baptiſmum pœnitentiæ, & remiſſionem peccatorum &c.* Hæc tam inſignis prædicatio tam inſignis Prophetæ, & pluſquam Prophetæ, de quo Chriſtus Matth. 11. *Si vultis recipere ipſe eſt Elias*, diligenter notatur ab Euangeliſta, tanquam illi quædam epocha; ita quia, teſte Tertulliano lib. de præſcrip. cap. 40. *Diabolus res quoque ipſas Dei æmulatur*, oportuit nouos iſtos Euangeliſtas diligēter notare initium prædicationis Martini Lutheri poſt Ioannem Baptiſtam tertij Eliæ, quo anno Chriſti, quo Pontifice, quo Romanum

Nouatorū Epocha à Lutheri prædicatione.

Imperium adminiſtrante cōtigerit, vt ab hac Hegira ſuos annos deinceps ſupputent. Mornæus:

Pag. 630

Quo & temporis puncto florebat Lutetiæ Iohannes Maioris Theologiæ Profeſſor eximius, cuius de Regali, & Pontificia poteſtate habentur hæ Theſes, fuſius tractatæ diſt. 24. q. 3. Primò Maximus Pontifex non habet Dominium tēporale ſuper Reges. & alia, quæ eodem ſpectant: & ſubijcit vltimò:

Ioannes Maioris à Mornæo citatus.

Quæ Eccleſiæ Gallicanæ tum firmiſſima Dogmata.

SEd quorſum Ioannem Maioris iſte producit? Nam certè hæc non illius priuatim, ſed omnium Theologorum eſt ſententia, aut paucos excipies, Pontificem non habere Dominium temporale ſupra Reges: quod neq; ipſi Pontifices ſibi arrogant. Et ſi in omnibus acquieſceret iſte ſententiæ Ioannis Maioris, eſſet haud dubiè Catholicus, & idem cum Catholicis ſentiret de poteſtate Romani Pontificis. Nam Ioannes Maioris ibidem docet, Petrum fuiſſe inſtitutum à Chriſto caput, & verticem omnium Apoſtolorum, cuius ſucceſſor eſt Pontifex. Rom. & vltimò concludit: *Licet nullus Rex ſuperiorem in temporalibus cognoſcat; omnium tamen Regum caput eſt Pontifex, quia eorū eſt caput in ſpiritualibus*: quem & aſſerit tollere poſſe leges Ciuiles, quæ continent peccatum, vt Extr. de præſcript. cap. Fin. decernitur, nullam abſque bona fide præſcriptionem valere tàm Canonicam, quàm Ciuilem *quia actus ille* (inquit) *non eſt actus iuriſdictionis Ciuilis, ſed Eccleſiaſticæ, ad quam ſpectat ſingula peccata ſalubri remedio cohibere &c.* Mornæus:

Temerè, nedum fruſtra.

Pontifex Rom. ex ſententia Maioris eſt caput Regum in ſpiritualibus.

Pag. 630

At eiuſdem temporis duo nobis præſertim inſtrumenta ad manum; Germanicum vnū, Gallicanum alterū.

GErmanicum illud eſt, vt ipſe notat in margine, exhortatio viri cuiuſdam doctiſſimi ad Principes ne in Decimarum præſtationem, quæ à Leone X. Pontifice per Legatos in Germania exigebantur, conſentirent, nempe quod Pontifex in eis exigendis bellum ſacrū prætexeret contra Turcas ſuſcipiendum, cum tamen eas in vſus proprios & ſuorum conuerteret. Sed miror, cum vir ille doctiſsimus eſſet & inſignis, cuius adhortationem ad Principes nobis producit, ſitque ſummæ authoritatis, cur nomen eius nobis ignotum eſſe voluerit. Credo itaque nec certè vana fide, hāc exhortationem cum ſuo Authore confictā eſſe à Lutheranis, quibus nulla religio, ad famam Pontificum atterēdam, impoſturarum ſuarum authores comminiſci. Gallicum:

De Germanico inſtrumento à Mornæo citato.

Solem-

cebat Propheta (Pſalm. 25.) *Odiui Eccleſiam malignantium, & cum impijs non ſedebo.* Si ergo Lutherus, Caluinus, Mornæus non aliter, quàm veteres illi ſunt hæretici (niſi eos & impietate ac perfidia longè ſuperent;) eodem iure ſuas ſibi vindicent Eccleſias. Quod verò ſcribit Mornæus, publicis concionibus Eccleſiæ Romanæ abuſus impugnaſſe: quid mirum, ſi homines ſpiritibus erroris attendentes & doctrinis Dæmoniorum, à Sancta Romana Eccleſia iure condemnati, in eam tàm procaciter debacchati ſint, & tot blaſphemias eructarint? De profeſsione fidei Vualdenſium anno 1508. Vladiſlao Regi Hungariæ oblata, adiuncta Apologia, qua ſe calumnijs impeti queruntur, & cauſſas aliquot futiles adferunt, quibus à Romana Eccleſia deſciuerunt, iam alibi dictum eſt, neque eſt cur plura adferamus. Procliue mihi eſſet oſtendere ex profeſsione illa fidei, longè diuerſam eſſe Sectam Vualdenſium ab hæreſi Caluiniſtarum, & Mornæum, quando illi placet eſſe Vualdenſem, monſtrum eſſe horrendum ex multiplici hæreſum varietate conflatum.

Pag. 632 Quod verò ſcribit, Vualdenſes aliquando accuſatos fuiſſe apud Ludouicum duodecimum Regem optimum à quibuſdam Cardinalibus & Prælatis, tum turpiſsimorum vitiorum, tum deterrimarum opinionum; illum verò noluiſſe, indicta cauſſa, quidquam contra eos ſtatuere, ſed miſiſſe M. Adamum Fumæū libellorum ſupplicum Magiſtrū cum ſuo Confeſſore Patre Dominicano Theologo Doctore in ea loca, Caprarias nominatim & Merindolium, de eorum tum religione, tum vita quæſtionem habituros: Crimen hæreſeos cum publicum ſit, quia *quod in Religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam*, Codice de Hæret. l. *Manichæos*, quilibet de iure accuſare poteſt; multò magis Cardinalium & Prælatorum intererat apud Regem intercedere, vt reliquias illas Vualdenſium, peſtem, inquam, illam Religioni & Reipublicæ exitialem arceret à ſuo Regno. Quod verò noluerit Rex, indicta cauſſa, & inauditos condemnare: hoc certè prudenter & conſultè fecit. Nam quemadmodum ſcribit Sanctus Chryſoſtomus Homilia 42. in ea verba Geneſeos 18. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus eſt apud me, & peccatum eorum nimis. Deſcendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, an non eſt ita, vt ſciam; docet hæc Scriptura omne hominum genus, quod licet magna valde, & confeſſa ſint peccata, non antea tamen pronunciandam ſententiam, quàm manifeſtè demonſtrationes fiant. Quid ergo ſibi vult, quod ſermonem ſuum ita attemperat? Deſcendam, inquit, & videbo. Nunquid de loco in locum tranſit vniuerſorum Dominus? Abſit. Non hoc dicit; ſed, vt dixi, per verbum craſſius docere nos vult, quod opus ſit magna diligentia, & non auditu ſolo peccatores condemnandi ſint, neque ſententia ferenda, niſi comprobatio præcedat.* Et Sanctus Ambroſius: *Non ignorabat Deus peccata Sodomorum. Propter te inſtruendum verba huiuſmodi loquebatur, vt tu propiùs ſcruteris eorum commiſſa, in quos vindicandum arbitraris.* Igitur etſi VValdenſes illi non falſi alicuius criminis accuſarentur; conſultè tamen Rex, antequam quidquam grauius contra eos ſtatueret, miſit qui de eorum vita & religione inquirerent. Mornæus:

Vualdēſes apud Ludouicū XII. iure accuſati.

Ludouicus prudēter noluit ipſos indicta cauſa condemnare.

Relatum in toto illo tractu, baptizari infantes, doceri Articulos fidei, Orationem Domini, præcepta Decalogi; Dominicam diem obſeruari, diuinum verbum exponi, nullum maleficij, nullum fornicationis veſtigium conſpici. Pag. 633

QVæ verò hæreſis non multa docuit communia cum Eccleſia Catholica? D. Auguſt. lib. de vera Religione, cap. 5. de hæreticis loquens: *Paria* (inquit) *Sacramenta celebrantes, tamen quia ſententia diſpares ſunt, & errores ſuos animoſiùs defendere, quàm cautiùs corrigere, maluerunt; excluſi à Catholica communione, & à participatione, quamuis parium Sacramentorum, propria vocabula, proprioſque conuentus non in ſermone tantùm, ſed etiam in ſuperſtitione meruerunt, vt Photiniani, Arriani, multique præterea.* Non igitur illi *Orthodoxi*, qui & baptizant infantes, & fidei Articulos docent. Quid ſi doctrinæ Catholicæ de Baptiſmo & errores immiſcebant, ſi de Articulis fidei non ſentiebant, prout Catholica docet Eccleſia, ſed eos ad ſenſum ſuum interpretabantur, *ſimilia quidem nobis loquentes* (vt ſcribit Sanctus Irenæus in Præfatione ad lib. 1.) *diſſimilia verò ſentientes?* Samaritani multa communia dogmata habebant cum Orthodoxis Iudæis; An illi non ideo ſchiſmatici, & hæretici? Et *Platonici* (ait Diuus Auguſtinus lib. de vera Religione capite 4.) *paucis mutatis verbis, atque ſententijs Chriſtiani fierent*; An igitur illi Chriſtiani? Sed & Baptiſmum, profeſsionem Articulorum fidei, Orationem Dominicam, verbi diuini prædicationem, cum ab Eccleſiæ communione præciſi eſſent, nihil illis ad ſalutem profuiſſe conſtanter aſſerimus. Quod dicit Aduerſarius, relatum eſſe, nullum maleficij, nullum fornicationis veſtigium in eis conſpici: & quis dubitet, etſi flagitia committerent, ea tamen cælatos voluiſſe miſſos à Rege? Inter errores Vualdenſium à grauiſſimis viris hic recenſetur, *Vrente libidine, omnem carnalem commixtionem eſſe licitam.*

Hæreſibus multa communia cū Eccleſia Catholica.

Quod verò refert Mornæus, iuraſſe Regem, *illos ſe, cæteriſque ſubditis meliores eſſe*: illius iuramenti nullum idoneum teſtem nobis profert: neque id verum, niſi eo ſenſu fortaſſe, quo apud Prophetam Ezechielem capit. 16. legimus Deum alloquentem Hieruſalem: *Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, ſed viciſti eas ſceleribus tuis, & iuſtificaſti ſorores tuas* Pag. 633

Ludouicus XII. an iurarit, Vualdēſes eſſe meliores ſ.[?] cæteriſque ſubditis.

tu

in omnibus abominationibus tuis, & eo ſenſu, quo dicebat Chriſtus *Matth.* 12. *Regina Auſtri ſurget in iudicio aduerſus generationem iſtam, & condemnabit eam*: &: *Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam &c.* & 11. *Terra Sodomorum remiſſius erit in die iudicij, quàm tibi*; eo ſenſu, inquam, quo iniquitas maior minorem iuſtificat. Sed & is ſenſus eſt falſiſsimus. Nam Ludouicus XII. cui nomen *Patris populi* meritò inditum, fuit Rex fide, religione, & iuſtitia, cæteriſque operibus verè Chriſtianiſsimus: in quem cum tanquam in ſpeculum ſubditi intuerentur, non dubium, apud eos plurimùm religioni tributum fuiſſe, virtutes floruiſſe, & vitia ab eiſdem procul relegata fuiſſe. Huc referre licet Ioannis Pici Mirandulani viri doctiſsimi, tũ ferè tẽporis ſcribẽtis, teſtimoniũ. *Infames olim* (inquit lib. 3. contra Aſtrologos c. 13) *Galli fuere amoribus puerorum* (*ſi Ptolomæo credimus & Ariſtoteli*) *quod ita nunc ſcelus beneficio Chriſtianæ Legis, & ſãctiſſimi Principis Ludouici Regis exhorrent, vt ſub cœlo nulla Natio magis*, vt ſub Ludouico XII. paulò poſt regnãte non ſolum nefandum hoc vitium, ſed & alia relegata fuiſſe ab illo Regno ſit intelligẽdum; vt perditiſsimorum VValdenſium reliquias meliores fuiſſe Ludouico XII. Rege, & illius ſubditis, dicere magnum ſit & impudẽs mendacium, nunquam tanti Regis ore prolatum. Proſequitur:

Pag. 633

Et idem innocentiæ teſtimonium eodem tempore eis perhibet Claudius Seiſſelius Taurinenſis Archiepiſcopus, eorum doctrinam licet oppugnet.

Quid tandem, ſi quod innocentiæ teſtimonium VValdenſibus præſtitum.

EO magis ille omni fide dignus, qui procul ab odio & ira eorum errores referat. Si aliquod illis reddit innocentiæ teſtimonium; atqui & grauiſsimi Authores multa referunt de Druydibus, Braemanis, Gymnoſophiſtis, & quibuſdam Philoſophis; vnde eos maximè celebrant ab innocentia, vitæ integritate, & morum probitate. Quod ſi ſimilem iſti vitam, qui degebant in montibus illis à reliquorum conſortio remoti, inſtituerunt; an ideo Legi Chriſtianę, & præceptis diuinis conſentaneã? Verùm de illis ſcripſit, quod vulgi fama diuulgarat, Claudius Seiſelius. Puto, hanc fuiſſe artem Diaboli, qua faciliùs incautos & ſimplices deciperet per hæreticos, ſi innocentiæ opinionem apud homines cõſequerentur. Vt ſcribit S. Irenæus, lib. 1. in Præfat. *error ſecundum ſemetipſum non oſtenditur, ne denudatus fiat comprahenſibilis; ſuaſorio autem cooperimento ſubdolè adornatus & ipſa veritate (ridiculum eſt dicere) veriorem ſemetipſum præſtat, vt decipiat exteriori phantaſmate rudiores.* Suaſorium illud cooperimentum & phantaſma exterius eſt ſimulata illa ſanctitas, & vitæ innocentia. Hoc idem ſcribit D. Hieronymus Epiſt. 94. ad D. Auguſtinum: *Pernicioſiſſima hæreſis ſemper ſimulat pœnitentiam, vt docendi in Eccleſia habeat facultatem, ne ſi aperta ſe luce prodiderit foras expulſa moriatur.* Sic etiã de Manichæis ſcribit D. Auguſtinus lib. 1. de moribus Eccleſ. Cath. c. 1. *Duæ maximè ſunt illecebræ Manichæorum, quibus decipiuntur incauti, vt eos velint habere doctores. Vna cum Scripturas repræhendunt, vel quas malè intelligunt vel quas malè intelligi volunt. Altera, cùm vitæ caſtæ & memorabilis continentiæ imaginem præferunt*: quorum tamen flagitia, vitam obſcænam, ac mores ſpurciſsimos commemorat lib. 2. de moribus Manichæorum cap. 19. & 20. Iiſdem VValdenſes illecebris incautos ac ſimplices capiebant: quorum talis erat innocentia, qualis ſpurciſsimorum Manichæorum caſtitas & continentia. Quid mirum igitur, ſi profligati homines modeſtiã ſimularent? Nã, vt ſcribit S. Cyrillus Hieroſolym. Cathec. 4. in princ. *Zizaniũ pro frumẽto conatur haberi, frumẽti ſpeciem illud quidem præſeferens, ſed diſcernendi peritorum guſtu ſe prodens. Diabolus etiam transformatur in Angelum lucis, non vt eò reuertatur, vbi fuit, ſed vt homines fallat &c. Multi obambulant lupi veſtimentis ouium tecti, qui ouium indumenta gerunt, non tamen vngues & dentes earum habent, ſed cum manſuetam induti ſunt pellem, & figuræ prætextu ſimpliciores ac innocentes fallunt, exitiale virus impietatis ex dentibus eiaculantur.* Tales certè illi erant, qui ſibi falſam innocẽtiæ opinionem apud homines comparauerant, idque, vt faciliùs incautis & ſimplicioribus imponerent.

Denique non deerant vbique (inquit Mornæus) *qui in hac profeſſione flãmas conſtanter adirent.* Pag. 633

EO magis miſerandam perduellium hominum ſortem, qui, Diabolo poſsidente, nõ perſequente, tàm pertinaciter ſuis adhærerẽt erroribus, vt hanc vitam pro ſua perfidia cũ æterna morte commutarent, & a tranſitorijs iſtis flãmis ad æternas illas trãsferrẽtur. Sed quid inde Aduerſarius concludet, ſi profeſſores impietatis flammas adierunt? Ex Gentilibus etiam multi, vt ſcribit Tertullianus lib. ad Martyres cap. 4. etiam fœminæ, ignes contempſerunt; An ideo Martyres Chriſti? quæ tamen iſtius eſt perſuaſio. Hoc nimirum eſt quod Scribebat D. Aug. lib. 3. contra Parmenianum c. 6. *Audent ſacrilega ſchiſmata, vel hæreſes impię, ſi quando in flagello, vt ſe corrigant, admoneantur, pœnas furoris ſui etiam inter Martyria deputare.* Poſtremò ſubijcit:

Et hæc ad prædicationem vſque Martini Lutheri nos deducunt, quo præcone ſpiritu Dei verè impulſo, vox Euangelij per vniuerſam Europam hoc propriè tempore perſonuit. Pag. 633

Lutherus non fuit Præco Euãgelij.

VAe qui dicis bonum malum, & malum bonum, ponis tenebras lucem, & lucem tenebras. Inſignem Apoſtatam, Hæreſiarcham il-

Digitized by Google

Illum, animarum interfectorem, verbi diuini corruptorem, Orthodoxæ fidei iuratum hoſtem, Europæ incendiarium, Reipublicæ Chriſtianæ peſtem ac parricidam, Diaboli mancipium, Antichriſti inſignem præcurſorem, quæ cæcitas eſt, aut dementia, *Euangelij per Europã præconem ſpiritu Dei impulſum* appellare? ſi Belial eſt Chriſtus, ſi Infernus Paradiſus, ſi tenebræ lux, ſi perfidia fides, ſi mendacium ipſa veritas; denique ſi Simon Magus, Ebion, Cherinthus, Menander, Manes, Donatus, Arrius, Macedonius, Pelagius, Neſtorius, Dioſcorus, Eutyches; vt tot alia hæreſeum monſtra taceam, ſalutiferę Orthodoxæ Fidei ſunt aſſertores: ſi Cyprianus, Hilarius, Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, Athanaſius, Baſilius, Chryſoſtomus, Gregorius Nazianzenus, Nicęnus, Magnus, vt tot alia præclara Eccleſiæ lumina ſilentio prætercam, ſunt eiuſdem deſertores; ſit præco diuini verbi Martinus Lutherus, & verax Mornæus: *Vſque adeo permiſcuit imis ſumma longus dies* (vt ſcribebat D. Auguſtinus lib. 2. contra Iulianum cap. 10.) *vſque adeò tenebra lux, & lux tenebra eſſe dicitur, vt videãt Pelagius, Cœleſtius, Iulianus, & cęci ſint Hilarius, Gregorius, Ambroſius?* Quamquam etiam facilè Mornæus id aſſerturus ſit, & omnes retrò Eccleſiæ Patres ignorantiæ ac perfidiæ damnaturus. Tanta eſt enim eorũ hominum cæcitas, & Cimmerijs (ut aiunt) tenebris mens inuoluta, quibus ſemel Pater ille mendacij errorũ caligines offuderit, vt cœlum terrę, Paradiſum Inferno miſceant. Vt iam alibi ex Irenæo lib. 1. cap. 29. retulimus, *Marcion verè Diaboli os accipiens, & omnia contraria dicens veritati, Cain, & eos, qui ſimiles ſunt, & Sodomitas, & Aegyptios, & ſimiles eis, & omnes omninò gentes, quę in omni permixtione malignitatis ambulauerunt, ſaluatas eſſe à Domino, cum deſcendiſſet ad inferos, & accurriſſent ei, & in ſuum aſſumpſiſſe Regnum; Abel autem, & Enoch, & Noe, & reliquos iuſtos, & eos, qui ſunt erga Abraham Patriarcham, cum omnibus Prophetis, & his, qui placuerunt Deo, non participaſſe ſalutem, qui in Marcione fuit ſerpens præconiʒauit.* Quid mirum igitur, ſi eadem cæcitate laborans, & eodem ſpiritu impulſus Mornæus ſanctos Patres, ſacra Concilia, totam Chriſti Eccleſiam ſuo calculo mordeat & reprobet; damnatos vero cõmuni ſententia totius Chriſtiani Orbis hæreticos in cœlum extollat, ac *ſeruos Dei, & veritatis aſſertores* eoſdẽ prædicet? Nã adeò impudẽter in Sedem Apoſtolicã Romanã Eccleſiã debacchari, & eos, qui omni tempore ſeſe Sãctæ Romanæ Eccleſiæ fidei ac doctrinę, Romanorum Pontificum Decretis oppoſuerunt, piòs prædicare, quid aliud eſt, quàm hæreticos retrò omnes eorum ſententia damnatos approbare ac defendere, Patres, qui in rebus fidei controuerſis, & diſciplina Eccleſiaſtica conſtituenda eos duces ac magiſtros ſecuti ſunt, & ab eorum communione recedere ſibi periculoſum iudicarunt, condemnare ac reprobare velle? Hoc vnum, qui huius agyrtę & miniſtrorum noui Euangelij impoſturis ſeſe deludi hactenus paſsi ſunt, hoc, inquam, vnũ ſeriò, etſi ſerò, intelligant, vt audiant Moyſem ex ore Domini loquentem; Paſtores, & Doctores, quos Deus in Eccleſia ſua poſuit, *ne circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum in aſtutia ad circumuentionem erroris*; neq; Progreſsibus & Oppoſitionibus Myſterij iſti iniquitatis, tanquam illuſionibus quibuſdam & præſtigijs Magorum Aegypti reſiſtentium Moyſi & veritati, imponi ſibi patiantur; relictis Aegypti tenebris, in terram Chanaam, vbi ſancti Patriarchę uixerunt & ſepulti ſunt, duce Moyſe & Aarone iter arripiant; nimirum, abiurata hęretica prauitate, fidem Maiorum ſuorum, & communionem Sanctę Romanę Eccleſię (unde illi verè Chriſtiani Catholici) repetant. Hoc mihi votum, hæc mea humilis ad Deum precatio, vt det illis pœnitentiam ad cognoſcendum veritatem, & reſipiſcant; à laqueis Diaboli, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem (iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt: omnis arbor quę non facit fructum bonum, excindetur & in ignem mittetur) ad Eccleſiam Paradiſum à Deo plantatam, extra quam nulla arbor bona, & nullus bonus fructus naſcitur, quantocyùs reuertantur. Quæ verò ſit illa Eccleſia, ex germano ſenſu diuinarum Scripturarum, ſacrorum Conciliorum, & ſanctorum Patrũ authoritate, adeòque totius Orbis Chriſtiani per omnes ętates conſenſu magis, quàm ex deprauato iudicio phanaticorum hominum ſeipſos amantium, cupidorum, elatorũ, ſuperborum, quales eos deſcribit Apoſtolus 2. Timoth. 3. ſibi diſcendum exiſtiment, ne (quod ait D. Cyprianus epiſt. 40.) pro luce tenebras, pro cibo famem, pro potu ſitim, venenum pro remedio, mortem pro ſalute ſumant.

ANTIDOTVM

Contra Concluſionem Myſterij iniquitatis.

Pag. 633 *Hi ſunt igitur myſterij iniquitatis progreſſus, myſterij illius ab Apoſtolo Paulo pronunciati, quod ſuo iam tẽpore ἐνηργεῖτο, operabatur, in actu erat.*

Concluſionem, & veluti totius Operis coronidem ſubijcit, quę (vt ſimilis ubique ſibi videatur) blaſphemiarum, hęreſum, &

Impoſturarum, quas ſuis Progreſsibus, & Oppoſitionibus complexus eſt, ἀνακεφαλαίωσις recapitulatio quædam eſt. Eas cum ſuis locis abũde refutauerimus, ad refellendam hanc Cõcluſionem, hoc eſt, nugas, & ineptias, ac hęreſes toties repetitas, & tot argumentis confutatas, parum nobis ſupererit negotij. Quid enim opus eſt more iſtius adeò importunè ταυτολογεῖν eandẽ rem iterũ atque iterũ repetere? Singula tamẽ attingemus, & Aduerſarij ignorantiã, procacitatem, ac impudẽtiam, etſi iã omnibus ſatis pateant, ampliùs detegemus.

Primò igitur, Myſterij ſui iniquitatis progreſſus vult eſſe ſucceſsionem Romanorum Pontificum: eorumque inconcuſſam authoritatem, nullis hucusque mũdanis poteſtatibus (vt ex Myſterio iniquitatis, ſeu Hiſtoria Papatus Aduerſarij clarè intelligitur, ne teſtes nunc aliunde accerſamus) etſi id maximè eniſę ſint, deiectam aut conuulſam, interpretatur eſſe myſteriũ illud ab Apoſtolo Paulo 2. Theſſal. 2. prænuntiatum,

Pag. 633 *Quod ſuo iam tempore ἐνεργεῖται operabatur, in actu erat, per cuniculos & amfractus, fraudibus & malis artibus Eccleſiæ obrepebat; donec tãdem ad faſtigium illud faſtus perduceretur, in quo Apoſtolus Iohannes in Apocalypſi Romanam Eccleſiam repræſentat, cuius in fronte ſcriptum, Myſterium, Babylon magna, mater fornicationum terræ &c.*

INterpretatio cum ſenſu D. Pauli & D. Ioannis ita cõſpirat, vt ſi luci tenebras, Paradiſo Acheronta, & Eccleſię Chriſti Synagogam Sathanę contuleris. Et quidem eo loci apud D. Paulum, ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν, ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ ὡς θεὸν καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ θεός; vbi articulus Græcus habet quãdam emphaſim, & indicat ſingularem perſonam, *Homo ille peccati, Filius ille perditionis, ille, qui aduerſatur & extollitur ſuper omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in Templo Dei ſedeat, tanquã ſit Deus.* Et verè Antichriſtus intelligitur ſingularis perſona, prout ipſe articulus in textu Græco indicat, quem Dominus Ieſus dicitur interfecturus ſpiritu oris ſui, & deſtructurus illuſtratione aduentus ſui, qui præceſſurus ſit diem Domini, hoc eſt, aduentum ipſius ad iudicandum, qui vltimam & crudeliſsimam omnium perſecutionem aduerſus Eccleſiam ſit excitaturus; vt quotquot ſint præceſſurę perſecutiones, ſint illius pręambulæ, & figurę quędam; & Tyranni Eccleſiæ perſecutores typi quidam ſint inſignis illius perſecutoris Eccleſiæ. Propterea dicitur à D. Paulo iam tũ operari Myſterium iniquitatis, nempe in typo,

Antichriſtus ſingularis hom. o.

quia ſęuiſsimus ille Tyrannus Nero, verè typus Antichriſti, tum perſequebatur Eccleſiã, item Simon Magus omnium Hæreticorum parens tum veritati bellum indixerat. Ea ratione ſcribebat D. Ioannes: *Antichriſtus venit, & nunc Antichriſti multi facti ſunt*, nempe malignitatem inſignis illius Hominis peccati & Filij perditionis participando, in typo illius, Chriſti Eccleſiæ bellum indicendo. Et ſi Antichriſti nomine intelligatur non ſingularis perſona, ſed series Romanorum Pontificum, & iam tempore D. Pauli Myſterium iniquitatis operabatur, & in actu erat; oportuit certè D. Petrum, qui ex communi ſententia Patrum Romæ tunc ſedebat, ac ſequentes primos illos Pontifices fuiſſe ipſum Antichriſtum, Chriſti hoſtem; aut doceant, quando tandem cœperit ſedes illa Pontificum eſſe Antichriſtus, & Eccleſia Romana ſedes Antichriſti. Ita per Babylonem apud D. Ioannem vel congregatio impiorum, vel etiam Vrbs Roma tum Idololatriæ addicta, ac Chriſtianorum perſecutrix, & ebria Sãctorum ſanguine intelligitur, non ipſa Eccleſia Romana. Nam & D. Petrus per Babylonem Romam intelligit cũ ſcribit: *Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone*, vbi Eccleſiam ab ipſa Vrbe (quam *Babylonem* vocat ob Idolorum cultum, & ſcelera, quę ibidem committebãtur) diſtinguit. Verùm noſtri inſtituti nõ eſt locorũ ſacræ Apocalypſeos, quę iſte deprauat ad ſuã ipſius perditionẽ, ſenſum ediſſerere, ſed eius ineptias duntaxat pſtringere.

Per Babylonẽ apud D. Ioannẽ ſignificata non eſt Eccleſia Rom.

Quod igitur D. Ioannes ſcribit Apocal. 17. de decem Regibus per decem cornua ſignificatis, quod *vnum conſilium habent, & virtutem & poteſtatem ſuam Beſtię tradẽt*, per *Beſtiam* Papam, nempe ex ſua ſententia Antichriſtum, & per *Reges*, Catholicos vtiq; qui ſua Regna ſubiecerunt Eccleſię & ſupremo illius Paſtori, non obſcurè docet ſignificari: hi certè virtutem & poteſtatem ſuam Regiam & Ciuilem, qua populis pręſunt, minimè tradiderunt Pontifici, nec eam ſibi Pontifices in Reges Catholicos arrogant. Quoad ſpiritualem poteſtatem in Reges & Regna: eam nonniſi diuina ordinatione Romani Põtifices ſibi vendicant: neque eam Chriſtiani Catholici Reges vnquam ſibi aſſeruerunt, ut Romano Pontifici traderent. Non enim, quemadmodum Virgilianus ille 3. Aeneid.

Neque per Beſtiã Papa neq; per Reges, Reges Catholici &c.

Rex Anius idem hominum Phœbique Sacerdos, & apud Aegyptios, *οἱ βασιλεῖς, καὶ ἱερεῖς ὄντες, qui Reges, ijdem Sacerdotes* & apud Romanos Romulus & Numa Pompilius Pontifices & Sacerdotes inſtituerunt, & ijdem poſtea Pontifices Maximi qui Imperatores; non, inquam, ita apud Chriſtianos, qui *gens Sancta, Regale Sacerdotium, populus acquiſitionis*, apud quos qui Reges Romani Põtificis ſpiritualem poteſtatem proni venerantur, hi verè vncti, qui verò eam reſpuunt, profani iudicandi ſunt. Porrò eo loco Apocalypſis de Regibus illis, qui vno conſilio tradituri ſunt poteſtatem ſuã Beſtię, dicitur

quod

Digitized by Google

quod *cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos quoniam Dominus Dominorum eſt, & Rex Regum, & qui cum illo ſunt vocati, & electi, & fideles*: Sed Chriſtiani Reges non pugnant cum Agno, nempe Chriſto, ſiquidem eum profitentur eſſe Dominum Dominorum, & Regem Regum, & nonniſi, qui cum illo ſunt, credunt eſſe electos, vocatos, & fideles: eum confitentur Dei Patris æterni æternum Filium, eique conſubſtantialem, per quem omnia facta ſunt, vnum Mediatorem Dei & hominum; Neque igitur Papa eſt Beſtia illa Apocalyptica, vt delirus iſte nugatur, neque Catholici Reges per decem illos ſignificantur, qui tradituri dicuntur vno cõſilio poteſtatem ſuam Beſtiæ; ſiquidem cum Agno non pugnant. Dicuntur præterea illi Reges odio habituri Meretricem magnã, matrem fornicationum terræ. Hanc inſanus hæreticus Romanam Eccleſiam interpretatur: At Catholici Reges Romanæ Eccleſię ſingularem reuerentiam & obſeruantiam deferunt, eius primatum in omnes Eccleſias agnoſcunt, neque periculum eſt, vt ei bellum inferant; Aut igitur per decem illos Reges illi nõ ſunt intelligendi, qui Rom. Pontificẽ colunt & obſeruãt; aut certè per Babylonẽ magnã, Meretricẽ illam matrẽ fornicationũ terrę, Romana Eccleſia minimè ſignificatur; vt corruat penitùs diſtorta Aduerſarij interpretatio.

Papam cum perditiſsimo Iuda, Reges illos cum Phariſæis in Chriſti mortem conſpirantibus confert:

Pag. 633 *Cum viderit* (inquit) *vniuerſus Orbis conſpirationem filij perditionis cum his Regibus, vt olim perditiſſimi Iudæ cum Phariſæis, in victoriam Agni in ſalutem ſuorum deſinere.*

SIc ratiocinatur, vt quemadmodum Diuus Petrus Act. 2. de morte Chriſti Iudæis dicebat: *Accepiſtis Ieſum, manibuſque ſceleratorum hominum crucifixum interemiſtis, ſed definito Dei conſilio & prouidentia deditum*, τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ θεοῦ; ſic Ioannes de Antichriſto, ſeu Homine peccati, dixerit: *Deus dedit in corda eorũ, vt faciãt quod placitũ eſt ei* γνώμην αὐτοῦ. Tum interrogat:

Pag. 633 *Quale id verò? vt dent regnum ſuum Beſtiæ, ad eius exaltationem conſpirent aduerſus Agnum.*

HIc ſenſus valde ſubtiliter & ingenioſè (vt omnia ſolet) ab Aduerſario excogitatus: Verùm definitum illud conſilium, de quo Petrus ad Iudæos, ad mortem Chriſti referendum eſt, non ad cõſpirationem Phariſæorum in eundem. Nam Paſsio Chriſti pro ſalute hominum τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ, *abſoluta & definita voluntate* ordinata erat à Deo, non verò ſacrilegium Iudæorum in eum commiſſum; ſed duntaxat permiſſum, quia mala non ſic abſolutè volita & definita à Deo, vt bona. Sic igitur neque definito conſilio Deus vult Antichriſti in fideles perſecutionem, neque Reges ei ſua Regna tradere, & ſimul cum eo in Sanctos conſpirare. Quod itaque dicit D. Ioãnes, Deum dediſſe cordibus eorum Regum, vt tradant Regnum ſuum Beſtiæ, Diabolo, ſeu Antichriſto, hoc ſenſu accipiendum, quod permiſerit, id eos velle, & hoc eis placere, donec compleantur verba Dei, ſcilicet, quæ prædicta ſunt de perſecutionibus Iuſtorum, & de Regnis ipſi Antichriſto ſubijciendis, Regibuſque cum eo ſocietatem contra Chriſti fideles inituris. Sed quod Chriſtiani Reges & Populi ſubijciantur Romano Pontifici, abſoluta Dei voluntas eſt, & definitum conſilium; vt minimè electus, vocatus, & fidelis ſit, aut cum Chriſto, qui non cum ipſo communicat; vt de Eccleſia Romana, & eius Antiſtite intelligendum ſit illud Iſaiæ 60. *Gens, & Regnum, quod non ſeruierit tibi, peribit, & gentes ſolitudine vaſtabuntur.* Volebat inferre Mornæus, quod non aliter, quàm illa Iudæ & Phariſæorũ conſpiratio, iſta Papæ & Regum Chriſtianorum ſuæ communionis deſitura ſit in victoriam Agni, in ſalutem ſuorum. Quæ tàm apta ſimilitudo & illatio, quàm verum, Papam, & Catholicos Reges per Iudam, & Phariſæos ſignificari, aut in Chriſtum conſpirare, aut Vvaldenſes, Albigẽſes, Vvicleſiſtas, Huſsitas, Lutheranos, & Caluiniſtas eſſe vocatos, electos, fideles, & membra Chriſti.

Scribit, ſe progreſſus Papatus ediſſeruiſſe, oppoſitiones ſubinde indigetauiſſe, put Deo viſum excitare, qui Eccleſiam aut opprimentibus, aut corrumpentibus capita ſua obijcerent. Sed quia poterat illi obijci, inutiles & irritas prorſus fuiſſe huiuſmodi oppoſitiones; ideo occurrit obiectioni:

Quia nimirum ſic prædictum; quia hæc victoria ſoli Agno ſeruata, ſpiritui oris eius, aduentus claritati. Pag. 634

De Mornæi cauſſa, cur irrita fuerint eorũ conatus, qui ſe ſe Papatui oppoſuerunt.

AT ſi ita reuelauit Deus in Scriptura ſacra verbo ſuo, iuxta iſtius interpretationem, ſe decreuiſſe, vt Reges traderent ſuam poteſtatem Papæ, ſignificauit præterea victoriam contra Papam & Reges ſoli Agno reſeruari; certè Nouatores cùm decreto & conſilio Dei pugnant, cùm Reges ab obedientia Papæ abducere ſtudent, & iſte in primis, cum in Epiſtola ad Regem Britanniæ Operi præfixa, cum inuitabat ad bellum Papæ inferendum, certam ei pollicens victoriã. Sic enim ſcribebat:

Quem calamo tàm fœliciter confixiſti, quidni propediem vltore gladio glorioſè transfixurus? Et: *Venatio Belluæ illius Apocalypticæ regia indagine, regijs plagis, venabulo demum tuo, digna iam ſola.* At paulò poſt: *Nouus nobis prodeat ex Britãnia Cõ*

Digitized by Google

ſtantinus; Maxentium, Pharaonem alterum in Ponte Miluio calcaturus, peſſum daturus.

SEd oportet mendacem eſſe memorem: aut in concluſione debuit eorum meminiſſe, quæ ſcripſerat ad Regem: aut in Epiſtola ad Regem debuit recordari eorum, quæ in Concluſione ſcripſiſſet, nempe hanc victoriam ſoli Agno reſeruari. Niſi fortaſſe per Agnum, cui victoria tanta reſeruabatur, eo loco ſacræ Apocalypſeos Regem voluerit intelligi; vt quẽadmodũ Iſaias cap. 45. ſpiritu Prophetico longè antea prædixerat, Cyrum de Regibus & gẽtibus multis triumphaturum, ſic præuiderit Ioannes, Regem Britanniæ per Agnum ſignificatum, de Papa & Regibus eiuſdem communionis victoriam reportaturum. Aut enim in manifeſtam contradictionẽ incidet Mornæus, aut ita neceſſe eſt locum Ioannis interpretetur. Nam ſi per Agnum Chriſtus intelligitur, vt ferè apud Ioannem, eiq; tanta victoria reſeruabatur; certè Miniſtri noui Euangelij debebant deſperare de victoria contra Pontificem & Eccleſiam Romanam; aut dedita opera, vt vincerentur, & irridendos ſe exponerẽt, bellum Papæ inferre voluerunt. Iuſtum fuit bellum Roboamo, & ſuis ſubditis aduerſus Hieroboamum, & decem Tribus, quamdiu nõ conſtabat illis de uoluntate Dei: at poſtquam factus eſt ſermo Domini ad Semeiam virum Dei dicens: *Hæc dicit Dominus: Non aſcendetis, neque bellabitis contra fratres veſtros filios Iſrael: Reuertatur vir in domum ſuam, à me enim factum eſt verbum hoc*; audierunt ſermonem Domini, & reuerſi ſunt de itinere, ſicut præcepit eis Dominus. Cum igitur reuelauerit Deus in ſacra Apocalypſi, ex interpretatione Mornæi, hoc eſſe à ſe definitum conſilium, vt Reges poteſtatem ſuam Papæ traderent, quem Beſtiæ nomine ſignificari voluit, & victoriã contra eundem ſoli Agno reſeruari; lex vtiq; debuit eis eſſe ἡ ὡρισμένη βουλὴ τοῦ θεοῦ, *definitum Dei cõſilium*. Sed meo iudicio non intellexerant, hanc eſſe voluntatem Dei in Scriptura ſacra reuelatam: & Mornæus Scriba doctus in Regno cœlorum de theſauro ſui cerebri hunc ſenſum primus expiſcatus eſt: & habẽs clauem David, aut potius abyſsi, reconditam hanc intelligentiam loci ſacræ Apocalypſeos aperuit. Sed ſi Deo viſum eſt excitare per ſingulas ætates, vt hic ſcribit Aduerſarius, & ex toto eius Myſterio iniquitatis conſtat, qui Eccleſiam aut opprimentibus, aut corrumpentibus capita ſua obijcerent; miror certè, tot oppoſitiones, impulſore & authore Deo, excitatas, vt vult iſte, nihil profeciſſe, & Eccleſiam Antichriſto non præualuiſſe. Ideò facilè colligitur, quàm nobis iſte Eccleſiam obtrudit, Apoſtaticam eſſe, non Apoſtolicam; neque eam, de qua Dominus Matth. 16. *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eã.* Et ſi ex hominibus fuiſſet hoc conſilium, humana, inquam, Papatus inſtitutio, humanis dumtaxat præſidijs innixi, inter tot oppoſitiones tandem ſubſiſtere non potuiſſet. Proſequitur;

3. Reg. 12.

Pars aduerſa, Antichriſti cohors rerum potita, in inſtrumentis & documentis abolendis, ſubducendis, corrumpendis, piorum inquam ſcriptis, ſingulis ætatibus ſedula perpetuò & ſubdola, vt noſtras probationes extingueret, ad ſummam diligentiam & induſtriam nihil reliqui fecit; Quò factum vt ex ſuo ipſorum litis inſtrumento cauſam noſtram diſceptare & tueri neceſſe habeamus, ex ſuis documentis ius quærere &c. Pag. 634

Hæretico-rum libri meritò dãnati.

VT antiquum morem prohibendi libros noxios, etiam apud Ethnicos ſolum naturæ lumen ſecutos, obſeruatum taceam: & ne ab incunabulis ipſius Eccleſiæ Chriſtianorũ vſum, in hoc magna cura incumbentium, vt improbi libri tollerentur aut incenderentur, repetam; ne etiam legibus citandis Chriſtianiſsimorũ Impp. diutiùs immorer; meritò certè in Concilio Conſtantienſi Ioannis Vvicleſi, & Ioannis Hus (qui Mornæo inſignes Antiſtites ſunt Reformatæ Eccleſiæ) libri damnati ſunt, & rogo adiudicati; & poſtea Leonis X. ſententia, Lutheri Hæreſiarchæ libri ſub grauiſsimis pœnis proſcripti ſunt, & iuſsi comburi; & poſteri Pontifices, ne peſtifera Hæreticorum doctrina latiùs graſſaretur (ſermo enim eorum vt cancer ſerpit) editorum ab eiſdem librorum Catalogos edi iuſſerunt, vt quinam libri vitandi eſſent, & inſtar peſtis fugiendi, quilibet Chriſtianorum noſſet. Et ſi veterum hæreticorum, aut aliorum, qui ſcripſerunt contra Religionem Chriſtianam, nulla monumenta nunc extant, præter ea, quæ Authores Catholici in ſuis libris ad eorum confuſionem inſeruerunt; nouis certè Sectarijs, quos eodem loco habemus, Romani Pontifices, ſacratiſsimi Imperatores, ac cæteri Catholici Principes æquiores eſſe non debuerunt. Miror verò, quòd ſcribat, ſe ex noſtris documentis ius quærere; cum noſtra documenta, & noſtri libri nullo modo ei ſuffragentur; immò grauiſsimè quam obtrudunt Reformatam Eccleſiam, eiuſq; doctrinam condemnent. Mornæus;

Sed ſupereſt, recapitulationis inſtar, vt ante oculos nobis reponamus, quo loco, ſeu Romanam Sedem, ſeu Epiſcopum Romanum inuenerimus primũ, inde in quem demum ſtatum eum Pag. 634

gra-

gradatim perduxerimus, perductum iam videamus.

QVidquid veneni, quidquid toxici in toto ſuo Myſterio iniquitatis dentibus & lingua moluit noſter hic ſcorpio, in hanc recapitulationis caudam congeſsit. Vt de Antichriſto, comparatione omnium Tyrannorum Eccleſiæ perſecutorum, ſcripſit S. Irenæus lib. 5. cap. 29. *In Beſtia veniente recapitulatio fit vniuerſæ iniquitatis & omnis doli, vt in ea confluens & concluſa omnis virtus Apoſtatica, in caminũ mittatur ignis:* hoc de concluſione Mornæi, ſi conferatur ad totum ſuum Myſterium iniquitatis, dicere licet, in ea recapitulari, quidquid impoſturarum, hæreſum, & blaſphemiarum ſuis Progreſſibus & Oppoſitionibus fœtido ore euomuit. Cauda igitur mordeat, qui dente vulnerauit, eundem exitum cum Beſtia illa haud dubiè habiturus. Proſequitur:

Pag. 634 *Ad ſpiritualem functionem quod attinet. Epiſcopi Romani primis illis ſæculis, vti vidimus, Epiſcopi & Presbyteri indiſcriminatim vocabãtur, erga cæteros fratrũ more ſe gerebãt, viciniores etiam quoſque Fratres & Collegas nuncupabant; de rebus Eccleſiæ conſulti pariter & conſulentes.*

SEd iſtius nugis ſatis ſuis locis reſpondimus, & quod fuerit omnibus ſæculis totius Eccleſiæ iudicium de Romani Pontificis primatu & authoritate, fusè demonſtrauimus. Et valde inepta, quæ ſubiungit, Regiæ Vrbis prætextu Romanos Pontifices vicinorum cauſſas ad ſe traxiſſe, conſilia ſua pro Decretis haberi voluiſſe, ſponte oblatum honorem in ius hominij vertiſſe, non ſecus ac Romam, Rempublicam, inquã, cæteris Vrbibus & Prouincijs, Epiſcopum itidem Romanũ Monarchæ inſtar cæteris Epiſcopis contendiſſe debere dominari; cum certè numquam Vrbis dignitatem prętexuerint. Sicut enim ſcribebat Gelaſius I. Epiſt. 11. ad Dardanos, *alia poteſtas Regni ſæcularis, alia Eccleſiaſticarum diſtributio poteſtatum. Sicut enim quamuis parua Ciuitas prærogatiuam præſentis Regni non minuit, ſic Imperialis præſentia menſuram diſpenſationis religioſè non mutat.* Equidem non ſine diuino conſilio factum eſt, vt quemadmodum Vrbs illa ſedes erat Imperij, ſic in ea Princeps Apoſtolorum Petrus, & illius ſucceſſores Paſtores Eccleſiæ vniuerſalis ſederẽt; vt latiùs præſideret religione diuina, quã dominatione terrena. Sed cũ primatui dignitas Vrbis prætexitur, vtique fallacia eſt, cum non cauſſa tamquam cauſſa adducitur, vbi id ab inſtitutione diuina, & facto ipſo Petri ſibi eã ſedem eligentis, dependet.

Iſaac Caſaubonus q̄ effutierit cõtra primatum Romani Pont. Quidã ex Mornæi Gregalibus nouus impoſtor nuper exercitationes quaſdã ad Annales Baronij edidit, quibus idẽ, quod hoc loco ſuus ſodalis, conatur oſtendere, primitiuæ Eccleſię ignotã fuiſſe Pontificis authoritatẽ & iuriſdictionẽ in omnes Eccleſias. Atque ita ad locũ illum Scripturæ, quo Saluator loquitur ad Petrum: *Tu es Petrus, et ſuper hanc Petrã ædificabo Eccleſiã meam,* Matt. 16. vt perſpicuitatẽ ſenſus effugiat, in nouis expoſitionibus fingendis multũ laborat: Patres à Baronio citatos, ex quibus colligitur perſpicuè Petri & illius ſucceſſoris Pontificis primatus, Irenæum, Cyprianũ, Optatum, Hieronymum, Ambroſium, Auguſtinum, Bernardum, obliquè exponit, ſe vnum in eorũ lectione apprimè uerſatum, eorundem mẽtem aſſecutum, reliquos aſinos eſſe, qui non cũ eo exponunt, ſcribit: item Victoris Pontificis vſurpationem temeritatis notatam ab Epiſcopis Orientis: S. Leonem Papam rudius locutũ eſſe, imperioſum fuiſſe Pontificẽ, ab eo quædam dicta οἰκονομικῶς, quæ priorum Eccleſiæ Doctorũ conſtanti doctrinæ non ſatis congruant; cõuenientiùs dicturum fuiſſe, ſi, prout eum corrigit, ſcripſiſſet. Eius dicta referens ex Epiſtola quadã ad Epiſcopos Galliæ de primatu Petri: *Mirum dictu* (inquit) *quod ſi ab alio eſſet profectum, manifeſtæ impietatis damnare nulla eſſet religio.* Nulla certè; ſed ei cui non eſt religio. Si quis Pontifex, vel eius Legatus de primatu Romanæ Eccleſię aliqua proferat, illius iudicio minus põderis habere debent, quòd aſſerantur à Miniſtro Papæ, qui οἴκοθεν μάρτυς. Si quando Græci profeſsi ſunt, ſe ſequi communionem Apoſtolicæ Sedis Romanæ Eccleſiæ, id Græcorũ hominũ blanditijs tribuit aduersùs eos, quos honore & reuerentia proſequebantur. Deniq; aſſerit, nulla Cõcilia, ne Tridentino quidem excepto, comprobare hodiernam doctrinam de potentia Romana. Quod vt perſuadeat, & Romani Pontificis authoritatem ſuſpectam Principibus & odioſam reddat, fingit, eũ abſolutã dominationem in Reges & Principes ſibi vindicare; vt de capitibus Imperatorũ, Regum, ac Principum omnium liberè poſsit ſtatuere; vt eos pro canibus habeat; veluti canes ex animi libidine deijciat & mactet. Hoc certè concedimus nullo vnquam Concilio comprobatum. Nam commentus eſt huiuſmodi Romanã potentiam impoſtor: neq; eam vnquã aut Pontifices ſibi arrogarunt, aut Catholici eis tribuerunt: neq; ſibi ſuperbiæ titulos aſſumũt, vt ſe *Monarchas,* aut *Omnipotẽtes Pontifices,* ſicut iſte fingit, inſcribant, ſed *Seruos ſeruorum Dei. Nõ ſicut dominantes in Clero* (ait S. Petrus Epiſtolæ 1. c. 5.) *ſed ſicut forma facti gregis, Saluatoris mandatũ obſeruantes. Principes Gentium dominantur eorum. et qui maiores ſunt inter eos, benefici vocantur. Non ſic erit inter vos: ſed qui maior eſt veſtrum, fiat ſicut miniſter veſter,* Matth. 20. Illud Collegium Apoſtolorum, cui præerat Chriſtus, referebat totã Eccleſiã, in quo Dominus ſignificabat debere aliquem inter omnes eſſe maiorem, qui tamen omnium miniſtrum deberet ſe reputare. Statũ quidem Monarchicũ regiminis Eccleſiaſtici à Chriſto inſtitutum conſtanter aſſerimus; vt vnus Summus Pontifex in ſpiritualibus præ-

ſit

Digitized by Google

ſit omnibus Chriſtianis, iuriſdictionem exerceat in omnes Eccleſias, ius habeat Epiſcopos per vniuerſum Orbem conſtituendi, omnes iudicādi, Oecumenica Concilia conuocandi, controuerſias fidei dirimendi, omnes hæreſes condemnandi, ſacros Canones ad diſciplinā Eccleſiaſticam ſpectantes ſanciendi: atque ita vſus ab initio obtinuit, id ſacra Concilia ac Sancti Patres, quidquid Nouatores nugentur, tradiderunt, vt ſatis fuſè ſuis locis in noſtro Opere, etſi gnoſtico Aſini, docuimus. Idæas Platonis perperàm Ariſtotelem interpretatum eſſe, multi viri docti ſentiunt; in eis itaque refellendis non tam ſententiam Platonis veriſsimam, quàm ſuum commentum improbaſſe viſus eſt. Sic nouus impoſtor cum fingit potentiam Romanam & Pontificis Monarchiam, qualem nunquam intellexere Catholici, aut etiam ipſi Pontifices, minimè ſententiam Catholicorum, ſed magis ſuum figmentum improbat. Idem venit eò impudentiæ, vt Baronium, Bellarminum Pontificiæ authoritatis aſſertores, adeoque omnes Catholicos, qui de ea idem tradunt & ſentiunt, *Papæ paraſitos* appellet: quod certè nomen haud ſcio an in alium aptiùs, quàm in ipſum quadret. Nàm cùm antea in Gallia de præcipuis doctrinæ Chriſtianæ Capitibus totius antiquitatis teſtimonijs conuictus, idem ferè cum Eccleſia Romana ſentiret, vt multi referunt, quibuſcum familiaris ei conſuetudo interceſſit; vbi transfretauit in Britāniam, à Sereniſsimo Rege Iacobo ſtipendiatus, ad illius de Religionis Articulis ſententiam totus ſeſe accōmodauit. *Ait? Aio, Negat? Nego.* Et aliquando rogatus ab amicis, cur negotium ſuſcepiſſet ſcribendi in Annales Baronij, fœliciori ſucceſſu in alijs ſtudijs, quæ hactenus profeſſus fuiſſet, operam ſuam collocaturus; ingenuè reſpondit, vitæ ſuſtentandæ, & victus quærendi cauſſa id ſibi laboris ſuſcipiendum fuiſſe. Paraſitus igitur, ab aliena quadra totus pendens, & nihil ventris cauſſa facere aut ſcribere recuſans. Nec prius extremam manum obſeruationibus ad primam partem Annalium Baronij impoſuit, quàm caducam hanc vitam æterna morte commutauit, ineptiarum & blaſphemiarum, quas in Sedem Apoſtolicam & Sacrā Religionē euomuit (ἐς πάλαι) æternas pœnas daturus. Hæc ſi obiter infererē nō mihi viſus omnino futurus παρεκβατικὸς λόγος.

Cur ſuſceperit negotium ſcribendi in Annales Baronij.

Pag. 634 Quod ſcribebat Mornæus, primis illis ſæculis Epiſcopos Romanos erga cæteros fratrum more ſe geſsiſſe, viciniores etiam quoſque Epiſcopos *Fratres & Collegas* nuncupaſſe, de rebus Eccleſiæ conſulētes pariter & conſultos: & nūc certè Romanus Pōtifex cæteros Epiſcopos *Fratres* nuncupat: & Chriſtus Dominus *nō cōfunditur fratres ſuos vocare* (ait D. Paulus Hebræorū 2.) dicēs: *Narrabo nomē tuū fratribus meis &c.* Ad Collegæ appellationem ſuo loco reſpondimus: & Romanus Pontifex conſulebat quidem cæteros Epiſcopos, & in rebus arduis eorum ſententiam exquirebat, vt quid eſſet credendum, vel ex vſu Eccleſiæ ſua ipſe authoritate poſtea decerneret: ipſi verò conſulebant Romanum Pontificem, eius reſponſa loco diuinorum oraculorum habituri; vt vnius Romani Pontificis ratio, non cæterorum Epiſcoporum, factiua eſſet legis. Obſeruandum etiam, primis illis ſæculis hæreſes fuiſſe exortas contra perſonam ipſam Chriſti, & Myſterium iniquitatis, vt verè myſteriū eſſet, id eſt occultè & latēter ſub fuco ſemper aliquo & prætextu pietatis operaretur, ne totum ſuum venenum vno ſimul impetu effunderet, diligenter cauiſſe. Dum igitur Chriſtū caput peterent hæretici, eius corpus myſticū nulla interea ex parte violare apertè & directè voluerunt. Quam etiam ob cauſam qui Chriſti corpus myſticum hodierni petunt Sectarij, de Chriſti perſona doctrinam vtcumq; diligenter retinent, & prima illa Concilia probare ſe aſſerunt; nimirum vt veteres contra Chriſti perſonam hæreſes communem Sacramentorū vſum ad prætextum Chriſtianitatis retinuerunt, ſic aliæ hæreſes, quæ contra Eccleſiam & Sacramenta pugnant, ſacram de Chriſti perſona doctrinam eodem prætextu retinuere. *Cum Donatiſtis* (ſcribebat S. Auguſtinus lib. de Vnit. Eccleſ. cap. 4.) *quæſtio nobis eſt non de capite ſed de corpore, id eſt, non de ipſo Saluatore Ieſu Chriſto, ſed de eius Eccleſia &c.* Nō erat igitur quod primis ſæculis Patres illi in defendendo primatu Romani Pōtificis, de quo nulla erat quæſtio, laborarent, ſed potius in refellendis hæreſibus contra perſonam ipſam Chriſti. At noſtro infœlici ſæculo vera Eccleſia, Hierarchia Eccleſiaſtica, Caput ipſum viſibile, cultus diuinus, qui in vſu & cōmunione diuinorum Sacramentorum conſiſtit, contra Myſterium iniquitatis, quod continuè progreditur, aſſeri & à Catholicis defendi debuerunt. D. Auguſtinus lib. 1. contra Iulianum Pelagianum c. 6. eidem Iuliano S. Ioānem Chryſoſtomum contra peccatum originale pro ſe citanti, quod aliquando ſcripſiſſet ipſe: διὰ τοῦτο καὶ τὰ παιδία βαπτίζομεν, καίτοι ἁμαρτήματα οὐκ ἔχοντα. *Ideo & infantes baptizamus, quāuis peccata non habentes*, reſpondet, eum interpretādum eſſe de peccatis proprijs, & actu commiſsis. *Cur non ipſe* (inquit) *addidit propria? Cur putamus, niſi quia diſputans in Eccleſia Catholica non ſe aliter intelligi arbitrabatur? Tali quæſtione nullus pulſabatur, vobis nondum litigantibus, ſecuriùs loquebatur*: ita de primis Patribus intelligendum, quibus non erat opus reſpondere (iſtis nondum litigantibus, & nemine adhuc Romano Pontifici Petri ſucceſſori mouente litem) aduerſariorum argumentis contra vnius capitis viſibilis, Chriſti vices gerentis primatū & authoritatem. Mornæus:

Stapletonus q. 1. Quodlib.

Huc pertinebant adulterata, quæ vidimus, Concilia, & Decreta, Acta ſuppoſita, falſatæ Hiſtoriæ, prſanatæ, & nullo pudore detortæ in alienū ſenſum Pag. 635

ſenſum ſacræ Scripturæ; conteſtationes etiam & proteſtationes eximiorũ quorumque virorũ in omnibus ſæculis; contra eam, quam ſibi arrogabant in cæteras Eccleſias Epiſcopoſuè dominationem &c.

Nouatorũ leuitas. Hinc colligitur, quàm parum ſibi conſtent Nouatores. Nam modò nullis Concilijs antiquis volunt aſſertam aut agnitam fuiſſe Romani Pontificis authoritatem; modò verò cum contrarium illis perſpicuè demonſtratur, dicunt, adulterata eſſe Concilia, Decreta, Acta ſuppoſita. Hoc vnum illis propoſitum, vt luce meridiana clariorem veritatem effugiant & impugnent. Si detortæ ab Eccleſia Romana in alienum ſenſum Scripturæ ſacræ, vt iſte nullo pudore ſcribit; certè non ab alijs, quàm à Patribus illæ detortæ. Nam in Concilio Tridentino ſeſſ. 4. de editione, & vſu ſacrorum librorum ſancitum eſt, *Ne quis contra vnanimem conſenſum Patrum ipſam Scripturam ſacram interpretari audeat, etiamſi huiuſmodi interpretationes nullo vnquam tempore in lucem edendæ forent.* Et ſi genuinum ſenſum iſti aſſecuti ſint Scripturæ ſacræ; mirum, quomodo adeo inter ſe diſſentiant, cum Spiritus Sanctus ſacræ Scripturæ author non intenderit contraria & pugnantia inter ſe docere.

Qui eximij illi viri omnibus ſæculis conteſtati & proteſtati contra Romanorum Pontificum Dominationem, toto Opere noſtro oſtendimus; nempe hæretici ab Eccleſia omnibus ſæculis proſcripti & damnati, quos *pios* iſte appellat, qui ouile Chriſti, ſublato Paſtore, faciliùs ingreſſuri, ſoluto pariete, ſtragem allaturi, cuius conaminis finem aſſecuturis faciliùs, Acta Conciliorum, Hiſtorias, Scripturas ipſas adulteratas, aut præpoſterè interpretatas oportuit.

Pag. 635 *A Phoca Mauritij Imperatoris, heri ſui parricida Pontifex Romanus, vniuerſalis Epiſcopus declaratur.*

De hoc ſatis fusè diximus in Antidoto cõtra Progreſsũ 22. Patriarchę Cõſtantinopolitani ambitionẽ Imperatoria Sede innixam, qui Vniuerſalis Epiſcopi titulũ ſibi arrogabat, reprimi expetijt Romanus Pontifex: ſibi cõceſſa iura diuinitùs, meritò recognoſci voluit: nihil Phocas Romano Pontifici conceſsit: Patriarchæ Cõſtantinopolitani ambitionem repreſſit: vnum Romanum Pontificem vniuerſalem Epiſcopum habendum decreuit, in hoc nonniſi iuris diuini aſſertor & vindex.

Pag. 635 De exemptione Clericorum. Clericos iuriſdictioni temporali eximi nõ eſt quod interpretetur iſte, omnium vitiorum licentiam, omnium criminum impunitatem conſequi. Nam & ſacris Canonibus decretæ ſunt pęnę in Clericos delinquentes, & ſi quæ enormia crimina committant, exauctorantur & brachio ſæculari traduntur. Ita, quod aliquando Principes ſibi in conſilium Præſules aſciſcunt, interpretatur iſte, Pontificem Romanum eorum miniſterio & interuentu in Conſilijs Principum ſedere & præſidere; cum tamen illic neque iudices ſedeant, nec præſideant; nec aſciſcantur, vt negotium gerant Pontificis, ſed Regni; nec aliquid inde authoritatis accedat Pontifici. In Capitulis Caroli Magni & Ludouici Pij Impp. & Regum Franciæ lib. 2. cap. 12. dicitur, Epiſcopos & Comites partem miniſterij Regalis per partes habere; *ideoq; volunt ipſi Principes per commune teſtimonium, id eſt, Epiſcoporum de Comitibus, & Comitum de Epiſcopis comperire, qualiter ſcilicet Comites iuſtitiam diligant & faciant, & quàm religioſè Epiſcopi conuerſentur & prædicent.* Exemptioni verò Clericorum à foro Ciuili non modò ſacri Canones, ſed & leges ipſæ Ciuiles ſuffragantur. Extat lex Conſtantini Magni 7. in Cod. Theodoſ. de Epiſcopis & Clericis, *Ne Clerici trahantur ad ſæcularium Magiſtratuum tribunalia*; imò & ad Epiſcoporum tribunalia prouocationẽ à Magiſtratu Ciuili conceſsit, & Epiſcoporũ ſententiam ratam eſſe, & aliorum iudicum ſententijs plus habere authoritatis, tanquam ab ipſo Imperatore prolatam, ſtatuit; refert Sozomenus lib. 1. cap. 9. & habetur in Cod. Theodoſ. titulo *de Epiſcopali iudicio*. In Cõcilio Nicæno non putauit ſibi licitum eſſe iudicare Epiſcoporum cauſſas, vt nec Valentinianus ſenior: *Supra nos* (inquit) *eſt veſtrum negotium, & ideò vos de veſtris inter vos agite cauſſis, quia ſupra nos eſtis*; refertur in cap. Caroli Magni & Ludouici Pij lib. 6. cap. 301. Et in eiſdẽ Capitulis eodem lib. cap. 109. *Clerici etiam non ſæcularibus iudicibus, ſed Epiſcopali audientiæ reſeruentur. Fas enim non eſt, vt diuini muneris miniſtri temporalium poteſtatum ſubdantur arbitrio.* Hi certè Chriſtianiſsimi Principes noluerunt conſulere vitiorum licentiæ, aut criminum impunitati; ſed dignitati Clericalis Ordinis id deferendum rectè iudicarunt. Siquidem hi ſunt, de quibus Dominus per Iſaiã 62. *Super te Hieruſalem poſui cuſtodes, tota die & nocte non tacebunt laudare nomen Domini*: de quibus S. Bernardus ſerm. 2. in 2. feria Paſchæ: *Ciuitatem cuſtodiunt iſti vigiles: iſti ſunt vigiles obſeruantes omni tempore cuſtodias Domini: iſti excubant ad oſtium Tabernaculi, qui ſunt Oriones & Hyades, & interiora Auſtri*: de quibus Conſtantinus Magnus ſcribebat ad Auilinum apud Euſebium lib. 10. Hiſt. Eccleſ. c. 7. & Niceph. lib. 7. cap. 42. *Qui quidem cum ſummum numen ſummo honore & veneratione proſequãtur, incredibile eſt, quantum Reipublicæ adiumenti videantur allaturi &c.* Gladius Ioſue non præualuiſſet Amalech, niſi Moyſe manus in altum tollente Exodi 17. Ita ſalus Reipublicæ potiſſimùm nititur precibus Sacerdotum. Et huic priuilegio fori nunquam reclamarunt niſi hæretici, vt Marſilius de Padua, & Ioannes de Iãduno, qui, referente Turrecremata lib. 4. Summæ de Eccleſia p. 2. c. 37. contendebant, Cle-

ricos

Digitized by Google

ricos debere eſſe ſubiectos poteſtati ſæculari: de qua hæreſi fusè Albertus Pighius toto lib. 5. Eccleſ. Hierar. Idem priuilegium impugnat Caluinus. lib. 4. Inſtit. cap. 11. Sect. 15. & nunc eius aſſecla Mornæus.

Ex Cæremoniali Romano:

Pag. 635 *Miſſam* (inquit) *imò celebrans, Euangelium & Epiſtolam Latinè & Græcè, vtramque Eccleſiam ſignificans, legi iubet; ſed Latinè primùm, & ſeptem quidem candelis accenſis, Græcè ſecundariò duabus tantum, vt Eccleſia Latina ſupereminētiam deſignet; Græcum interim Teſtamentum cum authenticum eſſe nemo neſciat; Latinum translatitium & ex Græco deſumptum.*

LIb. 3. ſect. 5. ſacrarum Cæremoniarum Sāctæ Rom. Eccleſiæ cap. 5. ita habetur: *Si Papa celebrat ſuper altare candelabra ſeptem ardent, ſuper credentiam duo, ad Euangelium Latinum ſeptem, ad Euangelium Græcum duo &c.* Et cap. 7. *Euangelium & Epiſtola Græcè leguntur, quotieſcumque Pontifex Romanus publicè & ſolemniter celebrat, ſi illi placuerit &c.* Hanc autem conſuetudinem Græcè legendi hinc ortam puto, vt appareat, Romanam Eccleſiam in ſe continere vtramque gentē, Græcam ſcilicet, & Latinam, ex quibus Eccleſia Dei ferè tota conſiſtit, in qua quidem primatum obtinet (quod Græci diu recuſarunt) Apoſtolica Sedes. Ad argumentum igitur Mornæi. Si Eccleſia Romana non haberet pro authentico Græcum Teſtamentum; in Miſſarum ſolemnijs non iuberet Euangelium & Epiſtolam Græcè legi. Alia igitur ratio eſt, nempe quia Sedes Apoſtolica eſt in Latino Orbe, & Eccleſia Latina, & omnes, quotquot vel in Græcia, vel vbiuis terrarum ſint Eccleſię, ipſi Romanæ Sedi Apoſtolicæ ſubijciuntur. Proſequitur:

Cur aliquādo in Miſſa Pōtificū Euangeliū et Epiſtola Græcè etiā leguntur.

Cur primū Latinè.

Pag. 636 *Omnium denique peccatorum ex poteſtatis plenitudine veniam facit; in eo Dei maieſtatem affectans, qui ſolus condonat, Chriſti Agni Dei, qui ſolus peccata tollit &c.*

VErùm Deus propria authoritate peccata remittebat, & Chriſtus vt homo per poteſtatem Excellentiæ ſuæ ſine Sacramentis eadem condonabat, & Sacramenta ipſa inſtituebat, quorum vis & efficacia nō aliunde, quàm ex ipſius merito: at verò neque Pontifex id ſibi arrogat, vt peccata propria authoritate remittat, neque per meritum proprium, nec vt Sacramenta ad eorum remiſsionem poſsit inſtituere, vel vt poſsit ſine Sacramentis peccata remittere; aut Iubilæos vel Indulgentias ad remiſsionem pœnarum peccatis debitarū niſi ex theſauro Eccleſiæ, qui conſtat ex meritis Chriſti & Sanctorum, concedere; vt ſe miniſtrum tantùm Dei & Chriſti profiteatur. Non igitur Dei aut Chriſti maieſtatem affectat. Chriſtus in Euangelio Apoſtolis conceſſit poteſtatem remittendi peccata, Ioann. 20. *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt*; an Dei maieſtatem affectabant? Maledicētijs iſtius, quæ ſubijciuntur, ſatis iam alibi reſponſum.

Pontifex in remittēdis peccatis maieſtatē Dei & Chriſti nō affectat.

Ex eodem Cæremoniali lib. 1. ſect. 15. cap. 4. repræhendit homo imperitus & profanus, quod in Miſſa, quæ Sede vacante celebratur, cantetur ille Tractus: *Et erit Dux eius ex eo, & Princeps de medio eius producetur: Quod de Ieſu Chriſto Domino noſtro* (inquit) *dictum*. Habetur Hieremiæ 30. & fatemur, locum illum de Chriſto intelligendum, licet nonnulli de Zorobabel illum exponant. Sed & nulla blaſphemia eſt Summo Pontifici eligendo, & aſſumendo in Principem populi Chriſtiani, & vices Chriſti geſturo illum accommodare. Nec enim propterea aliquid Chriſto derogatur, aut aſſeritur Pontifex fore ſummus ille Dux משיח נגיד in Scripturis ſacris promiſſus. Pag. 638

In Miſſa ſ. Sede vacāte cātatur, nulla eſt blaſphemia.

Quòd item cantatur in eadem Miſſa Euangelium de promiſsione Spiritus Sācti, vbi hæc inter cætera: *Non relinquam vos orphanos: rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis*: Mornæus:

Pag. 638 *Hoc rurſum* (inquit) *de Spiritu Sancto; vt iam nihil ſit tam blaſphemū, quod erubeſcant, quod non auſint.*

QVæ verò hic blaſphemia? Nonne eodem ſenſu, quo à Chriſto hæc prolata ſunt, ab Eccleſia intelliguntur? Nec enim *alius ille Paracletus* intelligitur futurus Pontifex, ſed perſona ipſa Spiritus Sancti, qui à Chriſto datus eſt Eccleſiæ, qui dicitur Act. 20. *ponere Epiſcopos ad regendam Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Quando igitur Miſſa cantatur, Sede vacante, & rogatur Deus, vt Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ concedat Pontificem, qui ſuo populo ſit aſsiduè ad gloriam ſui nominis venerandus, & quem Spiritus Sanctus in ſuo regimine perpetuò dirigat; non aliud occurrebat Euangeliū, quod tali Miſſæ aptiùs conueniret. Sed blaſphemus homo rerum ſacrarum omninò rudis, quæcumque ignorat, blaſphemat.

Negamus verò, vbi creatus eſt Pontifex, eū adorari adoratione Deo debita. Hæc mera impoſtura eſt. Nam eſt adoratio duliæ, quæ creaturis exhibetur, & adoratio latriæ, quæ ſoli Deo deferri dicitur. In ſacra Scriptura legitur Abraham adoraſſe populum terræ, & Nathan Prophetā adoraſſe Dauid Regē, non certè adoratione Deo debita; ita nec mens adorantium Pontificem eſt eum tanquam Deum colere, ſed vt Dei miniſtrum in ſublimi digni-

Mornæi impoſtura.

tate

tate & omnium mundanarum ſuprema conſtitutum.

Quid plura? in Scholis ipſis, Leone X. Pontifice, diſputare non ſunt veriti (nota Lector, vicariatum ſuum quouſque porrigerent) an Papa poſſit abrogare quod ſcriptis Apoſtolicis decretum eſt; an poſſit aliquid ſtatuere, quod pugnet cum doctrina Euangelica; an poſſit nouum articulum condere in Symbolo fidei; vtrum maiorem habeat poteſtatem quam Petrus, an parem; an poſſit præcipere Angelis; an poſſit purgatorium tollere; vtrum ſimplex homo ſit, an quaſi Deus; an participet vtramque naturam cum Christo. In ſingulis verbis, imò apicibus quot felonias committunt? quàm multipliciter diuinam maieſtatem lædunt? Pag. 638

Quomodo hæc in ſcholis quæſita. Reſpōdetur, quę tűhęc in Scholis Theologorũ, vt diſputatione veritas magis eluceſcat, non vt hæc aſſerendo concludantur; nec inde magis lædi maieſtatē diuinā, quàm vbi hæc frequentiſsimè iiſdē in Scholis, aut Theologorum libris quæruntur, An Deus ſit, An ſit vnus, An ſit Trinitas perſonarum, An conueniens, vel poſsibile fuerit Deum incarnari, & innumera huiuſmodi, quæ frequentiſsimè in quæſtionem, verùm non in dubium adducuntur. Quę ſi quis omnia aſſereret, aut de his minimùm dubitaret, haud dubiè atheus eſſet, nedum hæreticus. Et negamus, hæc iuſſu Leonis, vt latiùs porrigeret ſuum Vicariatum, diſputata fuiſſe. Colligit inde locum D. Pauli: *Sese offert aduersùs quicquid dicitur Deus, ἢ σέβασμα, aut quod colitur*, non aliter quàm de Papa explicari poſſe:

Detur enim nobis totis his ſedecim ſæculis quiſquam alius; adeò vt in Templo Dei tanquam Deus ſedeat, præſeferens ſe eſſe Deum; In Eccleſia ipſa; Vt nobis apud Turcas in Aſſyria minimè ſit quærendus. Pag. 636

HAec tam vera, quæ ſcribit, quam totis hiſce ſæculis verax fuit Diabolus, qui *ab initio in veritate non ſtetit*. Sed quia hæreticus eſt, nihil mirum, tam impudenter mentiri. Sedet quidem in Templo Dei in Eccleſia Pontifex Romanus; ſed quomodo tanquam Deus, præſeferens ſe eſſe Deum, ſi ſe peccatorē confitetur, peccata ſua humillima confeſsione expiat, & Deo reconciliari ſatagit, preces, & ſacrificia Deo offert? Hoc certè non eſt præſeferre ſe eſſe Deum. Et ſi quærēdus in Eccleſia; igitur apud Proteſtantes, qui eum abiurant, & apud quos non inuenitur, non magis eſt Eccleſia, quàm apud Turcas in Aſſyria.

Quod in perſonam ſuam concitet & cōtrahat totam Eccleſiā, caput ſimul & corpus, ſponſus & ſponſa: hæc Aduerſarij impoſtura, vt quod ſubijcit: Mornæi impoſtura.

Vbinam crebior de Christo ſermo, rarior fides? crebiores inter oſcula alapæ, inter alapas oſcula? Pag. 636

QVid enim non de Chriſto Domino & Saluatore credimus? Omnes hęreſes contra perſonam ipſius cōdemnat Pontifex cum omnibus Catholicis; quidquid in Scripturis ſacris de eo reuelatum, à ſacris Concilijs definitum, credit: quidquid ad ſalutem conferens Deus hominibus benignè largitur, vocationem, fidem, iuſtificationem, augmentū gratiæ, bona opera gloriam ipſam, illius meritis fertur acceptum: quidquid vnanimi conſenſu docent Patres, ab illo vel tantillum diſcedere religio eſt Pontifici: ſacroſancta Concilia in Eccleſia celebrata habet tanquam diuina oracula, & vt ſacroſancta Euangelia veneratur. Interim impudenter iſte:

Sub ſacroſancto illo nomine, tam immanes, tam atroces blaſphemiæ? Annon id propriè Ieſum purpura induere, arundinem in manum tradere, per ludibrium ei dicere, quaſi in hominum rebus, in Eccleſiæ præſertim regimine nihil videat; Quis noſtrum te percuſſit? Pag. 636

IMmò Caluiniſtæ Mornæi gregales Ieſū purpura induunt, ei interim illudentes qui tam magnifica ei ſe tribuere profitentur; cum tamē Sacerdotium nouæ Legis, & iuge illud Sacrificium, quo in Eccleſia colitur, & eius paſſionis recolitur memoria, damnent; Sacramenta, quibus nobis communicatur eius meritum, explodant; bona opera, quæ gratiæ tribuuntur per eius meritum nobis collatæ, reijciant. Si verò Papam ſibi aſſerere regimen Eccleſię, hoc ipſum eſt Chriſtū habere ludibrio, quaſi nihil videat in Eccleſiæ regimine; eodē certè argumento & Principes, qui præſunt populis, Deum habebunt ludibrio, quaſi nihil videat in hominum rebus. At verò immanes, & atroces blaſphemias Caluini & Caluiniſtarum in Chriſtum horret animus referre. Locum illum Geneſ. 49. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt*, quo Iacob Patriarcha prædicit tempus aduentus Saluatoris, & ex quo omnes Patres contra Iudæos ducunt argumentum, Caluinus, & Marloratus negant de Chriſto intelli- Mornæi in nos calumnia, in ipſū eiuſq. gregales retorquetur. Aliquot Caluini & Caluiniſtarū blaſphemia.

telligendum eſſe, inter Iudæos magis, quàm inter Chriſtianos habendi. Locum illum 1. Corinth. 15. *Cum tradiderit Regnum Deo Patri, tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei*, idem Caluinus arrianizans, ad Filij diuinitatem refert, lib. 2. Inſt. cap. 14. ex quo manifeſtè ſequetur, naturam diuinam Filij à Patris natura diſtingui. Ita lib. aduersùs Gentilem in refutatione decimæ Protheſeos non veretur Valentino concedere nomen Dei κατ᾽ ὑπεροχὴν, *per excellentiam quandam* ſoli Patri tribui. Eodem libro ait, Filium, Patris reſpectu, nonniſi impropriè *Creatorem cœli & terræ* nominari, Patrem autem propriè. Ibidem ait, impropriam & duram eſſe locutionem Symboli Nicæni, *Deum de Deo, lumen de lumine*. Idem Hæreſiarcha ignorantiam Chriſto Domino tribuit, & eum ad inferos deſcendiſſe, interpretatur, quod paſſus ſit dolores animarum damnatarum, cum verba deſperationis protuliſſe affirmat, item non fuiſſe ſecurum de ſalute animæ. Hæc cum alijs horrendis blaſphemijs Sectariorũ refert Cardinalis Bellarminus Præfatione ad librum de Chriſto, & lib. 4. de Chriſti anima cap. 1. & 8. vt omittam innumeras alias eiuſdem Hæreſiarchę & ſuorum, quæ à viris doctis ex eorum libris collectæ fuerunt, & ſufficienter confutatæ. Vbi viſum eſt Mornæo de poteſtate ſpirituali omnia recapitulaſſe, nunc ad temporalem ſe conuertit:

Pag. 636 637. *Iam de temporali; Epiſcopos* (inquit) *Romanos ſub perſecutione inuenimus Seruatoris Teſtamento edoctos mundanam poteſtatem non affectare, à terrenis Principibus contra dira paſſuros.*

Terrena Pontificis poteſtas à terrenis Principibus accepta non repugnat Teſtamento Chriſti.

HOc quidem verum eſt; ſed quando, vt ſcribit Diuus Auguſtinus Epiſt. 48. *nondum implebatur illa prophetia* (Pſal. 2.) *Et nunc Reges intelligite, & erudimini, qui iudicatis terram: ſeruite Domino in timore. Adhuc enim illud implebatur, quod in eodem Pſalmo paulò ſuperiùs dicitur: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* Vbi in Rege Nabuchodonoſor vtrumque tempus figuratum docet, & quod ſub Apoſtolis habuit, & quod nunc habet Eccleſia. *Nam temporibus Apoſtolorum, & Martyrum illud implebatur, quod figuratum eſt, quando Rex memoratus pios & iuſtos cogebat adorare ſimulachra, & recuſantes in flammas mittebat. Nunc autem illud impletur, quod paulò poſt in eodem Rege figuratum eſt, cum conuerſus ad honorandum Deum verum, decreuit in Regno ſuo, vt quicumque blaſphemaret Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, pœnis debitis ſubiaceret. Prius ergò tempus illius Regis, ſignificabat priora Regum infidelium; quos paſſi ſunt Chriſtiani pro impijs. Poſterius verò tempus illius Regis, ſignificauit tempora poſteriorum Regum iam fidelium, quos patiuntur impij pro Chriſtianis.* Quod igitur ſcribit Aduerſarius, Epiſcopos Romanos Chriſti Teſtamento ſub perſecutione à terrenis Principibus dira paſſuros, ad tempora Regum infidelium referendum, qui non modò Epiſcopos Romanos, ſed & omnes Chriſti nomen & fidem profitentes adeò crudeliter perſequebantur: & ſe tam dira paſſuros non Epiſcopi Romani dumtaxat, ſed & omnes Chriſto nomen daturi illius Teſtamento docebantur. Sed qui ſucceſſerunt Reges pij ac fideles, prout Religionem Chriſtianã amplificarunt, ita Pontificem Romanum Paſtorem totius Eccleſiæ venerati ſunt, & Romanam Eccleſiam Matrem omnium Eccleſiarum multis prædijs & ditionibus locupletarunt.

Et verò ad Conſtantinum vſque & aliquanto poſt, nulla eis temporalis iuriſdictio, nullam ipſi aut obtinent, aut obtendunt &c. Pag. 637

COnſtantini igitur Imperio inchoabant illa tempora poſteriora, quibus Principes propter Chriſtum perſecuturi eſſent Idola: quibus Prophetia Iſaiæ cap. 60. implebatur, Eccleſiam alloquentis: *Venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te: & adorabunt veſtigia pedum tuorum, omnes qui detrahebant tibi: & vocabunt te Ciuitatem Domini Sion Sancti Iſrael. Pro eo quòd fuiſti derelicta, & odio habita, & non erat qui per te tranſiret, ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generationem & generationem: & ſuges lac gentium, & mamilla Regum lactaberis.* Septuaginta: *Diuitias Regum comedes*: Et paulò ſuprà: *Quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi;* Septuaginta vertunt: *Quoniam transferentur in te diuitiæ maris, & gentium, & populorum.* Non id igitur repugnat verbo Dei, aut Teſtamento Chriſti, vt qui Principes erant Eccleſiaſtici, temporalibus ditionibus locupletarentur. Sed quod ſcribit Mornæus, docent & alij Hæretici, Caluin. lib. 4. Inſtit. capit. 11. §. 8. quæſt. 10. 11. 12. 13 & Petrus Martyr in cap. 13. ad Romanos, & Brentius in Prologomenis contra Petrum à Soto, non licuiſſe Pontifici, alijſque Epiſcopis accipere temporale dominium, quod nunc habent in quaſdam Vrbes & Prouincias, ſiue eiuſmodi dominium donatum eis fuerit, ſiue illud vſurparint; prohibere enim ius diuinum, vni homini gladium ſimul ſpiritualem & temporalem committi. Hanc hæreſim refutauit Cardinalis Bellarminus lib. 5. de Romano Pontifice ita fusè & doctè, vt ſuperfluũ ſit plura velle adferre. Nec verò Monarchas ſe totius Orbis, & directos Mundi dominos vnquàm Pontifices aſſeruerunt, nec id Catholici docent, & hæc eſt impoſtura Aduerſarij. Mornæi impoſtura.

Quod ſcribit, ruderibus Imperij Romanis Epiſcopis inædificare viſum, Imperatorum abſentia & imbecillitate abutendo, quos in Græciam retruſos Longobardorum armis Italia excludunt; Imaginum prætextu &c. In Italia demum inualeſcentes nimium Longobardos Pag. 637

bardos aduocatis Francis ſupplantaſſe, Francis inde Germanos obieciſſe &c. hæc partim falſa ſunt, partim iure à Pontificibus acta ſuis locis oſtendimus. Nec certè per Longobardos Imperatores Italia excludi curarunt Pōtifices: nec Franci ad defenſionem Romanorum Pontificum contra Longobardos in cauſa iniuſta arma ſuſcepiſſent. Cætera, quæ de temporali dominatione Romani Pontificis, item de iure approbandi & coronandi Imperatorem, de honore illi ab Imperatoribus & Regibus exhibēdo, recapitulat, ſuis locis diſcuſsimus: & in Chriſtum redundat reuerentia, quæ ipſius Vicario exhibetur. Nam ſi in Iaddo magno Sacerdote Iudæorum, Deum adorauit Alexander Macedo ipſo facto Magnus; meritò Reges, & Orbis domini in Pontifice Chriſtum venerantur, & ſuſpiciunt, in cuius fęmore ſcriptum: *Rex Regum, & Dominus dominantium*. Sed Mornæus:

Pag. 638 *Cùm Chriſtus Dominus noſter, cuius ſe Vicarium dicit; cum eſſet in forma Dei, ſemetipſum exinaniuerit forma ſerui accepta, &c. Quapropter etiam Deus ipſum in ſummam extulerit ſublimitatem; Qualis tādem iſte ſeruus, qui Magiſtri, & Principis titulum ſibi arrogat? &c.*

Pontificis dignitas nō pugnat cum humilitate Chriſti.

SEmetipſum quidem exinaniuit Chriſtus, ſed propter hoc Deus illum exaltauit, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomē, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum &c. Philip. 2. Voluit, illum adorari & ab Angelis ipſis, Hebræor. 1. *Cum Primogenitum introducit in Orbem terræ dicit: Adorent eum omnes Angeli Dei*; quin & à Principibus, Regibus, & Monarchis, vt omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem, & qui non honorificat Filium, non honorificet Patrem, qui miſit illum; immò & in ſuis miniſtris coli voluit, Ioan. 5. *Qui vos audit, me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit &c.* Nec Romanus Pontifex ſibi *Magiſtri, & Principis* titulum arrogat; ſed Apoſtolicæ Sedis Præſul eſt, & Primas omnium, qui in Orbe terrarū ſunt, Sacerdotum, & vniuerſalis Eccleſiæ doctor à Deo datus, atque ad ſummum Sacerdotij miniſterium electus. An verò id pugnat cum humilitate Chriſti Domini, qui ſe exinaniuit formam ſerui accipiens, quod Pontifex ſe in tā ſublimi dignitate cōſtitutum nouerit? Neque enim ideò Moſes, & Dauid ambulabant in mirabilibus ſuper ſe, aut non humiliter de ſe ſentiebant, quia Principes populi à Deo conſtituti. In conſecratione Pontificis, vt videre eſt in Cærem. Rom lib. 1. cap. 2. ſect. 2. Conſecrator hoc illi inter cætera precatur: *Da ei, Domine, claues Regni cœlorum, vt vtatur, non ut glorietur poteſtate, quam tribuis in ædificationem, non in deſtructionem.* & paulo poſt: *Sit ſolicitudine non piger, ſit ſpiritu feruens, oderit ſuperbiam, humilitatem ac virtutem diligat, neque eam vnquam deſerat, aut laudibus, aut tumore ſuperatus.*

Et cum Chriſtus, vt nos in cœlum ad ſe trahat, factus ſit obediens vſque ad mortem crucis, iſte homuncio ὑπεραιρόμενος, *qui ſe extollit ſupra Deū, quò nos ſecum aut ſequentes, aut obſequentes, niſi in infernum rapiat?* Pag. 638

IN infernum quidem te rapiet, quia maledictus es qui maledicis Chriſto Domini; quia quidquid ab ipſo ligatum ſuper terram, ligatum eſt & in cęlo; quia cum omnibus Hæreticis per eum proſcriptis ab Eccleſia Dei, vtique & à cęlo relegatus es. Firmiſsimè tene Mornæ, & nullatenus dubites, vt Fulgentius ait lib. de fide ad Petrum cap. 38. *hæreticos* (cuiuſmodi tu es) *atque ſchiſmaticos, qui extra Eccleſiam Catholicam præſentem finiunt vitam, in ignem æternum ituros, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius.* Quæ verò iſtius ἀναιδοῦς αὐθαδείας arrogantia pluſquàm Gigantea, ita per contemptum Pontificem *homuncionem* appellare? Quę impudentia, mentiri, eum ſe ſupra Deum extollere? Interim ille homuncio eſt, *cum quo qui non colligit* (ait S. Hieronymus Epiſt. 57. ad Damaſum) *ſpargit, hoc eſt qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt: cui iunguntur* (ait S. Bernardus) *qui Dei ſunt: qui ex aduerſo, aut Antichriſti eſt, aut Antichriſtus*. Subiungit:

Miſeri populi, quibus Principes eius gratiam ſibi conciliaturi, ſuas omnes adinuentiones deglutiendas propinant, abuſus, indulgentias, Iubileos, Cruciatas, quas vocant abominationes cæteras, quarum non numerus, non modus, vt vertiginem verè paſſi, omnem ſenſuum vſum amittant. Pag. 639

QVid hoc eſt, niſi non modò omnem pietatem, & religionem, ac Chriſti meritorum memoriam ex animis Chriſtianorum euellere, ſed & populos in ipſos Principes cōcitare velle, & eos hortari, ut ab hac miſeria ſeſe liberent, hoc eſt, Pontificis æquè ac Principum authoritatem conculcatam, ac prorſus euerſam velint. Viderint, quorſum hæc ſpectant, qui ſuas omnes curas in ſalute Reipublicæ defigere ſe demonſtrant, & in libris Catholicorum, ſi quid in eis ſaluti publicæ damnoſum contineri iudicēt, tam rigidè animaduertunt; ne ſi libris hæreticorum adeò pernicioſis, ad labefactandam ſacram Religionē, & euertendum ſtatum Reipublicæ, editis æquiores ſint, Dei Maieſtatem qui de cœlo reſpicit ſuper filios hominum, & cuius nutu magis, quàm vllis humanis præſidijs, Regnorum ſalus, nititur (ſub eo enim curuantur, qui portant orbem) ad iram, cui nemo reſiſtere po-

Mornæus populorum in ſuos Principes concitator.

Xx 2 teſt,

teſt, commoueant. Quod obiter monui, cui id propoſitum, pro ſalute Regum ac Principum humillimè preces ac ſacrificia Deo offerre, eorum Maieſtatem in ſcribendo nec minimũ imminuere, vel offendere, ſi quid aliter ſonet in meis libris corrigere ſemper paratus; ita tamen, vt primas partes ſacræ Religioni, qua ſola Deus verè colitur, deferri velim. Beatus certè populus, cuius Dominus Deus eius, fælices, inquam, illi terq; quaterq; populi, qui ſub pijs & Catholicis Principibus in ſalutifera doctrina Apoſtolica, & fide maiorũ perſiſtunt, & diuinorum Myſteriorum in vna vera Chriſti Eccleſia participes efficiuntur; non ſecus ac populus Iudæ, cum ſub pijs Regibus, Ezechia & Ioſia, reſtituto Dei cultu, Legem obſeruauit, & celebrauit Phaſe. *Lætis omnes animis*, prout Scriptura teſtatur, *fecerunt filij Iſrael qui inuenti ſunt in Hieruſalem ſolemnitatem Azymorum ſeptem diebus in lætitia magna, laudantes Dominum per ſingulos dies*, 2. Paralip. 30. Sed numnon illi deplorandi, immò omni lacrymarum fonte plangendi, quibus impoſtores iſti Nouatores loco ſalutiferę fidei peſtiferos ſuos errores deglutiendos propinant?

Quia abyſſus abyſſum inuocat, & impius cum in profundũ peccatorum venerit, contẽnit, videamus, quas ſubiungit iſte atroces & horrendas blaſphemias, quas certè horret ipſe animus referre.

Pag. 639 *Iam cognominatur etiam Antichriſtus hic ὁ ἀντικείμενος. Homo peccati, nec ſine myſterio, ſine eximia emphaſi; Et in hac quidem ſede, magis quàm in ullo alio imperio indicare nobis facile, Nerones, Caligulas, Heliogabalos complures, omnigenæ iniuſtitiæ, tyrannidis, impietatis portenta, profanos, magos, necromantas, atheos, & ſi quid peius, & atteſtantibus paſſim ſuis ipſorum hiſtoricis.*

HOc portentum in vltimas terras deportandũ, hæc præcidẽda lingua à medicis, quod ſcribit S. Hieronymus in Vigilãtiũ alterum ex Gallia monſtrum, ſed iſto longè modeſtiorem: immò inſanum curandum caput, vt qui loqui neſcit, diſcat aliquando reticere. Certè verba D. Pauli ſatis edocẽt, eum de ſingulari, ac definita perſona loqui. Quis enim thronum aliquem, vel ſedem Regni, *Hominem peccati*, aut *Filium perditionis* appellare ſolet? Similia verba non collectionem vel ſucceſsionem, ſed determinatam perſonam in rigore ſignificant, neque à ſua propria ſignificatione violenter, & ſine cauſſa extrahenda ſunt: & tot circumſtantiæ ac conditiones, quibus Homo ille peccati deſcribitur à D. Paulo, nonniſi ſingulari alicui perſonæ, non verò omnibus

Homo peccati apud D. Paulum ſingularis perſona.

ſucceſſoribus in aliqua ditione vel authoritate conuenire poſſunt. Addo, quod articulus Græcus, qui quater ibidem repetitur à D. Paulo, perſonam aliquam ſingularem deſignat, quam etiam relatiuum demonſtrat: *Cuius eſt aduentus ſecundum operationem Sathanæ*; item: *Ille iniquus, quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui*; atque ita interpretati ſunt omnes Patres, & hæc eſt ſententia Eccleſiæ Catholicæ. Sed & ſi non ſingularis homo, verùm plurium ſucceſsio in aliqua ſede per hominem illum peccati intelligitur; cur magis ſucceſsio Pontificum Romanorum, quam Imperatorum, inter quos tot fuere perſecutores Chriſtiani nominis, & qui totis viribus delere è terris nomen Chriſti enixi ſunt, ſignificabitur? In quibus nec defuerunt, qui re vera extollerentur ſuper id omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur.

Quod ſi eſſet pluriũ ſucceſſio in aliqua ſede, potius eſſet Imperatorum, quàm Pontificum.

Nam Caligula inſaniens, ſe ut Deum adorari præcepit, extrui Templa in ſuum honorem, & dedicari ſtatuas, vnamque in Templo Hieroſolymitano collocari, teſte Ioſepho lib. 18. Antiq. cap. 11. & Philone Iudæo libro de legatione ad Caium: & Domitianus ſe Deum appellari iuſsit, erectis etiam in hunc finem ſtatuis; & Heliogabalus, qui fuerat ante Imperiũ Solis Sacerdos, Deũ ſuum Solem coli ſolum voluit, antiquatis aliorum Deorum Religionibus, in hoc referens Antichriſtum, de quo Daniel cap. 11. *Nec quemquam Deorum curabit quia aduerſum vniuerſa conſurget, Deum autem Maozim in loco ſuo venerabitur &c.* Diocletianus etiã proſpero rerum ſucceſſu elatus, ſe vt Deum adorari fecit, vt refert Euſebius in Orat. de laudibus Conſtantini cap. 25. Nihil certè, tale vllus vnquam Pontificum, quorum nullus non adorauit religioſè verum Deum Patrẽ, Filium, & Spiritum Sanctum.

Inſania Caligulæ.

Domitiani

Heliogabali.

Diocletiani.

Mornæi mẽdacium.

Quem verò putorem ſpurciſsimum contra Sanctam Sedem Apoſtolicam iſte profert, in hac Sede Nerones, Caligulas, Heliogabalos complures, necromanticos, atheos, & ſi quid peius, præfuiſſe, quæ noſtræ hiſtoriæ atteſtantur? Proferat, ſi extant, huiuſmodi noſtras hiſtorias: adeò nulla religio, nullus pudor iſti tam impudenter mentiri. Non negamus quidem, aliquos in illa Sede minus laudatis moribus fuiſſe; ſed nemo certè fuit qui Caligulam, Neronem, aut Heliogabalum, monſtra humanæ naturæ referret: & illi in tanto numero pauci fuerunt, neq; inter eos aliquis adeò habitus eſt impius, ut *Homo peccati, & Filius perditionis* per antonomaſiam dici mereretur: econtra multi martyrio coronati, multi vita & ſanctitate illuſtres, ac reliqui omnes ſine vlla improbitate, vel ſcandalo Eccleſiam in fide & iuſtitia conſeruarũt: & veriſsimũ quod ſcribebat Gregorius VII. lib. 8. Regiſtri Epiſt. 21. *A Mundi principio pauciſſimi per diuerſa terrarum Regna Reges ſancti, cùm in vna tantùm Pontificum ſeriatim ſuccedentium Sede, videlicet Romana, à tempore B. Petri Apoſtoli fermè centum inter ſanctiſſimos computentur. Cur autem hoc, niſi quia Reges terræ, & Principes vana gloria illecti, quæ ſua ſunt, ſpiritualibus rebus præferunt,*

Digitized by Google

runt, *Religioſi autem Pontifices vanam gloriam deſpicientes, quæ Dei ſunt, carnalibus rebus præponunt. Illi in ſe delinquentes facilè puniunt, in Deum peccantes æquo animo ferunt; iſti in ſe peccantibus citò ignoſcunt, Deum offendentibus non leuiter parcunt: illi terrenis artibus nimium dediti, ſpiritualia paruipendunt; iſti cæleſtia ſedulò meditantes, quæ ſunt terrena, contemnunt*. A quibus igitur creditum, quod iſte ſcribit,

Pag.639 *Eam eſſe huius Cathedræ peſtilentiam, vt inſidentem eo ipſo momento, lue ſua inficiat.*

Refellitur Mornai commentum de peſtilentia Cathedra Rom. Nimirum à filijs tenebrarum cæcis, & cæcorum ducibus, qui denſiſsimis errorum tenebris offuſcati, perſpicuam veritatis lucẽ intueri non poſſunt, qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras, qui dicunt malum bonum, & bonum malum. An verò ex ſe ipſa habet illa Sedes hanc peſtilentiam? Certè quod ex ſe tale eſt, ſemper eſt tale. Ex teſtimonio Patrum Græcorum & Latinorum D. Petrus in ea Cathedra primus ſedit; an ſua lue tantum Apoſtolum infecit? At verò eam ille Cathedram inſtituit; an inde tanta illi immiſſa peſtilentia? Quos D. Irenæus, Optatus Mileuitanus, Epiphanius, D. Auguſtinus ordine recenſent à D. Petro ad ſua tempora Romanos Pontifices, an Cathedra illa peſtilenti aliqua lue infecerat? Quanto verius, quod ſcribebat Ennodius Ticinenſis in Apologetico pro Synodo ſub Symmacho cap. 5. *Beatus Petrus perennẽ meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ miſit ad poſteros &c. Quis enim ſanctum eſſe dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? in quo ſi deſint bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ à loci deceſſore præſtantur. Aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut eos, qui eriguntur, illuſtrat.* & Gregorius VII. lib. 2. Regiſtri Epiſt. 56. in Dictato, *quod Romanus Pontifex, ſi canonicè fuerit ordinatus, meritis B. Petri indubitanter efficitur ſanctus, teſtante S. Ennodio Papienſi Epiſcopo, & multis Patribus fauentibus, ſicuti in Decretis Beati Symmachi Papæ continetur*. An verò tempore D. Auguſtini erat illa Cathedra peſtilentiæ? qui lib. 2. contra litteras Petil. cap. 51. grauiſsimis verbis ita ipſum vrgebat: *Quare appellas Cathedram peſtilentiæ, Cathedram Apoſtolicam? Si propter homines, quos putas legem loqui, & non facere; nunquid Dominus Ieſus Chriſtus propter Phariſæos, de quibus ait: Dicunt, & non faciunt, Cathedræ, in qua ſedebant, vllam fecit iniuriam? Nonne illam Cathedram Moyſi commendauit, & illos, ſeruato honore Cathedræ, redarguit? Hæc ſi cogitaretis, non propter homines, quos infamatis, blaſphemaretis Cathedram Apoſtolicam, cui non communicatis*. Vbi de Cathedra Romanæ Eccleſiæ, in qua Petrus ſederat, & tunc ſedebat Anaſtaſius, loquitur. Igitur etſi homines improbi ei inſiderent; non id eſſet tribuendum Cathedræ. Sed vnde habet eam influentiam Cathedra illa, vt inſidentem eo ipſo momẽto lue ſua inficiat? Nam neque terra Chaldæorũ Abraham, neq; Sodoma iuſtum Loth, nec Aegyptus Ioſeph primũ, ac poſtea Iacob, & Patriarchas, Moyſem, & Aaronem, nec terra Hus Iob, nec Babylon Danielem, & ſocios, nec terra Aſſyriorum Tobiam ſua lue inficere potuerunt. Vnde igitur particularis hæc influentia inſita huic Cathedræ? Valeant igitur tenebrionis iſtius ineptiæ; qui in figura Antichriſti aperuit os ſuum in blaſphemias ad Deum, blaſphemare nomẽ eius, & tabernaculũ eius, & eos, qui in cœlo habitant; nam & cœli nomine rectè Eccleſia Catholica militans intelligitur. Eadem impudentia ſubijcit:

Vt quòd impietas in ſummo gradu hãc ſedem implere ſolita, occaſionem dederit, vt eam Paulus Hominem peccati, Iohannes Meretricem πόρνην *per excellentiam appellarent.* Pag.639

Nimirum hominem impium in ſummo gradu ita loqui decebat. *Stultus* (ait Iſaias c. 32.) *fatua loquetur*. Tam Ioannes per *Meretricem* Eccleſiam Romanam, quam Paulus per *Hominem peccati* Pontificem Romanum intellexit. Hæc ſunt calumniæ perfidi Aduerſarij, & impiorum Nouatorum, non Scripturæ interpretationes. Per Meretricem illam, quæ Apocal. 17. dicitur ſedere ſuper beſtiam coccineam, plenam nominibus blaſphemiæ, alij congregationem impiorum, quæ Diaboli Ciuitas dicitur, alij Vrbem Romam intelligunt, prout erat tempore D. Ioannis Ethnica, & non Chriſtiana, quando ſeruiebat omnium gentium Idolis & ſuperſtitionibus, & magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem, ſi nullam reſpueret falſitatem: quæ dicitur ebria de ſanguine Sanctorum & Martyrum, propter immanem perſecutionem Imperatorum in Chriſtianos, quæ certè longè alia eſt ab ipſa Eccleſia Romana. Nam & D. Petrus cap. 5. primæ Epiſt. vocauit eam Vrbem *Babylonem*, non vtique Eccleſiam, cui ipſe præerat: *Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone*, non vtique ipſa Babylon. Nec Eccleſia Romana poteſt vllo ſenſu dici ebria de ſanguine Martyrum Ieſu. Sed tædet me in confutandis ineptijs iſtis & blaſphemijs toties à perfido homine repetitis immorari. Meretrix Apocal. 17 non eſt Romana Eccleſia.

Quamcumque rationem rimatur inceſſendi Sedem Apoſtolicam. A Taxis igitur Cancellariæ occaſionem capit:

Libri illi ſui Taxarũ Cancellariæ Apoſtolicæ & ſacræ Pœnitentiariæ fidẽ abundè faciunt &c. Inter Curiæ Romanæ caupones & proxinetas nõ ſecus triti, quàm inter agricolas Calendarium, Tariffa inter Mercatores; In quibus nempe diuendũtur & addicuntur prætio omnium generum diſpenſationes & abſolutiones; à cõſanguinitate carnali, ſpirituali; pro ratione Pag.639

tione graduum defectuue ætatis; pro ratione ordinum & annorum deficientium; imperfectione membrorũ, naturali, accidentali &c.

Defenſio Taxarum Cãcellariæ Apoſtolicæ. RESpondetur, cum huiuſmodi Taxæ ſint vſu receptæ, & ab omnibus approbatæ non ſecùs ac Annatæ, temerarium eſſe, qui eas carpere velit. Extant variæ in libro Taxarum, quem citat, quarum meminit & Rebuffus in Praxi Beneficiorum reg. 45. *de diſpenſationibus in gradibus prohibitis* Gloſ. 7. & Gomez in Reg. Cancellar. *de valore exprimen. in imp. Benef.* in Præfatione ſcribit, duos Taxarum libros, quibus Apoſtolica Sedes vtitur, fuiſſe inuentos, quorum primus mercedes Officialium expedientium litteras Apoſtolicas taxat, ſecundus valorem Beneficiorum Conſiſtorialium, ex quibus Annatæ ſolui debent, deſcribit, & horum librorum inuentorem opinatur fuiſſe Ioannem XXII. ac de primo nullum dubium eſſe, Igitur huiuſmodi Taxæ, quæ primo libro continẽtur, de quibus hoc loco Aduerſarius, erant licitæ; ſiquidem nemini dubium, id exigi & recipi iure poſſe, quod merentur impenſæ, induſtria, & labor eorum miniſtrorum, qui in Curia Romana litteras Pontificias curant expediendas; hoc enim nõ ſoluitur tanquam pretium diſpenſationis, ſed tanquam ſtipendium laboris & operæ. Nec ſi quid vltra ſtipẽdium miniſtris debitum detur, erit pretium diſpenſationis, ſed ſoluitur vel ob pœnam delicti, vel ob commutationem & redemptionem voti, vel ob conſuetudinem receptam, vel vt cæteri arceantur à propoſito diſpenſationum petendarum, Pater Azor p. 2. Inſt. moral. lib. 7. cap. 33. Quod ſi ſcripſit Claudius Eſpẽs, quem citat, hos libros magno Eccleſiæ probro manibus hominum verſari, quin & quotidie executioni mandari &c. Tam celebri Theologo plurimum tribuimus; qui tamen in hoc potuit falli; nec illius priuatum iudicium Romanorum Pontificum, qui huiuſmodi varias Taxas aut inſtituerunt aut approbarunt, authoritati, ſeu receptæ conſuetudini præferri debet; ideoque Commentaria eius in Epiſt. ad Titum, vnde ſumptus locus à Mornæo citatus, in Indice Romano prohibita ſunt, donec corrigantur.

Pag. 640 Superuacuum foret ſingula percurrere, & refellere, quę iſte aut ignorantia, aut malignitate reprehendit, vt diſpenſationes de iuramento, de commutatione votorum, de officijs, de Breuiarijs, de Orationibus, de Horis &c. Satis eſt, meminerit Pontifex documenti à S. Bernardo Eugenio Papę lib. 3. de Cõſid. traditi his verbis: *Sed dices: Nunquid probibes diſpẽſare? Non ſed probibeo diſſipare. Non ſum tã rudis, vt ignorẽ, vos diſpẽſatores poſitos, ſed in ædificationem &c.* Sed tam rudis eſt Mornæus, vt hæc ignoret.

Pag. 640 Cum ſcribit, Pontificibus religionem non fuiſſe, annuum ſtipendium à Turca capere, meo quidem iudicio eò reſpicit, quod cùm Gemes Romæ refuga eſſet, Baiazetes Princeps Turcarum alendo fratri quotannis quadraginta millia aureorum Pontifici perſolueret. Certè non Pontifex, ſed potius Baiazetes iure naturali fratri, qui æquo iure poterat ad Imperium aſpirare, alia certa debebat. Neque rogatus à Pontifice, ſed vltrò alendo fratri eam ſummam perſoluebat. Quæ ſubijcit:

Vt in adiapboris quibuſque religionem pro libidine conſtituunt, in friuolis quàm in ſolidis ſcrupuloſiores, ſuarum adinuentionum rigidiores longè quàm diuinorum præceptorum exactores. Simonia verò quàm latè, quàm multipliciter inter eos extenditur, expanditur? pro eos toto orbe graſſatur? Pag. 640

Mornæi figmenta. A*Diapbora, & friuola* vocat, quæ ad diuinum cultum, vel diſciplinam Eccleſiaſticã fouendam pertinent. *Pontificum adinuentiones* ſacros Canones intelligit, quos tamen ipſi Pontifices diuinis præceptis minimè æquant, cum in illis nõnunquam diſpenſent, in diuina præcepta nulla cadat diſpenſatio. Neque verò vllum crimen eſt, à quo magis abhorreant Põtifices, quàm à Simonia; quod patet ex multis ſacris Canonibus, & grauiſſimis pœnis in Simoniacos conſtitutis. Hæc itaque mera ſunt iſtius figmenta, & calumniæ, vt & ea, quæ ſequuntur:

Indulgentiæ certo prætio, generales, particulares; Sepulturæ coram altari, in Choro, in Templo &c. excommunicatis, deſperatis concedendæ. Pag. 640

Proſequitur: *Et nos igitur cum hanc peccati nundinationem aduertimus; quantam ex diſpenſationibus & abſolutionibus ſuis, peccandi facultatem an facilitatem Papa intulerit, ſeu quid commiſſum aut committẽdum, quantumuis execrabile, prætium pactus, annon dixerimus, Hominem peccati illum verè eſſe, cui peccatum quoduis tam vile, tam leue, cui tam procliue cuiuis criminis contra legem Dei, contra naturam, nullo diſcrimine veniam indulgere.* Pag. 641

Mendatia QVod ab hæretico, eoque impoſtore aſſeritur, Pontificem in diſpenſationibus & abſolutionibus pretium paciſci, aut inter peccata grauia nullum diſcrimen conſtituere,

aut

aut vile & leue illud putare, cuius crimini, quantumuis atroci, veniam indulgere à nobis pernegatur. Quod nunc Pontificibus, idem olim & Chriſto Phariſæi obijciebant, Lucæ 7. *Quis eſt hic* (dicebant) *qui etiam peccata dimittit?* Vtique Chriſtus erat, ideſt, Dei filius: & idem nunc ipſe in Vicarijs ſuis, quibus dictum legimus Ioann. 20. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt*. Sciſcitanti Petro, quoties fratri ſuo remitteret, *Non dico tibi* (inquit) *ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties*. Sacramenta idem inſtituit, vt per ea Deo reconciliemur, & nobis quæuis peccata per ea, quantumuis grauia, remitterentur: Exclamabit itaque Mornæus: *Quantam feneſtram ad nequitiam Dominus aperuit? Quantam facilitatem, an facultatem contra legem Dei, contra naturam, nullo diſcrimine peccandi veniam indulget?* Immò verò quantam iſti Nouatores facilitatem an facultatem peccandi indulgent? qui ex parte noſtri nulla bona opera, nullum examen conſcientiæ, nullam peccatorum confeſsionem miniſtris Eccleſiæ faciendam, nullam ſatisfactionem ad remiſsionem peccatorum requirunt; abundè enim pro nobis Chriſtum ſatisfeciſſe, ad iuſtificationem ſola fide opus eſſe: quod tradit Caluinus lib. 3. Inſtit. capit. 17. & Lutherus in Captiuitate Babylonica, & in Articulis à Leone X. damnatis: qui & addit, tam diuitem eſſe hominem Chriſtianum, *vt, etſi velit damnari, non poſſit*. Hos velut Antiſtites cæteri ſequuntur.

Nouatores potiꝰ indulgent peccādi facilitatem an facultatem.

Pag. 641

Quod verò ſubiungit iſte, Iram per peccatum accenſam nullo humano merito, nullo pretio, ſolo vnigeniti Filij ſanguine pro peccatoribus effuſo extinguendam, placandam: an verò aliud docemus? Si ſummus Pontifex, ſi alij Eccleſiæ miniſtri à peccatis abſoluunt; vnde illa abſolutio, aut peccatorum remiſſio, niſi à Paſsione Chriſti, vim habet? Nec niſi inde Sacramenta omnia hominem iuſtificandi ſuam habent efficaciam. Et nonniſi tamquam miniſter Chriſti, & eius authoritate diſpēſat in votis, aut gradibus Matrimonij prohibitis; vt dicat cum Paulo 2. *Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti*; vt paſsio Chriſti, eiuſue in Eccleſia authoritas Sacramenta, vel miniſteria Eccleſiaſtica, aut etiam miniſtrorum authoritatem minimè excludat.

Quod illud Danielis 7. *Os loquens grandia*, de Antichriſto exponit, de quo paulo poſt apud eundem Prophetam legitur: *Et ſermones contra Altiſsimum loquetur, & Sanctos Altiſſimi conteret &c.* item illud Apocalypſis 13. *Et datum ei os loquens magna: & aperuit os ſuum in blaſphemias*: rectè quidem. Sed hæc tàm in Pontificem Romanum conueniunt, quàm Pontifex Romanus eſt Antichriſtus. Hic enim ſenſus eſt hominum indoctorum & inſtabilium, qui Scripturas ad ſuam ipſorum perditionem deprauant, non interpretatio genuina Scripturæ. Immò rectè hæc intelliguntur & de iſto Antichriſti præcurſore, cuius *Myſterium iniquitatis* farrago quædam eſt errorum peſtiferorum, impoſturarum, & horrendarum blaſphemiarum in Sedem Apoſtolicam.

Scribit eodem cap. Diuus Ioannes: *Et faciet omnes puſillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & ſeruos habere characterem in dextera manu ſua, aut in frontibus ſuis*. Mornæus:

Quænam enim, inde hominum conditio ſeſe eximat; diſpenſatione, abſolutione, beneficio, officio, militia, fraternitate &c. carere poſſit? Pag. 641

Itaque, quouis modo quis ſit obſtrictus Pontifici, hoc interpretatur eſſe Characterem Antichriſti. Quis ſit futurus ille Character, certò non conſtat. Sed Character Romani Pontificis, & omnium Catholicorum eſt ſignum Crucis in frontibus expreſſum: eſt item Symbolum Apoſtolicum, profeſsio duodecim Articulorum fidei, confeſsio Myſterij Sanctiſsimæ Trinitatis, & Incarnationis Dominicæ: item aſſertio ſeptem Sacramentorum: quæ certè in Antichriſtum (quo nomine intelligitur hoſtis infeſtiſsimus Chriſtiani nominis, & ſacræ Religionis) minimè quadrant. Quo ſenſu igitur Pontifex *Antichriſtus?*

Quis character Romani Pont. & omniū Catholicorū.

Omitto (inquit) *alia eius dogmata hominum meritum, quo ad nihilum redigitur meritum paſſionis Chriſti, quotidianū altaris Sacrificium, quo ſemel inolito vnicum & perpetuum illud in cruce peractum aboletur, Religionem Chriſtianam in ceremonias, in ſuperſtitionem, in Idolomaniam, ſtationes, reliquias, Agnos Dei, imagunculas, grana benedicta, conuerſam, abſorptam: nouas leges, noua Sacramenta, nouum Euangelium, nouum, ni Deus obſtitiſſet, Chriſtum, Alcoranum merum Euangelij loco obtruſum.* Pag. 642

Sicut Lex non deſtruitur per fidem, ſed magis ſtatuitur, ita nec per merita noſtra paſſionis Chriſti meritum ad nihilum redigitur. Vnde enim merita noſtra, niſi ex gratia, quæ confertur nobis per Chriſti meritum? Et quæ ſunt merita noſtra, niſi dona Dei, per eundem à Deo nobis collata? Et quidquid boni operis, & meriti eſt in nobis, quidquid ad ſalutem ſpectat, aut confert, perenni meritorum Chriſti influxui ferimus acceptum, quæ maximè deprimunt, qui nihil nos per eum apud Deum mereri contendunt. Et quoad altaris Sacrificium, cum ſit memoriale paſsio-

Merita noſtra nihil derogāt meritis Chriſti.

paſsionis Chriſti, illudque his verbis Chriſtus inſtituerit in vltima cœna: *Hæc quotieſcũque feceritis, in mei memoriam facietis*; quomodo per id peractum in Cruce Sacrificium aboletur? Immò non alio conſilio Diabolus tam atrox bellũ huic ſacroſancto Sacrificio, quod *ἀναίμακτον θυσίαν, incruentum ſacrificium*, Patres appellant, per ſuos miniſtros indixit, quã quòd velit deletam prorſus memoriam Paſſionis Chriſti, & Religionem Chriſtianam, quæ ſine hoc ſacrificio conſtare non poteſt; nulla enim Religio ſine Sacerdotio, & Sacrificio: & Sacrificium Crucis ſemel peractum eſt ante inſtitutam Chriſtianam Religionem, nõ illius proprium, cum Legis naturæ, & veteris Sacrificia in illud reſpicerent, & omnes iuſti ab initio illius participes fuerint, neque mãſerit, niſi per effectum & virtutem; oportuit itaque aliud inſtitui, quò Chriſtiana Religio à cæteris diſtingueretur, quod eſt Miſſæ Sacrificium. Prædicitur Antichriſtus Danielis 11. ablaturus iuge Sacrificium, quod aliud intelligi non poteſt, quàm ſacroſanctum & perenne ſacrificium altaris, quo quotidie verus ille Agnus Filius Dei ſub ſpeciebus panis, & vini ſacro ritu immolatur. Antichriſti itaque opus perficiunt, eiuſque præcurſores ſunt Nouatores, qui tantum odium in illud conceperunt, quorum præcipuus character eſt, Miſſam execrari, ad eamque tollendam ſuas omnes vires conferre; inde enim altaria deſtruxerunt, Sacerdotes occiderunt gladio, & auguſtiſsima Templa Deo conſecrata rabidi homines ſolo æquarunt. Stationes, reliquias, Agnos Dei, imagines, grana benedicta ſuis locis ab illius blaſphemijs aſſeruimus. Quæ verò tanta impudentia ſcribere, Alcoranum merum à Papa Euangelij loco obtruſum? Nam Alcoranum ne quis legat Catholicorum, maximè cauetur, omnes vel nomen ipſum abominãtur, quid in eo contineatur ignari; Quatuor verò Euangelia, quibus Chriſti Domini doctrina continetur cum eiuſdem miraculis, & Paſsione, ac Reſurrectione, Papa, & omnes Catholici exoſculantur, & cæleſtem doctrinam eis ſciunt contineri: & quam differentiam inter Chriſtum & Diabolum, inter Paradiſum & Infernum, eandem inter Euangelium, & Alcoranum conſtituunt. Id quidem certum, vnam eſſe veram Religionem Chriſtianam Catholicam, reliquas ſuperſtitiones à Diabolo per eius miniſtros inuentas; minus tamen ſceleris, & impietatis, ac hoſtilitatis Turcis in nomen Chriſtianum, quàm iſtis in Papam & Catholicos, innatum: & ſi Mahumetis impoſtoris Alcoranum ad *Myſterium iniquitatis, ſiue Hiſtoriam Papatus Mornęi*, & alios libros, quos iſti edunt in dies, conferatur, longè illis impietate cedet. Neque Sarraceni eas eructant blaſphemias in ſacroſanctæ noſtræ Religionis myſteria, quas feculentus iſte ſuo Operi inſeruit.

Antichriſtus Sacrificium corporis & ſãguinis Chriſti ablaturus.

Alcoranũ non obtruſum à Papa loco Euangelij.

In Cęremoniali Romano lib. 1. ſect. 12. cap. 1. deſcribitur ordo, quo Papa equitat in Pontificalibus, & c. 2. quãdo equitat ad aliã Eccleſiam religionis gratia, ſiue ad alium locum, & non in Pontificalibus. Quod tanto apparatu, tàm magnificè, equo phalerato vectus, tanto honore ab omnibus, quin & ab Imperatoribus & Regibus, ſi contingeret eos adeſſe, exhibito, prout tantam dignitatem decet, cui nulli par ſub cęlo, Papa equitet, inſanit, rabit, diſrumpitur. Expendamus verò illius argumentum inde ductum, vt doceat, Papam eſſe Antichriſtum:

Apparatus (inquit) *coccineus totus. Cũ igitur Iohannes in Apocalypſi; veni, oſtendam tibi damnationem Meretricis magnæ, cum qua ſcortati ſunt Reges terræ; oſtendit verò tibi continuò mulierem* ἐπὶ θηρίον κόκκινον *inſidentem beſtiæ coccineæ, imperio impoſitam, cuius ſuggeſtus ornatus pure coccus; illa ipſa* περιβεβλημένη *amicta purpura & cocco, & inaurata auro & lapidibus pretioſis, & in frõte eius in titulo (quæ ſua verba) nomen ſcriptum Myſterium, Babylon magna &c. Quid nominari iã opus, cum & illa ſeſe prodat, & hic eloquatur ſatis?* Pag. 642

LOcus eſt Apocalypſis 17. In refutandis iſtius ineptijs, quales (ità me Deus amet) non apud Talmudiſtas, non in Alcorano Mohometis, nolim diutiùs immorari, nec pluribus inſequi furentem. Nam

Bacchæ bacchanti ſi velis aduerſarier,
Ex inſana inſaniorem facies, feriet ſæpius.

Id tantùm arguam, per mulierem illam inſidentem beſtiæ coccineæ ſignificari Ciuitatem illam, prout non tantùm in ænigmate, ſed expreſsè reuelaram: vt ab eodem Iohanne ibidem declaratur: *Mulier, quam vidiſti, eſt Ciuitas magna, quæ habet Regnum ſuper Reges terræ.* Quomodo igitur Papa equitans, perſona vtique, per mulierem illam ſignificabitur, cũ nec Antichriſtus per mulierem illam poſsit ſignificari? Addo, mulierem illam diſtingui à beſtia illa coccinea, cui inſidet. Sed velit iſte cum ſuis gregalibus, per beſtiam Apocalypticam ſignificari Papam, quem volunt eſſe Antichriſtum; quomodo igitur per mulierem illam ſignificabitur? Et cum coccus & purpura ſignificent Imperium, per mulierem illam potius ſignificabantur Romani Imperatores equitantes, equis vtiq; phaleratis vecti, Chriſtiani nominis perſecutores; cum maximè dicatur ebria de ſanguine Sanctorum, & Martyrum Ieſu; cùm mulierẽ illam omnes ferè Expoſitores Romam tum Ethnicam intelligant,

Quid in Apocalypſi per mulierem inſidentem beſtiæ coccineæ ſignificetur.

cum

Digitized by Google

cum nondum ſcriptam in fronte blaſphemiā Chriſti confeſsione deleuiſſet. Homo interim impius:

Quis adoratum iri vnquam credidiſſet?
Pag.642 *Et tot ſæculis & Sathanā in eo ipſū?*

INterim ſi ad has ſceleratas voces aliquādo excandeſcimus, & meritò commouemur, acrioribusq; verbis perfidorum hominum impudentiam perſtringimus, modeſtiam in nobis requirunt, qui & Catholici videri volunt, quaſi noſtram, & nō Chriſti & ſacræ Religionis cauſſam agamus. *Moyſes* (ait S. Baſilius in Epiſtola ad S. Gregorium Theologū de vita in ſolitudine agenda) *ingenti ira in eos inſurgēs qui in Deum peccauerant, ſed miti animo illos perferens, qui ſibi obtrectauerant.*

Væ iam nobis. Socia agmina iungit, è Germania turmas accit Cataphractorum hic ductor.

Martinus (inquit) *Lutherus, poſt multos alios blaſphemiarū tota Europa exundantium, impatiēs in Germania contra Papam erumpit; Auguſtinianus ille Monachus, Theologia Doctor, humili loco natus, nullius authoritatis, in extremis mundi oris &c.*

Lutherus Auguſtiniani nomine indignus.

QVid *Auguſtinianum Monachum* dicit? Procul à nobis tam horrendum monſtrum. Non erat ex nobis. Si fuiſſet ex nobis; manſiſſet vtique nobiſcum. Qualis Cacodæmonum chorus in cęlo, Cain & Eſau in paterna domo, Iudas in Apoſtolorū Collegio, talis apud nos Lutherus. Omnes Hęreſiarchæ non aliunde, quàm ex Eccleſia Chriſti prodierunt; an illi poſtea ſeruis & membris Chriſti connumerandi? Non magis Auguſtinianus Monachus Lutherus, qui non prius apertè defecit ab Eccleſia Romana, & cæpit eſſe Hæreſiarcha, quā deſtitit eſſe Auguſtinianus. Religio noſtra maris inſtar eſt; fide viuos capit, mortuos euomit. An verò iſte Patri Auguſtino, in cuius familiam aliquando adſcitus fuerat, magis pepercit, quàm cæteris Patribus? *Multi* (inquit) *Auguſtini libri nihil ſunt*, & alibi, nihil curare ſe ſcribit, ſi mille Auguſtini mille Cypriani cōtra eum ſtent. Fœtore, & putore inſignis iſte Apoſtata nimiam Europæ partem infecit ab ipſo Diabolo edoctus, malè falſa dogmata credulis obtruſit. Cuius rei non alium authorem, quàm ipſum producimus. Sic enim ipſe prodidit in libro de Miſſa priuata: *Contigit me ſemel ſub mediam noctem ſubitò expergefieri. Ibi Sathan mecum cœpit huiuſmodi diſputationem: Audi Luthere Doctor perdocte. Noſti, te quindecim annis celebraſſe Miſſas priuatas quotidie. Quid ſi tales horrendæ eſſent Idololatriæ? Quid ſi ibi non adfuiſſet corpus & ſanguis Chriſti?* Et ſubiungit argumenta contra Miſſam priuatam ſibi à Diabolo ſuppeditata. Itaq; Miſſam eſſe Idololatriam, doctrina eſt Diaboli, à quo edoctus Lutherus hæreticorum omnium huius ſæculi magnus ἀρχιερεύς. Idem de familiaritate ſua cum Dæmone hæc prodidit: *Crede mihi, benè, immò valde benè noui Diabolum: mecum in Dormitorio nonnunquam deambulat.* Addit: *Diabolus frequentiùs & propiùs mihi condormit, quàm mea Catharina.* Hoc tanto magiſtro gloriatur Mornæus, dignum certè patella operculum. Antichriſti præcurſorem extitiſſe Lutherum nemini controuerſum; immò eſſetne ipſe Antichriſtus, à multis initio dubitatum, ea præſertim coniectura, quòd os loquens grandia blaſphemabat in Deum & Sanctos. Teſtatur id Genebrardus lib.4. Chronol. ad annū 1518. his verbis: *Aliqui eum Antichriſtum eſſe contendunt, quòd ſit caput & Patriarcha hæreticorum in Occidente, qui ſe toti armauerunt contra Chriſti doctrinam, & beneficiorum eius memoriam. Addo ad eorum coniecturas, Lulter caracteribus Hebraicis reddere numerum Antichriſti 666. Apocal.* 13. Quo ſpiritu loqueretur, paucis expreſsit Eraſmus, etſi λουθηρίζειν aliquando iudicatus. *Hic homo nihil crepat niſi Sathanas, Diabolos, laruas, lamias, Megaras, aliasq; voces pluſquam tragicas. Sathanas eo cooperante, magnam ſtellarum multitudinem de cælo traxit in terram:* quo aucupio triumphabundus Mornæus in partem prædæ ſeſe computans.

Lutherus à Diabolo edoctus.

Quàm illi familiaris.

Quo ſpiritu loquutus.

Ille (ait) *paucis eiuſdem conditionis ſodalibus, eodem zelo percitis, eodem ſpiritu* (Lutheri magiſtrum intellige) *impulſis; ad quam uocem, uocem utique Dei Omnipotntis per eos detonantis, excitantur tota Europa innumeri, qui, aut inebriati ſomnum illum mortis dormiebant, aut ſemiſomnes adhuc his organis expergefieri, animari opus habebant.* Pag.642

HIs cymbalis tympanis, & crotalibus, Euohè Bacche, ſonantibus, crapula ſemiſomnis, adhuc inebriatus, cum his, qui dormiebant, expergefactus, vigilantium turmæ an turbæ adnumerari cupiens Mornæus & nobili huic Lutheranorū coetui nomen dare, Caluini turmas hactenus malè ſecutus, vidēdum an dignus admitti. Magis inter ſe diſcrepant Schola VVittembergenſis, & Geneuēſis, quā quondam in Græcia variæ illæ Philoſophorū Sectæ. Immortalia odia hactenus inter Lutheranos & Caluiniſtas extitiſſe, nemo controuertit: vtriuſque Sectæ ſcripta & dogmata tàm inter ſe diſſona, quam olim Romanorum & Carthaginenſium agmina: nec diſpare uoto clauſit vitam Lutherus, quàm olim Eliſa apud Virgilium lib.4. Aeneid.

Maximum inter Lutheranos & Caluiniſtas diſſidium.

Littora littoribus contraria, fluctibus undas
Imprecor: arma armis pugnent ipſiq; nepotes:
. . . *Nullus amor populis, nec fœdera ſunto.*

Digitized by Google

Votum valuit: & cùm aliquando (quæ erat eius humilitas & modeſtia) pronunciarit: *Ego Iſaias, Philippus Melancthon Ieremias*; huius Iſaiæ Prophetia inualuit; vt nullis fœderibus, mutuò perpetim furiant, feriant,

Ouid. 3. Metam.

Percuſſiq; cadant in mutua vulnera fratres.

In Germania ipſa, quæ adeò miſerè in tàm varias Sectas diſtracta, Lutherani & Caluiniſtæ vix poſſunt ſimul conſiſtere: & quæ Prouinciæ Caluino ſe addixerunt, deſcriuerunt à Luthero: mutuis odijs ſeſe proſequuntur: & qui Principes vnam Sectam admiſerunt, alteri in ſuis ditionibus locum non concedunt. Qui fit igitur, vt Lutherum in ſuas partes adſciſcat, aut illuſtrẽ ſe Scholæ alumnum hiſperapiſtes iſte Caluiniſtarum profiteatur? Nimirum egregiè conſentiunt vtraq; Diaboli ſoboles in oppugnando Sanctam, Catholicam, Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, & prædicando Papam *Antichriſtum*. Quia igitur hæc baſis & fundamentum fidei Mornæi, Lutheranus, an Caluiniſta audiat, ſua parum intereſſe putat, modò Papa ſit Antichriſtus. Sectarij omnes, vt vulpes Samſonis, colligatas habent caudas, in iſtis, inquam, erroribus & blaſphemijs hæreticalibus conſentiunt. S. Baſilius. Homil. contra Sabellianos, & Arrium, & Anomæos: *Pugnat Iudaiſmus cum Gentiliſmo, vterque cũ Chriſtianiſmo, quemadmodũ Aegyptij, et Aſſyrij & inter ſe hoſtiliter diſſidebant*, & *vtrique Iſraeli infenſi erant. Vt in malitia deprahendimus & audaciam pariter ac timiditatem inter ſe pugnare, & nihilominus ambas à recta animi fortitudine diſſidere; talis quædam pugna etiam contra recta fidei confeſſionem ex vtroque latere inter ſe; diſſidentium hoſtium excitata eſt, illinc Sabellio, hinc ijs, qui anomœum prædicant, irruentibus*. Sic igitur Lutherus & Caluinus cũ ſuis ſequacibus inter ſe, ſed tamen vtrique cũ Eccleſia Chriſti, quæ condemnat omnes hæreſes, pugnant. Habeat igitur ſibi Caluiniſta Lutherum; nos Eccleſiæ Chriſti alumni profanã vtramque nouitatem ex æquo auerſamur.

Excitantur (inquit) *tota Europa innumeri &c.*

Sectariorũ multitudo veritatem non arguit.

SEd & *Arrianorum venenum* (inquit Vincentius Lirinenſis) *non iam portiunculam quandam, ſed pene totum Orbem contaminauerat; adeo vt propè cũctis Latij ſermonis Epiſcopis partim vi, partim fraude deceptis, caligo quædam mentibus offunderetur: & profana illa nouitas, velut quadã Bellona, aut Furia capto prius omnium Imperatore, deinde Palatij culmina cum legibus nouis ſubiugaſſet, non deſtitit deinceps vniuerſa miſcere & vexare. Arrius Presbyter ſcintilla, fuit in Alexandria* (inquit Hieronymus in Cõm. lib. 3. in c. 5. Epiſt. ad Galat.) *ſed quia non ſtatim oppreſſa fuit, eius flamma populata eſt totum Orbem terrarum*: & Mahumetes impoſtor, ſeruilis fuit conditionis, cuius fraudibus totus ferè Oriẽs ab initio irretitus. Quid igitur mirum, ſi innumeri homines reprobati à Deo, naufragarint circa fidẽ, & tam importuno ac impotenti monſtro ſeſe tradiderint?

Henrici VIII. cum benè ſentiret, iudiciũ de Luthero

Equidem de Luthero loquens Henricus VIII. Rex Angliæ tũ benè ſentiẽs, *Quæ peſtis* (inquit) *tam perniciosa inuaſit gregẽ Chriſti? Quantus inferorũ lupus eſt iste qui Chriſti gregẽ diſpergere quærit? Quantũ Diaboli mẽbrũ, qui Chriſtianos Chriſti mẽbra quærit à capite ſuo decerpere? Quàm putris huius animus, quã execrabile propoſitũ, qui & ſepulta reſuſcitat ſchiſmata, & vetuſtis adijcit noua, et hæreſes æternis abdendas tenebris velut Cerberũ ex infernis producit in lucem, dignũquè ducit ſe, cuius vnius verbo, poſthabitis antiquis omnibus, vniuerſa regatur, immò ſubuertatur Eccleſia?* Et Carolus V. Imperator Edicto grauiſsimo VVormatiæ cõtra Nouatores Orthodoxæ & Catholicæ Religionis promulgato de quo Gulielmus Zenochares in eius vita, Lutherum pronunciauit nõ *hominẽ* ſed *Diabolum ſub humana ſpecie, qui in perniciem humani generis permultas olim damnatas hæreſes in vnam ſentinam congeſſerit*. Quid aliud effecit inſignis ille Apoſtata, quam quod Orbem terrarum, pro quo Chriſtus paſſus eſt (vt de Arrianis loquebatur S. Hilarius) Diabolo magiſtro ſuo condonauit? Et quod ſcribit Mornæus de eodẽ, & paucis eiuſdẽ conditionis ſodalibus, Deo per eos detonante, innumeros excitatos, qui his organis expergefacti animari opus habebant: quidni de Arrio, ac eiuſdem fautoribus, qui eius hæreſim promulgauerũt, initio Arriani, aut etiam de quouis Hæreſiarca, & impoſtore Mahumete aſſeclæ ſcribant? Sed quomodo *Deo per eos detonante*? Nam conſtat, aliquando Lutherum publicè dixiſſe, rẽ iſtam non eſſe propter Deum cœptã, nec propter Deum finiendam.

Caroli iti Quinti.

Quòd verò Lutheri, & ſodalium eodẽ zelo percitorum, eodem ſpiritu impulſorum inſtitutum, aut quæ profeſsio? Mornæus:

Audent illi inter tantum faſtus Babylonici ſplendorem, tantum meretricij ſtibij nitorem Belluã proprio nomine compellare; in medijs gladijs, gurgitibus, flammis, magiſtratuũ ſæuitie, plebis furore, ſatellitum rabie. Pag. 643

SIc Core, Dathan, & Abirõ Num. 16. & pauci ex filijs Iſrael aduerſus Moyſem, & Aaronẽ ſteterũt, ſpreta Dei authoritate, qui eos ſe inſtituiſſe duces populi tot tantisq; ſignis cõteſtatus erat, nihil prætereа veriti tãti populi obſequẽtis & ad nutũ eorũ parati multitudinẽ, eos acerbioribus verbis aggreſsi ſunt: & ſi Semei filius Gera 2. Reg. 16. auſus eſt maledicere, & mittere lapides cõtra Dauid, & cõtra vniuerſos ſeruos Regis Dauid, omni populo & vniuerſis bellatoribus à dextro & ſiniſtro latere Regis incedentibus, verbis procacibus eũ aggrediens: *Egredere, egredere vir ſanguinũ, vir Belial &c.* quid noui, ſi homines perditiſsimi, & obſtinatæ malitiæ in iudicium magni Dei proſcripti, ſanctiſsimi Pontificis nomẽ in *Belluam*, aut *Antichriſtum* conuerterint? Nõ eſt diſcipulus ſupra magiſtrum: ſi Patrẽ familias vocarunt

Digitized by Google

carunt Belzebut; quantò magis domeſticos eius? Quanta vero clemētia & manſuetudine Romanus Pontifex, & Catholici Principes egerint, vt eos ab errore & inſania reuocarēt, notū eſt. Neq; malū adeò ſerpſiſſet, aut tā altas egiſſet radices, ſi ubi primū de Lutheri pertinacia cōſtitit, in eum, eiuſq; libros ſupplicio ignis animaduerſum fuiſſet. De Carolo V. ſcribit Surius anno 1531. quod eius improbitatē neutiquam tuliſſet, niſi eum grauiſsima, eaq; ferè perpetua bella retardaſſent. Atque cum illa profana nouitas non modò apertè bellum Pontifici indixerit, ſed & Germaniam armis turbarit, Imperij, Regum, ac Principū dignitatem in diſcrimen adduxerit, ſubditos in eos armauerit, priuata & publica, ſacra & profana miſcuerit; audet tamen iſte ſcribere *in medijs gladijs, gurgitibus, flammis, magiſtratuum ſæuitie, plebis furore, ſatellitum rabie, Deum per eos detonuiſſe*, eadem impudentia, qua olim Donatiſtæ neſcio quos ex ſuis mortuos à Catholicis occiſos exaggerabant. *Cum quotidie* (reſpondet S. Aug. lib. 3. contra Creſcon. c. 42.) *veſtrorum incredibilia patiamur facta Clericorum, & Circumcellionum multò peiora, quàm quorumlibet latronum atque prædonum*: & ibidem, & Epiſt. 50. recenſet eorum crudelitates in Catholicos. Si aliquando ſupplicium ſumptum de Lutheranis, vel Caluiniſtis, ad iuſtiſsimis legibus à Magiſtratibus decretum eſt in homines facinoroſos diuinæ, & humanæ Maieſtatis reos, hoſtes Religionis, & Reipublicæ. Ab iſtis verò incendiarijs, profanis, latronibus, & ſicarijs furijs infernalibus agitatis, ſi, quæ clades Reipublicæ Chriſtianæ ſunt illatæ, & quę crudeliter in Catholicos promiſcuè perpetrata, nullo ſexus, ætatis, ordinis habito diſcrimine, recēſere vellem, in immenſum Volumen excreſceret; vt pernicioſa illa hæreſis rectè intelligatur Mulier illa Apocal. 13. cui inſidet Lutherus, vita, moribus, & doctrina beſtialis.

In Sedbarios clementer actum à Romano Pont. Catholiciſque Principibus.

Inde & in omnibus gentibus iuuenes, ſenes, fœminæ, infantes, his auſpicijs, id coram aſſerere, palam profiteri.

Pag. 643

NIhil mirum, ſi Lutherus tam multis impoſuerit, cum arcta ſit via, quæ ducit ad vitā, lata, quæ ad perditionē; cum plures ſequantur ſenſum, quàm rationē; ille verò multa ſenſui, & carni indulgeret, facilius ad cælum iter traderet, nihil pœnitentia opus eſſe, ieiunia, preces, vigilias, & alia pietatis exercitia nihil ad ſalutem cōferre doceret, quæ certè plauſibilia erant, & hominum libidini, ventri, auaritiæ, cæteriſq; vitijs deditorum auribus libenter excipiebantur. Proſequitur:

Vnde tam multi Luthero ſe adiunxerint.

In infirmitate illi ſuā potentiā, in ſimplicitate ſolertiā, in humilitate ſuperbiā, in patiētia crudelitatē, edomant, cōtundūt, cōfundūt; In puritate præſertim dogmatum, ſummo Dei beneficio Euangelium luci reſtituunt; in martyrij conſtantia primitiuæ Eccleſiæ fidem quaſi rediuiuam exhibent.

Pag. 643

SEd quàm Lutherus, & ſodales potentiam edomuerunt, contuderunt, cōfuderunt? Nō vtique Pōtificis. Lutherus quidem has voces aliquando iactabundus emiſerat: *Certus ſum, dogmata mea habere me de cęlo: dogmata mea ſtabūt, & Papa cadet: Deus viderit, vter primò feſſus defecerit, Papa, an Lutherus*; cecidit tamen Lutherus, & dogmata eius ab Vniuerſali Concilio Tridentino ſunt damnata, & multæ Prouinciæ in Germania ipſa priùs Lutheranæ, in Zuinglij, aut Caluini partes tranſierūt; vt paulatim in fumum abeant illius dogmata; ſic enim magiſtri mēdaces ſuperinducent ſibi celerem perditionem. At verò Papæ dogmata, quæcunq; Eccleſia Chriſti & Fides Catholica paret, ſalua ſunt & integra, etiamſi Lutheranis, & Mornæo ilia rumpantur; portæ enim inferi nunquā pręualebunt aduerſus Sedem Romanam. Quā igitur aliam potentiam edomuerunt, contuderunt, confuderunt? Nam plus minus ſeptuaginta hominum millia ex his, qui Luthero fauebant, immiſsis in eos vltione diuina Principibus, interempta ſunt: & Lutherani Proteſtantes in Germania à Carolo V. memorabili pręlio ſuperati ſunt: Zuingliani item ab Heluetijs Catholicis pluribus prælijs attriti: Caluiniſtæ perduelles Regni in Gallia plures clades acceperunt, & ad internecionem deleri potuerūt, niſi Chriſtianiſsimi Reges, vt olim Reges Iſrael, clementes, ſpe aliqua de eorum reſipiſcentia & ſalute concepta, eoſdē ſeruatos voluiſſent. Quę fuerit Lutheri patiētia, & humilitas, ex eius ſcriptis abundè colligi poteſt. Sanderus lib. 7. de viſib. Monarch. Eccl. ad an. 1514. vbi productis ex eius ſcriptis aliquot teſtimonijs oſtendit, eum fuiſſe elatum & ſuperbum, quod ipſum hęretici animi non paruum eſt ſignum, ſubijcit: *Sed quid ago? Omnia ſcripta Lutheri pleniſſima ſunt iſtiuſmodi portentorum, quæ nihil niſi elationem, ſuperbiam, & arrogantiam ſonant: et certè hęc permagna eſt hęreſeos nota; diſcipuli enim Chriſti diſcunt ab eo, quòd mitis fuerit & humilis corde.* Sed Caluini ipſius de Lutheranis iudiciū audiamus. Vltima admonitione ad VVeſtphalū, quod apud Mornæū debet eſſe magnæ authoritatis. *Lutherani* (inquit) *ſunt bruti homines, qui ne guttam quidem ingenui pudoris retinent, nec Dei, nec Angelorum iudicium magnopere curant: pleni furioſo impetu, nugatoria leuitate, cęca petulantia, canina improbitate, Diabolica ſuperbia feroces, omni humanitate ſpoliati, vertiginoſi Cyclopes, ſuperba factio Gygantum, latrones, phrenetici, proterui, beſtiæ.* Item lib. contra Heſſuſium, Lutheranos appellat *homines improbos, rabioſos, mancipia Sathanæ, quæ Diabolus horribili modo faſcinauerit*; item *canes, nebulones, & impios ſpiritus.* En quos ſimplices & humiles ad reſtituendum Euangelium, vel ex magni ſui Antiſtitis teſtimonio, nobis Mornę obtrudit? Scriptores Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ connotant arrogantiam Neſtorij, quòd omnes Pa-

Lutherus nō edomuit potentiam Romani Pont.

Nec aliorū Principum.

Lutherus ſuperbiſſimus.

Caluini de Lutheranis iudicium.

tres præ ſe deſpiceret, eorũ libros verſare contemneret, ſeq; omnibus præſtantiorem duceret. An igitur humilis Lutherus, qui Patres reijcit, nihil curat, ſi mille Auguſtini, mille Cypriani contra eum ſtent? Qui & ſcribẽs ad Regem Angliæ, *Nec ego quæro (inquit) quid Ambroſius, Auguſtinus, Concilia, vſus ſæculorũ dicunt; nec opus mihi fuit Henrico Rege magiſtro, qui me hæc doceret, qui adeo pulchrè ea noueram, vt etiam impugnarim.* De eodem Surius ann. 1522. *Librum edidit hoc titulo: Aduersùs falsò nominatum Eccleſiaſticorũ ſtatum, Papæ & Epiſcoporũ. In hoc libro ſe Euangeliſtã, & Eccleſiaſtem Dei vocat. In Prologo ſic habet: Doctrinam meam ego nolo iudicari à quocumq;, nec ab Angelis omnibus. Cùm enim certus de ea ſim, volo per eam & veſter (ſcilicet Papæ & Epiſcoporũ) & Angelorum quoq; iudex eſſe.* Et an. 1525. de eodẽ: *Rectum ait permanere oportere, quidquid ipſe et doceret & ſcriberet, etiamſi totus mundus ea cauſſa diſrumperetur.* Anno 1530. *Eodem anno quidam amicus ex Luthero percũctatus eſt, cur in Epiſtola ad Romanos c. 3. vertiſſet Germanicè, hominem ſola fide iuſtificari, cum tamen verba Pauli id non haberent, & eo ipſo anſam præberet Pontificijs verſionem ipſam calumniandi. Tũ ille intolerabili quadam arrogantia reſpondit, ſi ſciuiſſet, Pontificios omnes in vnum conflatos, vel vnum caput Scripturæ diuinæ rectè poſſe vertere Germanicè, libenter eorum opem ſe imploraturũ fuiſſe ad transferendum nouũ Teſtamẽtum.* Et poſt pauca: *ſi Papiſta tuus, inquit, multa vult garrire de hac voce, ſola, ei cõfeſtim reſpondeto: Doctor Martinus Lutherus vult ſic habere, atq; Papiſtam, & Aſinum eſſe vnum.*

Sic volo ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.

Nolumus enim Pontificiorũ eſſe diſcipuli, ſed magiſtri ac iudices. Subiungit Surius: *Hæc quidem ille neſcio qua phreneſi correptus, & inſania temulentus: quæ ſanos ac ſobrios homines facilè auertunt, ne tali portento vlla in re fidem adhibere velint. Si Catholici ſic ſcriberent, immò ſi Romani Pontifices tantum ſibi ſumerent: quot conuitiorũ plauſtris in illos inueherentur fratres Euangelici? Porrò cùm Lutherus apoſtata infamis ita loquitur, non eſt aliud, quàm Chriſti Euangelium.*

O cæcas hominum mentes, ò pectora cæca.

En qualem & quam humilem obtrudit nobis Mornæus qui cum ſuis ſodalibus in puritate dogmatum Euangelium luci reſtitueret? Innumera alia horrendi iſtius portenti arrogantiæ ac ſuperbiæ teſtimonia procliue nobis eſſet citare. Mornæus:

Pag. 643 *Adeo vt exiguo tempore ſolidæ nationes à ſede Romana deficiant, multi Reges et Principes, ex ijs ipſis, qui in portentoſam illam molem plus contulerant, eius iam ſpolijs onuſti glorientur; prodeant omni ex parte pij & docti viri, qui zelo Dei accenſi, molem hãc ſuis laboribus propediem ſuccubituram ſtrenuè ſubruant.*

SI aliquæ Nationes ab Eccleſia Romana defecerunt; aliæ acceſſerunt iuxta verbum Chriſti Matth. 22. *Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Iob 34. *Conteret multos & innumerabiles, et ſtare faciet alios pro eis.* Sic enim ruinas Angelorum ex hominibus Deus repleuit; nam, vt Diabolus, & Angeli eius à Deo, & ſocietate ſanctorum Angelorũ defecerunt; ſic intelligẽdi ſunt Lutherus & ſodales à Sede Romana, à communione, inquã, Sanctorum defeciſſe. Multi quidem, fateor, Lutheri, & aliorum Hæreſiarcharũ præſtigijs miſerè decepti, à Sede Romana defecerunt; ſed longè plures in ampliſsimis noui Orbis, atque remotiſsimarum gentium vaſtiſsimis regionibus acceſſerunt, quibus nondum nomen Chriſti, aut Euangelium innotuerat. Quod defecerint ſolidæ illæ nationes ab Eccleſia Romana: hoc eſt, qđ ſcribebat S. Cyprianus lib. de vnit. Eccleſiæ c. 3. *Rapit inimicus de ipſa Eccleſia homines, vt cum Euangelio Chriſti, & cum obſeruatione eius, et lege non ſtantes Chriſtianos ſe vocent, & ambulantes in tenebris habere ſe lumen exiſtiment, blandiente Aduerſario atq; fallente, qui ſecundùm Apoſtoli vocem transfigurat ſe in Angelum lucis, & miniſtros ſubornat ſuos, velut miniſtros iuſtitiæ, aſſerentes noctem pro die, interitum pro ſalute, deſperationem ſub obtectu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti.* Defecerunt à Sede Romana nimirum, vt ſubdit idem Sanctus Cyprianus, *nõ nos ab illis, ſed illi à nobis receſſerunt. Et cum hæreſes, & ſchiſmata poſtmodum nata ſint, dum conuenticula ſibi diuerſa conſtituunt, veritatis caput atque originem reliquerunt.* Iſti ſunt, de quibus ſcribit D. Ioannes Epiſt. 1. cap. 2. *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis. Si enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum.* Sed defecerunt illi ab Eccleſia Romana: ad quam meliorem, & veram in terris agentem ſe contulerunt? Siquidem oportet eſſe veram aliquam Chriſti Eccleſiam vſq; ad finem Mundi perſiſtentem; alioqui nemo membrum Chriſti eſſet, nemo ſpiritu eius viuificaretur, aut ſalutis cõpos fieret. Si non erat vera Chriſti Eccleſia Romana, à qua defecit Lutherus; quænam igitur illa erat præter hanc, ad quam ſe contulerit? Non adiunxit ſe Græcis, non Aethiopibus, non Bohemis, qui antiquiores eo Eccleſiam ſibi vendicant; igitur abſque omni controuerſia nouam Eccleſiam ſuper ſe ipſum ædificauit. Itaque oportuit hanc Eccleſiam, ad quam à Sede Romana defecerunt, à Lutheri perſona primam ſuam originem ducere; indeque *Lutherani* ab authore primo dicti, non ad Eccleſiam Chriſti, ſed Lutheri pertinent, nomine Chriſtiano iam indigni. Sic enim ſcribit Sanctus Athanaſius Orat. 3. contra Arrianos: *Nunquam populus fidelis ab Epiſcopis ſuis, ſed à Domino, in quem creditum eſt, nomen accepit. Illi verò, qui aliunde originem ſuæ fidei deducunt, meritò authorum ſuorum cognomenta, vt ad quos pertineant, præſeferunt. Quapropter cum omnes à Chriſto Chriſtiani & eſſemus & diceremur, exploſus eſt Marcion inuentor hæreſis: reliqui autem, qui cum exploſore Marcionis remanſere, Chriſtiani titulum retinuerunt; qui verò ſecuti ſunt Marcionem, non iam inde Chriſtiani, ſed Marcionitæ appellati ſunt.* Qui Sedi Apo-

ſtolicæ

Lutheri ſuperbia.

Multæ Nationes loco

Lutheranorum ad Eccleſiã Rom. acceſſerunt.

Lutheranorũ defectio opus Diabolicum.

Lutheranorũ Eccleſiã nõ eſt Chriſti.

Lutheranorum nomen hæreticos deſignat.

ſtolicæ communicabant ante Lutherum, illi certè Chriſtiani Catholici; qui igitur inde defecerunt, & ſecuti ſunt Lutherum, non iam *Chriſtiani Catholici*, ſed *Lutherani*, hoc eſt, hæretici, ſequaces infamis illius Apoſtatæ, præcurſoris Antichriſti, qui à nemine miſſus venit in nomine ſuo, propago Sathanæ iudicandi ſunt.

Idē arguit ipſorū defectio ab Eccleſia Rom. Cætus ille, quem dicit Mornæus defeciſſe à Sede Romana, defecit vtique à communione omnium gentium, apud quas ſucceſsio Epiſcoporum, & tot Eccleſiæ conſtitutę & fundatæ, quæ omnes cum Romana Sede communicant, Romanam Eccleſiam radicem & matricem omnium agnoſcunt; non igitur cætus ille poteſt eſſe vera Eccleſia Chriſti, quæ promittebatur futura in omnibus gentibus. Hoc argumento Diuus Auguſtinus pluribus locis oſtendit, partem Donati non eſſe veram Eccleſiam, & ſchiſmaticos eſſe Donatiſtas. Et Epiſt. 161. ad Honoratum Epiſcopum partis Donati, enumeratis varijs totius Orbis Eccleſijs, *His omnibus* (inquit) *Eccleſijs nos communicare manifeſtum eſt ſicut manifeſtum eſt, vos iſtis Eccleſijs non communicare. Quærimus ergo, vt nobis reſpondere non graueris, quam cauſſam fortè noueris, qua factum eſt, vt Chriſtus amitteret hæreditatem ſuā per Orbem terrarum diffuſam, & ſubitò in ſolis Afris, nec ipſis omnibus* (ſic apud Germanos, in ſolo cætu Lutheranorum) *remaneret. Etenim Eccleſia Catholica eſt etiam in Africa, quia per omnes terras eam Deus eſſe voluit & prædixit; pars autem veſtra, quæ Donati dicitur, non eſt in omnibus illis locis, in quibus & litteræ, & ſermo, & facta Apoſtolica cucurrerunt*. Si aliquid momenti habet argumentum D. Auguſtini contra Donatiſtas; & eodem Lutheranos, ac Mornæum omnium hæreſeum cloacam vrgere poſſumus. Defecerunt illi à Sede Romana; ſed nullo iure, nulla authoritate, pernicioſo ſchiſmate, ſicut olim à Moyſe & Aarone Num. 16. Core, Dathan, & Abiron defecerunt. Præcipit Dominus vniuerſo populo, vt recedant à tabernaculis hominum impiorum, ne inuoluantur in peccatis eorum; ita Chriſtianis omnibus ſub pœna anathematis æterni præceptum eſt, ne à communione Romani Pontificis legitimè à Deo vocati tanquam Aaron, quem Paſtorem Eccleſiæ ſuæ Deus præeſſe voluit, diſtrahi ſe patiantur. Eadem enim vltio diuinæ iræ, & interitus æterni, quę de ſchiſmaticis illis, de Lutheranis, & etiā Caluiniſtis, ac colluuie omnium hæreticorum à Sede Romana deficientium haud dubiè ſumenda eſt.

Pag. 643 Laudat iſte factionis Lutheranæ Principes, quòd bona Eccleſiarum, quæ in eas religioſi Principes contulerant, ſacrilegè deprædati ſint ac ſuſtulerint. Nil mirum. Nam & Iulianus Apoſtata laudatus iſti Princeps, quòd ea, quæ largitus fuerat Eccleſijs religioſiſsimus Princeps Conſtantinus, diripuerit.

Pag. 643 Quod de doctis viris, ac pijs iſte ſcribit zelo Dei accenſis, qui molem iſtam Papatus ſuis laboribus propediem ſuccubituram ſubruāt; doctrina, pietas, & zelus Dei, iſtius ſententia non alibi conſiſtunt, quàm vt quis irreconciliabile bellum Sedi Romanæ indicat, conuicia iaciat in Pontificem, eum *Antichriſtum*, *Beſtiam Apocalypticam*, Eccleſiam Romanam *Meretricem prædicet*. Hoc verò vaticinium de ſubruendo Papatu, non diſsimile ſtultiſsimo mendacio Paganorum, cuius meminit D. Auguſt. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 54. ſubruendam fuiſſe Religionem Chriſtianam, nec vltra 365. annos duraturam, quorum vanitatem rei euentus oſtendit; item vaticinio Lutheri: *Dogmata mea ſtabunt, & Papa cadet*, vbi mentita eſt iniquitas ſibi; nam Papæ manet ſua dignitas, Lutheraniſmo paulatim in fumos abeunte, & iam è multis locis, vbi prius recepta erant, dogmatibus Lutheri proſcriptis. *Vaticiniū de ſubruendo Papatu, quale ſit.* Sed vnde didicit Mornæus, propediem ſuccubituram, ſubruendam molem Papatus? An in ſomnio, vel viſione id illi oſtenſum? Nam Danielis cap. 2. in ſtatua Nabucodonoſori Regi in ſomnio oſtenſa præſignificari quatuor Imperia futura per Orbem, deinde ea ruitura, Danieli diuinitùs fuit reuelatum. An igitur nouus iſte Prophetes, cui Romanam Sedem ruiturā, Papatum ſubruendum Deus manifeſtauerit? Aut quo argumento id conijcit? Nam ſi ex præteritis de futuris ſumenda coniectura; omnes Hæreticorum, & Tyrannorum machinæ contra hāc Sedem nihil hactenus potuerunt; vt non aliò referenda ſit promiſsio illa Chriſti Matth. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam:* & tanta nunc maieſtas eſt Romanæ Sedis, quanta vnquam ſuperioribus temporibus; vt non dubium, eam deinceps ad ſupremum Mundi diem ſaluam & incolumem permanſuram, rugiant, inſaniant, diſrumpantur noui Dogmatiſtæ, quos ſatis probaſſe oportuit, nonniſi irrito conatu hanc Sedem oppugnari; & hoc eſſe Gigantum more Iouem è cœlo deturbare velle, &, quod aiunt, *ἀδύνατα* *ſpeūr* *impoſſibilia ſectari*.

Sed Mornæus ex præſenti rerum ſtatu monet non debere quemquam commoueri:

Nec verò nos præſens rerum ſtatus commoueat; in die vna, in hora vna, in momento adeò vno opera eius perficiuntur; perficiundum haud dubiè hoc ipſum opus. Et iampridem ſanè quaſi de re geſta, propinqua certiſſima Angelus vociferatur, & ingeminat; Cecidit, cecidit Babylon. Pag. 643

HOc igitur argumentum eſt Mornæi: in die vna, in hora vna, in momēto adeò vno opera Dei perficitur; ergo ſubruēda eſt moles Papatus. *Refellitur ratio, qua Mornæus id vaticinium probat.* Vbi principium valde commune eſt, ad illam concluſionem relatum, nec habet vllam cum illa connexionem; & cum ex veris nonniſi verum deducatur, impoſsibile eſt, falſam hāc concluſionem ex illo vero principio deduci;

ſed

Digitized by Google

ſed multò rectius inde deducetur iſta alia; ergo Mornæus,& omnes Lutherani, ac Caluiniſtæ, ac quotquot à Sede Romana deficiunt, in die vna, in hora vna, in momento adeò vno ad inferos rapientur. Nam ſcriptum eſt, ſchiſmaticos illos Core, Dathan, & Abiron cum ſuis ſequacibus, quòd à Moyſe & Aarone defeciſſent, in momento vno, Deo hoc opus perficiente, hiatu terræ abſorptos, & ad infernum viuos detruſos fuiſſe: ſchiſmatici verò illi Lutheranos, Caluiniſtas, & reliquos Sectarios referebant, Moyſes & Aaron Summus Sacerdos præfecti populi Dei Summum Pontificem Paſtorem vniuerſi Chriſtiani gregis. Ingeminat quidem Angelus: *Cecidit, cecidit Babylon*, quo caſus illius Ciuitatis, quæ Babylonis nomine ſignificatur, certiſsimè futurus prędicitur; ſed Romanam Apoſtolicam Sedem, *Babylonem* eſſe blaſphemia eſt Aduerſarij, non ſenſus Scripturæ: & iubentur ibidem Sancti Apoſtoli, & Prophetæ ſuper eam exultare, hoc eſt de eius ruina, *quoniam iudicauit Deus iudicium veſtrum de illa*. Non igitur nomine Babylonis poteſt intelligi Eccleſia Romana, quæ colit adeò religioſè Sanctos Apoſtolos & Prophetas, immò & reliquias ac imagines Sanctorum veneratur; ſed magis intelligitur vniuerſitas impiorum, cœtus, inquam, Lutheranorum, & Caluiniſtarum ſymmiſtarum Mornæi, qui blaſphemant eos, qui in cœlo habitant, Sanctos coli prohibent, *Idololatriam* appellant cultum eorum & venerationem, quæ à pijs fidelibus eorum reliquijs & imaginibus exhibetur. Iſti ſunt igitur illa impia Ciuitas, de qua Deus iudicaturus eſt iudicium Sanctorum Apoſtolorum & Prophetarum. Mornæus:

Sed abſit etiam vt nos alterum, quod ſequitur præconium, negligamus; Exite ex ea populè mi; Nos quibus eam cognoſcere diuinitus datum &c. Pag.643

QVemadmodum perfidis Iudæis diuinitùs datum ex Scripturis verum Meſsiam agnoſcere, ita Mornæo veram Chriſti Eccleſiam: & tam verum eſt, Babylonem illam, cuius in Apocalypſi futura ruina prædicitur, Eccleſiam Romanam vel molem Papatus intelligi, quàm illum verum fore Meſsiam, quem Iudæi poſt tot ſæcula à Chriſto vero Meſsia Redemptore Mundi nato præſtolantur. Quomodo *Babylon* Eccleſia Romana, cum qua mirificè conſpirant in eadem fidei doctrina omnes Chriſtiani Orbis Eccleſiæ? ut verò ſcribebat Tertullianus lib. de præſcript. c. 29. *quod apud multos vnum inuenitur, non eſt erratum, ſed traditum*: & hæc, præter cætera, ratio retinebat D. Auguſtinum in Eccleſiæ Catholicæ gremio, conſenſus populorum atque gentium. Non igitur in ea confuſio, inconſtantia, ac varietas doctrinæ; non vtique poteſt intelligi nomine Babylonis, quæ confuſionem ſignificat, ſed magis horum Sectariorum cœtus, qui in Lutheranos Rigidos, Molles, Sacramentarios, Zuinglianos, Caluiniſtas, eoſque Puritanos, Proteſtantes, & tot hæreſeum portenta, ac immundos ſpiritus, qui à Luthero prodierunt: de quibus Fridericus Staphilus parte. 3. ſuæ Apol. *Diuiduntur, ſubdiuiduntur; vt vix tres aut quatuor reperias ſibi inuicem conſentientes; vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui: Babylonis nomine intelliguntur*; vt quod Tertullianus loco citato de priſcis hæreticis ſcribebat, de iſtis rectè intelligatur: *Mentior, ſi non etiam à ſuis regulis variant inter ſe, dum vnuſquiſque proinde ſuo arbitrio modulatur quæ accepit, quemadmodum de ſuo arbitrio ea compoſuit ille, qui tradidit: agnoſcit naturam ſuam, & originis ſui morem profectus rei.* Cum itaque veritas ſemper vna ſit, & vbique ſui ſimilis, mendacium varium, inconſtans, ac multiplex, & ſubinde in alias & alias formas transformetur: illam apud nos eſſe; iſtos nonniſi errores & mendacia pro illa venditare, vel inde ſatis conſtat. Igitur his verbis Apocalypſis citatis à Mornæo: *Exite ex ea populè mi*, non iubemur à Sede Romana deficere, ſed magis à cœtu impiorum hominum ſchiſmaticorum, hæreticorum, Babylonis Ciuium, ne inuoluamur in peccatis eorum.

Babylon non ſignificat Eccleſiam Rom. ſed Sectariorum cœtus.

Poſtremò Mornæus, quæ vſitata eſt hæretici impudentia, Eccleſiam Romanam *Sodomam ſpiritualem* nominat, ex qua, Deum orat, nos tanquam Loth ſua miſericordia retrahat: *Segor* verò, paruam illam Ciuitatem, in qua iuſſus eſt Loth ſaluari, Eccleſiam ſuam, puſillam licet & oculis Mundi contemptam, interpretatur, quam vult nos attingere, antequam fulmina ſua in Babilonem depluat. Hæc interpretatio tàm mendacio nititur, quàm noſtra veritate, ſi cœtum Lutheranorum & Caluiniſtarum *Sodomam* illam *ſpiritualem*, quam flammæ vltrices è cœlo manent, interpretemur. Nam ipſe Lutherus, referente Surio, fatetur, ſuæ Sectæ homines vel decuplò Sodomitis peiores euaſiſſe. Caluinus verò Mornæi & eius gregalium Antiſtes ac parens, ob horrendam præpoſteram libidinem ſolum vertere coactus eſt, & Bezam fidum eius Achatem non puduit neſandos ſuos amores impudicis verſibus decantare, & euulgare. Quòd pro ſua Eccleſia, & paucitate ſuorum, Loth, & Segor paruæ Ciuitatis exemplum producit: idem Donatiſtæ fecere, teſte D. Auguſtino lib. de vnitate Eccleſ. cap. 13. qui vt Eccleſiam in ſola Africa apud partem Donati remanſiſſe docerent, ſumebant argumentum à varijs Scripturæ locis, quibus vel vnus ex omnibus, vel pauci ex multis Deo placuerunt, vt Enoch Geneſ 5. Noe cum coniuge & filijs Geneſ. 7. *Adiungunt etiam* (inquit) *de Loth, quod ſolus cum filiabus de Sodomis liberatus ſit.* Quos vrget D. Auguſtinus: *Si his exemplis paucitatem à nobis credi volunt, quia ex Scripturis deprompta ſunt; cur non & ipſi de Eccleſia toto Orbe diffuſa eiſdem Scripturis credunt? Et illa, & iſta vera eſſe credantur, & nulla inter nos contentio remanebit, quia nec illis veris iſta, nec iſtis veris illa impediuntur.* Subnectit inſtantiam Donatiſtarum: *Et iſta, inquiunt, credimus,* Pag.644

dimus & completa eſſe confitemur; ſed poſtea Orbis terrarum apoſtatauit, & ſola remanſit Donati communio. Ita Mornæus: Eccleſia Romana, & omnes toto Orbe Eccleſiæ, quæ cum illa communicant, à Deo apoſtatarunt, & in ſola parte Lutheri & Caluini remãſit Eccleſia Dei: ideoque pauci fideles per Loth, & Eccleſia nũc puſilla per Segor paruam ſignificata. Reſpondemus cum D. Auguſtino ibidem, iſtã vanorum hæreticorum criminationem eſſe, non Scripturæ vocem. *Probent ex Scripturis iſtam Orbis terrarum apoſtaſiam; & nihil reſiſtimus. Si autem non ea de Scripturis ſanctis legunt, ſed ſuis contentionibus perſuadere conantur, credo illa, quæ in Scriptura leguntur, non credo illa, quæ ab hæreticis vanis dicuntur.* Certè non minus ad ſalutem referebat cognoſcere veram Eccleſiam, quàm Chriſtum Mundi Redemptorem; ideoque ſicut Prophetarum oraculis Chriſtus oſtenſus eſt, ſic præmonſtrata Chriſti Eccleſia, quæ & qualis futura eſſet, nempe quod multiplicanda eſſet in omnibus gentibus, quod luce Domini perfuſa radios ſuos per totum Orbem eſſet porrectura: quam Dominus per Iſaiam cap. 60. ita alloquitur: *Ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generationem & generationem: ſuges lac gentium, & Regum mamilla lactaberis*; nimirum diuitijs Regum & gentium locupletanda, conſpicua & illuſtris futura: quæ ab ipſo Domino dicitur Matth. 5. *Ciuitas ſupra montem poſita*, quæ certum ſignum hoc habet, quod abſcondi non poteſt; nota eſt ergo omnibus gentibus: pars autem Donati (ità de parte Lutheri & Caluini, aut cuiuſuis alterius Hæreſiarchæ intellige) ignota eſt pluribus gentibus; non eſt ergo ipſa vera Eccleſia. Igitur Eccleſia Mornæi puſilla, & mundo contempta, per Segor ſignificata, non eſt vera Chriſti Eccleſia. D. Hieronymus ſcribens ad Ruſticum Epiſt. 46. *Segor* (inquit) *interpretatur paruula, quia parua fides Loth; neque enim Gomorrha quondam & erroris habitator ſtatim ad meridiem poterat peruenire, in qua Abraham amicus Dei cum Angelis ſuſcepit Deum &c.* Cum igitur Eccleſia Chriſti ab ipſo Spiritu Sancto edocta pleniſsimam acceperit fidem, & notitiam myſteriorum Dei; potius certè per *domum Abraha* ſignificatur, quam per *Segor*; maxime cum pater omnium fidelium ſit Abraham, ſicut ſcriptum eſt: *Patrem multarum gentium poſui te*, Geneſis. 17. in cuius ſemine benedicẽdæ promittebantur omnes gentes. Igitur Eccleſia Mornæi per Segor ſignificata, in qua parua immò nulla fides, ſed peſtiferorum errorum ex hæreſibus antiquis & modernis collecta farrago, vera Chriſti Eccleſia non eſt. Sed manifeſtè ſecum pugnat Mornæus. Nam ſi ſolidæ nationes à Sede Romana defecerunt, multi item Reges ac Principes, & prodierunt ex omni parte viri docti, in Synagogam iſtius Archiſynagogi confluentes, vt paulò ante ſcribebat; qui fieri poteſt, vt eam puſillam, & oculis mundi contemptam conſtituant? Non poſſunt certè hæc ſimul conſiſtere. Itaque veteris prouerbij oblitus videtur, *Mendaces memores eſſe oportere.*

Nouatorũ Eccleſia p Segor, vt dicunt ſignificata, non eſt vera Chriſti Eccleſia.

Mornæus in contradictione deprahenſus.

Atque hæc habui, Chriſtiane Lector, quibus Myſterium iniquitatis Aduerſarij refellerem: quo ſuo Opere quam ſtabilis ſit & inconcuſſa Sedis Apoſtolicæ Romanæ authoritas, vel inuitus demonſtrat. Nã ab anno 195. Progreſſus Pontificatus exordiens, ſingulisq; ſuas Oppoſitiones ſubijciens, & ſuam Hiſtoriam Papatus à Victore tum ſedente ad Leonem X. (quo Pontifice Lutherus Patriarcha omnium Hæreticorum noſtri ſæculi ſuis peſtiferis erroribus Germaniam primùm infecit) deducens, quàm imbecilles fuerint humanæ vires aduerſus Romanam Eccleſiam, inanes & irriti conatus eorum omnium, qui ſe oppoſuerunt illi Sedi, abũdè docet: vt quẽadmodum, interprete D. Auguſtino lib. 11. de Geneſ. ad Lit. ca. 22. & lib. 11. de Ciuit. Dei ca. 15. & 17. Diabolus dicitur, Iob 40. *initium figmenti Domini, quod fecit, vt illudatur ab Angelis eius: quoniam ſic illuditur, cum Sanctis proſunt tentationes eius, quibus eos deprauare conatur, vt malitia, in qua ipſe eſſe voluit, eo nolente, ſit vtilis ſeruis Dei*; ſic illudendus ſit ipſe: qui cùm Romanum Põtificatum tanto odio, tam impotenter impiè ſit aggreſſus, ac toto Opere hoſtiliter perſecutus; eo tamen ſit vtilis, quòd Pontificum Romanorum, qui præfuerunt Vniuerſali Dei Eccleſiæ, ſucceſsionem inter tãtas oppoſitiones nobis referat, à tot inimicis non potuiſſe opprimi Sedem illam euidenter demonſtret; proinde faciat, vt ſi quis Romanorum Hiſtoriam deſcribens, eos continuis bellis ab hoſtibus impetitos referat, incolumi ſemper Republica de hoſtibus triunphante, eoſque in ſuam poteſtatem redigente; cum tamen nõ eas promiſsiones haberet, quas Dei Eccleſia, vt nulli caſui vel interitui obnoxia foret. Eſt enim Eccleſia Catholica Apoſtolica Romana, domus illa Matth. 7. à ſapiente viro ædificata: deſcendit pluuia, venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit; fundata enim erat ſupra petram. Hæc inter aduerſarios modo per tot aduerſa militans, calcatis hoſtibus triumphans, in æternum regnatura, cum tradiderit Chriſtus Regnum Deo, & Patri, & erit Deus omnia in omnibus. Hanc, pro qua libenter impendam & ſuperimpendar, contra hoſtes ſuos, in primis contra authorem iſtum Myſterij iniquitatis, pro modulo meo defendẽdam ſuſcepi: Pontifices ipſos ab eiuſdẽ calũnijs & impoſturis vindicaui: non modò eius infidelitatem, quæ ſatis omnibus patet, ſed & dolum malum in citandis locis Scripturæ, ſacrorum Conciliorum, ſanctorum Patrum, & quorumuis Authorum teſtimonijs producendis, quoties in pęnã legis Corneliæ de falſis, corrumpendo, mutilando, peruertendo, extrema ponendo, partem citando, partem ſubdolè comprimendo, inciderit, demonſtraui: occurrentes errores confutaui: noſtra confirmaui, me ipſum, & omnia mea iudicio & cenſuræ

Sanctæ

Digitized by Google

Sanctæ Romanæ Eccleſię humillimè ſubijciēs. Si illa me iuſtificabit; quis eſt qui condemnet? Hoc vnum mihi propoſui, vt bonos in fide ſaluifica Catholicæ Chriſti vnius Eccleſiæ, ſine qua *nemo Deo placere poteſt*, cõfirmarem, Sectariorum fraude, & iſtius impoſturis deceptos ad eiuſdem Eccleſiæ, quæ *columna eſt & firmamentum veritatis*, *& extra quam nemini ſalus*, caſtra reuocarem. Si quid præſtiterim, quod ad id iuuet, id totum Dei in me bonitati, qui dedit velle & perficere pro bona voluntate, acceptum fero.

Ipſi ſoli immortali & inuiſibili, qui dat laſſo virtutem, & his, qui non ſunt, Iſaie *fortitudinem & robur multiplicat, Sanctiſſimæ Deiparæ Virgini, Beato Patri Aurelio Auguſtino luminari magno Eccleſiæ, & malleo hæreticorum laus perennis per æterna ſæcula.*

Digitized by Google

APPENDIX
AD ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem 63. quam, ſi liber iterum cudatur, ſuo loco inſeri velim: is autem eſt pag. 296. inter ea verba columnæ 1. lin. vlt. *magis ſecurus eſſet*, & ea col. 2. lin. 12. *De Dietheri*, Inde enim hucuſque ſic proſequi iam lubet:

Rouocationem verò à Papa ad futurum Concilium, quam ille interponebat, meritò Pius ſecundus edita Bulla anno Domini 1459. & Pontificatus ſui ſecundo, quam obiter attigimus Antidoto contra Progreſſum 63. damnauit, ac pœnas ſtatuit in huiuſmodi appellãtes, eorumq; fautores; ſiquidem aduerſari id ſacris Canonibus, & Reipublicæ Chriſtianæ noxium eſſe. *Quis enim* (inquit) *non illud ridiculum iudicauerit, quod ad id appelletur, quod nuſquam eſt, neq; ſcitur, quando futurum ſit? Pauperes a potentibus multipliciter opprimuntur, remanent impunita ſcelera, nutritur aduerſus primam ſedem rebellio: libertas delinquendi conceditur, & omnis Eccleſiaſtica diſciplina et Hierarchicus ordo confunditur &c.* Tàm certè iuſtis rationibus edita illa Bulla, quàm iniquè à Gregorio illo Heimburgenſi impugnata. Siquidem appellationis remedium non eſt inſtitutum ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ, Ext. de Appellat. c. *Cum ſpeciali* §. *Porrò*, & ff. de Appellat. l. 1. appellatio etiam eſt ab inferiori iudice ad ſuperiorem prouocatio, vt is ſententiam prius latam reſcindat, vel in melius reformet: & virtute appellationis interpoſitæ quis conſtituitur in protectione iudicis ad quem, & eximitur à poteſtate iudicis à quo: at futurum Concilium non eſt, nec ſcitur, quando futurum ſit, vt rectè habet in ſua Bulla Pius ſecundus: quomodo ergo quis ad illud prouocabit, vel ſub eius protectione conſtituetur exemptus à poteſtate Papæ? cum Chriſtiani omnes iure diuino ei ſubijciantur. Siquidem cum Chriſtus dixit Petro: *Paſce oues meas*, nullas excepit, in c. *ſolitæ* de maiorit. & obedient. & in Extrauag. *Vnam ſanctam*. Addo, quod iudex à quo præfigere poteſt terminum appellanti ad proſequendã appellationem, quo lapſo reaſſumit iudex ipſe iuriſdictionem, Ext. de Appellat. c. *Ad aures noſtras*: tempus autem proſequendæ appellationis ex ſacris Canonibus, & legibus Imperatorum eſt annus, & ex iuſta cauſſa biennium 2. q. 6. *ſi quando*. §. *Tempus* Ext. de Appellat. cap. *Cum ſit Romana*, & Clement. de Appellat. cap. *Sicut*, Authent. *Et qui* C. de Tempor. appellationum, intra quod niſi appellans ius ſuum proſequatur, appellatio pronunciatur eſſe deſerta, & ad iudicem à quo cauſſa remittitur, Ext. de Appellat. §. *Perſonas Eccleſiarum*: ſed cũ non ſciatur, quando futurum ſit Concilium; quomodo terminus præfigetur appellanti, aut quando ſuam cauſſam proſequetur? Rectè igitur Pontifex dicebat, huiuſmodi appellationem eſſe ridiculam, & quod nonniſi fomentum ſit iniquitatis, & malitiæ. Pa. 584.

Verum excipiebat Heimburgius, referente Mornæo, *Cœtus erat ſupra Petrum: & ſicut ad Sedem Apoſtolicam vacantem appellari poteſt; ſic ad Concilium, quod, nondum eſt congregatum, ritè appellatur*. Sed reſpondemus, Petrum fuiſſe Ducem, & Principem ipſius cœtus, in eo fuiſſe ſupremam authoritatem Eccleſiaſticam, non in ipſo cœtu, & Chriſtum inſtituiſſe regimen Eccleſiæ Monarchicum, non Ariſtocraticum: & licet cæteri Apoſtoli paſtores eſſent vniuerſales, & iuriſdictionem haberent in omnes Chriſtianos ratione Apoſtolatus; tamen & ipſe Petrus etiam in ipſos Apoſtolos habebat primatum: item cęteros Apoſtolos habuiſſe iuriſdictionem extraordinariam, quæ non erat communicanda poſteris; at verò Petrum ordinariam, quæ in ſucceſſores ipſos propagaretur.

Quod verò obijciebat Heimburgius, paſſim omnibus Apoſtolis eſſe promiſſum, ligatum fore in Cœlis, quod ipſi ligarent in terris, *Quibus verbis* (inquit Mornæus) *primatum apertè ademptum vult*: Pa. 584.

Atqui nos excipimus, ſoli Petro dictum eſſe: *Paſce oues meas*, Ioan. 20. in quem locum Chryſoſtomus: *Os, erat Apoſtolorum, & princeps ac vertex ipſius cœtus*. & Matthæi 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claues Regni cælorum, & quidquid ligaueris ſuper terram &c.* hæc inquam, dicta non ſunt cœtui Apoſtolorum, ſed ipſi Petro, quem idem Chryſoſtomus in eum locum Matthæi, *Paſtorem & caput Eccleſiæ*, appellat, & vniuerſo terrarum Orbi à Chriſto præpoſitum docet: qui fuit ſemper vniuerſalis Eccleſiæ ſenſus.

Quod item obijciebat Heimburgius, Eccleſiam Catholicam exorare, *ſeſe per Apoſtolos ipſos continua protectione cuſtodiri, quos Saluator ipſe Vicarios tanti operis conſtituit præeſſe paſtores*; Verum & eadem Eccleſia Catholica orat: *Deus omnium fidelium Paſtor & Rector, qui famulum tuum*

N. *Eccleſiæ præeſſe voluiſti &c.* quin & Petrum ita compellat: *Tu es Paſtor ouium, Princeps Apoſtolorum: tibi tradidit Deus claues Regni cœlorum.* Sed de primatu ſatis in toto noſtro Opere.

Quod verò citabat ex Helmburgio Mornæus: *Sicut ad Sedem Apoſtolicam vacantem appellari poteſt, ſic ad Concilium, quod nondum eſt congregatum, ritè appellatur*, ambiguitate non caret. Quid enim per *Sedem Apoſtolicam vacantem* intelligit? An iudicem ad quem? At quam perſonam hoc ſenſu refert Sedes Apoſtolica vacans? Niſi fortaſſe intelligat appellationem ad Sedem Apoſtolicam vacantem, id eſt ad Sedem Apoſtolicam, quæ tunc vacat, cum interponitur appellatio, quod idem eſt ac ad futurum Pontificem, licet non à Pontifice, ſed ab iis, qui tum Rempublicam Chriſtianam moderantur; vt velit hoc argumento impugnare quod dicebat in ſua Bulla Pius II. ridiculum eſſe appellare ad id, *quod nuſquam eſt, neque ſcitur, quando futurum ſit*: nimirum quod ſicut, vacante Sede, appellari poteſt ad futurũ Pontificem, licet non ſciatur, quando ſit eligendus; ita prouocari poſsit à Pontifice ad Concilium, licet minimè ſciatur, quando cogendum ſit, aut celebrandum. Verùm reſpondemus, longè diſparem eſſe rationem. Nam magis magiſq; ſciri poteſt, quando futurus ſit Pontifex, vt qui eſt ordinarius Magiſtratus in Eccleſia, & ſine quo hæc diu conſiſtere non poteſt, quàm quando celebrandum ſit aliquod Concilium. Non itaq; ita appellari poteſt à Pontifice ad futurum Concilium, ſicut, Sede vacante, ab Eccleſiæ moderatoribus ad futurum Pontificem. Neq; rurſus poteſt (ſi forte id Helmburgius iis verbis aucupari vellet) à præſenti Pontifice ad futurum, quemadmodum in Antidoto contra Oppoſitionem 54. dictum eſt, Meinardum Comitem Tirolenſem appellaſſe à Nicolao IV. ad futurum Pontificem. Etenim ſuprema Eccleſiæ poteſtas eſt in Pontifice, non in iis, qui, vacante Sede, Rempublicam Chriſtianam moderantur: itaq; licet, vacante Sede, prouocari poſſit ad futurum Pontificem tanquam ad ſuperiorem; non tamen à Pontifice præſente ad ſucceſſorem poteſt, cum reus non prouocet ad parem, ſed ad ſuperiorem iudicem. Præterea, ſi à præſenti appelletur ad futurum, ſimiliter ab illo futuro appellari poſſet ad alium futurum; ſicque procederetur in infinitum, & lites nunquam finirentur, atque remedium iuris pro iuſtitia inuentum, contra iuſtitiam militaret. legi poteſt S. Antoninus 3. p. tit. 23. cap. 3. §. 3. & Auguſtinus de Ancona q. 6. de poteſtate Eccleſ. art. 3. Ad hæc, ſiue ad eundem, ſiue ad ſucceſſorem Pontificem non appellatur, ſed ſupplicatur. Si enim à Præfectis Prætorio nõ appellabatur, ſed ſolũ ſupplicabatur, l. 1. §. fin. ff. *de officio Præfecti Prætorio*: & de ſupplicatione contra ſententias Præfectorum Prætorio extat lex, *ſi quis*, cap. *de precibus Imperatori offerendis*; certè multò minus à ſententia Pontificis, qui eſt ſupremus Reipublicæ Chriſtianæ Princeps, appellare fas erit. q. q. 3. cap. *Ipſi ſunt: Ipſi ſunt Canones, qui appellationes totius Eccleſiæ ad huius ſanctæ Sedis examen voluerunt deferri; ab ipſa verò nunquam prorſus appellari debere ſanxerunt.* Equidem, Pontifex licet non erret in quæſtionibus iuris, in quæſtionibus tamen facti errare aliquando poſſe non diffitemur; ideo ab eius ſententia licet non poſsit appellari, vt nec à ſententia cuiuſcunq; ſupremi Principis, poteſt tamen ſupplicari. An verò teneatur admittere ſupplicationem: certè licet non poſsit quis Princeps directè tollere defenſionem; pro eo tamen præſumitur, cum proceſsit cauſa cognita; ideo non eſt dicendum, quod defenſionem tollat, ſupplicationem non admittendo, Syluester V. *Appellatio*, num. 3.

Victoria (vt ad prouocationem ad Concilium redeamus) relectione *de poteſtate Papæ, & Concilij*, conclus. 20. *Non videtur mihi* (inquit) *quod expediat, aut liceat reſiſtere mandatis Papæ per viam appellationis ad futurum Concilium &c. Certè ſi in aliquo caſu licet appellare ad Concilium; neſcio, quare non in omni caſu, vbi Pontifex facit iniuriam, immò vbi dubium eſt, vtrum faciat.* Et ſic arguit: *Vel appellatio à ſummo Pontifice ad Concilium eſt de iure diuino, vel de iure poſitiuo. Si eſt de iure diuino, & ius diuinum non diſtinguit in cauſſa grauiori vel leuiori; ergo ſi licet in aliqua cauſſa appellare, in qualibet, quantũcumq; leui licebit. Si autem eſt de iure poſitiuo; primùm nullum tale ius profertur, vbi talis appellatio concedatur, niſi forte ex aliquo Concilio moderno, & ſchiſmatico, & dubio, quale fuit Baſileenſe; nec authoritas Gloſſæ vel Panormitani, hoc tenentium eſt alicuius momenti ſine confirmatione iuris, ſi hæc non eſt de iure diuino, ſed poſitiuo: & ſi eſt aliquod tale ius; nunquam diſtinxit inter cauſſam, & cauſſam. Vnde nullo modo conſequenter loquuntur Doctores, qui concedunt, quod in cauſſis grauiſſimis à Papa poteſt appellari, non autem in aliis.* Contendit ibidem, non eſſe appellandum, etiamſi teneamus, quod Concilium ſit ſupra Papam, quemadmodum à Rege non appellatur; cum non ſit neganda tanta authoritas Papæ in ſpiritualibus, ſicut Regi in ciuilibus. Et dato quod ſecundum ſe liceret, *Dico* (inquit) *quod non expedit. Hoc probatur primò experientia, & exemplis, quæ in moralibus faciunt magnam probationem. Omnes enim appellationes hactenus factæ ad Concilium, malè ceſſerunt, & tandem dederunt in ſchiſma aliquod, vel etiam hæreſim. Secundò, quia hæc eſſet magna occaſio turbationis in Eccleſia. Nam ſi Papa timeret, ne facta eius deberent reſcindi in Concilio; nunquam vellet congregare Concilium, cum magna profectò iactura rerum Eccleſiaſticarum: & congregare ſine illo vel non licet, vel certè eſſet valde difficile. Semper enim erunt aliqui, immò maior pars, qui velint ſequi partes Pontificis: & vnus Princeps fauebit Pontifici, alius Concilio, & ſic nihil pacificè, & ad vtilitatem Eccleſiæ fieri poterit, immò erunt multò maiores turbationes.* Hactenus Victoria. Propterea rectè dicebat in ſua Bulla Pius ſecundus, id Reipublicæ Chriſtianæ valde noxium eſſe. Vnde & Iulius Papa II. hanc Pij II. Conſtitutionem

Digitized by Google

tionem confirmauit in Extrauag. *Suſcepti regiminis*, circa annum Domini 1504. vbi præcipit, tales haberi vt ſchiſmaticos, & de fide malè ſentientes: eſtq; eadem excommunicatio nunc inſerta Bullæ cœnæ Domini. De hoc argumento legi poſſunt quæ ſcribunt S. Antoninus 3. p. tit. 23. cap. 3. §. 3. & 4. Auguſtinus de Ancona Summa de poteſt. Eccleſ. lib. 3. cap. 47. & fuſiſsimè omnium Iacobatius lib. 10. de Concilio art. 1. Hæc pro defenſione Bullæ Pij ſecundi contra audaciam, & temeritatem Gregorij illius Heimburgenſis viſum eſt adducere. Nec certè mirum, ſi homo tam audax, Pontificiæ authoritatis & cenſurarum Eccleſiæ contemptor, hereticus Huſsita contra Pontificis primatum ſcripſerit, & Pium ſecundum, à quo anathematis uinculo innodatus erat, tot conuitijs proſciderit. Eiuſdem ille apud nos authoritatis, cuius Mornæus cum ſuo Myſterio iniquitatis, eius vindex. De eo, eius audacia ac temeritate, de excommunicatione in eum, & Sigiſmundum Auſtriæ Ducem lata, legi poteſt Epiſtola 400. Pij II. ad Burgimagiſtros, & Senatum oppidi Nuremberg.

Digitized by Google

INDEX

Rerum notabilium, quæ in hoc ſecundo Tomo continentur, eodem prorſus ordine diſpoſitus, quo in primo.

A.

Abbas Panormitanus Orator ab Eugenio. Baſileam deſtinatus 268. 2. D. Eius ſententia de Romani Pontificis primatu. 281 2.C. Armiger Eugenij à Mornæo dictus ibid. D. Felici V. Antipapæ adhęret, & pro Concilio Baſileenſi ſcribit. ibid.

Abbas Ioachinus exponens Apocalypſis locum de Antichriſto refutatur. 10 . . . D Quid interpretetur per ſeptem capita. 109 1 A Baronio nugax & Pſeudopropheta ibid B Falſæ eius prædictiones. ibid C. Quâtum Pontifici, & Eccleſiæ Romanæ deferat, ibid. D.

Abbas Vrſpergenſis. vide Vrſpergenſis.

Abbates non negant ſe Monachos. 35.1.B.

Abbreuiatores Romæ à quo inſtituti, & abrogati. 294. 1.A.

Abrahamus inter Chaldeos bonus. 331. 2. C. Populum terræ adorauit. 344.2.D.

Abſolutio peccatorum vnde virtutem ſumat. 351.1.C.

Abſolutiones Pontificię ſine precio dantur. 351.1.C.

Adamitæ iuſto bello à Ziſcha deleti. 265.1.D. Eorû Author, & errores ibid. & ſeq.

. . . elcis Henrici III. vxor quid ab ipſo paſſa 3 . 1.D. Euadens è carcere, ad Mathildem confugit, à qua benignè excipitur, & Vrbano Pontifici commêdatur. ibid. 2. D Huius conſilio vſa, Monaſticam vitam ingreditur. ibid. & ſeq.

Adolphus Archiepiſcopus Colonienſis meritò depoſitus & excommunicatus ab Innocentio 113 2.B. In eius locû Bruno à Canonicis ſufficitur, eique obedientia ab ipſo promittitur. ibid. C.D Adolphus à Nauclero repręhenditur ibid 2. A

Adolphus de Naſſau Rodolphi Imperatoris ſucceſſor. 179.2. D Regno per conſpirationê priuatur. 180.1.A. A Bonifacio legitimus Imperator habitus ibid C.

Adoratio exhiberi Papę ſolita, qualis 344 2. D. Qua idê adoratione colendus ſit à Regibus. 317 . . A.

Adrianus IV. Cur Romam interdicto ſuppoſuerit. 69 2. C Cur abſoluerit ibid. D. Quomodo Friderico occurrerit. 70.2.A & ſeq. Eumque coronauerit. 71 1.C. Bellum eius iuſtum in Siciliæ Regem. 71 2.B Cur è Sicilia miſſi ad eum nuncij ibid Cur legationem ad Imp. mittat. ibid D. Quæ à legatis expoſita 72.1. . Quomodo & ab Imperatore interpretata, & Legati ſuſcepti ibid. B & 74 1.B Noua Legatione Imperatorem placat 74 1 C. Vnde renouatæ diſcordię. 75.1.A. Cur aliâ Legationem ad eum mittat ibid B Meritò Fridericû notat 75.2.C. Quid Italis Epiſcopis erga Imperatorê concederet, ibid. D. Vbi mortuus, mortis cauſſa, & fabula. 76 1.C. Narratio Ioannis Satisberienſis apud ipſum nihil Mornæo prodeſt. ibid. 2. C. Eius Legatis multa impoſita 77 2 B Templarios à Hieroſolymitani Patriarchæ iuriſdictione exemit. 77.2.C. Quomodo in Patriarcham peccauerit, ſi tamen peccauit 78.2.B.

Adrianus V. aliàs Othobonus Fliſcus, quando electus. 166.1.D. Cur Viterbium petierit, & Rodulphum Imperatorem in Italiam accerſiuerit. ibid. an Conclauis inſtitutum reuocarit. ibid. 2.A Quâdo obierit. ibid. B. Cur reuocatio ab eo facta conſtitutionis de Conclaui fuerit inualida ibid. C.

Aduocatorum auaritiam mærens coarguit Petrus Bleſenſis. 110.1.D.

S. Ædmundus quis. 187.1.B.

Aegidius Albornotus: vide Albornotus.

Aegidij Cardinalis Honorij III. Legati in Scotiam auaritia. 141.2.D.

Aegyptij Monachi cur manibus laborarent. 192.2.D.

Aeneę Syluij teſtimonium de Ioanne Hus, & Hieronymo de Praga. 259.1 D Mornæus ei de Petro Dreſdenſi imponit. 258. 1 D, Quid de doctrina Ioannis Hus ſentiat 266.1.B Concluſiones Concilij Baſileenſis retractat 278 1.D Quo tempore Eugenio quarto adhæſerit. 279 1 A Legatus Friderici ad Eugeniû. 283.2.D. Calixtum III. defendit. 295.1 B. Archiepiſcopû Moguntinum ex quibus commêdet ibid. D. vide Pius II.

Agatho Papa quando Monothelitarum hæreſim damnarit. 300.2.D.

Agni Dei à Pontifice benedicti meritò venerandi contra Mornæum, quiduè ſignificent. 218.1.D. Ipſorum benedicendorum formula. ibid 2.B.

Agnus Apocalypſis quis. 340.1 B.

Alanus Charterius an ſomnium uiridarij ſcripſerit. 221. 1.C.

Alanus de Rupe Cardinalis qualis, & quid ſcripſerit. 302.2.A.

Alberici de Roſate, ſententia de Imperio refellitur. 307. 1 C.

Albertus Argentinenſis Clementi ſexto inſenſus. 209. 1.C.

Albertus Auſtriacus Adolpho Imperatori cur inſenſus. 180.1 A: Coronatur Imperator. ibi .B A Bonifacio Papa VIII. vt homicida, & inuaſor Imperij reijcitur. ibid. Cur à Ioanne Nepote occiſus. 185.2.D.

Albertus Cardinalis: vide Gregorius VIII.

Albigenſes à Mornæo defenduntur. 125.2. C. vide Vualdenſes.

Albigenſium Eccleſiam cum Vualdenſibus confundit Mornæus 97 1.D Errores ibid. 2.D. 98.2.D.

Albornotus Cardinalis Innocentij VI. Legatus in Italiam. 214 2.D Aerarium Forumlinij inſtruit pro ſumptibus belli. 215.2.A. An ab Vrbano V. in Italiam legatus ibi. C. Pontificatum amici per mortem Innocêtij ei pollicentur. 216.1.A.

Alcoranum à Papa Euangelij loco obtruſum falsò aſſeritur 352.1.C.

Alexander. III. legitime in Pont. electus. 8.2.D. 78.1.D A S. Bernardo laudatus, ibid. Quâta paſſus. 78.2.C. A quibus conſecratus. 79.1.A. Octauianum excommunicat. 79 1. D. Ab eo viciſſim excommunicatur. ibid. 2.A. Ipſius tamen ſententia iuſta. ibid. B A Friderico Imp. citatus ad Synodum, liberè iudicium illud recuſat. 80 1.B Schiſmaticus falsò iudicatus. ibid. C. Iure iudicium eius Conciliabuli recuſauit. 8.2 A In Côuentu Regni Franciæ, & Angliæ legitimus iudicatus, & receptus. 81.2. A. In Gallias rogatu Regis profectus, quomodo ſuſceptus. ibid. C.D. Concilium Turone habuit. 8 . 1. A. Audita Octauiani morte, ipſum defleuit. 82.1.D. Quid Emanuel Orientis Imp. ei obtulerit, ſi Occidentale Imperium rurſus cum Orientali coniungeret: quid is ècontra reſponderit 83. 1. A. B. Fridericus ad ipſum Legatos, pro poſtulanda pace mittit. ibid. 1.B. Eius & Friderici congreſſus, huiuſque in illum reuerentia. ibid C.D. Eius inſultatio in Fridericum fabuloſe conficta. 84.1.B, & ſeq. Romam redit rogatus. 85.1.C. Synodum Lateranenſem conuocat: quibus ex locis 85 1.D. 86.2 C. Eius obitus, & enchomia. 85.2.B. Sanctorum canonizationem ſolis Pontificibus Romanis aſſeruit, & merito, quidquid impiè calumnietur Mornæus, ibid. C. & ſeq. Bernardum Abbatem, & Thomam Cantuarienſem in Sanctos retulit. 86.1 A. Papienſem Epiſcopum cur pallio, & cruce priuauerit 86. 2. C. Portugalliæ Duci Regis titulum contulit. 87.2.A. Epiſcopos Angliæ, de quibus admonuerit 99.1.C. Quando obierit. 101.1.B. In quo & quomodo ab Archiepiſcopo Cantuarienſi repræhenſus. 111.1.B.

Digitized by Google

Alexander IV. quando electus,& qualis. 160.1.B. Quid ad Eccleſiarum Prælatos initio ſui Pontificatus ſcripſerit.ibid.C.Bellum contra Manfredum Friderici.II filium iuſtè mouet.ibid.2.B.iuſtè etiam Nuceriam vrbem oppugnat.ibid.C. Ruſtandus legatus eius nomine Crucem Londini prædicat contra Manfredũ. 161. 1.B.Quando obierit.162.2.B.S.Claram quando in numerum Sanctarum retulerit.163.1.D. Librum inſcriptum,Euangelium æternum,comburi iuſſit coram tota Curia 173.1.D. Mendicantibus contra detractores fauit.ibid.2.A.Libellos Gulielmi de S. Amore reprobauit.ibid 2.B.

Alexander V.aliàs Petrus Philargus quando,& quomodo electus.241.1.A.Sedisne inuaſor dici poſſit.242.1.A. Qualis fuerit.ibid.C.Eius obitus ibid. D.Sathanæ mancipium falsò à Mornæo dictus.ibid.2.B. Num Vuenceslaum cum Roberto commiſerit ibid Ludouicum Andegauenſem iuſtè Ladislao oppoſuit.ibid.D.

Alexander VI.aliàs Rodericus Borgia quando electus, & qualis 305.2.B.Eius virtutes.306.1.D. Impoſturæ ſcriptorum in eundem ibid 2. C. Ferdinando Rege cur Inſulas noui orbis conceſſerit.ibid.Picum Mirandulanum à pietate, & reuerentia in Sedem Apoſtolicam commendat. 329.1.B.Obit.312.2.D.

Almainus Vide:Iacobus Almainus.

Alphonſus Borgia vide:Calixtus III.

Alphonſus Cardinalis Petrucius coniurationis in Leonem X.author.319.1.B Eius exitus, ibid.Quid Leo Pont.de fide pro ipſo data ibid. D.

Alphonſus Rex Aragonum quo tempore obierit. 288. 1.D.

Alphonſus Rex Caſtellæ quando & à quibus in Imperatorem electus. 162.2.A. ab Alexandro quarto minime confirmatus ibid. Confirmato Rodolpho à Gregorio X.ceſſit iuri ſuo.164. 1.D.

Amadeus Dux Sabaudiæ ſeſe Papatu abdicat.269.1.C. vide Felix V.

Ambitio Ciceroni miſerrima. 241.1.B. an & quando peccatum mortale. 292.1.A.

S.Ambroſius quid Valenti Imp.reſponderit. 26.1.D. Qua ratione SS.Geruaſij, & Prothaſij corpora inuenerit. 216 1.A.

Amurathes Turcarum Princeps qua ſuorum cæde Vladislaum deuicerit. 74. 2. B. Quis Vladislao author fuerit abrumpendæ contra fas pacis, cum ipſo initæ. ibid.1 A.& ſeq. Quæ Chriſtum precatus, & cur is ei annuerit ibid D. & ſeq.

Anacletus.II Antipapa 39. 1 A. Quare electus.ibid.B. Eius ſacrilegia.ibid.C.Cur perpetrata.39 2.A. Sancti Bernardi de eo iudicium ibid.& ſeq.Eius fautores.41. 1.B.Cur illi adhæſerint.ibid. Lothario Imp. reſtitit. 42.2.D.

Anaſtaſius.IV. Qualis. 69.1.D.

Andreas Carnienſis: vide Carnienſis Archiepiſcopus

Andronicus Paleologus quam indigne ſe circa Michaelis Patris ſepulturam habuerit,curuè. 175.1 A.

Angelos à Papa excommunicari poſſe Mornæi impoſtura eſt. 201.1.D.

Angelus Corrarius:vide Gregorius XII.

Angli ob Ioannis Hus, & Hieronymi de Praga combuſtionem ſæuiunt in Catholicos. 259 1.A.

Anglicani Epiſcopi non de Romani Pontificis auctoritate,ſed Innocentius nè,an Anacletus eſſet legitimus Pontifex,dubitarunt. 52.1.C.

Angliæ Epiſcopi quomodo Ruſtando Legato reſtiterint in cauſſa exactionis Pontificiæ.171.2. A. Cur,& quo authore,à Ioanne Rege ſuo defecerint. 141.2.B.

Angliæ Optimates à Ioanne Rege deluſi,deficiunt.123. 2.B Quid hic Regius Senatus, quid Pontifex à Legatis ſcilicet Regis deceptus ibid.C.D.124.1.B. Ipſi indignati arma capiunt.ibid. D. Quid rurſus Pontifex. 124.1.A.B Iidem optant ſibi Regem,Ludouicum Regis Franciæ filium,inique tamen.ibid C.2. A.Ioanne mortuo,eius filio adhærent. 124 1.D,

Angliæ Regis controuerſia circa ius eligendi Archiepiſcopum Cantuarienſem vnde orta,& qualis.117.2.D.

Angliæ Regnum non ſemel Romano Pontifici oblatum. 124.2.B.ab Anglis iuſtiſſimè ſubſidium exigit Gregorius IX. 142.2.B.

Animas poſt mortem ante ſupremum iudicij diem non videre Deum,quomodo cenſuerit Ioannes. XXII. 198.1.B.C.

Animarum transmigrationem quinam ponerent. 99. 1.A.

Annatæ à quo inſtitutæ 234 1.B. Cur ſoluantur ibid. D. & 251.1.A Senatus Pariſienſis contra eas Decretum, & Caroli VI. Edictum nihil Mornæo ſuffragantur. 250.1.D.& ſeq. Earum exactio an Simoniaca.251.1. D.Earum exactionem iniuſtè Baſileenſes vetant 273. 2.D.pro earum ſolutione Innocentius VIII. Bullam edit. 305.2.A.

Anſelmus Cantuarienſis ab Epiſcopali onere abſolui precatur 7.2.B.Cum Angliæ Rege contendit. ibid. C. Quid de Romano Pontifice ſenſerit.ibid.Romam iturus impeditur.14 2.D.Paſchalem Pontif.reprehendit. 28.1.A.

Anſelmus Hamelburgenſis à quibus electus in Archiepiſcopum Rauennatem. 70. 1. B. Seruum ſeruorum Dei ſe inſcribit.ibid. C. Pallium quando,& à quo ſuſceperit.ibid. D. & ſeq.

Anſelmus Mediolanenſis Archiepiſcopus Anacleti Antipapæ fautor 41.1.B.& 2. D. Cur exauctoratus. 42. 1.A.

Anthimus Conſtantinopolitanus ab Agapeto Papa depoſitus. 24.1.A.

Antichriſti tempora cur imminere crediderint Sancti Viri 38.2 B. Quis iſte & qualis futurus 59.1.B.Eũ in Sede Romana ex Apocalypſi ſublimandum,falſa Ioachimi Abbatis expoſitio.107.2 D. De eius aduentu inepta Miltzij ſentẽtia.223.2.D. Eũ in mũdo eſſe quomodo dixerit D.Vincentius. 238.1. C. De eius tempore quid Ioannes Puruey.239.1.A.De eius aduentu locus Theodorici à Mornæo mutilatus 249 1. A propinquum eſſe eius aduentum nunciat Manfredus Vercellenſis.282.1.B.Eius præcurſor Lutherus.337.1. A.Singularis perſona.338.1.C Eius character. 351. 2. A.Sacrificium corporis Chriſti oblaturus.352.1.B. Vide:Pontifex.

Antiocheni Patriarchæ temeritas,dum Gregorium nonum excommunicat. 143.2.C.

Antipapa poteſt quidem Romæ ſedere, ſed non in Petri Cathedra,vt eius ſucceſſor 62 2. C Ei adhærere, aut neutrum in ſchiſmate Pontificẽ recipere, par eſt flagitium. 87.2.D.

Antipapæ ſub Alexandro.III. intruſi,cui aſſimilati.83. 1.D.

Antiphona,Salue Regina,à D. Bernardo commendata. 140.2. A.

Antiſtites à Chriſtianæ Reip inſtitutione, præfuerunt Eccleſiaſticarum opum curationi. 22.1.D.

S.Antonius Arrianorũ perſecutionem præuidet.311.2.D

Antonij Poſſeuini iudicium de Operibus Gerſonis. 256. 1.C.

Antonij Roſelli ſcripta examinantur. 297. 1. C. teſtimonium pro authoritate Romani Pontificis.ibid.

Antropomorphitæ à Ioanne XXII. declarati igne damnantur.195.2.A. Quam longè ab his diſtent Bellarminus,& Catholici.ibid B.

Apocalypſis locus de Babylone quomodo intelligendus 338.2.B.& ſeq.358.1.B.& ſeq.De Beſtia item, & Meretrice. 339.1.A.

Apologus Demoſthenis de lupis, ouibus,& canibus,ad hæreticos accommodatus. 69.2.A.

Apoſtolatus non dominatio eſt,ſed miniſterium.37 2.C.

Apoſtolicæ Sedis prærogatiua.43.1.D. Præcipuum officium. 57.1.C.

Apoſtolicus quis dictus. 38.1.A.

Apoſtolorum Petri,& Pauli capita quando, & quomodo inuenta. 216 1 C.

Apoſtoli an vllum ſacrorum librorum Canonem condiderint. 254.1.C.Eorum ſucceſſio. 265.2.D.

Appellare à Papa quando liceat. 256.2.D. An liceat ab ipſo ad futurum Concilium. 259.2.A.

Appellationes nimis frequentatæ, quàm incommodæ. 36.2.C.

Digitized by Google

Appellationes quæ reprehendantur. 61.1.B. Earum neceſsitas ibid.
Apuliæ Rex Carolus Dyrachchinus inunctus. 258.1.A.
Apuliæ Regina Ioanna an Vrbano VI. fauerit. 229.2.D.
Aquæ diluuij cur arcam Noe attollerent, reliqua obruerent. 257.2.B.
Argumentum à doctrina Patrum, & antiquitate, firmiſſimum eſt. 66.2.C.
Ariſtidis apud Athenienſes auctoritas. 40.2.A.
Arnoldus Brixienſis, aliter Arnolphus, Romanorum in Innocentium concitator, quis & qualis fuerit. 52.2.C. & ſeq. Eius errores. 53.1.C. Rurſus in Adrianum inſurgit. 69.2.C. A Romanis eijcitur ibid. D. Infelix huius hæretici exitus. 54.1.D.
Arnoldus de Villanoua damnatus ab Eccleſia Rom. tanquam hæreticus. 195.1.A. Eius errores ibid. & ſeq. 172.1.D. & ſeq.
Arnulphus Mediolanenſis Archiep. ab Henrico inſtitutus, & ab uno tantum Epiſcopo conſecratus, à Legato Apoſtolico abdicatur, ſeque in Cœnobium includit. 4.2.A. Poſtmodum ex conceſſione Vrbani conſecratur, & quidem gratis. ibid B.C.
Arnulphus Patriarcha Hieroſolymitanus Sede à Pontificis Legato deponitur. 23.2.B. Romam venit; Pontifici imponit, ſedem recuperat. ibid. C. & ſeq.
Arrianorum perſecutionem Deus Sancto Antonio reuelat. 32.2.D. Hæreſis quàm latè diffuſa. 354.1.D.
Arrij hæreſis à quo damnata. 300.2.C. Eiuſdem perfidiã quot Epiſcopi ſecuti. 97.1.A.
Auenio vrbs Pontificij iuris facta. 210.2.D. illuc Curiam transfert Clemens V. & cur. 165.1.D. Non ideo tamẽ deſinit eſſe Pontifex Romanus. ibid. 2.C. Eandem Curiam Gregorius XI inde Romam transfert. 216.1.C.
Auentinus qualis vir. 8.2.D. Nulla fidẽ meretur. 112.1.C. Author damnatus primæ claſſis. 141.2.D. Epiſcopali ordini infenſus. 77.1.A. Eius mendacium de condemnatione actorum Ioannis XXII. per Theologos Pariſienſes, & Bononienſes. 203.1.D. Figmentum de Decreto in conuentu Reginoburgenſi ſancito. 203.2.B.
D. Auguſtini locus a Clemange explicatus. 253.2.D.
Auguſtinianos Fratres Gocchij Pupperi doctrinæ de tranſubſtantiatione adhæſiſſe, mendacium Mornæi eſt. 309.2.B.
Azarias Sacerdos Oziæ Regi reſtitit. 26.1.D.

B.

Babylon quid apud D. Ioannem. 338.2.A. 858.1.B.
Bachanalia à Mantuano improbata. 331.2.D. Vnde orta. 332. A.
Baiaſetes Turcarum Imperator an ad Innocentium VIII. tranſmiſerit ferrum, quo latus Chriſti perfoſſum eſt. 304.2.D. 305.1.D.
Balduinus Comes Flandriæ quando à Gallis nominatus Imperator. 124.2.D. Græcam Eccleſiam Romanæ ſubiectam reddit, & ab Innocentio III. non diſſentit. 125. A. liberationem Cardinalium, qui in carcerem coniecti fuerant, impetrat à Friderico. II. 135.1.D. Conſtantinopolis Imperator quando electus. 147.2.C. parum durauit in Imperio. ibid.
Balduinus Imperator partem Dominicæ crucis &c. Venetis oppignorat. 305.1.D.
Balduinus Rex Hieroſolymorum, pulſo contra fas Damberto Patriarcha, Ebremarum intrudit. 4.2.A. De quibus à Daimberto apud Pótificem accuſatus. ibid. B. Sententiæ Pontificis Daimbertum reſtituentis ceſſit. ibid D. Quid ab eodem obtinuerit. ibid.
Balthaſar Coſſa. vide: Ioannes XXIII.
Baptiſmus ab hæreticis collatus non reiteratur. 6.A. Baptiſmum quinam dixerint inutilem. 98.1.A. 99.1.A.
Baptiſta Mantuanus an Romanam Eccleſiam ſuis ſcriptis lædat. 108.1.A. 330.1.B. in curioſos Conceptionis Deiparæ inuehitur. 330.1.B. Examinantur nonnulli eius verſus de vita clauſtrali, & vrbana actiua. ibid. 2.C. De Medicis, & Cauſidicis. 331.1.A. De Pontifice Romano ibid. B. de Roma ipſa. ibid. 2.A. De Carniſpriuio, ſiue bachanalibus ibid. D. De S. Blaſio. 331.1.C
Barbari noſtris peccatis fortes fiunt. 274.2.B.
Baronius à Caſaubono Papæ Paraſitus falsò dictus. 341.1.B.
Bartholomæus Neapolitanus. vide: Vrbanus VI.
Bartholomæus Vualdenſium Antipapa, qualis. 152.1.D.
Baſileenſe Concilium. vide: Concilium.
Baſileenſes iniuſtè annatarum exactionem prohibent. 273.1.D.
Baſilides Stephanum Pontificem fefellit. 23.1.C.
Belgradi obſeſſio. 287.1.C
Bellarminus à Caſaubono iniurioſè dictus Papæ paraſitus. 341.1.B.
Bellum, vnde reddatur culpabile. 11.2.B. Iuſtum quomodo definiatur. ibid. C.
Bellum Roboami aduerſus Hieroboamum an iuſtum. 340.1.B.
Bellum inferre Principi abſque cauſa num liceat Papæ. 129.1.C.
Benedictiones, & conſecrationes quomodo à Mornæo appellatæ. 118.1.A
S. Benedicti regula non prohibet Monachos obedientiã iurare Pontifici. 46.2.D.
Benedictus Caietanus, dictus Bonifacius VIII. 177.2.D
Benedictus XI. Nicolaus anteà dictus Bonifacij VIII. ſucceſſor. 184.1.C Cur Benedictus appellari voluerit. ibi. D. Nogaretu, & Sciarrã Bonifacij demortui hoſtes parricidii damnat ibid. Petrum, & Iacobum Colunnam eo ſacrilegio purgatos in gratiam recipit. ibid. Philippum Pulcrum anathemate, Franciam interdicto cur ſoluerit ibid. 2.D. Honorificis à Philippo titulis cõpellatur. ibid. Mors, & miracula eiuſdẽ 184.2.A.
Benedictus XII. Ioannis XXII. Succeſſor, alias Iacobus Furnus. 207.2.B. Viſio de eius Pontificatu. ibid. C. Eũ Petrarchæ Sororem perditè deperiſſe, falſum oſtenditur. ibid. 2.B. Encomia ſcriptorum de eo. ibid. C. Ludouicum Bauarum damnare recuſat. 208.1.B Anteceſſoris ſui acta nunquã damnauit. ibid. C. Per inuidiam calumnioſis verſibus impetitus. 209.1.C. Eius obitus qualis. ibid.
Benedictus XIII. Antipapa alias Petrus de Luna ſucceſſor Clementis VII. quando electus, & qualis. 234.2.B Eius acta ibid. Pontificatu ſeſe abdicare renuit. 239.1.D. 244.1.D. Schiſma tollere promittit. 239.2.D Nuncijs ſuis ſaluum conductum ab Innocentio VII. petit. 240.1.D. Quid quoad vnionem Eccleſiæ ad Gregorium XII. reſponderit. ibid. 2.D. Pontificatu à Cardinalibus abdicatur. 241.1.A. Ferdinandi Decretum in ipſum. 244.2.B. Deijcitur. ibi. Cur inſtituerit, vt Euchariſtiæ ſacramentum ante ſe geſtaretur. 245.1.A. Sub qua conditione electus. 249.1.C. De grauaminibus tollendis à Carolo VI. requiſitus. 250.2.A. Articuli in proceſſu contra eum producti vbi extent. ibid. C. Quomodo à D. Bernardo appellatus. 58.1.B. Poſt Concilium Conſtantienſe quamdiu vixerit. 267.2.D.
Beneficiati ab Innocentio VI. iuſſi ad ſuas Eccleſias proficiſci. 214.1.D.
Bentiuolij Bononienſes cur à Iulio II. expulſi. 313.1.C.
S. Bernardinus doctrina, & miraculis clarus. 282.2.A. Grecè per miraculum concionatus. ibid.
S. Bernardus Abbas Clarçuallenſis, quomodo Lothario Regi reſtiterit. 25.2.A. Eius iudicium de Innocentio, & Anacleto. 39.2.A. & ſeq. Fauet Innocentio. 40.1.C. A Stampenſi Concilio tota hæc illi cauſſa commiſſa ibid, D & ſeq. Henricũ Angliæ Regẽ ad Innocentium adduxit. 40.2.D. Qua ratione. 41.1.A. Argumentũ eius contra Anacletũ. 41.2. Declaratur eius dictum. 43.2.C. Lothariũ hortatur, vt in Italiã redeat. 44.1.C. Laudat Innocentij fugã 46.2.B. Laudatur à Caluino. 48.1.C. Duo Sermones ei perperam attributi ſecundũ recentiorẽ cẽſurã 50.1.A.B. Pro Ludouico iuniore apud Pontificem intercedit 55.2.C. De Rege benemeritus. 58.2.A. Eius ſententia de Romano Pontifice. 56.1.D. 60.1.B. 63.1.C. 68.2.B. Cur aliquando liberius ei ſcripſerit. 57.1.B. Romanam Eccleſiam non Vrbis muris circumſcribi aſſerit. 57.2.A. Vitia miniſtrorum Eccleſiæ, non miniſterium repræhendit. 58.2.C. Non transfert ad Pontificem quæ de Antichriſto dicuntur: 59.1.A. Ab Eccleſiæ communione non receſſit ob deprauatos

Digitized by Google

natos Eccleſiaſticorum mores.59.2.A. Libros de conſideratione cur ſcripſerit.60.1.C. Quid in eis damnet. ibid. D. & ſeq. Non omnino tollit à Pontifice iudicia de poſſeſſionibus.60.2.A. Nec Eccleſiaſticam poteſtatem.ibid.D. Quas appellationes reſpuat.61.1.B. Nimium factum damnat.61.2.C. Curam ſecularium poſthaberi vult animarum curæ.62.1.A. Dicta ſua de conceptione Beatæ V.& eiuſmodi alia ſubijcit iudicio Romanæ Eccleſiæ.63.2.A. Quæ de fide contingunt, referenda cenſet ad Romanum Pont.ibid B. Mornęi cum ipſo nulla eſt conuentio ibid. Inſigne eius miraculum ad confirmationem fidei Catholicę,& damnationem hęreſis Petrobruſianę,& Henricianę 65.2.B. Mornęi error de ipſo.ibid.C. Quo loco ſit apud eundem Mornæum ibid. D. Rolandum Cardinalem laudat,eique Pontificatum prænuntiat.78.1.D. A quo Canonizatus.86.1.A. Toloſanos hortatus eſt ad depellendos ſectæ Vualdenſium defenſores 97.1.C. quibus titulis Petrum de Luna antipapam compellarit. 258.1.B.

Bernardus Cluniacenſis Monachus qui Satyras quaſdã compoſuerit,vel à Magdeburgenſibus confictus eſt, vel certè Nouatoribus non prodeſt. 64.1.B.

Bernardus Dominicanus an author necis Henrici VII. Imp.186.1.D.& ſeq.

Bernardi Lublinenſis impium dogma. 320.1.A.

Bernardi Redonenſis Cardinalis laus. 77.1.B.

Bertrandus Heduorum Epiſcopus propugnator Eccleſiaſticę iuriſdictionis coram Rege Philippo Valeſio. 205.1.D. Eiuſdem ea de re Tractatus. 206.1.B.

Bertrandus Vaſco uide: Clemens V.

Beſſario qua lege,& cur creatus Patriarcha Conſtantinopolitanus.286.1.C. Legatus Sixti Quarti in Gallias 301.1.A.

Beſtia Apocalypſis non eſt Romanus Pontifex.338.2.C.

Bibliotheca Vaticana à quo conſtructa. 301.2.D.

Bibliorum editio vulgata, authentica ex Concilio Tridentino.329.2.C. vide: Scriptura ſacra.

S.Blaſij martyrium à Mantuano relatum. 332.1.C.

Bohemica expeditio Martini V. contra hæreticos infelix. 266.2.C.

Bohemorum diſputatio in Concilio Baſileenſi.273.1.D. De Sacramento Euchariſtiæ Caluiniſtis repugnant. ibid.2.B. Quid Cardinali Cuſano de vſu Euchariſtię obiecerint.276.1.A. Eorum doctrina an cum Caluiniſtis conueniat. 299.1.B. vide: Huſſitę.

Boleſlaus Polonorum Rex quibus titulis ab Ottone cõpellatus. 202.1.D.

S.Bonauentura iuſſu Gregorij X. Concilio Lugdunenſi intereſt,& Cardinalis, Albanenſis Epiſcopus creatur. 164.2.D.

Bonifacius VIII. Cæleſtini V. ſucceſſor.177.2.D. calumnijs à Mornęo impetitus.178.1.A. Laudabilia eius inſtituta.ibid.B. Odiũ in Columnenſes vnde ortum. ibi. B. Decretalis in Columnenſes.ibid.2.A. Prochieto Genueſi Archiepiſcopatũ abrogat cineresq; in oculos conijcit; quòd Gibellinæ factionis eſſet.ibid.B. Iubilęi celebrationem inſtituit.ibid. C. Extrauagans vnam ſanctam, an temporali Regum poteſtati detrahat. 179.2.A. Adolphum Imperatorem legitimum appellat, Albertum reijcit. 180.1.C. Decretalis eiuſdem de immunitate Clericorũ ibid.D. Simultatis cum Philippo Pulchro Origo. 181.1.B. De obiectis criminibus ſe purgat. 182.1.B. Conſpiratio, capturæ, mortiſque ipſius modus. ibid. Legitimus Pontifex habitus. ibid 2. B. Tyrannidem non exercuiſſe oſtenditur. 183.1.C. Philippus à Clemente V. poſtulat, vt eius memoriam condemnet: quid actum.188.2.B.C. De eius comprehenſione Petrarchę dictum. 212.2.A.

Bonifacius IX. aliàs Petrus Thomacellus, Vrbani VI. ſucceſſor quando creatus, & qualis.233.1.C. In quo reprehenſus ibid.2.A. Vrbis dominium quo pacto ſit adeptus.ibid.C. Annatarum vſum inſtituit. 234.1.B. Quid ad Oratores rogantes, vt Pontificatu cederet, reſponderit.234.2.C. Feſtum Viſitationis B. Virginis confirmat.ibi.D.

Brancaleon Ciuis Bononienſis, Romam euocatus vt diſciplinã veterẽ reſtituat,& alia huc ſpectantia.162.1.C.

A.& ſeq. Nihil hæc iuuant cauſſam Mornęi.ibid.D.

Brentij hęreſis de temporali dominio Papę à quo refutata. 346.2.D.

S.Brigitta quid in ſuis reuelationibus de Pontificatu Romano.222.2.C. Vindicatur ab impoſtura Mornęi. ibi. De Schiſmate Grecorum ex reuelationibus eiuſdẽ. 223.1.B. 329.1.A.

Bruno à Canonicis Colonienſibus in locum Ardolphi depoſiti Archiepiſcopus ſuffectus. 113.1.C.

Bubonis tabula ex Clemange. 254.1.A.256.2.D.

Budęus: vide Gulielmus Budęus.

Bullas Pontificales ludibrio exponere conatur Mornęus 190.1.A. Eaſdem appellat nugas. 331.1.C.

Bullæ Ioannis XXII. contra Ludouicum Bauarum potiſſima cauſa quæ. 202.2.A.

Bullæ aliquot à Mornæo citatæ, falsò confictæ conijciũtur. 190.1.B.

Burchardus Decreta collegit. 68.2.A.

C.

CÆleſtij hæreſis à quo damnata. 300.2.D.

Cæleſtinus Papa I. hæreſim Neſtorij damnat. 300. 2.D.

Cæleſtinus II. Quomodo, & à quibus electus.50.1.A. Qualis.53.2.C. Eius mors.ibid.

Cæleſtinus III. cui ſuffectus,& quãdo electus, 105.2.A. Henricum VI. Imperiali corona donat.ibid. Quid in ea coronatione contigerit.ibid.B. Quo iure Henricũ Imperatorem excommunicarit 106.1.B. Quomodo ſe circa ſepulturam Henrici geſſerit ibi.C. Qua conditione Friderico Henrici filio. Regnum Siciliæ tradiderit.ibid.D. Studioſus Terræ Sanctæ redimendę.107.2.D. Richardo à Leopoldo capto, & ad Henricum tranſmiſſo, Eleonora eius mater, & Epiſcopi Angliæ ad ipſum pro eius liberatione confugiunt. 109.2.A.& ſeq. Non diſſimulat eius captiuitatem, quin efficit, vt dimittatur.ibid. D. Interpellatus à Richardo, Leopoldum & Henricum excommunicationi ſubijcit, Leopoldi Regnum interdicto: quid is tandẽ.110.1.A.& ſeq. Quando obierit.112.1.A.

Cæleſtinus IIII. quando electus, & quamdiù in Pontificatu vixerit. 135.2.B.

Cæleſtinus V. Menardum Tirolenſem abſoluit.177.2.A. Quando,& quomodo electus. ibid.1.B. Aquilam proficiſcitur. ibid C. Eius coronationi quot interfuerint. ibid. Sollicitatur vt Papatui renunciet.ibid. D. Renunciat.ibid 2. C. In Sanctorum numerum eſt relatus. ibid D.

Cæremonias Eccleſiaſticas Mornæus Antichriſti Sacramenta appellat. 218.1.A.

Caiphas,& Pilatus paſſionis Chriſti inſtrumenta cur nõ colendi, vt alia. 217.2.B.

Caligulæ inſania. 348.2.B.

Caliſtus II. vbi & quomodo electus,& qualis.32.2.C. 33.1.B. Eius electio legitima.33.1.D. Pſeudo Papam captum quomodo puniat.34.2.A. Defenditur à Mornæi calumnijs.ibid.B.& ſeq. Eius obitus. 35.1.B.

Calixtus III. Antipapa, vbi & à quibus electus. 83.1.C.

Calixtus III. Pont. alias Alphonſus Borgia Nicolai V. ſucceſſor ſtatim Turcis bellum infert.286.2.D. Ex vaticinio creatus Vincentium,& Oſmuldum inter Sanctos refert 287.1.A. Expeditio in Turcas ibid D. Turcarum cladem vaticinatur.ibid.2. D. Eius ſolertia. 288.1.B. Ob eam victoriam feſtum Transfigurationis inſtituit 288.1.D. Iure à Ferdinando Neapolitanum Regnum repetit.ibid.2.D. Cur viuente Alphonſo de Epiſcopatibus Regni Neapolitani non ſtatuerit, 289. 1.A. Quando obierit ibid.B. Defenditur ab Aenea Syluio. 295.1.B.

Caluini error de poteſtia Dei.322.1.A. Blaſphemiæ quoad eũ locũ, nõ auferetur ſceptrũ &c. 345.2.D. De natura diuina Filij diſtincta à natura Patris. 346.1.A. De Chriſto. 66.1.A.B. Valentiniano nomen Dei tribuit.ibid. ignorantiam Chriſto, eiuſque ad inferos deſcenſum impiè interpretatur.ibid B. Hæreſis de Chriſti ſatisfactione pro nobis.351.1.B. Iudicium de Lutheranis.

theranis.355.2. D. Sodomiæ vitio infamis.358.2.C.
Obiectio pro Felice V. contra Eugenium quartum. 269.2.C.
Caluiniſtarum impietas in S.Thomam Cantuarienſem. 92.2.D.& ſeq. blaſphemia.93.1.C.D. Iudæis, & Gentilibus pares.ibid.2.A. Quales eorum Eccleſiæ.299.1.B. Diſſidium cum Lutheranis 353.2.D.iterum conueniunt inter ſe contra Rom.Eccleſiam. 354.1.C.
Cancellariæ Apoſtolicæ taxæ defenduntur. 356.1.A.
Canones dicti ſcriptura ſacra.13.1.B Diuinis præceptis nunquam à Pontificibus æquati.350.2.B.Eorum rigor aliquando temperandus. 56.2.D.
Canoniſtæ, & Theologi quid ſentiant de iuriſdictione Pontificis in Imperatorem. 73.2.B.
Canonizare ſanctos quid ſit.55.1.D.143.1.B. Quomodo id nullus Summo Pontifici conueniat. 140.1.C.
Canonizatio ſanctorum ſolis Romanis Pontificibus aſſerta. 85.2.C.
Canonizationes Sanctorum à Mornæo dictæ ſuperſtitiones Romanæ. 182.2.B.
Cantuarienſis Archiepiſcopus quomodo Alexandri tertij factum arguat.111.1.B. Eius ſententia de Pontifice,& Eccleſia Romana.ibid C.De iure ipſum eligendi mendacium Mornæi. 117.2.D.
Capita Apoſtolorum Petri & Pauli. Vide Apoſtolorum.
Cardinales vnde dicti.191.2.D. An ante Gregorium inſtituti.147.1.A. Cur & quando pileus rubeus eis datus.141.1.A. Eorum eſt Papam eligere.136.1.D. An pro arbitrio poſſint eundem deponere.241.2.D.Petri Alliacenſis iudicium de ipſis.278.1.A. Quantum vbique honorati. 315.1.C.
Cardinales à Friderico II.in carcere coniecti, liberantur Balduini Imperatoris precibus.139.1.D. Ad carcerem redire non tenebantur ibid.2. A. An Cæleſtini quarti electioni interfuerint ibid.B.
Cardinales authores Piſani Concilij cur illud procurarint.315.1.B Cur Mediolanenſibus inuiſi.ibid. C. Cur à Leone decimo reſtituti. 316.2.A.
Cardinalis Cuſanus vide Nicolaus Cuſanus.
Cardinalis Iulianus vide. Iulianus.
Cardinalis de Sangro iuſſu Vrbani V I. torquetur.
Carmelita irreuerenter Papam obiurgans, gradu ſuo deijcitur. 219.1.D.
Carmina querula Eccleſiæ nomine edita, quomodo intelligenda. 158.1.C.
Carmenſis Archiepiſcopus cur à Sixto IIII. Excommunicatus.307.1.A. Eius obitus qualis. 309.2.D.
Carolus Andegauenſis S. Ludouici Galliæ Regis frater petitum ab Vrbano IV. contra Manfredum & Iciliæ nunc ſubſidium, de conſenſu fratris pollicetur. 163.1. A. Romam profectus, Senatoria dignitate à Romanis ornatur.ibid.B.Regnum Apuliæ,& Siciliæ cum certo tributo &c accipit à Pontifice & quidem legitimè ibid.164.1.A. Cum exercitu abit in Apuliam, Manfredi exercitum fundit, ipſumque interficit.163.2.C. Conradinum ipſi ſe opponentem ſuperat,& extremo poſtea ſupplicio afficit: an citra omnem turpem notam tum ſui, tum Pontificis.ibid.D. & ſeq Senatoria dignitate à Nicolao III.priuatur 167.1. A. Eandem à Martino IV.recuperat.ibid.2.A. An inter ipſum & Petrum Aragonium conuenerit de ineundo duello,& an conſentiente Romano Pontifice. ibid.D. & ſeq.
Carolus Dyrrachij ab Vrbano VI. Rex Apuliæ inungitur.250.1.A.Ingratiſſimus Vrbano.251.1.C. Hungariæ Regnum tyrannicè inuadit.ibid. interficitur: quid de eius cadauere quam ob cauſſam. ibid. D. Enſem, quo obtruncatus fuit, ad Vrbanum ab Eliſabetha miſſum, improbabile eſt.251.1.D. Ipſum ceſſiſſe iura Regni Eliſabethæ, mendacium eſt Mornæi.ibid.2.A. & ſeq.
Caroli Magni canonizatio cur recepta non ſit ab Eccleſia Rom. 182.2.B.
Carolus IV.Quomodo electus Imperator.210.1.B.Occhami in ipſum conuitia.211.1.D. Vbi, qua conditione,& quidem iuſta coronatus Imperator.215.1.C.& ſeq.Obediens Pontifici ibid.An ad Vrbanum V. Romam venerit. 216.1.B.
Caroli V. Imperatoris iudicium de luthero. 354.2.A.
Cur tamdiu eum tulerit 355.1.A.
Caroli VI. Decretum contra exactionem annatarum. & decimarum nihil ſecretarios iuuat. 250.1.D.
Carolus VII.Francorum Rex quam benè affectus erga Romanam Eccleſiam.142.2.B.Eugenio ne Papæ fauerit an Felici Antipapæ 269.1.D.& ſeq.
Caroli VIII.reuerentia in Alexandrum VI. 306.1.B.C. D.Quomodo Romæ poteſtatem exercuerit.312.1.B.
Carolus Sapiens edit librum inſcriptum ſomnium viridarij. 221.1.C.
Caſaubonus vide: Iſaacus Caſaubonus.
Caſſinenſes monachi cur Innocentio obedientiam, & fidem iurare detrectarent. 46.2.C.
S.Catharina Senenſis ipſa potiſſimum aſſecuta, vt Gregorius XI. Curiam Auenione Romam transferret. 216.2. D. De primatu Romani Pontificis quid ſenſerit.223.1.C. Eccleſiæ reformationem prædicit.ibid.2. A.228.1.B.A quo inter Sanctos relata. 291.1.C.
Catholicorum, qui Pontificem Concilio ſubijciunt, à Nouatoribus diſcrimen 280.2.D.
Catholicus quis iudicetur. 121.1.C.
Cauſidici quomodo à Mantuano dicti. 331.1.A.
Cenſuras Eccleſiaſticas timuerunt ſemper Catholici Principes eæq; à cunctis timendæ.170.2. D. Eaſdem contemnens, hæreticus præſumitur. 202.2.C.
Certamen ſingulare inter Principes quando licitum. 167.1.D.
Character Papæ & Chriſtianorum qualis. 251.2.A
Chartuſiani cuiuſdam à Mornæo citati inſania refellitur. 144.1.C.
Chriſtiani omnes, nemine excepto, Romano Pont. ſubeſſe neceſſario debent. 21.1.B.
Chriſtianis quomodo, & cur crimina olim obijcerentur. 100.1.C.
Chriſtus quomodo ſit magiſter, paſtor, oſtium, lux mundi &c. 32.2.C.miraculis vſus eſt in veritatis argumentum.93.1.D.duplicem paupertatem inſtituit, ac habuit.199.1.C.Ipſum,& diſcipulos nihil habuiſſe,& in his, quæ habuerunt, nullum ipſi ius fuiſſe, aſſeuerans, hæreticus eſt ibid. A. Deus, & homo vna perſona. 225.2.D. iugiter in Eccleſia Rom.vt Sanctus Sanctorum adoratur.238.2.A. Auctor,& cõſumator fidei noſtræ.275.1.A.Fundamentum Eccleſiæ. 281.1. D. Magiæ accuſatus.293.1.B.qualem in cęlo,& in terra poteſtatem habeat.307.2.C. Vtrum ne ſupra alios totius Eccleſię præficere potuerit 325.1.B. De eius præſentia in Sacramento Euchariſtiæ 328.1.D. Eius paſſio definita voluntate à Deo ordinata. 339.1.D.
Circa eius perſonã multæ olim hæreſes.342.2.A. Quomodo peccata remitteret. 344.1.D. Eius ad inferos deſcenſum quomodo interpretetur Caluinus. 346.1.B.Eius teſtamento Romanos Pontifices dira paſſuros, quis ſenſus.ibi.2.A.Eius humilitati dignitas Papæ non repugnat 347.1.C. Merita noſtra meritis eius nõ derogant. 351.2. D. Nefanda de ipſo Vualdenſium blaſphemia.116. 2. B.
S.Clara à quo,& quando inter ſanctas relata.167.1.D. qualis fuerit ibid.2.B.
Clarmontanum Concilium à quo conuocatum,& quæ in eo acta. 4.2.C.& ſeq.
Claudius Eſpens de libris Taxarum Cancellariæ Apoſtolicæ quanti faciendus. 350.1.C.
Claudij Seſſelij teſtimonium de innocentia Vualdenſium quanti ponderis. 338.1.C.
Clauorum, & lanceæ feſtum conuenienter inſtitutum. 217.1.D.
Clauſula (non obſtante) cur in Reſcriptis Apoſtolicis inferatur. 156.1.C.
Clemens III. Antipapa à quo creatus.2.1.B. Romæ ſedit, & eius acta.5.2.C.Fuga,& Mors.16.2. B. Quid in eius cadauer. 18.1.B.
Clemens III. Pont. alias Paulus Cardinalis Epiſcopus Prænestinus quando electus.104.1.B. Diſcordiam inter Pontificem,& Populum Romanum ſedat. ibid. C. Laborat pro expeditione in Terram Sanctam ibid.D. Non reprahendendus, quod Siciliæ Regnum à Tancredo repetierit. 105.1.B.Eius obitus.ibid.2.A.
Clemens IV. electus Pontifex. ſtatim arma contra Mãfre.

fœdum mouet. 163.1.B.
Carolo Andegauenſi in ſui auxilium properanti Regnum Siciliæ tradit ibid. legitimè. 164. 1. A. Reprehendendusne ſit ob ſupplicium de Conradino ſumptum 163. 1. D. & ſeq. Ab ipſomet Matthæo Pariſio commendatur ibid. 2. D. quando obierit. 164. 1. C.
Clemens V. aliàs Bertrandus, quando quorum opera, & cur in Summum Pontif. electus. 185. 1. B. 186. 1. C. Quid in eius coronatione contigerit 185. 2. C. Romanam Curiam Auenionem transfert. ibid. D. Eius mores Apoſtolicæ dignitati nō officiūt. ibi. 2. B. Henrici VII. Imperatoris electionem probat. 186. 2. A. Eiuſdem ſententiam contra Robertum Neapolitanum Regem improbat. 188. 2. B. Cui, & quid de re fidem ſuam obſtrinxerit ibidem. C. Philippum Pulchrum, & authores violentiæ in Bonifacium non inſontes abſoluit. ibid. D. Quid ad eundem Philippum rogantem, vt Bonifacij auctorſum damnaret, quidue tandem actum. 188. 2. B. C. Validas leges condit, etiamſi minus honeſtæ vitæ. 190. 2. A. Pro veneratione Euchariſtiæ quales indulgentias ſit elargitus. ibid. C. Eius mors. 196. 1. D. Morte præuentus Clementinas ſuas non edidit. 189. 1. B. 199. 2. D.
Clemens VI. alias Petrus Rogerius quando electus, & qualis. 209. 1. C. Iniuſtè ab Alberto Argentinenſi ſugillatus. ibid. Bauaro veniam petēti quid impoſuerit. ibid. 2. A. In eundem magis exardet. ibid. Leges eiuſdem Bauaro impoſitas a Theologis Pariſienſibus, & Bonon. damnatas fuiſſe, improbabile eſt. ibid. C.
Cur Bauarum excommunicarit 210. 1. A. Electoribus, vt alium eligant, mandat. ibid. B. Iubilæum cur ad quinquageſimum annum reduxerit ibid. D. Cur Romæ celebrari inſtituerit. ibidem. 2. C. Quibus contumelijs ab Occhamo laceſſitus. 211. 1. D. Quando obierit. 214. 1. C.
Clemens VII. Antipapa Vrbano VI. oppoſitus, Auenionem petit. 228. 1. D. Quam incertum fuerit, ipſene, an Vrbanus eſſet Pontifex legitimus, quidue de ijs ſentiendum qui ipſis adhærebant. 230. 1. A. & ſeq. Quid is contra Vrbanum pro Ioanna Regina Neapolitana. 231. 1. B. Vrbani cauſſa potior, quam iſtius. 233. 1. B. eius obitus. 234. 2. A.
Clemens VIII. Antipapa Benedicto XIII. ſubrogatus, ſponte ſe abdicat. 262. 1. A.
Clementina hæreſis vbi damnata. 18 1. A. 22. 1. C.
Clementina Eximi de Paradiſo examinatur. 193. 2. D.
Clementinæ à quo editæ. 89. 1. B. 199. 2. D.
Clerici non in vniuerſum ſed mali carpuntur. 150. 2. A. Nuptias eis reſtituendas, per locum dixit Pius II. 292. 2. D. Lex de ipſis ab Eccleſiaſtico iudicandis Imperatoris legi conſona 103. 1. B. C. eorū peccata quā grauiter Eccleſiā lædant. 335. 2. B. inteſtatorū bona ex Decreto Innocentij 4 ad quē ſpectent. 146. 1. B. Eorundem mores quàm probati eſſe debeant: vitia tamen reijci non debent in Pontifices. 298. 1. C. D. Immunitas ex ſacra Scriptura deducitur. 180. 2. A. vide: immunitas. cauſis ſeſe immiſcere noluit Conſtantinus Magnus. ibid. exceptioni omnia iura ſuffragantur 343. 2. B.
Clerum Romanum qualem eſſe deceat. 191. 1. C.
Columnenſes Gibellini quam ſuperbi. 178. 1. C. Pontificiam ſupellectilem in itinere diripiunt. ibid. Ad Principes Chriſtianos contumelioſas in Pontificē literas dant. ibid. 2. A. Imperatoris fautores contra Clementem V. 187. 2. D. eorum diſſidium cum Vrſinis ſub Innocentio VIII. 303. 1. D.
De Communione ſub vtraq; ſpecie varia ex Concilio Conſtantienſi. 146. 1. C. 273. 2. B. vide: Euchariſtia.
Concilia cur Eccleſiæ Romanæ legem non præfigant. 19. 2. B.
Concilia illa quatuor priora Oecumenica, vt quatuor Euangelia S. Gregorius veneratus eſt. 272. 2. D. 276. 2. B.
Concilia omnia generalia legitima cur veneranda. 254. 1 D. abſq; authoritate Papæ nulla ſunt. 270. 1. B. 276. 2 C.
Conciliabulum Papienſe cur, & à quo indictum. 79. 2. D. & ſeq. Quæ in eo acta. 80. 1. B. & ſeq. Mendacium in eius ſubſcriptionibus. 81. 1. B. & ſeq. Qua ratione nonnulli ſubſcripſerint. 81. 2. B. Damnatum in Gallia. ibid. C.
Concilium Generale an ſine Papa eſſe poſſit. 255. 1. C. Eius eſt de ſchiſmate indicare. 276. 1. C. An ſupra Papam. 245. D. 256. 1. B. 272. 2. D. Vniuerſitas Pariſienſis, & Almainus aſſerunt. 273. 1. A. 322. 1. C. Quantum nihilominus differant à Sectarijs. 282. 2. D. Cuius nomine congregetur. 256. 1. A. quando nomine Imperatoris. 252. 2. B.
Conciliorum magna authoritas in Eccleſia. 276. 2. C. ſcopus quis. 191. 1. B.
Concilij nè authoritas in re dubia præponderet authoritati Papæ. 327. 1. D.
Concilium Ariminenſe an à Pontificibus approbatum. 327. 2. C.
Concilium Baſileenſe quando inchoatum, quiuè præſederint. 26 1. C. Examinatur eius authoritas. ibid. 2. A. 256. 2. A quo diſſolutum. 268. 2. C. Cur non legitimum. 269. 1 A. Decreta ab Eugenio 4. non approbata. ibid. B. Eugenium deponit, & Amadeum ſubſtituit. ibid. C. Cur initio legitimum. 270. 1. B. Cur à Sigiſmundo Imperatore flagitatum. 273. 1. C. Bohemorum diſputatio in eo habita quæ ibid. D. Quale in Eugenium IV. 274 2. C. Quid ex eo probatum, quid reprobatum. 284 1. B. 278. 1. C. Errauit in depoſitione Eugenij 278. 1. C. Decretum de eius depoſitione an ab Vniuerſitatibus approbatum. 294. 1. B. Quid ſenſerit de poteſtate Papæ ſupra Eccleſiam. 256. 1. A.
Concilium Conſtantienſe à quo, quando indictum, quiduè in eo actum. 243. 1. D. 248. 1. C. Ioannem XXIII. deponit, & Vuiclefi articulos damnat 243. 2. C. D. partim approbatum, partim reprobatum. 245 2. D. 253. 2. C. 289. 2. D. Quoad Communionem an aliquid inſtituerit contra Domini mandatum. 246. 2. C. Quid de poteſtate Papæ ſupra Eccleſiā. 256. 1. A. Vuiclefum damnat. 224. 2. D. Eundem mortuum declarat hæreticum. 227. 2 C Quomodo ſe cum Ioāne Hus, & Hieronymo de Praga geſſerit. 259. 1. D. Quid de fide ſeruanda hæretico ſtatuerit. 260. 1. D. & ſeq. Sententiam Sanguinis an tulerit in hæreticos. 261. 1. C. Prælatis Concilij Mornæus mentiens imponit. 263. 1 D. Quot, qualeſue interfuerint 263. 2. B Cur potiſſimum conuocatum. 266 2. D. Quādiu durauerit. 267. 1. C. Et Sigiſmundus interfuit. ibid. D. Libros Ioānis Hus, & Hieronymi de Praga damnat. 340. 2. C. Eius Decreta de communione ſub vtraq; ſpecie an Decretis Baſileenſis oppoſita. 273 2. C. Quo iure electus in eo Martinus V. 290. 1. B.
Concilium epheſinum I I. an legitimum fuerit. 327. 2. C
Concilium Ferrarienſe ſiue Florentinum, Cur, & à quo indictum. 270. 1. D. Imperator & Orientales ad id conuenientes, quàm honorificè habiti ab Eugenio Pont. & is viciſſim ſine vlla contentione ab ipſis ibid. & ſeq. Capita hic inter Græcos, & Latinos ad diſcutiendum propoſita. 271. 1. D. & ſeq. Florentiam ob peſtem transfertur. ibid. 2. B. Hic Græci tandem veniunt in ſententiam Latinorum. ibid. B. Quæ hic definita. ibid. & ſeq. Fictitia Mornæi cauſſa cur Græci ijs ſubſcripſerint. ibid. D. & ſeq. Solus Marcus Epiſcopus Epheſinus ſubſcribere noluit. 272 1. B. C. De Actis huius Concilij à Mornæo citatis. 270. 2. C.
Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. celeberrimum. 119. 2. C. Quid de tranſubſtantiatione decreuerit. ibid. Cur, & à quo primum indictum. 314 1 D. 316 2. B. à quo abſolutum. 314. 1. D. 316. 1. B. Quandiu durauerit 316. 1. B. Eidem renunciato adhęret Ludouicus. XII. Rex Franciæ. 316. 2. B. Quot fructus attulerit. ibid 2. D. Romanæ Eccleſiæ primatum, omnium confeſſione approbat. 317. 1. A. Blaſphemiæ & impietatis immeritò a Mornæo accuſatur. ibid. 2. A. & ſeq.
Concilium Lugdunenſe ſub Innocentio quarto quando habitum, quiduè in eo actum. 136. B 145 2. B.
Concilium Lugdunenſe à Gregorio X indictum. 164. 2. A. Græcorum Imperator ei per ſe, non affuit, vt putat Mornæus. ibid. B. vt idem fingit, non certi Epiſcopi Gregorio addicti huc ex vna quaque Prouincia inuitati ſunt, ſed omnes. ibid. & ſeq. Cur cōuocatum.

Digitized by Google

165.1.A. Mora zl mendacia de ſtatutis in hoc Concilio. ibid. C. Græci primatum Pontificis hic profeſſi. 165.2.B. Hic actum de proceſſione etiam ſpiritus ſancti a Filio. ibid. C. D. Hic inſtitutum de Conclaui in eligendo Pontifice. 166.1.B. Græci ſolita leuitate à propoſito deſciſcunt 174.2.B.C.

Concilium Mantuanu à quo, & cur indictum. 190.2.D.

Concilium Piſanum a quibus celebratum, & quid in eo actû. 241.2.A. 315.1.B. Quando habitum & an approbatum ibid. 2. A B.D. Bernardi, & Gerſonis de eo iudicium ibid. D. 241.2.A. Eius Progreſſus. 314.1.D. Eiuſdem authores cur Mediolanenſibus inuiſi. 315.1. C illegitimum. 320.1.C.

Concilium Romanum ſub Vrbano quarto de expellendo Mantredo decernit, & cur. 162.2.D.

Concilij Turonenſis articuli aliquot examinantur. 313. 2.C. Ius antiquũ in Regno ſeruandũ definit. 314.1.A.

Concilium Veronenſe à quo indictum, quando habitu, quidué in eo actum. 102.1.B.

Concilium Vienenſe quando, & cur indictum. 188.2 B Quid in eo geſtum. ibid. C. Confirmat decretum Feſti corporis Chriſti antea ab Vrbano quarto inſtitutum. 190.2. C. reformat mores quorundam miniſtrorum non autem Eccleſiam ipſam Romanam. 192 2.A. Varia eius Concilij capita contra Mornæum elucidantur, & defenduntur. ibid. Studium illorum Patrum in euellendo imaginum abuſu ibid. D. Vtiliſſimum Eccleſiæ Dei. 193.1.C.

Conclauis inſtitutum pro eligendo Pontifice in Concilio Lugdunenſi à Gregorio X. Sancitum 166.1.B. An ab Adriano V. reuocatum. ibid. 2. A.B.C.

Concordata quando in locum Pragmaticæ ſanctionis ſucceſſerint. 182 2.D.

Concubina, quæ peperit filium vrſo ſimile cuius fuerit. 167.2.C.

Confeſſionem Sacramentalem quomodo appellet Mornæus, & quinam inſtituerit. 122.2.A.

Coniuratio Petrucciana in Leonem X. 319.1.B.

Conradinus Friderici II. nepos, ſeſe Carolo Andegauẽſi opponit in Apulia. 163.1.C. Superatur, & poſtea extremo ſupplicio afficitur ibid. D. Quis author, vt ſupplicio tolleretur. ibid. 1.B. An iuſtè. 164.1 B.

Conradus cur ab Henrico Patre defecerit. 3.1.D. & ſeq. Qualis fuerit ibid 2 B. Regnum in Lombardia ſuſcipit aduerſus patrem ibid. D. An Mathildis eius amore capta. ibid. & ſeq. Varijs virtutibus commendatus 4. 1. A & ſeq. eius animus in patrem 4.1.A & ſeq.

Conradus Henrici Imp. Sororius, quod Lothario legitimè in Imperatorem electo reniteretur, ab Honorio II. excommunicatus. 48 1.B. Anſelmus Archiepiſcopus Mediolanenſis quod ipſum in Regem Italiæ vnxiſſet, exauctoratus. 42 1 A. A Mediolanenſibus, ſuſcepto Lothario, repudiatur ibid. B. Tandem Lothario ſuccedit. 48.1 B. Quid ad ipſum S. Bernardus ibid. C.

Conradus Celtes cur excommunicatus. 322.2.C. An ei Maximilianus Imp. opem tulerit ibid.

Conradi de Marpurg Inquiſitoris factum ad explorandum, qui Vualdenſium hęreſim negaſſent, examinatur. 117.2.C.

Conradus Pellicanus fit Zuinglianus. 309.2.C.

Conradus Vltraiectenſis Epiſcopus ſchiſmaticus. 9.1.A, Eius mors. 9.2.A.

Conradus Vrſpergenſis Abbas qualis. 76.1.A.

Conradus filius Friderici II. meritò ſuſpectus de hęreſi. 155 2 A. B. Extinguitur veneno porrecto per dolum Manfredi fratris, non autẽ Romani Pontificis ibid. C.

Conſcientiæ uis. 279.1.B.

Conſecratio Romani Pont. ad quem ſpectet. 79.1.A. 81. 1.A.

Conſecratio Euchariſtię à quibus verbis pendeat. 325. 2.B.

Conſilium quid ſit. 250.1.A.

Conſtantia Imperatrix Fridericum filium Innocentij III. tutelæ committit. 106 2.D.

Conſtantini Magni dictum de Epiſcoporum authoritate. 221.2.D. Clericorum cauſas iudicare noluit, & cur. 343.2.B. Eius tempore diteſcere cæpit Eccleſia. 346. 2.6. De eius donatione quid ſentiat Valla. 279.2.B. Quid Macchianellus. 307 2.D. Quid Dantes. 194. 1.D.

Conſtantinopoli à Latinis occupata, Balduinus à Gallis nominatur Imperator, à Venetis Thomas Maurocenus Patriarcha. 125.2.D. 147.2.C.

Conſtantinopolitana à Turcis clades quo tempore contigerit, & qualis. 325.1.C.

Contentio in Francia de iuriſdictione inter Epiſcopos, & Regios Prætores. 205.2.C. & ſeq.

Contumax quis dicendus 80.2.A.

Corneliæ legis decretum explicatur in Mornæum. 322. 2.D. 323.2.C.

Cornelius Agrippa, damnatus Author, & magicis artibus infamis. 302.1.A. Quid de Sixto IV. Scribat, in quo doloſè à Mornæo citatur. ibid. B & ſeq.

Coronæ Chriſti ſpineæ ab infidelibus ſuſceptio Pariſijs celebrata. 217.1.D.

Corporis Chriſti feſtum à quo inſtitutum. 190.1.C. Eius veneratio an Pontificium inuentum. 191. 1. A. vide Euchariſtia.

Corrigendorum Prælatorum modus. 213.1.D. 258.2.C. 307.1.D.

Coſmarus Melioratus vide Innocentius VII.

Credenda quæ ſint neceſſario. 274.2.D.

Creſconius Decreta collegit. 68.2.A.

Crux Chriſti quomodo S. Helenæ innotuerit. 116 2.A. pars eius tituli quando inuenta 304.1. D. pars à Balduino Imperatore Venetis oppignorata. 305.1. D. Qualis ei adoratio debeatur. 326.1.B.

Character Papæ & Chriſtianorum eſt. 351.2.A.

Crucem contra Chriſtianos aſſumi cur aliquando iuſſerint Pontifices. 285.2.C.

Cruciata indicta à Gregorio IX. an flagitijs cauſã dare potuerit. 130.1 B.

Culpa non vacat, qui rei ad ſe non pertinenti ſe immiſcet. 43.1.B.

Cuno Prænestinus Romani Pont. Legatus in Germania, & Synodos habet, & Imp. Hẽricum damnat. 33. 2 C.

S. Cyprianus ob corruptos Eccleſiaſticorum mores, ab Eccleſiæ communione non diſceſſit. 59.2. A. Eius dictum de malis Sacerdotibus. 150 2.B. Eccleſiam Catholicam Apoſtolicam Romanam agnouit, & tenuit. 362.2.B.

D.

DAemones an futura prænuncient. 311.2. A. vide Diabolus.

Daimbertus in Patriarcham Hieroſolimitanum eligitur. 24.1.D. A Balduino Rege expellitur. 24 2.A. Regem defert ad Pontificem Romanum ibid. B. Per Põtificem reſtitutus Meſſanæ obit. ibid. Dicitur & Dagbertus ibid. C.

Damaſus Papa Macedonij hereſim damnauit 300.2.C.

Damiata a Ioanne Bremenſi capta, cur receſſerit S. Ludouicus Rex cur item poſtea redierit. 135.1.A. B.

Dantes Gibellinus fuit, & Imperat. fautor. 194.1 B. Eius iudicium de Romano Pontifice, & Decretalibus ibi. C. De donatione Conſtantini ibid. D. Semper Pontificiam dignitatem reueritus eſt. ibid 2 B. Eius Monarchia ab Eccleſia proſcripta. ibid. 1.B.

Dathan, Chore, & Abiron cur abſorpti. 358.1.A.

Dauid à Nathan adoratus. 344 2.D

Decimæ Eccleſiarum ſola Romani Pontificis auctoritate exiguntur. 188. col. 2. A. De Senatus Pariſienſis, & Caroli VI. contra has decreto 250. colum. 1.D. Cur à Pontificibus in Gallia exactę. 251.1. A.

Decreta qui ſcripſerint. 68.2.A.

Decretales Codici, Decretum Pandectis reſpondet. 200 col. 2. A De his iudicium Dantis à Mornæo ſuppreſſum. 194 col. 1. D.

Deſiderius Abbas Caſſinenſis Pontificatu dignus indicatur. 1.2. D. Pontifex eligitur. 2.1 A.

Dei conſilium, mutatis ad eiuſdem ſuggeſtionem Sacramentorum ritibus, non mutatur 276.1. D. & ſeq.

Dei nomen Valentiniano concedit Caluinus. 346.1 A.

Digitized by Google

Dei verbum tantò dignius traditui quanto remotius ab omni Scriptura. 275.1.A.
Deum bonum,& Deum malum qui aſſeruerint.97.2.D 99.1.A.
Deum appellari ſe iuſſit Domitianus Caligula, & Diocletianus. 348.2 B.
Deus infima mundi eligit,vt ſapientes confundat. 207. col.1.A.Immutabilis eſt. 276. D. Vuiclefi,& Caluini error de ipſius potentia.321.2,D.Quo modo remittat peccata 344.1.D. Cur in Scholis quæratur an ſit. 345 1.C.Quòd Diabolo obedire debet Vuiclefi error fuit. 265.2.D.& ſeq.
Diabolus à Deo deficiens tertiam partem ſtellarum ſecum traxit.227 col.1.B.Conformes ei ſunt omnes reprobi.121.1.A.Eius ſtudia ibid. Eidem à Deo obediendum Vuiclefi error. 265.2.D.
Dialogus inſcriptus Aureum ſpeculum ab hæretico cōfictus. 237.1.D.
Dictheri Archiepiſcopi Moguntini ductu,& authoritate falſum eſt inſtitutum fuiſſe Pragmaticam ſanctionem.294.2.D. Legitima authoritate depoſitus is fuit à Rom Pontifice. 296.2.B.
Dignitas non facit ſanctum. 229 1.B.
Diluuij aquæ cur arcam attollerent,reliqua obruerent. 257.2.B.
Diocletiani perſecutio cur à Deo permiſſa 198 2.D. Maximianus ei in Imperio conſors.33.1.C. vt Deū ſe adorari iubet 348.
Dioſcorus Alexandrinus à Romano Pont depoſitus. 24.1 A.Eius hæreſis à quo damnata.300.2. D. S Flauianus eius factione occiſus. 327.2.C.
Dionyſius exiguus Decreta collegit. 68.2.A.
S.Dionyſius cur dictus Apoſtolus Galliarum. 135.2 D.
Diplomata Pontificum palam à Luthero combuſta.68. 1 D.
Diſceſſio ab Apoſtolo prædicta contra Mornæum examinatur. 157.2.B.
Diſputatio Cardinalium cum Petro Diacono confecta. 44 2.D 45.1 A.& ſeq.
Diſputationes nonnullæ cur in Scholis agitentur. 345. 1.B.
Diſſidium exortum inter Henricum,I I. Angliæ Regē, & Thomam Cantuarienſem Archiep. 88.1.
Doctores Catholici à Mornæo reprobati: hæretici laudati. 337.1.A.
Doctrina vera quæ ſit. 77.1.C.
Doctrina, & fides Eccleſiæ Romanæ vnde probanda. 38.1.C.
Doctrinarum diſtinctio vbi figurata. 66.2.D.
Dominicanorum non eſt,ut imponit Mornæus liber inſcriptus,Euangelium æternum.173.1.D. His vt ſiniſtra tantum manu communicarent, ab aliquo Pontificum impoſitum eſſe,fabuloſum eſt. 186.1.D.
S.Dominicus ſub Innocētio III.floruit,qualiſuè.120.1. A.An Chriſto coæquatus.ibid.2.A.Habitus cōformis Chriſto, ſed non æqualis.121.2.C.Eius miracula an miraculis Chriſti antepoſita ibid.D.Albigenſes diſputando conuincit. 126.1.B.
Dominicus Brixienſis Epiſcopus ſe progreſſui Papatus non oppoſuit. 297.1.B C.
Dominium temporale in Principes an habeat Papa. 333.2.B.
Domitianus ſe Deum appellari iuſſit. 348.2.B.
Donatiſtæ mori ſe martyres iactant,cum tamen viuant vt latrones.262.2.B. Crudeles in Catholicos.355.1.B.
Dubius in fide,infidelis eſt. 194.2 C.
Durandus ſpeculator quo tempore floruerit ſuoſq; Tractatus ediderit. 191.1. D. Eius ſententia de Romani Pontificis Primatu. ibid 2.D.

E.

Ebremarus in Hieroſolymitanam Sedem intruſus. 24.2.A.Romam pergens, allegaturus de ſua innocentia,quid impetrauerit ibid.B.C.
Eccleſia ſine Pontificibus non conſiſtit.8.1.C.& ſeq.255 1.D.321.1. B. Duos habet gladios, quibus quomodo vti debeat 37.2.D.62.1 A 63.1.D. Conſtat ex bonis, & malis 58.1. D. Mornæus eos fingit ſapientiores,qui maieſtati ipſius inuiderunt 93.2.D. Othonis Phriſingēſis iudiciu de Regalibus ipſi collatis.94 1.A. & ſeq. Eius regimen Eccleſiaſticis Principibus tantum cōmiſſum.221.2.C.Reformatio à S. Catharina Senenſi prædicta.223.2.A.quibus ſubſidijs fulciatur. 135.2.D. veritatis magiſtra 236 2.C.vnum tantum Pontificem Romanu recognoſcit.147.1.C.Vna eſt, ſicuti & vnus Romanus Pontifex. 253 1. A Quomodo errare non poſſit.ibid C.pendet ab ore Romani Pontificis. ibid. C.Eius infallibilitas ibid. 2. A. Eius eſt iudicare de Scripturis,Canonicæ ne ſint an apocryphæ 253.2. D. & ſeq. Præſentis eadem eſt authoritas,quæ primitiuę 254. 1.C. Diſcrimen inter ipſam, & Regnum 255. 2. C.Perſecutiones patitur nec concidit. 257. 2. A Regnum eſt à Daniele prædictum. ibid. B. Quæritur ob ſchiſmata. 258. 1.C.Eius reformationi proſpicit Concilium Conſtantienſe. 266. 2. A Scripturæ non ſunt de ipſius eſſentia 275. 1. A. B. Euangelium per ipſam primum dignoſcitur, non econtra ibid.B & ſeq. ſupra Chriſtum eſt fundata.276. 2. D. Sagenæ ſimilis 308. 1.A.Papa eius ſponſus.318.2 D. Ei toti præeſſe vnum ſummum Pontificem,non eſt impoſſibile.321.1. B. Et ſeq. In ea ſemper eſt morum reformationi inuigilandum.329.1.C.Multa habet communia cum hæreticis.336.2 B.Paradiſus à Deo plantata 337.2.C.Quomodo vna dignoſcenda ibid Eius ſtatus antiquus, & recens in Nabuchodonoſore figuratus.346 1.D.Quādo diteſcere cæperit.ibid.2.B.Philippus Valeſius Frāciæ Rex quam ſtudioſus eius iurium.105.2. B. Ipſam à Regibus ditandam, Diuinum vaticinium eſt. 219. 2.D.
Eccleſia Marcionitarum,& Nouatorum quæ. 334.2.D.
Eccleſia Nouatorum per Segor ſignificata, non eſt vera Chriſti Eccleſia. 359.1.A.
Eccleſia Romana quæ.179.1.C. Hanc, prout diſtinguitur à tota congregatione fideliū, contra fidem errare non poſſe, conuincit Occhamus.205.1.B. An ſubditis Oneroſa.177 2.B.De ea iudicium Petri de Aliaco. 178.1.A.Nunquam à fide aberrauit.281.1.B. Cur infallibilis.ibid Eius terras inuadere an, & quomodo liceat Principi pro ſua defenſione contra Papā. 313. 2.C.Eius doctrina nunquam reformatione indiguit. 329.2.B Illi tanquam capiti aliæ adhærent Eccleſiæ. 334.2.B.Eius dogmata ſtabilia.355.2. B. Quot nationes,loco defectionis Lutheri,ad eam venerint 356.1. D. Babylonis nomine non accipienda.338.2.A. 358. 1.B.Sodomam ſpiritualem impiè Mornæus appellat. ibid 2.B.Contra eam hæretici; alioqui diſcordes, cōueniunt.354. 1.C.An ex tacita aliarum Eccleſiarum electione prioritatem habeat 221 2.D.A quo primatum obtinuerit.13.1.C Omnium Eccleſiarum mater eſt.34.1.D aliquot eius encomia. 77.1.C.
Eccleſia dicuntur Gubernatores Eccleſiæ. 115.1.B.
Eccleſiaſticarum opum miniſterium, & diſpenſatio ſolis Præsbyteris committi ſolita. 22.1.D. & ſeq.
Edmundus an Siciliæ regno inueſtitus. 161.1.A.
Eduardus an Decreto Bauari contra Pontificem Maximum conſenſerit.209.1.A Eiuſdem epiſtolam ad Clementem V. inepte Mornæus citat. 195.1.C.
Eduardus III.an Angliam vindicare à iuriſdictione Romani Pont. in animo habuerit.212. 1. D. An denarij Sancti Petri vectigal aboleuerit.ibid.2.A. Vuiclefo fauet. 2 7.1.B.C.
Electio Romani Pont.vbi,& quomodo fieri debeat 33. 1 D.& ſeq. 80.2.C.
Electionis Archiepiſcopi Cantuarienſis controuerſia, vnde orta & qualis. 117.2.D.
Eleonora Richardi Angliæ Regis mater pro filij liberatione ſupplices literas dat ad Cæleſtinum Tertium. 109.2. A.eiuſdem reuerentia in Romanum Pontificem ibid.C.
Eligere ſeipſum in Papam an licitum. 197.1.A.
Eliſabetha Hungariæ regina cur Carolum Dyrrachium Apuliæ Regē interfici curarit.231.1.C. D. An enſem, quo Carolus obtruncatus fuerat, ad Vrbanum VI. tranſmiſerit. 231.1 D.
Eloyſa Petri Abelardi coniux,qualis. 67.2.D.

Digitized by Google

Emmanuel Comnenus Orientis Imp. quæ Alexandro. III. obtulerit. 83. 1. A. Quid illi reſponſum. ibid. Pontificiſ authoritatem agnouit. ibid. C.
Epigrammatis, in quo Lucius Papa ad lucium piſcem alluditur, iudicium. 103. 2. C.
Epiſcopi vnde habeant conſecrationem, & cõfirmationem. 7. 2. B. à Papa, exemplo Chriſti fratres dicti. 342. 2. D. Quarè à Papa olim conſulti ibid. Non ſunt immunes à præſtanda Pontifici per Sacramentum obedientia. 46. 2. D. Omnibus demandata eſt animarum cura, non tamen ſine eorundem inter ſe differentia. 111. 1. C. Omnes ſponſi ſunt, ſuæ quiſque Eccleſiæ. 117. 1. C.
Epiſcopus ſine diſpenſatore, & Oeconomo rem Eccleſiæ non adminiſtret. 22. 2. A. & ſeq.
Epiſtola Innocentij III. ad Conſtantiam matrem, & Fridericum filium, qualis. 106. 2. C. Eiuſdem ad Fridericum conſolatoria in obitu matris 107. 1. A. Tres eiuſdem ad Epiſcopos Spirenſem, Sutrinenſem, & Vuormatienſem pro redemptione Salernitani Archiepiſcopi, & aliorum captiuorum ibid. D.
Epiſtola Canonicorum S. Petri pro Octauiani arbitrio commenta, & mendax. 80. 2. B.
Epiſtola nomine Luciferi ad Ioãnem XXII. impia. 206. 1. C. Altera item Papæ, & Cardinalibus directa. 203. 2. B.
Epiſtola metrica maledicentiſſima ad Gregorium XII. miſſa. 249. 1. A.
Epiſtola Poggij an cauſæ Hieronymi de Praga faueat. 261. 1. C.
Epiſtola Pij II. ad Maumetem Turcarum Principem, hortatoria ad baptiſmum. 291. 2. A.
Epiſtola Ludouici XI. ad Pium II. obſeruantiæ plena. 296. 2. D.
Epiſtolæ Lutheri ad Leonem X particula. 319. 2. D.
Epiſtolá Mirandulani ad Maximilianum Imperatorem falſò citata. 327. 1. A.
Epiſtola & Euangelium cur aliquando in Miſſa Papæ Græce etiam legatur. 344. 1. B.
Epiſtolæ Eleonoræ Angliæ Reginæ ad Cæleſtinum. III. pro liberatione Richardi filij. 109. . B.
Epiſtolæ Decretales cuius Pontificis præcepto compilatæ: in quo Mornæus errauit. 140. 2. C.
Epitaphium Pauli II. 293. 1. D.
Epitaphium Pij II. quale. 292. 2. B.
Epocha Nouatorum à Lutheri prædicatione. 333. 1. C.
Epochæ quid ſint. 333. 1. B.
Equitatus Papæ, in Pontificalibus ipſum eſſe Antichriſtum non ſignificat 352. 1. D & ſeq.
Erfordienſis Vniuerſitas cur Sebaſtianum Brand expulerit 321. 1. B.
Errores Arnaldi Villanouæ. 172. 1. D.
Errores Io de Poliaco. 173. 2. C.
Errores Manfredi Vercellenſis. 282. 1. D.
Erroris hæreticalis, quæ proprietas. 338. 1. D.
Errorum propagatio quam facilis. 95. 1. D.
Euangelia an contra ea diſpenſet Papa. 141. 1. A.
Euangelij lux per Sectarios non renata. 265. 2. C. Ipſum primò dignoſcitur per Eccleſiam, non econtra. 175. 2. B. Si Pontifex aliquid ei contrarium doceat, an ei ſtandum. 327. 1. B. Cur in Miſſa Papæ Græcè & Latinè legatur. 344. 1. B. Pro reuerentia doctrinæ, Papa id exoſculatur. 352. 1. C.
Euchariſtia blaſphemè à Mornæo cruſtula appellata. 221. 1. B. Totum Chriſtum Deum, & hominem in ſe continet, iſque in ea adoratur: vt Euchariſtiæ adoratio Chriſtianos à Deo non reuocet. 225. 2. C. & ſeq. Hæc eius adoratio non eſt ab Honorio III. inſtituta. 140. . C. Ab Angelis etiam exhibetur. ibid. D. Idololatria dicitur à Mornæo. 310. 1. D. Ritus eius Romano Pontifici præferendæ quàm antiquus. 244. 2. D. S. Satyrus eam Orario obligatam geſtans, e naufragio euaſit. 245. 1. C. De eius ſumptione ſub vtraque ſpecie varia ex Concilio Conſtantienſi. 246. 1. C. 273. 2. C. Quid de hoc Bohemi obiecerint Cardinali Cuſano. 276. 1. A. Miraculum dum canibus funditur. ibid. C. De præſentia corporis Chriſti in ea quid Picus Mirãdulanus. 325. 1. D. Eius conſecratio à quibus verbis pendeat. ibid. 2. B. pro eius veneratione, indulgentia Clementis V. 199. 2. D.
Eugenius III. vbi conſecratus. 54. 1. A. Romam rediens per honorificè excipitur 54. 2. C. Iterum cedens in Gallias proficiſcitur, & honorificentiſſimè ſuſcipitur à Rege 54. 2. D. & ſeq. In Italiã regreſſus, pace cum Romanis facta, Tyburi moritur. 55. 1. A. Nec pretio, nec ſpe pretij ſibi Papatum comparauit. 61. 2. A. Mornæi in ipſum calumnia 162. 1. C. Eius ſanctitas celebrata ibid. De controuerſia inter ipſum & Cardinales. 62. 1. C. & ſeq. Documenta cõcordiæ inter ipſum & Fridericum initæ 69. 1. C.
Eugenius IIII. aliàs Raphael Condelmerius, quando electus. 268. 2. C. Concilium Baſileenſe diſſoluit ibid. Quid hoc in ipſum. ibid. D. Decreta Concilij Baſileenſis nunquàm approbauit. 269. 1. B. Amadeus Dux Sabaudiæ in eius locum à Concilio electus. ibid. C. Eiuſdem Concilij Patres eius depoſitionem, & Amadei electionem deteſtati. ibid. D. His ab Eugenio deſciſcentibus, Carolus VII. non Concilio, ſed illi adhæſit. 269. 2. A. Eugenio depoſito; an Eccleſia fuerit apud ipſum, an apud Amadeum. ibid. C. & ſeq. Græcorum Imperator ei potius quam Baſileenſibus adhærens, Ferrariam ad Concilium venit. 270. 1. D. & ſeq. Hic cum Orientalibus perhonorificè ab ipſo recipitur. ibid. 2. D. & ſeq. Eugenius inſtat, vt Græci defuncto Patriarchæ Conſtantinop. alium coram ſe ſufficiant: tum ipſorum arbitrio id relinquit. 271. 2. B. Mornæi in ipſum calumnia & impoſtura ibid. C. An author abrumpendæ pacis inter Vladiſlaum regem, & Amuratem Turcarum Principem. 274. 1. A. Legitimus Pontifex. 275. 1. C. Iulianus Cardinalis, à Concilio Baſileenſi ad ipſum redit. 279. 1. C. Nicolaus V. Ei ſuccedit. 289. 1. D. Eius depoſitio an ab Vniuerſitatibus approbata. 294. 1. B.
Europam Leo X. initio Pontificatus ſedat. 318. 2. D.
Eutychetis hæreſis à quo damnata 300. 2. D. in Epheſino II. perperam confirmata. 327. 2. C.
Exarchi titulus quid in Archiepiſcopo ſignificet. 70. 1. B.
Excommunicati ob hæreſim, & ob alia delicta, in quo differant. 6. 2. A. Sepulti in Eccleſiaſtico loco exhumandi ſunt. 22. 1. C. Qui eos ſepeliunt, excommunicationẽ incurrunt ibid. 212. 1. A.
Excommunicato quando quis communicare poſſit. 45. 2. A. In dubio, vitari debet. ibid. C.
Excuſatio Prælatorum Galliæ apud Leonem X. qua de re. 317. 1. D.
Exemptiones Clericorum & à Canonico, & Ciuili iure approbatæ. 343. 2. B. vide: immunitas.
Expeditio Chriſtianorum pro recuperanda Terra Sancta ex officio & animo ab Vrbano II. procurata 4. 2. C. & ſeq.
Expeditio vltramarina ab Innocentio IV. procurata cur ceſſerit infeliciter 147. 1. D.
Extrauagans Bonifacij, Vnam Sanctam. num temporali Regum poteſtati detrahat. 179. 2. A.

F.

FAntinus Pij II. Orator à Podebrachio in carcerem coniectus. 299. 1. D.
Felix V An legitimus Pontifex. 256. 1. B. Pontificatu ſe abdicat. 269. 1. C. Nicolaum V. legitimum Pontificem veneratur 270. 1. C. Antipapa à Nicolao Cuſano appellatur. 281. 1. C. An eius electio ab Vniuerſitatibus approbata. 294. 1. B.
Ferdinandus Alphonſi nothus iure à Calixto III. Regno Neapolitano priuatus. 288. 2. D. Iterum illud à Pio II. recipit. ibid. Ei bellũ infert Innocentius VIII. tandem componit 303. 2. B. Inſulas orbis noui cur ei & Iſabellæ conceſſerit Alexander VI 306. . C.
Ferrariæ Concilium indicitur ab Eugenio IIII. 270. 1. B. D. vide: Concilium.
Ferraria vrbs cur à Innocentio Quarto dicta beata. 154. 1. B. Mathildis quando eam Eccleſiæ Rom. reſtituerit. ibid. C.
Feſta Sanctorum cur inſtituta. 234. 2. D.
Feſtum corporis Chriſti à quo inſtitutum. 162. 2. C. 190. 2.

Digitized by Google

2.C. Cur inſtitutum. 169.2 B. Pompam publicam tali die exhibendam quis inſtituerit. 292.1.C.

Feſtum Läceæ,& clauorum à quo inſtitutum. 217.1.D.

Feſtum ſtigmatum D Franciſci à quo inſtitutum. 245. 2 A.

Feſtum Trãsfigurationis à quo,& cur inſtituti. 88.1.D.

Feſtum Viſitationis B,V.a Bonifacio IX. confirmatum, 234.2.D.

Feudorum ſucceſſores,nothi an eſſe poſſint. 288.2.D.

Fidelitas quando Regibus debeatur, quando non.10.1. A.B.

Fides,an hæreticis ſeruanda. 260.1.D.

Fides Chriſtiana quid credendum doceat.274.2.D. Antiquior eſt ipſa ſcriptura ſacra.275.1.A. Noſtra reſpõſis cuiuſquã priuati, Doctoris non innititur. 300.1.B. vnde in Gallias prodierit.ibid.2.B.Non eſt probanda ex perſonis.3..2.C.305.2.D.

Flagellantium Secta a Mornæo cõfuſa cum alijs pœnitentibus qui nullos profeſſi ſunt errores.169.1.B.Reprobata ab Eccleſia Romana ibid.D

Flauianus Patriarcha Antiochenus à Damaſo depoſitus. 24.1.A.

Flauianus Epiſcopus Conſtantinopolitanus in Concilio Epheſino II.occiſus. 327.2.C.

Florentini cenſuras Gregori X I. perperam contemnũt. 217. 1. B. Quando primum ſub Mediceorum dominio conſtituti. 319.1.A.

Florentinum Concilium; vide: Concilium Ferrarienſe, ſiue Florentinum.

Fortitudinem hoſtibus noſtris peccata noſtra contra nos augent. 274.2.B.

Francia cur interdicto ſoluta à Benedicto X I. 184.2.D. Vnde fidem Catholicam habuerit. 300.2.B.

Franciæ Reges benè in Sedem Apoſtolicam affecti.281. 1.A.249.2.C Romanæ Eccleſiæ ſemper obedientes. 312.1.C.Põtificũ Romanorũ obſeruãtiſſimi 314.2.D. Epiſcoporũ electiones Eccleſijs conceſſerunt.30.1.C.

Franciæ Regni continuata obſeruantia in Romanos Pontifices.30 1.D.& ſeq Id nunquam ſchiſmatibus pollutum fuiſſe recolitur.81.2.B Vide: Gallia.

Franciſcanorum Religio rectè Paradiſo a Clemente V. comparata. 193 2.A & ſeq.

S. Franciſcus ſub Innocentio III. Floruit,& qualis 120. 1.A. Nec Chriſto coæquatus, nec ſupra Chriſtum euectus. ibib.2.A quomodo conformis Chriſto. 121. 1.D.Stigmata reuera habuit.ibid.2.A 245.1.D.Horũ feſtum à quo inſtitutum ibid.2.A. Eius regulà à quo confirmata. 170.2.A.

Franciſcus Baroncellus Romanum Tribunatum inuadens quem titulum vſurparit.214.2 D. Quomodo & à quo eiectus & interfectus.ibid.& ſeq.

Franciſcus dandulus quomodo,& quidem ſponte, Venetis excommunicatis abſolutionem à Clemente V. promeruerit. 91.1 B & ſeq.

Franciſcus Maria Feltrius iurene à Leone X. Vrbinatenſi Ducatu ſpoliatus. 319 1.B.

Franciſcus Petrarcha vitia Romanæ Curiæ, non dignitatem damnat. 212. 1. B. Quanti fecerit Romanum Pontificem.ibid.C.Quid de Bonifacij VIII. comprehenſione ſenſerit. ibid.2.A. Quid de Ioanne X X I I. Benedicto XII. Clemente VI.Innocentio VI.& Vrbano V.ibid. D. Romanam Vrbem quomodo appellet. 213.1.A. Verè Catholicus.ibid. Stigmata D Franciſci eiuſq; Ordinem celebrat. ibid. B. Eius culpa in repræhendenda Lege Carolo IV. ab Innocentio VI. impoſita. 215.1.D.

Franciſcus Picolomineus vide: Pius III.

Franciſcus Rex Franciæ qua in re Stapulenſem commendarit. 323.1.D.

Franciſcus de Rouere vide: Sixtus IIII.

Frangipanes à Friderico in Gregorium IX. concitati. 130.2.B.

Fraticellorum hæreſis cur a Bonifacio damnata. 183.2. B eorum Secta alia ab Vualdẽſibus.195.2.A. Errores nefandi ibid C.Multitudo.196.2.A Multi ex eis combuſti, pertinaciter obiere.ibid.

Fratris nomine Papa Epiſcopos exemplo Chriſti appellat. 342.2.D.

Fridericus.I.Imp quare electus 69.1.B.Quomodo Adriano Põtifici occurrerit, eumq, ſuſceperit 70.2.A.Stratoris officium exhibuit 71.1.A. Pontifici contra Siciliæ Regẽ fauit 71.2 A Pontificẽ cur incuſet. 72. 1. B. Eius dolus in reticenda Legationis Adriani cauſſa. ibid.C.Iniuſta de Adriano querela ibid. Vnde prima eius contra Pontificem indignatio 73.1. B. Pontificis primatum in Eccleſia cognouit ibid D. 74. 1. C. ex doctrina S. Petri perperam concludit contra Pontificẽ. ib id.73 2.C.Pharaoni ſimilior, quã Adrianus 73. 2,D Placatur ab Adriano.74.1 C.Vnde renouatæ diſcordiæ. 75.1 A. Quomodo,ſcribat ad Pontif & quare. ibid 1.B. Quomodo appellet Romanam Eccleſiã. 75. 2. A. Multa contra illam facit ibid B Meritò ab Adriano arrogantiæ notatus ibid. D. Inique ab Epiſcopis, & Abbatibus hominium propter regalia exigebat.76 1 A. In cauſſa Alexandri III. & Octauiani Synodum Papiæ citra neceſſitatem indicit: & cur: quid actum 79.1 D. & ſeq Ante Iudicium Epiſcoporum Alexandrũ declarauerat intruſum 80. 1 D.Franciæ, & Angliæ Reges fruſtra ad idem ſollicitat 81.1. D.Obſtinatus perdurat. 81. 2, B. Eius Acta,in Gallia damnantur. ibid. C. Octauiano mortuo alium Antipapam eligi curat, ſuaq; authoritate confirmat. 82. B. Eius Decretum circa Romanum Pontif. quale 82. 2.A.& ſeq. Cur in Italiam venerit.ibid.B. Cur Radeuicus eius geſta ſcriptis proſequi deſtiterit ibid. D. De tribus Antipapis ſub Alexandro III. ab ipſo intruſis. 83 1.D. Inuitus conſilium, ſimulat de reconciliando ſibi vero Pontifice.83.2.A. Ob excommunicationem non reſalutatur.ibid.B.Cur de pace nihil concluſum. ibidem. Ingenti clade à Mediolanenſibus affectus, pacem ſuppliciter,& ſeriò poſtulat ibid B. Pacis tabulæ.ibid. Ipſe & Pontifex ob reconciliationem Venetijs congreſſi, quomodo ſe geſſerint. 83.2.C.& ſeq. Quid de hac eius conuerſione Scriptores.84 1. D. & ſeq. Eius error inſtituto Mornæi eſt inutilis, & ab errore ſectariorum longè diuerſus ibid.2.C.ſententia de ſummo Pont. eiuſq; in Eccleſia neceſſitate ibid D. Cur Henricus filius ei ſuaſerit pacem cum Romano Pont.10..1.C.& ſeq. Veronæ in Concilio poſtulatus, vt reſtituat hæreditatem Mathildis &c. renuit: quid item ei à Lucio Pontifice negatum.102.I.C.D.Vnde ſub his periculum ſchiſmatis extiterit ibid. 2. A. B. Fridericus Rodulphi cauſſam referri vult ad Romanum Pont ibid. C. Articuli contra ipſum ab Vrbano III. & quidem iuſtè, propoſiti 103.1.D.& ſeq Vrbanus ipſum excommunicare vult: quid hic Veronenſes.ibid.2.B. C. ipſe accepta Cruce,iter in Orientẽ parat.104.2.A. Eius obitus.ibid A. B. Infeſtiſſimus fuit Romanis Pontificibus, ſchiſmatum fautor & criminoſus.ibid.C Neubrigenſis de ipſo iudicium.ibid Sigonij item.ibid.D.

Fridericus II.Hẽrici VI.Imp.filius qua lege à Celeſtino III. Siciliæ regnum obtinuerit.106. 1. D. Tutelæ Innocentij III. à Conſtantia matre datus ibid.2. D.Ad eum Epiſtola Innocentij conſolatoria in obitu matris.107.1.A Innocentij Pontificis tutela ei vtilis. ibi. B.Ab Honorio III.& Innocentio III.cur excommunicatus, & Imperio priuatus 128. 1 B. Ab Honorio antea coronatus viuente Otthone,& qualis. ibid. C. De mandato Innocentij ſuſceptus in Imperatorem in locum Otthonis depoſiti.114. 2. B. Qua lege coronatus ab Honorio.128.2.B Quæ fuerit cauſa,vt Pontifici reconciliaretur, & ab eodem abſolueretur ibid. C.Reſtituit Honorio oppida occupata Pontificis, & filiam Regis Hieroſolymi.vxorem ducit ibid. Libertati Lombardię inſidiatur.129.1.A. à Gregorio IX. ſub anathematis pœna monetur, vt ſe in Aſiam cũ exercitu trãsferat.ibid C.tacitè cum Sultano fœdus init: erat contra Chriſtianos. ibid. D. Poteſtatẽ ipſum excommunicandi in Romano Pontifice agnoſcit. ibid. 2.A.A Gregorio IX. meritò illi exprobratũ, Eccleſiã Romanam ei matrem extitiſſe.130.1.A.Frangipanes contra Gregorium IX.concitat.ibid 2. B Minis Pontificis coactus, claſſem ducit in Palæſtinam ibid. Ei conuenit cum Sultano: quo pacto.ibid.C. Pontifex, improbata eiuſmodi pace, quæ nihil haberet ſolidi,

ei ſuccenſet ibid Non tamen, vt Mornæus calumniatur, ad Sultanum ſcribit, ne quid ei reſtituat. 131. 1. A meritò ſcribit ad Hoſpitalarios, & Cruceſignatos, vt ſibi ab ipſo caueant ibid. B C Quo fine Fridericus abſolutionem à Pontifice poſtularit ibid. C. Pontifex non fuit conſcius proditionis, quam Templarij ei moliebantur 131. 1. A. Gregorius cum ipſo pacem init, ab eodem cum venia poſtulatam. ibid C. Fridericus quod Gregorio promiſerat, non implet ibid. D Quid, vbi comperit ſe à Gregorio excommunicatum. 132. 2 D & ſeq Quid contra, Gregorius. 133. 1. B. & ſeq. Quid hic idem, Roma ab ipſo obſidione cincta ibid. 2 B. Friderici crudelitas in Romanos ibid. C. Hoſtis Eccleſiæ perfidior ſarracenis: his quàm deditus ibid. D. & ſeq. Tota Gallia & D. Ludouicus cum Gregorio contra ipſum ſentit. 134. 1. D. & ſeq Gregorius cõſilijs Regum Franciæ & Angliæ; Concilium contra ipſum indicit. ibid. 2. B Quid ipſe in euntes ad Concilium ibid Rex Franciæ de ipſo conqueritur. ibid. C. Ipſe ob eius minas Francos Patres reſtituit. ibid. Balduini & Raimundi rogatu, Cardinales in carcerem Coniectos liberat. 135. 1. D. Quid de creato Innocentio IV. dixerit ibid 1. C Innocentium capere cogitat. 36. 1 A Citatur in Cõcilio Lugdunenſi ibid. B. Thadæum pro ſe ad Concilium mittit ibid. C Ex Synodi ſententia excommunicatur, & Imperio, ac Siciliæ Regno priuatur ibid D. Quamdiu expectatus in Concilio ibid 2. A. In eum conſpirant domeſtici ſui 137 1 D Poſt latam excommunicationem quàm male actum cum eo ibid 2. B. Quando obierit, & quomodo. 139. 2. B 150. 1 D. Petrum de Vincis ſibi à ſecretis cur excęcari iuſſerit. 139. 1. B Clades Ludouici Regis Francię ſi cui tribuenda eſt, certè Friderico. 139 1. B quæ nã in eo laudanda, quæue vituperanda. 139. . D. qua ratione Pontifices fuerint eius perſecutores ibid. 2. B.

Friderici III Imperatoris legatio ad Eugenium IV. 283 2. D à Nicolao V. matrimonio cũ Leonora iũgitur, & coronatur 284 2 D. Nicolai V. pedes oſculatur 285. 1. A. Felicem V non veneratur ibid. B Matthiam Vngariæ Regem ad bellum contra Podebrachium cur hortatus 199 2 A. Concilium in finibus Germaniæ à Pontifice indici poſtulans non obtinet. 300. 2 D.

Fridericus Auſtriæ Dux, mortuo Henrico VII. quando, & à quibus electus. 197 1. A. Eiuſdem confirmationẽ differt Ioannes XXII. ibid. C. à Ludouico Bauaro ſuperatus obit. ibid.

Fridericus Sicilię Rex de veritate Euangelij dubitans, religioſus dici non poteſt. 194 2. C. Eius cum Arnoldo Villanoua colloquium de Euangelij doctrina gratis Mornæo relatum ibid. D.

Froiſſandus nihil habet contra authoritatem, & dignitatem Romanę Eccleſię. 35. 2. B. & ſeq.

G.

Galeatius Vicęcomes cur bello petitus à Ioanne. XXII. 202 2. A. Ludouicus Bauarus ei fauorẽ aut auxilium pręſtare non debuit. ibid. & ſeq. Ab eodem Ludouico in carcerem conijcitur & dominio priuatur ibid. D. De ipſius obitu. 203. 1. A.

Galli religioſiores Germanis. 81. 2. D.

Galli vitio puerorum olim infames 338. 1. B.

Gallia tota, & D. Ludouicus conſenſit cum Gregorio nono contra Fridericum II. 134. 1 D.

Gallię nobiles an in Innocentium Quartum conſpirarint. 147. 1. B.

Gallicanum inſtrumentum quid. 334. 1. A.

Gallicorum Pręlatorum excuſatio apud Pontificem, quòd tempore debito ad Concilium Lateranenſe nõ conuenerint. 317. 1. B.

Gallorum pręlium contra exercitum Iulij II. quomodo ceſſerit. 315. 2 A.

Gallorum priuilegium à S. Clemente conceſſum, vt pro ſe Papam eligerent examinatur. 135. 2. C. Apud eos probroſum fuit ſoluere iuramentum, quamlibet malè publicè iuratum 55. 2. C., Vide: Francia.

Garſtunigenſe Cõcilium à quibus coactum. 8. 2. D. eius acta. 9 1. A.

Gaſto Fuxeus Dux exercitus Gallorum contra claſſem Iulij. II. quomodo occiſus. 315 2. A.

Gaufridus Carnotenſis cur ſe Epiſcopatu abdicauerit. 7 1. B.

Gelaſius. II. quomodo electus, & qualis. 32. 1. A. Cur Henricum. IV damnauerit. ibid B. Rauennati Archiepiſcopo cur epiſcopatus prius ademptos reſtituerit. 32. 1. D. & ſeq In Galliam ſe recipit: & eius obitus. 32. 2. B.

Gennadius Scholarius pro Latinis pugnat in cauſa Grę corum. 283 1. B.

Georgius Podebrachius cur à Paulo II excommunicatus 299 1. C. & ſeq. Regno Bohemiæ ab eodem deponitur. ibid. D. Matthias ei bellum indicit. ibid. 2. A. An Matthiam captiuum detinuerit ibid C.

Gerardius Camerarius Cardinalis in Pontificem electus. 53 2. C.

Germania fidem Chriſti habuit ab initio naſcentis Eccleſiæ. 295 2 C.

Germanicæ nationis querela de Romano Pontifice. 294. 2 D 332 2 D.

Germanicum inſtrumentum quid. 333. 2. D.

Germaniæ Principes Innocentium III. pacis arbitrum conſtituunt. 113 2. B. Proceres quid cum Gregorio. IX. 132 1. D.

Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus an tempore Gregorij IX. floruerit 147. 2. C. Ex iudicio Pariſij. habitus hæreticus, & Antipapa. ibid. D. ad eum meritò Gregorius IX. reſpondet 148. 1. C.

Gerochus Epiſcopus Bichenbergenſis cur librum ediderit ſub titulo de Antichriſto 88. 1. A. Alius eſt à Gerone Halberſtatenſi. ibid.

Gerſonius vide: Ioannes Gerſonius.

Gibellinorum origo uide. Guelforum.

Gibellinus infenſus Bonifacius VIII. 178 2. B. Eorum origo. Vide: Guelforum.

Gladij Eccleſiæ & Pontificis duo, & quomodo, & à quibus exerendi. 37. 2 D 165. 1 A. 179. . D 247 2. C.

Gnoſticos vox quid ſignificet. 127 1. D.

Gocchius Pupperus quis 309 1. D. Eius de iuſtificatione doctrina examinatur. ibid 2. A.

Godefridus Bullonius Dux exercitus pro recuperatione Terræ ſanctæ 5. 1. D Primus in vrbem Hieroſolymitanam impetum facit, indeque primus Rex Hieroſolymorum creatur 12 2. A. Deſertis Henrici ſchiſmatici partibus, Vrbano legitimo Pontifici ſe adiũxit. ibi.

Godefridus de Fontibus infenſus Mendicantibus. 176. 2. A.

Godefridus Lotharingiæ, & Tuſciæ Dux qualis erga Cadolum Antipapam. 12. 2. B.

Gratianus an Petri Lombardi frater. 69. 1. A.

Græcorum ſchiſma vnde ortum. 148 1 A. ibid. 2 A.

Græci primatum Pontificis in Lugdunenſi confeſſi Cõcilio 165 2. A. Cur poſtea Michaelem Paleologum depoſuerint, & Lugdunenſi Cõcilio renũciarint. 174. 2. B.

Græcos ad vnionem cum Romana Eccleſia hortatur Ioannes. XXII. 206 2. A. Eorundem ad Pontificem reſponſio ibid C. Capita ab eis in Concilio Ferrarienſe ad diſcutiendum propoſita. 271. 1. D In latinorũ ſententiam & ipſi deueniunt. ibid. 2. B. Pecuniarum ſubſidium eis negat Nicolaus V & cur. 285. 2. C Eorum excidij cauſſa. 286. 1. B. Quid ijs S. Brigita minata ſit. 223. 1. B. 319. 1. A.

Gratianus quo tempore Decretum ſcripſerit, & eius laudes 68 2. A. 69. 1. A.

Gregorius Heimburgenſis Sigiſmundi Imperatoris nũcius à Pio II. Cur excommunicatus. 296. 1. C. qualis fuerit ibid 2. A. Plura vide ad finem libri in Appẽdice.

S. Gregorius Nazianzenus Iuliani impietatem prædicit. 311. 2. C.

Gregorius Papa Magnus quo ſenſu titulum Vniuerſalis repudiarit. 192. 2 C. Quatuor priora Concilia, vt Euangelia veneratus eſt 272 2. D 76. 2 B.

Gregorius III Imperium Henrico IV adimit. 117. 1. A.

Gregorius VII. moriturus, ſuis conſuluit de ſucceſſorẽ eligendo. 1. 2. D. Cur Polonis regio honore interdixerit

Digitized by Google

ræ. 102.1.B.
Gregorius VIII. aliàs Albertus Cardinalis Vrbani Tertij ſucceſſor, quando electus & qualis. 103.2.D. Scribit ad omnes Chriſti fideles pro ſubſidio Terræ ſanctæ. 104.1.A. Ieiunium quinquennali ad placandum diuinum numen indicit. ibid. Vbi, & quando obierit. 104.1.B.
Gregorius IX. aliàs Cardinalis Hugolinus Honorij III. ſucceſſor, quando electus. 129.1.A. Fridericum ſecundum ſub anathematis pœna, vt ſe in Aſiam transferat, monet 129.1.C. Eidem iuſtè exprobat, Eccleſiam Romanam ei matrem fuiſſe. 130.1 A. Eius adhortatio ad Crucem ſuſcipiendam, an flagitiorum cauſſa fuerit. ibid. B. Fridericum cogit claſſem ducere in Palæſtinam. ibid. 2. B. Succenſet Friderico, quod malè compoſuerit cum Sultano. 130 2. C. Hoſpitalarijs, & Cruceſignatis ſcribit, vt ſibi à Friderico caueant. 131 1. A. Quo fine Fridericus ab eo abſolutionem poſtularit. ibid. D. Conſcius non fuit proditionis Hoſpitalariorũ aduerſus Imperatorem. 131.2. A. rogatus cum Friderico pacem init, quibus conditionibus. ibid. C. Henricum in Fridericum II. patrem non concitauit. 132.1. B. Quid Friderico auxilium contra Italos, & Lombardos petenti reſpondent. 131.2. B. Pacis Italiæ ſtudioſus ibid. D. Fridericum excommunicat. ibid. Scribit ad Regem Franciæ de moribus Friderici. 133. 2. B. prudenter ſibi fœdus Genuenſium, & Venetorum cõciliat. ibid. 2. A. Populum Romanum ex ambone hortatur ad defenſionem cõtra Fridericum Romam obſidentem. ibid cum eo tota Gallia, & D. Ludouicus ſenſit contra Fridericum. 134.1. D. Lateranum Concilium contra eundem ex conſilio Regum Franciæ Angliç indicit ibi 2. A. obitus qualis. ibid. C. Cur eius legatus apud Damiatam prohibuerit Richardum Cornubiæ Comitem vela facere. 135.1. C. Cæleſtinus IIII. ei ſuffectus. 135.2. B. Franciſcum Dominicũ, & Antonium Patauinũ inter ſanctos retulit 139.2 A. Antiphonã, Salue Regina, certis diuinæ rei Horis addi decreuit &c. 142.2. A. Compilari iuſſit Decretales. ibid. C. iuſtiſſimè ab Anglis ſubſidium exigit. 142.2. A. Mittit Prædicatores, & Minores, qui Anglos ad Crucem ſuſcipiendam hortentur, & quàm ij à populis honorificè habiti. 143.1. D. Cur Legatum in Angliam Otthonem Cardinalem Deſtinarit. ibid. 2. B. Verbis à Chartuſiano quodam inſano impetitus. 144.1. B. Meritò Germano Conſtantinopolitano reſpondet, & quomodo. 148. 1. C. Eius monita Salutaria etiam in ſententia matthæi Pariſij: ibid. D. Temerè ab Antiocheno Patriarcha excommunicatus. ibid. 2. C. Contentio Romanorum cum ipſo examinatur. 149.1. A.
Gregorius X. antea Theobaldus Vicecomes, quando, & quomodo electus. 164. 1. C. Concilium Lugdunenſe indicit ibid. 2. A. Conclauis inſtitutum pro eligendo Rom. Pontifice Sancit. 166. 1. B. Quando obierit. ibid. D.
Gregorius XI. aliàs Petrus Rogerius, cui ſuffectus, & quando. 216. 2. C. Curiam Auenione Romam transfert ibid. Quàm honorificè à Romanis exceptus. ibid. D. Collabentia ædificia plurima, & Baſilicas reficit. ibid. Pro capiendo Vuiclefo laborat. 227. 1. C. Moritur, & ſchiſma in Eccleſia oritur. 228.1.C.
Gregorius XII. aliàs Angelus Corratius, quando, & quomodo electus 240. 2. B. Scribit ad Petrum de luna. ibid D. Abdicatur cum Benedicto XIII. & ſufficitur Alexander V. 241. 1. A. An per ipſum ſteterit ne ſchiſma tolleretur. ibid. & ſeq. An fuerit Legitimus Pontifex. ibid 2. B & ſeq. Pontificatu ſe abdicat. 244. 1. C. Epiſtola metrica maledicentiſſima ad eum miſſa. 249.2. A. A Nicolao Carmelita publicè correptus, & quid inde 258.2. B. Errorius per ludibrium à Theodorico à Nyera dictus. 258.2.B.
Gualo Legatus Innocentij III. in Anglia auaritiæ accuſatus, à Pontifice punitur. 142.2.C.
Gubernatores Eccleſiæ dicti Eccleſia. 115.2.B.
Guelforum, & Gibellinorum origo, & factiones. 155. 1. C.
Guithertus Antipapa Roma deiectus. 2. 1. B. excommunicatus ibid. C. dictus Clemens III. ibid.
Gulielmus II. Angliæ Rex Anſelmum Cantuarienſem, impedit, ne Romam eat 14. 2. D. Vrbanum II. pro vero Pontifice non agnoſcit. 15. 1. B. Agnouit poſtea ibid. Cur iterum Anſelmo infenſus ibid. Eum. exulare cogit. ibid. C. Qualis fuerit. 15. 2. A. Eius obitus. ibid. B.
Gulielmus Aurifex qualis Author. 150.2 C.
Gulielmi Budei ſententia de primatu Romani Pontificis 323.2. D. Non omnes Eccleſiæ miniſtros notauit. 324.1. A. Eorum dignitatem commendauit. ibid B. Non fuit infenſus dignitati Pontificum ibid. 2. A. B. Nunquam deſeruit Romanam Eccleſiam eiuſq; fidẽ ibid. C. Immeritò fuit à Mornæo pro ſua cauſſa citatus. ibid. D.
Gulielmus Griſanus: uide Vrbanus V.
Gulielmus Hollandiæ Comes Innocentij IV. opera, Imperator per mortem Henrici Lantgrauij electus. 137. 1. B. Cur in catalogum Imperatorum non relatus. ibid. D.
Gulielmus Occhamus inuiſus Ioanni XXII. 198. 2. D. Cur ab eodem Pontifice declaratus hæreticus 204. 1. B. 2. D. Confugit ad Bauarum. ibid. C. moritur. ibid. qualis fuerit. ibid. Eius fides de Romana Eccleſia ibi. D. Prudens dum ſcribit de Rom. Pontifice 205.1.C. De Romani Pontificis primatu quid ſenſerit. ibid. B. Nullius auctoritatis apud Catholicos ibi. Eiuſdẽ in Clementem VI. & Carolum. IV. Imperatorem conuitia. 111.1. D. Ipſum Ante mortem Sedi Apoſtolicæ reconciliatum fuiſſe, probabile eſt. ibid. 2. D.
Gulielmus Pariſienſis dictus de Santo amore quomodo Clericos carpat. 159. 2. A. Impiè ſentit de ordinibus Mendicantium. 158. 2. C. Ob id Doctoratu priuatur. ibid. D. Contra paupertatem Mendicantium ſcribit, & damnatur. 159. 2. B. eius liber nunquam a Theologis Pariſienſibus approbatus. 238.2.D.
Gulielmus Siciliæ Rex iuſtè bello petitus ab Adriano IV. 91.2 B. Excommunicatus ibid. Pontifici rebellis. ibid C. vbi, & quando obierit. 105.2.B.
Gulielmus Tyrius quando Archiepiſcopus electus. 51. 1. C. Quando conſecratus. ibid. 2. C. Pallium ab Honorio II. impetrauit. 35.2.C.

H

HÆreſis cur pœnitentiam ſimulet. 338.1 D.
Hæreſis Fraticellorum cur a Bonifacio damnata. 183.2.B.
Hæreſis Henriciana, vel Clementina vbi damnata. 18. 1. A.
Hæreſes vnde ortæ. 8. 1 C 98.1. A. Olim multæ circa perſonam Chriſti 342.2. A Omnes ab Eccleſia Romana damnatæ. 300 2. C. D. Multa eis ſunt communia cum Eccleſia Catholica. 336 2. B. Earum multitudo veritati Orthodoxæ Fidei non officit. 354.1.D.
Hæreticalis erroris proprietas 338.1.D.
Hæreticus quis. 7. 2. A. 13. 1. A. & ſeq. 27.1 C. 98.2. B. 309.1 B.
Hæretici non accuſati dum viuerent, mortui ſunt anathematizandi. 183. 2. C. Eorum ſermo ad quid proficiat. 227.1. B. Eorum pœna quæ 11.2 B. 239.2. A. Quomodo dignoſci poſſint 95.2. C. Martyres eſſe nequeũt. 258.2. D. 338.2. C. Iis an ſeruanda fides. 62 B. 260. 1. D. Vt facilius decipiant, Sanctitatem ſimulant. 338.1. D. Eorum cæcitas quanta. 337.1. B Laudantur à Mornæo, catholici verò reprobantur. ibid. Eorum libri meritò damnandi. 340.2. B. Chriſtiano nomine indigni, & cur. 316. 2. D. Eorum vaticinium de Papatu ſubruendo, quale. 357 2. A. Mos in citandis Scripturis. 37 1. C. 98 2. B. Aliquando uiſi acuti. ibid. Sepulcra dealbata à Domino dicti. 97.2. C. Foris iuſti, intrinſecùs peſſimi. ibid. 100 2. C. Scientiam ſibi arrogare ſoliti. 127.1. C. Cur Theologis ſcholaſticis infenſi. 69. 2. A. Omnes ſunt Simonis Magi diſcipuli, & ſucceſſores. 96.1. C. Vinci poſſunt, ſed non perſuaderi 101. 1. B Eorum nota, proprium nomen. 95.2.C.
Hæretici quidam in Prouincia Toloſana, boni homines appellati, & eorum errores. 95.2. D & ſeq.
Haiabali Profetæ Diaboli impudentia. 213.2.D.

S. He-

Digitized by Google

S. Helenæ quomodo Crux Chriſti innotuerit. 216.2.A.

Heliogabalus ſolis cultor. 548.2 B.

Hemon Piccardus cur combuſtus. 310.1.B.

Henriciana hæreſis.vbi damnata. 13.1.A.

Henricus. I. Angliæ Rex Eccleſiarum inueſtituras ſibi ſumſit.30.2 D Legatos Romam ad hoc impetrandum mittit.31 1.A.Quid decretum.ibid.B.Romani Pontificis iuriſdictionem in Eccleſias ſui Regni agnouit. ibid.D Eius Decreto acquieuit 31.2.A. Innocentio. II.occurrit 41.1.A.Quid de inueſtituris Epiſcoporum ſtatuerit. 25.1.B.

Henricus II. Angliæ Rex cognouit ius Hiberniæ eſſe ſub dominio S Petri.72.1.D.Quomodo Alexandrum. III.ſuſceperit 81.2. D.Deteſtabiles,& iniquas conſuetudines confirmari volebat.88.1. A Earum ſumma. ibid.B.Cauſſæ odij eius in S.Thomam.89.2.B. Diploma Legationis Angliæ concedi curat Eboracenſi Archiep 90.2 A. Corrumpere Cardinalium iudicia ſtudet 92.2.B Multa in eo tum laudanda, tum reprehendenda.91.1 B.Mortis S.Thomæ ſi non conſcius,aliquã tamen illi occaſionem dediſſe fatetur.92.1.C.Quid in illius expiationem ſe facturum ſponte receperit.ibid. D.&ſeq Quantum eius humilitas Deo placuerit,Monacho reuelatum,& re ipſa declaratum.ibid.2.C.Caluiniſtæ laudant eius crimen in S Thomam; pœnitentiam vituperant, quorum impietatem ſequitur Mornæus ibid &ſeq.

Henricus III. Angliæ Rex an pro Friderico II.fideiuſſerit.136.2.D.Gregorij IX. exactioni in Anglia conſenſit. 142.2.C.

Henricus V. Angliæ rex quid in Vuicleſiſtas ſtatuerit. 217.1.C.Sectarij Ioannis Hus,& Hieronymi de Praga in eum conſpirant. 259.1.A.

Henrici VIII. Regis Angliæ iudicium de Luthero. 354.2. A.

Henricus Bauariæ Dux quid cum Bainaldo Caſſinenſi Abbate ſtatuerit. 44.2.A.

Henricus III. Imp.alijs IV.cur coniugem in carcerem coniecerit.3.1. D. Cur Conradus filius ab ipſo defecerit.3.1.D.& ſeq.10.1.D.Henricus Archiepiſcopum Mediolanenſem: inſtituit, ſed is à Legato Sedis Apoſtolicæ abdicatur.4.2.A.B Cur ad Eccleſiaſticam communionem non redierit.91. D & ſeq. Cur in ſolemnibus conuentibus aliquando lachrymatus.10.2. A. Guiberto Antipapa mortuo,alium rurſus Paſchali ſtudet opponere.16.2.D.Pacisne componendæ, an ſeditionis fouendæ Studioſus.17.1.C.D.Excommunicatur à Paſchali. ibid. 2. A. Henricus filius in ipſum concitatur,at non à Pontifice, ſed à Germaniæ Principibus, qui & Imperium ad eundem traducunt. 17. 2 B.& ſeq. Francorum Regis auxilium implorat. 18. 1.D.Eius pietas vulpina 18.2.B. Mors,& ab ea populi plauſus,& pax Eccleſiæ.ibid. C. Corpus eius meritò extumulatum,& per quinquennium inſepultum. 19.1 B & ſeq. 22 1. A. & ſeq. Imperium à Gregorio VII. ei ademptum. 137.1.A.

Henricus IV. Imp.alijs V in patrem concitatur,& non à Pontifice ſed à Germaniæ Principibus. 17. 2. B. & ſeq. Hi à patre Imperium ad ipſum traducunt. 18. 1. A. Ipſe Trecenſis Concilij Decreto de Inueſtitoris iniquè ſe opponit.25 . .D.& ſeq.Non Paſchalis Henrico,ſed is illi fidem datam ſoluit, quem & violenter captiuum facit.26.2.B.& ſeq. Ab eodem per vim extorquet priuilegium de Inueſtituris Epiſcoporum 27. 1.C.& ſeq.Quo facto eiuſdem primatum agnouit.29. 1. B. Coronatus Imperator quid Pontifici iurarit ibid. C.Electo in locum Paſchalis Gelaſio ſecundo, ſchiſma excitat, quam ob cauſſam. 31. 1.A.& ſeq. Ab eo excommunicatur. ibid. Rauennates non ipſi ſed Gelaſio fauent. ibid. D. & ſeq. Inueſtituras Apoſtolicæ Sedis Legato reſignans, ad Eccleſiæ ſinum tandem reuertitur.25.1.B.33.1.D.Obit. 35.2. A. Poſt iniurias Apoſtolicæ Sedi illatas ſemper ſe ipſo interior.ibid.B. Eius ſemen cur afflictum.ibid.

Henricus Friderici Imp. filius cur patri ſuaſerit pacem cum Romano Pont. 101. 1. C. Cur Lucius Pontifex Imperialem coronam ei denegarit.102.1.C Quomodo aſpirauerit ad Regnum Siciliæ.105.1. C. & ſeq. A Cæleſtino III. coronatur Imperator: quid hic ab eodem ſeruatum & curſ ibid.2.B.& ſeq. Henrici truculentia [illegible] ibid D.&ſeq.Quo iure Cæleſtinus ipſum à communione piorum amouerit.106.1.B. Deſperata morte & ſepultura ibid.C. [illegible] eius teſtamentum [illegible] Eccleſiæ Rom. ibid.2.A. Regno Siciliæ potitus, quid in eius Principes ac Nobiles. 107.1.C. Quid pro fide Innocentius ibid.D.& ſeq. Quomodo Richardus Angliæ Rex ad ipſum tranſmiſſus.109.1.C.& ſeq. Quomodo Pontifex effecerit vt is ab eo dimitteretur ibid. 2.D.Quomodo ipſe dimiſerit.ibid. Cur hinc à Pontifice excommunicatus. 110.1.C.

Hericus VII.Imperator per mortẽ Alberti renunciatur. 186.1.A.Eius electio probata à Põtifice.ibid. Mediolani coronatus.ibid.B. Veneno ſublatus. ibi. C. An Bernardus Dominicanus huius ſceleris author.ibid.C.& ſeq.Fidelitatis iuramentum Pontifici præſtitit.187.1. D. Cur Robertum Neapolitanum Maieſtatis reum pronunciarit.187.2.C.Hæc eius ſententia à Clemente Pont.improbata.188.1. B.

Henricus Langrauius monitu Pontificis eligitur Imperator in locum Friderici II. 137.[illegible] B. obit. ibid. & ei ſubſtituitur Gulielmus Holandiæ Comes.ibid. D. Cur in Imperatorum Catalogo non numeretur.ibid.D.

Henricus Monachus Petri Bruis diſcipulus, quorum malorum cauſſa.65.1 A.B.Qualis ibid.& ſeq.Quis ad hunc conficiendum ab Eugenio III. in Prouinciam Toloſanam miſſus.quid in eius hæreſim S.Bernardus ibid.D. & ſeq. Catheñus vinctus Epiſcopo traditur. ibid.2.A.

Herculis clypeus qualis. 60.1.D.

Hermannus Italus Fraticellorum hereſeos author.183 2.B.

Hermani Ried dicta de Clericorum vita perpenduntur. 298.1.B.

Hetruriæ Laurentius Medices præficitur à Leone X. & quomodo. 319.1.A.

Hiacyntus Cardinalis videt Cæleſtinus III.

Hiberniæ ius eſſe ſub dominio S. Petri, Henricus Angliæ Rex agnouit.72.1.D.& ſeq. Idipſum profeſſi ſunt ipſimet Hiberni. 73.1.A.

Hieronymo de Praga combuſto, Angli ſæuiunt in Catholicos. 59.1.A.Quid de ipſo Aeneas Syluius. ibid. D Hiſtoria tota de eo ibid. & ſeq. Saluus conductus ei conceſſus, & ita quidem, vt data fides ſeruata ſit. 260 2. D. Non fuit martyr. 261. A. Eius libri in Concilio Conſtanenſi damnati. 340.1.C.

Hieronymi Sauonarolæ ſententia de primatu Romanæ Eccleſiæ 310.1.D. Infenſus fuit Alexandro VI. ibi.D. An communionem ſub vtraq; ſpecie tutatus ſit. ibid. 2.D.Quæ illi obiecta ibid.

Hieronymi ſquarzafici calumnia in Benedictum XII. refellitur. 207.2 B.

Hieroſolymitanus Rex neq; Alexandrum III. neq; Victorem recipiendum ſenſit in ſchiſmate.112.2.C.Nõ dubitauit tamen de primatu Romani Pontificis. ibid.

Hildebertus Epiſcopus Cœnomanenſis Romanos taxat, non Pontificem.36.1.B.Quid de appellationibus ſenſerit.36.2.B Quid de Pontificis iuriſdictione ibid. D. Cur creatus Turonenſis Archiepiſcopus.ibid.

Hildebertus Turonenſis Archiep. à S. Bernardo admonitus, Innocentio adhæſit. 52.2.B.

Hiſtorias veras ab apocriphis ſegregare ſemper ſtuduit Eccleſia 329.2.D.

Hominium ſpecies ſeruitutis, quę ſacris hominibus imponi non debet. 76.1.A.

Homo peccati apud D. Paulum quis. 348.1.D.

Honorius Auguſtodunenſis Clericorum mores, non Eccleſiam Romanam arguit. 37.1.A.

Honorius II.quomodo electus 35.1.C.Rogerium Apuliæ,& Calabriæ Ducatu inueſtit 35. 2. B. Palliũ Guilielmo Tyri Archiepiſcopo concedit.ibid.C.

Honorius III.Cur Fridericum II. excommunicarit Imperioque priuarit 128.2. B. Cur reconciliatus eũdem abſoluerit. ibid.2 B. quando obierit. ibid. D. quibus moribus præditus.145.2. D.Euchariſtiæ adorationem non inſtituit.140.1.C. Ad quid exigat quod ab Epi-

ſcopis

ſcopis Angliæ.141.1.A. Quantum exigat.ibid.B. Eius Legatus in Gallia cogit. Cõcilium,cui & præeſt.ibid. C.Ipſe Regulam S.Franciſci approbat.170.2. A.
Honorius IV.quando electus, & qualis. 168.2.C. Romandiolam recipit, & Monteſeltranum ſuperat.ibid. D.Rodolphum Imperatorem cur Romam aduocarit.172.2.B.Quid curuè in Germania exegerit. 172.2. C.Nicolaus IV. quando ei ſucceſſerit. 175.1.A.
Hoſpitalarijs ſcribit Gregorius nonus, vt ſibi à Friderico caueant 131.1.A. Fridericum II. prodere ſtudent. ibid D.
Hoſtiæ adoratio Chriſtianos à Deo non reuocat. 325. 2.C.
Hugo Lugdunenſis Epiſcopus cur excommunicatus.2.1 D Qualis.2.2.B.
Humiliati & Pauperes de Lugduno cur à Pontificibus Rom.reiecti. 322.1.B.
Humilitati Chriſti Pontificia dignitas non repugnat. 347.1 C.
Hungariæ Regnum à Carolo Dyrrachio tyrannicè occupatum. 231.1.C.
Huſſitarum pertinacia in tolerandis ſupplicijs.261.2.B. Templa in Regno Bohemiæ dauaſtant.264.1.A. Vueces laus eis Templa præ timore conceſſit.ibi B.Eorũ rabies in Catholicos.ibid.Ziſcha eorum Dux ibid.D. vide : Bohemi.

I.

Iacob inter Aegyptios bonus. 338.2.C.
Iacobus Almainus qualis,quiduè illi cum Caietano controuerſum.322.1.C.Eius errores.ibid.D.
Iacobus I. Aragonum Rex linguam Epiſcopo Gerundenſi abſcindi mandat. 145.1. B Quid hinc inter ipſum,& Innocentium IV.ibid & ſeq.
Iacobus Aragoniæ rex Lugdunenſi Concilio ſub Gregorio X.ſolus ex Regibus interfuit. 164.2.B.
Iacobi Fabri Stapulenſis dictum in Magiſtrum ſententiarum refellitur.323.1.A.Is à facultate Pariſienſi vexatus.ibid.C. Quo ſenſu à Franciſco Rege, laudatus. ibid. D. Multa ex eius libris expungi iuſſa Theologis Hiſpanis.ibid.D.Quam ob cauſſam ibid 2.A.B.
Iacobus Furnus: vide: Benedictus XII.
Iacobus Miſnenſis à Petro Dreſdenſi ſeductus, vt vſum calicis neceſſarium eſſe prædicaret.258.2. A. Mornæi de ipſo impoſtura in Aeneam Syluium. ibid. 1.D.& ſequenti.
Iacobus de Oſſa vide. Io. XXII. (98.2.C.
Iacobus de Riberia Vualdenſes pronunciat hæreticos.
Iacobus Sabellus.vide Honorius IV.
Idoli nomine quid intellexerit Robertus Gallus. 183 1.A.
Imaginum abuſus damnatus in Concilio Viennenſi. 193.1.A.Neque ab Eccleſia Rom.neque à Pontificibus introductus,aut approbatus.ibid.
Immunitatem Clericorum Bonifacius inculcat. 180.1. D Eandem Carolus Magnus, & Ludouicus Imperatores confirmant.ibid.2 B.Quid pro ea Iniurioſus Turonenſis Epiſcopus Clothario reſponderit. ibid.vide: Exemptio.
Immutabile Dei conſilium eſſe,quomodo intelligendũ. 276.1.D.
Imperator ob quæ crimina priuari poſſit 21 2. C. Quid habeat ex ſuorum Principum electione, quid à Pontifice.72.2.C.187.1. B.Eius eligendi poteſtas vnde ad Germanos deriuata 72. 1. D. Creatur à Pontifice ut Eccleſiæ defenſor,ideoque iuramentum fidelitatis illi præſtare tenetur.73.2.C. Eligendus eſt à Principibus,a Pontifice Maximo examinandus,coronãdus,& conſecrandus.200.2.C.Nullum ius Patronatus habet in Papam,& Eccleſiam.236.2. B. Eius non eſt Schiſmata tollere,& de ijſdem iudicare.236.1. C.248.1.A. Quando eius ſit cogere Coucilia.252.2.B.
Innocentij III.Lex quoad eius electionem, iuſtiſſima. 125.2.D.
Imperatores Occidentis vnde Imperium habuerint.76. 1.B.Antequam ingrederentur Italiam, quid ſeruarẽt. 94.2.C.D.Veſtigia eorum, qui ingreſſi ſunt, qualia 164.2.A.
Imperij proſperitas Eccleſiæ non nocet, nec Eccleſiæ pax & libertas Imperio. 56.1.D.
Imperium Occidentis nonniſi Pontificis authoritate ad Carolum Magnum, & ſucceſſores.tranſlatum.72. 1.D.An ſit eius beneficium ibid.2.C. 74.2.A. & ſeq. An ab eodem pendeat.293.1.B 307.1.C. Hoc vacante Pontifex poteſt quicquid Imperator.187.1.C.
Indulgentiarum à Leone X.conceſſarum examen.319. 2.B.
Indulgentiarum vſus in Eccleſia Catholica ante Bonifacium VIII aſtruitur.179.1 A. Nũdinationem reprimendam ſtuduit Viennenſe Concilium.192.1.D. Cõceſſio penes quem.257.1.B. Iacobi Almaini de ijs error.311.1.D.Varij item hæreticorum.322.1.B. & ſeq. eas Mornæus nugas appellat. 331.1.C.
Iniuriam nemini facit,qui iure ſuo vtitur. 43.2.A.
Innocentius Papa I. Pelagij & Cæleſtij hæreſim damnauit. 300.2.D.
Innocentius.II.canonicè electus,& qualis.39.1.A.Mornæi in eum calumnia,ibid.D.S. Bernardi de ipſo iudicium ibid 2.B.& ſeq.40.1.C.& ſeq.59.1.B. & ſequen. Is Henricum I. Regem Angliæ ad ipſum adducit. ibid. 2.D.& ſeq.Quid de eodem Concilium Stampẽſe.40.1.D.& ſeq. Cur ipſum Galli Pontificem acclamarint.ibid.2.C. Quot ei fauerint & adhæſerint vt legitimo Põtifici 41.2.C.& ſeq.50.1.C.D.52.1. C. D. Eius Colloquium cum Lothario Imp.42.1.D. & ſeq. Quomodo ab ipſo ſuſceptus.ibid.2.B. Romani deductus eum coronat.ibid.C.D. Cur Epiſcopum Genuẽſem Mediolanenſi Archiepiſcopo ſubiectum, & Piſanum, Archiepiſcopali dignitate ornet.43.1.C. Piſas redit,& Concilium indicit.43 2.B 44. 1. A. Concilij acta.44 1.A. Cur contendat cum Lothario. 44.2 C. Iuſtè de eo conqueritur 45 1. D. Idipſum ille agnoſcens quomodo ſe apud ipſum excuſarit. 47. 1.B C. Eius ex Anacleti manibus fuga à S. Bernardo laudata.46.2. B. Immeritò à Petro Diacono exprobrata. ibid Lis inter ipſum, & Imperatorem de inueſtitura Ducatus Apuliæ quomodo dirempta.47.2.A.B. Concilium Laterani indicit,quis eius ſcopus,in quo calũniatur,& mentitur Mornæus 48.2.A.& ſeq. Rogerius ipſum per inſidias capit.ibid.D. Ab eodem,ſuo adhuc captiuo, pacem & concordiam ſuppliciter cum alijs poſtulat,eique fidelitatem iurat.49.1.A. B. Innocentius huic donat Regnum Siciliæ.ibid.C. Cum Leone IX.comparatur ibid. Roberto in ſubſidium non defuit.49.2. A. Romani iniuſtè ab eo deficiunt ibid.C. D. Quid his ex hac defectione contigerit. ibid. D.& ſeq.Eius obitus.ibid.D. Mornæi mendacium de eiuſdem Pontificatu.50. 1. C. Eiuſdem calumnia.2.B.& ſeq.De diſſenſione inter ipſum,& Ludouicum iuniorem Franciæ Regem.55 1.D.& ſeq. Innocentius,nec ipſum excommunicauit, nec cauſſa ipſius, ſed Radulphi,Regnum interdicto ſubiecit.ibid.1. B. Regem pœnituit peccati in Pontificem.ibid D.& ſeq.Cur huius in illum ira fuerit paullò difficilior.56.2. B. An in Radulphi diuortio diſpenſauerit 57 2 B.
Innocentius III.nihil vmquam in fraudem Imperij molitus.106.2.B.Eius literæ ad Conſtantiam Imperatricem,& Fridericum filium,quales.ibid.C. Tutor Regis à Conſtantia inſtitutus.ibid D. Fridericum per literas in obitu matris conſolatur.107.1. A. Gulielmo Cardinali Regni, & Regis curam demandat.ibid B. Eius tutela Friderico vtilis.ibid. Eius ſtudium pro redemptione Siculorum ex Henrici captiuitate.ibid.D. Studioſus Terræ ſanctæ redimendæ.ibid.2.D. Cur Regem Franciæ,cum Rege Angliæ reconciliare ſtuduerit.ibid.Eius legatis quid ab illis reſponſum. 108.1.B. quando electus.112.1.A. uenalitatis, & auaritiæ inimicus ibid.2. A. Othonis electionem in Regem Romanorum per mortem Henrici approbat. 113. 1.A. minimè incendiarius,contra Mornæum, ſed pacis arbiter à Principibus Germaniæ conſtitutus. 113. 2.B. Othonem cur excommunicarit, depoſueritque. 114. 1.D.Lex eius de Principum inter ſe offenſis à Ponti-

ſedem corrigendis. 115. 2. B. Lex quoad Imperatoris electionem iniuſtiſſima. 115. 2. C. Eius Theologia qualis. 116. 1. B. Temporale dominium regni Angliæ ſibi non vſurpauit. 117. 2. C. Concilium Lateranenſe celebrat. 119. 2. C. Sub eo floruerunt SS. Franciſcus, & Dominicus. 120. 1. A. an auctor belli inter Philippum, & Otthonem. 122. 1. C. immeritò ſuperbiæ vel ambitionis accuſatus. 123. 1. A. Minimè auarus, ibid. B. Marcoaldi munera deſpicit. ibid. Io. Regi Angliæ contra optimates fauet. ibid. 2. C. deceptus ab eius legatis. ibid. 2. C. & ſeq. Qua de re cum Balduino Imperatore conqueſtus. 125. 1. A. Quid in Lateranenſi Concilio ſtatuerit. ibid. C. quos miſerit pro conuerſione Albigenſium. 126. 1. A. Armis pugnandum contra Albigenſes ſtatuit. ibid C. congreſſus deſcribitur. ibid. non inconſulto Rege Chriſtianiſſimo bellum hoc ſuſcepit. 127. 1. A. in concionibus excellens. 134. 1. D.
Innocentius IV. antea Sinibaldus Fliſcus, quando electus. 135. 1. B. Quid de eius creatione dixerit Fridericus II. ibid. C. ineundæ pacis cum Friderico ſtudioſus 136. 1. A. Propter Friderici dolum in Franciam diuertit. & Lugduni Concilium celebrat: quomodo in eo cum Friderico eiuſque Legato actum. ibid. B. & ſeq. Iniuſta Baronum de ipſo exclamatio. 137. 1. A. Eius monitu nouus eligitur Imperator Henricus Lantgrauius Turingiæ Comes. ibid. B. Rurſus eo mortuo, Guilielmus Hollandiæ Comes. ibid. C. An author coniurationis in Fridericum. ibid. D. Quid ad ipſum ſcripſerit Soldanus. 138. 1. A. Vtrum Crucesignatos impediuerit, quominus S. Ludouico Regi opem ferrent. 139. 1. A. Edmundum Cantuarienſem, Stanislaum Cracouienſem, & Petrum Veronenſem in Sanctos retulit. ibid. 2. D. Figmenta Matthæi Pariſij de Magiſtro Martino eius Legato in Anglia. 144. 1. D. Quid inter ipſum & Iacobum I. Aragonum Regem, poſtquam is Epiſcopo Gerundenſi linguam abſcindi mandaſſet. 145. 1. B. & ſeq. Falſum eſt, ipſum à S. Ludouico contendiſſe, ut Regem Anglorum bello peteret. ibid. 2. D. & ſeq. Eius Decretum de bonis Clericorum inteſtato rum examinatur 146. 1. B. Vacantes in Gallia præbendas iure conferi. ibid. 2. B. Pariſius ei imponit ibi. D. an in eum à Nobilibus Franciæ conſpiratum. 147. 1. B. an à D. Ludouico rogatus de pace cum Friderico ineunda. 149. 1. C. quando ex Gallia in Italiam redierit. 153 1. D. Quàm honorificè Mediolani exceptus. 153. 2. D. Cur Ferrariam in concione beatam dixerit. 154. 1. B. Eandem iure ſuam Vrbem appellauit. ibid. D. à Romanis, cum eſſet Peruſiæ, Romam aduocatur. ibid. 2. C. An conſcius necis Conradi filij Friderici II. 155. 1. B. ubi, quando & qua ex cauſa obierit. ibid. D. Cur à Canoniſtis dictus Lucerna iuris. 156. 1. B. An acceptis litteris Lincolnienſis Epiſcopi exæſtuarit, & Regem Angliæ mancipium ſuum appellarit. 157. 2. A. An Robertus Lincolnienſis ei mortuus apparuerit. 158. 1. A. an cauſa fuerit cladis Chriſtianorum in Aſia, & captiuitatis D. Ludouici. ibid. D. Petro Veronenſi curam inquiſitionis in hæreticos demandauit. 159. 2. A. Alexander IV. ei ſuccedit. 160. 1. B.
Innocentius V. aliàs Petrus de Tarantaſia Gregorio X. ſuffectus, quamdiu in Pontificatu vixerit. 166. 1. D.
Innocentius VI. aliàs Stephanus Alberti, Clemētis VI. ſucceſſor, qualis fuerit. 214. 1. D. Beneficiatis reſidentiam præcipit ibi. Vrbis Romanæ perturbatio an eius abſceſſui tribuenda. 215. 1. B. Qua lege Carolū quartum coronarit. 215. 1. C. Quando obierit. ibid. 2. C. Feſtum Lanceæ, & clauorum inſtituit. 217. 1. D.
Innocentius VII. aliàs Coſmatus melioratus quomodo electus. 239. 1. C. Qualis fuerit, adhuc Cardinalis ibid. D. Qualis Pontifex. 240. 1. A. Roma cedit. ibid. C. Inſcius cædis Romanorum à Ludouico nepote perpetratæ ibid. A. à Romanis reuocatus. ibid. C. Nuncijs Petri de Luna ſaluum conductu negat. ibid. D. Quando obierit. ibid. 1. A.
Innocentius VIII. aliàs Io Baptiſta Cybo, quando electus. 303. 1. C. Hunc Romam ſeditione, Italiam cinere & ſanguine impleuiſſe, calumnia eſt Mornæi. ibid. & ſeq. Nundum initiatus, filios habuit legitimos. 304. 1. C. D. An ferrum, quo latus Chriſti perfoſſum eſt, ad ipſum à Baiazete miſſum. ibid. 2. B. 305. 1. D. Bullam pro ſolutione Annatarum iuſtè edidit. 305. 2. A. Eius obitus qualis. 305. 2. A.
Inquiſitorum iniuſtitia non arguit in Pontifice tyrannidem. 183. 1. C.
Inſtrumentum Germanicum, & Gallicanum quid. 333. 2. D.
Inſulæ, vide: Orbis nouus.
Interregnum à Friderico I I. vſque ad Rodolphum ſublatum ſub Gregorio X. 161. 2. B.
Inuentio partis tituli S. Crucis Romæ ſub quo Pontifice. 304. 1. B.
Inueſtitura Eccleſiarum per laicos facta non eſt hæreſis. 13. 2. D. 14. 1. D. & ſeq. Sed dicere laicos eam dare poſſe, hæreticum eſt 14. 2. A. Manu laica non faciēda. 15. 1. A. Per vim conceſſa Imperatori. 16. 1. B. reddita ibid.
Inueſtituræ Epiſcoporum per Imperatores quomodo licitæ, & illicitæ. 12. 2. D. 13. 2. D. & ſeq.
Ioachinus Abbas. vide: Abbas.
Ioanna Apuliæ Regina an Vrbano VI. fauerit. 229. 1. D. Priuatur Apuliæ regno ab Vrbano. 230. 1. A. 231. 1. A. Ludouicum Andegauenſem adoptat. ibid. B.
Ioannis Angliæ Regis diſſidium cum Optimatibus ſuis quale. 121. 2 A. Ei contra Optimates fauet Innocētius III. ibid. C. Cur ab eo Angliæ Epiſcopi defecerint. 141. 2. B.
Ioannes Aragonius Alphonſo fratri ſuccedit. 288. 2. D.
Ioannes Baptiſta Cybo. vide Innocentius VIII.
Ioannes Beccus Patriarcha Conſtantinop. in Latinorū ſententiam quomodo venerit. 174. 2. C. & ſeq.
Io. Caietanus Vrſinus. vide: Nicolaus. III.
Io. Caluinus. vide. Caluinus.
Ioannes Capiſtranus quot & quales ad Crucem contra Turcas ſuſcipiendam induxit. 288. 1. B. Chriſtianos è Belgrādi muris exhortatur, & ad Deum clamat. 287. 2. C.
Ioannis Chryſoſtomi encomium de vrbe Roma. 310. 2. C.
Io. Cremenſis Cardinalis à Mornæi, & aliorum calumnijs defenſus 341. 2. B. & ſeq.
Io. Duns Scotus. vide: Scotus.
Ioannis Franciſci Pici Mirandulani propoſitiones an hæreticæ. 325. 1. A. Ab Alexandro VI. commendatur. ibid. B. De præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia ſentit cum Eccleſia Romana ibid. D. 326. 2. C. Cruci, vel imagini Chriſti non negat omnem adorationis modum. 326. 1. B. & ſeq. Vbi, & quando obierit. 327. 1. A. Quibus honorificis cognomentis Leonem X. compellaret. 328. 2. A. Quid de fœmina Papa credita ſentiret ibid. B. Quid de authoritate Romani Pontif. ibi. D. Quid de vulgata Sacræ Scripturæ editione, & nouis Legendis, aut reuelationibus 329. 2. C. teſtimonium de vitijs veterum Gallorum in pueros. 338. 1 B.
Io. Gerſon de Indulgentijs non diſſenſit ab Eccleſia Romana. 257. 1. B. Defenditur eius Sermo de ſignis ruinæ Eccleſiæ ibid. 2. A. Eius figmentum de pœnitētia Gregorij. XI. circa reditum in Italiam. 217. 1. A. Iudicium de Concilio Piſano 241. 2. D. Sententia de poteſtate Papæ. 254. 2. D 256. 1. B Senſus tituli, de auferibilitate Papæ 255. 1. D. Duodecim eiuſdem veritates examinatæ. ibid 2. C. De eius doctrina iudicium Poſſeuini. 256 1. C.
Ioannis Hus obitus infamis ipſi etiā Mornæo 263. 2. C. Doctrina Regno Bohemiæ quot incommoda attulerit. ibid D. De ea iudicium Pij II. 266. 1. B. libri in Cōcilio Conſtantienſi damnati. 340. 2. C. Eo combuſto, ſæuiunt Angli in Catholicos. 259. 1. A. Quid de eo Aeneas Syluius. ibid. D. hiſtoria de eo tota ibid. 2. A. & ſeq. An martyr dici poſſit 261. 2. A. 262. 1. C. An datus fit ei ſaluus conductus à Concilio Cōſtantienſi. 262. 1. A. Vaticiniorum eius examen. ibid. D.
Ioannes Maior de poteſtate Papæ in Principes an ab alijs Theologis diſſentiat. 333. 2. B.
Ioannes Medices præfectus exercitus Iulij II. contra Gallos. 315. 2. A.
Io. Oldencaſtel qualis. 258. 2. D. Noctu ex turi Londinenſi aufugit. 259. 1. B.

Ioan-

Ioannis Petri Ferrarienſis I. C. ſententia de Romano Pont.eluditur. 237.1 D.

Io. Prochita author veſperarum Sicularum. 165.1.B.

Ioannes XX.dictus XXI.& Platinæ XXII. aliàs Petrus Luſitanus,quando,electus, & quomodo obierit. 166.2.B.Confirmat reuocationem ab Adriano V. factam de Conclaui.ibid.C.

Io: XXII. aliàs Iacobus de Oſſa , ſucceſſor Clementis V.196. 1. D. In confirmatione Ludouici Bauari , & Friderici Auſtriaci per diſcordiam electorum quomodo ſe geſſerit.197.1 B.& ſeq.Eiuſdem ſententia de viſione beatifica animarum poſt mortem , qualis. 598.1.B. Antropomorphitas quoſdam igne damnat. ibid.2.A.An Minoritas euertere ſtuduerit , quidue de eorum paupertate ſenſerit.ibid.2. D. Conſtitutiones ſuas de Minorum paupertate definitioni Prędeceſſorum ſuorum non repugnare oſtendit.199.1.B. Quoſnam Ludouici Bauari cauſa cenſuris coercuerit.200.1.C.Quæ ſibi in electum Imperatorem tribuerit.ibi.2.C.Viceconitibus cur bellum in ferre cogitaret ibi.B.à Bauaro,ne inferat,rogatur.ibid.C.Mittit ad Græcos pro vnione cum Eccleſia Romana.206.2.A.annatarum inſtitutum ei adſcriptum. 234 1.B.

Io. XXIII. alias Balthaſſar.Coſſa quando,& quomodo electus. 43 1.A.De bubone,fabula Clemãgis.ibid B. Non neceſſariò defendendus ibidem.D In Conciliò Conſtantienſi accuſatus, abdicatur. ibid. C. Ab hæreſis crimine ei obiecto vindicatur. 144.1. A. Concilium Conſtantienſe indixit. 148.1.C. Bellum decernit aduerſus Ladislaum Neapolitanum Regem. 259.2.D. A ſordidis quibuſdam Antichriſtus acclamatur. 360.1.A.263 1.B.Qualis.267.2.D.Florentiam ad Martinum V.Venit.ibiq; moritur ibid.

Ioannes Puruey quid de aduentu Antichriſti ſenſerit. 239.1.A.

Ioannis Regis Hieroſolymitani aduentus Romam cauſa fuit reconciliationis inter Honorium Pontificem, & Fridericum II.Imp.128.2.B

Io: à Rupeſciſſa num Eccleſiæ Romanæ ſe oppoſuerit. 219.1.C.Apologum impietatis,& fabularum plenum ſcribit.ibid.2.C.Apologi huius fundamẽtum in Apocalypſi poſitum eſſe,falſum eſt. 220.1.B.

Ioannis Sarisberienſis ſentẽtia de Romana Eccleſia.77.1.C.Quis fuerit. 77.2.A.

Io: Semeca Theutomicus qualis,& cur à Clemente IV excommunicatus. 570.2.A.

Io: Staupitius an in hæreſi durauerit. 309.2.C.

Io: Tritenius vera de Fraticellis ſcripſiſſe defenditur. 196.1.A.

Ioannes Vaiuodà Belgradum à Mahumete obſeſſum propugnat.287.2.C.Eundem Mahumetem perinſigni prælio ſuperat.ibid.D.

Io.de Veſſaſia qualis.308.2.A.Eius errores.ibid.C.

Io. Vuiclef vide: Vuicleſus.

Io: Ziſca Huſſitarum Dux.qualis.264.1. D. Quomodo de medio ſublatus,& cui ſimilis.ibid.2. C. Quid moribundus de cadauere ſuo præceperit.265. 1. A. Epitaphium eius. ibid. C. Adamitas perſequens laudatur.ibid.D.

Iob inter Huſſitas bonus. 331.2.D.

Iodoci Clithouæi dictum in Magiſtrum Sententiarum. 323.2.A.

Ioſeph Patriarcha Conſtantinopolitanus cur Acta Synodi Florentinæ primum non probarit.272.1.A. Moriens comprobat.ibid.2.A.

Ioſiæ Regis zelus; & acta. 18.1.C.

Iſaacus Caſaubonus perperam locum de primatu Romani Põtificis interpretatur.341.1 D.& ſeq Eius Cõuitia in S.Leonem Papam.ibid. 2.B.C. D. Baronium, & Bellarminum Papæ paraſitos calumnioſè appellat.341.1.B.Ei paraſiti nomen aptiùs conuenire, conuincitur. ibid. Cur in Annales Baronij ſcripſerit. ibid.C.

Iſidorus Decreta collegit. 68.2.A.

Italiæ pax à Leone X.procurata. 317.2.A.

Iubileum centeſimo quoque anno celebrandum à Bonifacio VIII.inſtitutum.178.1.B 2.C.D. A Clemente VI.ad quinquageſimum annum reductum: quam ob cauſſam.210.1.D.& ſeq.Cur ab eodem inſtitutum, vt Romæ celebraretur.ibid.2.C.& ſeq.Monſtro ſacrilegium eſt.834.1. A. Ad vigeſimumquintum annum à Sixto IV.reductum. 301.2.D.

Iudas etiam amicus à Chriſto appellatus. 58.1.D.

Iudei ſub annum 1096. à Chriſtianis trucidati nec licitè, nec Romano Pontifice iubente.12.1.B.& ſeq.ad recolenda Dei beneficia ſoliti feſta inſtituere. 288. 2. B.Eorum ſacrilegium in Chriſtum a Deo permiſſum non commiſſum. 339.1.D.

Iuliani Apoſtatæ temeritas in inſtauratione Templi Hieroſolymitani.226.2 C.Laudatur à Mornæo,quod Eccleſiaſtica bona diripuerit,357 1. D. Eius impietas à Gregorio Nazianzeno prædicta. 311.2.C.

Iulianus Cardinalis à Mornæo calumnijs impetitus. 266.1.D.Concilio Baſileenſi pręſidet.268.1. D. Hinc diſcedit, & Eugenio Pontifici adhæret. 279.1.C.

Iulius II.Pont quando electus,& qualis.313.1. B. 355.2.D In Venetos,& Bentiuolios arma capit.313.1.C. Infenſus Ludouico XII. Franciæ Regi in quem , & Maximilianum cum Venetis conſpirat.ibid.2.B. Alphõſum Ferrariæ ab amicitia Gallorũ auertere contendit ibid.Lateranenſe Concilium cur indixerit. 314 1 D.Prælium cum Gallis quomodo ceſſerit. 315.2. A. An interfecturis Gallos, indulgentias elargitus ſit.316.1.A.Quando obierit.ibid.

Iuo ab Vrbano II. Carnotenſis Epiſcopus conſecratus. 13.1.A Quid ad Richerium ſeſe ordinationi ſuæ opponentem: ibid. & ſeq. Cur Philippus I. Rex eidem conſenſerit.ibid.2.A.An Iuo diſſenſerit ab Vrbani doctrina de Inueſtituris. 13. 2. C. & ſeq 28.1.A.& ſeq. Quod ad Richardum Sedis Apoſtolicæ Legatũ ſcribit pro Clero Carnotenſi, nihil iuuat Mornæum. 10.2.B.& ſeq Quantum tribuerit Romano Pontifici. 28.1 B.In colligendis decretis laborauit. 68.2.A.

Iuramenta illicita non tenenda 55 2. C.

Iuramentum à quibus præſtari queat. 46.2 D.

Iuramentum fidelitatis Romanis Pontif.ab Imperatoribus præſtari ſolitum. 187.2.A.

Iuriſdictio Ciuilis non exhauritur Eccleſiaſtica.21.1.C.

Iuriſdictionis cõtentio inter Epiſcopos Franciæ,& Prefectos Regios. 205.2.D.

Iuriſperitorum authoritate an ius innitatur. 300.1 C.

Iure ſuo vtens,nemini facit iniuriam 43 2.A.

Iuſpatronatus quid importet 236.2.C.

de Iuſtificatione ſententia Thomæ Brandeuuardini. 214 1 B,Doctrina Eccleſiæ Romanæ de ea eſt orthodoxa.298.2.C.Examen veræ doctrinæ.309. 1 D. 310. 2.C.

Iuſtitia non eſt certa ex paſſione , ſed ex Iuſtitia paſſio eſt glorioſa. 66.2.A.

L

LAdiſlaus Rex Neapolitanus Romanam Eccleſiam infeſtat. 59.1. D.263.1. B.

Laguſtriæ Comes Vuicleſi protector. 227.1.C.

Laicorum præſumptio in Eccleſiaſticas dignitates Paſchali Pont.in Concilio Trecenſi coercita. 25.1.D.

Laicorum vitia iniurioſè a Mornæo in Epiſcopos detorta 110 2.D.

Laicis ademptæ Inueſtituræ Eccleſiaſticæ à Concilio Lateranenſi ſub Paſchali Pont.

Lambertus Mediolanenſis.vide:Vrbanus III.

Lanceæ cuſpis,qua Chriſtus transfoſſus fuit , an Innocentio VIII.à Baiaſete dono tranſmiſſa 304. 2.D. 305.1.D.Ejus & clauorum feſtum à quo inſtitutum. 217.1.D.Eius pars à Balduino Imperatore Venetis oppignorata. 305.1.D.

Latenter vox quid quodam loco apud Othonem Phriſingens.ſignificet 94.2.B.C.

Lateranenſe Concilium ſub Paſchali Pont. quid in Eccleſiaſticas inueſtituras Laicorum. 28.2.C.

Lateranenſe Concilium ſub Innocẽtio II.& eius Acta. 48.2.A.& ſeq.

Laurentius Medices quomodo præfectus fuerit Hetruriæ. 319.1.A.

Laurentius Valla ob mordacitatem mulctatus Exilio. 279.2 B.Quid de Pontifice Romano ſentiat.ibid.C.

Digitized by Google

Legati Romanorum Pontificum multi munera recuſarunt. 143.2.D.
Legatio Bohemorum ad Concilium Baſileenſe. 275.1.D
Legatio Otthonis Cardinalis in Angliam ſub Gregorio IX. qualis. 143.2.B.
Leges Imperatorū contra hæreticos non omnes illorū errores exprimunt. 100.1.B.
Legis Corneliæ decretum quale. 222.2.D.
Leo Papa I. Dioſcori, & Eutychetis hæreſim damnauit. 300.2.D. à Caſaubono calumnijs impetitus. 341.2.B.
Leo Papa X quando electus. 316.1.B.
Lateranenſe Concilium abſoluit. ibid. 314 1 D. Quanta pompa coronatus. 316.1 B. Reſtituit Cardinales à Iulio II. deiectos, & cur ibid. 2. A.
Ludouicum XII. regē Franciæ quomodo ſedarit. ibi. B. Europam ſedat: & in Turcas molitur. ibi D. Cur Leo de tribu Iuda, Saluator, & liberator dictus in Concilio Lateranenſi. 318 2. A. Regia proles, princeps totius mundi, Deus Deoque ſimillimus ibidem iure acclamatus. ibid. D.
Laurentium nepotem quomodo Hetruriæ præfecerit, 319.1. A. Franciſcum Mariam Feltrium iure ne Ducatu Vrbini ſpoliarit. ibid. B. Coniuratio Petruciana in ipſum qualis. ibid. Quid ipſe de fide data pro Alphonſo Cardinali eius authore. ibid. C. D Indulgentiarum ab eo conceſſarum examen. 319.2. B. Fabuloſa Mornæi narratio. ibi. C. Quid ad ipſum Lutherus. ibid. D. Qualis fuerit. ibid. Quando obierit. 320.1. A. Pontificatum emerit. 318. 2. A. Quàm honorificis titulis à Mirandulano compellatus. ibid.
Lutheri libros igni adiudicat. 340. 2. C. Obiecta illi de diſputatione, Vtrum Papa abrogare poſſit Apoſtolica ſcripta, diluuntur. 345.1.B.
Leodienſes Romanæ Eccleſiæ rebelles, quomodo eam appellent. 20. .B Ad eius obedientiam redeunt. ibid. D. Quibus titulis Romanum Pont. inſigniant. ibid.
Leonora cum Friderico Imperatore à Nicolao V. matrimonio iungitur, & coronatur. 284.2. D.
Leopoldus Auſtriæ Dux Richardum Regem Angliæ capit, & ad Henricum Imperatorem tranſmittit. 109.2. A. excommunicatur à Cæleſtino III & diuinitus punitur. 110.1. A. agnita culpa, Pontificis præcepta implet, & abſolutus emoritur ibid. B. Cur eius corpus diutius inhumatum iacuerit. ibid. C.
Liber conformitatum vitæ S. Franciſci ad vitam Chriſti an approbatus. 120.2. C.
Liber inſcriptus, Somnium viridarij, à quo ſcriptus quid uè contineat. 221.1. C.
Libri hæreticorum merito damnantur. 340.2. B.
Librorum Canonicorum iudicium ad Eccleſiam ſpectat. 254 1. A.
Litteræ inter Bonifacium VIII. & Philippum Pulchrū ab alijs confictæ, arguuntur. 181.2. D.
Locus Apocalypſis perperam à Ioachimo Abbate expoſitus de Antichriſto 106.2. D. Alius quomodo intelligendus. 338.2 B & ſeq.
Locus pſalmi 72. de quo intelligendus 317.2. A.
Locus Euangelij, Oraui pro te vt non deficiat, &c. quomodo intelligendus. 328.2. C.
Locus D. Pauli ad Theſſalonic. de quo intelligendus, 338. C
Londonenſis Archiepiſcopus à latronibus captus, & quæ inde ſequuta. 71.2. D.
Longinus nomen militis, qui Chriſti latus perfodit 305. 1. A. Eius nomen vnde ſumptum. ibid. B. Aliàs vſitatū. ibidem C.
Loth inter Sodomitas bonus. 331.2. D.
Lotharius Diaconus vide: Innocentius III.
Lotharius Imperator Epiſcoporum inueſtituras ſibi reſtitui petit, at S. Bernardus ei ſe opponit 25.1. B & ſeq. 42.1. D. & ſeq. Quomodo Innocentium Pontif. ſuſceperit, Romam deduxerit, ibique coronatus fuerit. ibi. 2. B. & ſeq. Coronationis pictura 43.1. A. In Germaniā reuertitur Imperator. 43.2. A. In Italiam redit. 44.1. C. Abatem Caſſinenſem ad ſe vocat 44.2. C ſuſcipit. non citra culpam. 45 1. D. Excuſatur quædam eius locutio. 45.2. A. Iniquè ſibi arrogauit cognitionem, an excommunicati eſſent Monachi Caſſinenſes. 45.2. B. Cur Petrum Diaconum excommunicatum ad pedes ſuos ſedere iuſſerit. 46.1. B. Cur putauerit Monachos illos non fuiſſe excommunicatos ibid. D. Agnoſcens iuſtas eſſe Pontificis querelas, ſe ſe apud ipſum excuſat. 47.1. B C. Lis inter ipſum & Pontificem de inueſtitura Ducatus Apuliæ, quomodo dirempta. ibid. 2. A. B Eius mors & elogia. C. D. Eius opera pietatis qualia apud Mornæum ibid. D.
Luciferi ad Ioannem XXII. Epiſtola merito à Mornæo citata. 206.1 C.
Lucius Cyrenenſis vbinam Euangelium promulgarit. 295.2 C.
Lucius II. Pont. quantopere à Romanis rebellantibus vexatus. 53.2. D. eius mors qualis. ibid.
Lucius III. aliàs Hubaldus Oſtienſis, quando electus, & cur dictus Lucius. 101.1. C. Lucēſibus priuilegiū cōcedit cudendi monetam. 101.2. C. Cur Roma eiectus. 102. 1. A. Concilium Veronam indicit, & quid in eo actum ibid. B. Cur Henrico Regi coronam imperialē denegarit. 102.1. C. Periculum Schiſmatis ſub eo & Friderico Imp. vnde extiterit. 102.2. A. Quid Vualdēſibus obiecerit Sectæ confirmationem poſtulantibus. ibid. D. Mornæi error de ipſo. 103.1. B. De epigrammate, in quo idem ad lucium piſcem alluditur. 103.1. C.
Ludolphi Caſtri concio contra indulgentias refellitur. 322.2. A.
Ludouicus Cardinalis Arelatenſis Concilio Baſileenſi præeſt. 268.1. D.
Ludouicus Craſſus an incongruè Regni inſignia Aureliæ ſumpſerit. 29.2. B. & ſeq. Radulphum Remorum Archiepiſcopum cur prius nollet inthronizari. ibid. C. Qua conditione poſtea permiſerit ibid. D. Authoritati Pontificis ceſſit. 30.1. A.
Ludouicus Iunior Galliæ Rex Herodiano iuramento profitetur, ſe non recepturum in Epiſcopum Bituricēſem Petrum Emerici filium à Pōtifice conſecratum. 55.1. D. & ſeq. Ob id excommunicatus non fuit a Pontifice. ibid. 2. A. B. S. Bernardus veniam pro ipſo iam crimen deteſtante, precatur. ibid. C. D. Similiter Petrus Cluniacenſis. ibid. D. & ſeq. Scelera quibus Pontificis iram, & quidem paulò difficiliorem, ſibi promeruit. 56.2. B. C.
Ludouicus VII. Francorum Rex Alexandro III. vero Pontifici adhæſit 81.2. C. Quomodo eundem ſuſceperit. ibid. D. Cur ad ſepulchrum S. Thomæ Cantuarienſis peregrinatus ſit. 86.2. A.
Ludouicus Philippi Regis Franciæ filius à *Principibus* Angliæ contra Ioannem regem ſuum *poſtulatus*. 124. 1. B. iniquè. ibid. 2. A Pontifici non acquieſcens traicit in Angliā, & Rex ſalutatur. ibid. D. Ioanne defuncto, expellitur, & Henricus defuncti filius ſubſtituitur. ibid. Cur abiens cum ſuis abſolutus fuerit à Legato Pontificis. 124.2. A.
S Ludouicus IX cū Gregorio Nono contra Fridericum ſentit. 134.2. D. Quid apud eundem Fridericum vt captiuos Franciæ Patres reſtituat ibid. 2. C. Cur Damiata capta diſceſſerit. 135. 2. A. an pro Friderico II. apud Innocentium IV. in Concilio Lugdunenſi precibus egerit. 136.2. B An pro eod ē fideiuſſerit. ibid. D Expeditionem in Aſiam ex voto ſuſcipit. 138.2. D. Damiatam capit, mox captiuus cum fratribus efficitur, inde liber. ibid. An hæc eius captiuitas tribuenda ſit Innocentio IV. 139. A. B. 158.1. D. Ipſum intercepiſſe pecunias nomine Gregorij IX. in Gallia exactas, Mornæi mendacium eſt. 144.2. B Quam fuerit addictus Romanis Pontificibus. 145.1. A Eius fratres an Innocētium ad pacem cum Friderico II hortati ſint. 1 49. 1. B. Sub eo Vualdenſes conciderunt. 151.2. D. An ſe à Pontificum cenſuris aliquando vindicarit 171. 1. A. Eius Pragmatica vbi habeatur, & an ipſius genuina 171 1. C. Inter Sanctos à Bonifacio VIII. relatus eſt. 182.2. C. Templariorum magiſtrum in Syria proditionis ſuſpectum habuit. 189.2. B. Partem Crucis Dominicæ cum ſpongia &c. oppignoratam à Venetis redemit. 305.1. D.
Ludouicus Andegauenſis à Ioanna Apuliæ Regina adoptatur, & à Clemente VII. diadema ſuſcipit. 23 1. 1. B Ladislao ſeſe opponit iuſſu Alexandri V. & iuſtè. 242 2. D.
Ludouico XI. Francorum Regi cur infenſus Pius II. 291.

291.1.B. Eius in Romanum Pontificem reuerentia. 296.2.D.

Ludouicus XII. Rex Franciæ inuiſus Iulio II.313.2.B. Cum Maximiliano Imperatore Concilium Piſanum indicit, cui mox renunciat.314.2.A.316.1.B.317.1.B. Eius obſeruantia in Leonem X.314.2. D. Cuſſam ab eo monetam cum inſcriptione hac: Perdam Babylonem, mendacium eſt Mornæi. ibid. Inuitus prælium contra Iulium II.ſuſcipit.315.2.C. Leoni X. cur acquieuerit 316.2.B Vualdenſes apud eum accuſantur. 337.1.B Quid ipſe ibid. An eos ſe ſuiſque meliores eſſe iurarit ibid.2.D. Pater populi dictus. 338.1 A.

Ludouicus Bacaruus quando & à quibus electus. 297.1.A. Pro ſui confirmatione ad Pontificem ſcribit. ibi. B Quid Pontifex ibid. Quid ille rurſus.ibid.C. Fridericum Auſtriacum ſuperat.ibid.C. Pro rege ſe gerit,& Vicecomitum Mediolanenſium tyrannidem fouet. ibid.D. Iuſtè à Io.XXII.excommunicatur ibidem.& ſeq Romæ coronatur, & à duobus Epiſcopis ſchiſmaticis conſecratur.ibid.2.C Contra Pontificem temerè proceſſum inſtruit ibid. C. Antipapā creat Petrum de Corbaria ibid.D. Affinis Regis Angliæ. 202. 1. A. Diplomatis Pontificij contra eum quæ potiſſima cauſa ibid.2 A. Quid cum Legato egerit, ne bellum Mediolanenſibus à Pontifice inferretur, & quid illi à Legato reſponſum,202.2.C. Vicecomites Mediolani dominio ſpoliat.ibid. D. Conuentum Reginoburgi habet,& quid in eo actum. 203.1. D. & ſeq. Inuectiuæ eiuſdem in Ioannem Pontificem qualis cōcluſio.204.1.A. Gulielmum Ochamum declaratum à Pontifice hæreticum ſuſcipit.ibid.C. Vdalricus eius Cancellarius quales literas ad Io.Papam dederit ibid.2.C. Cur ad Benedictum XII.Ioannis ſucceſſorem Legatos miſerit 208. 1 A. Eius in Pontificem decretum quale. ibid.2.A.& ſeq.Cur ab eo promulgatum. ibid.D. An Eduardus Angliæ Rex huic conſenſerit. 209. 1. B Per Legatos veniam à Clemente VI.petit,Et quid Pontifex ad eum 209.2 A.Ab hoc excōmunicatur,& deponitur.210.1.A. Quando,& quomodo obierit.211.1.D

Lugdunenſe Concilium.vide: Concilium.

Lugdunenſis Archiepiſcopi verba ad Legatum Honorij III.quem ſenſum habeant. 141.1.D.

Luitpoldi electio in Archiepiſcopum Moguntinum cur illegitima.114.1.A. perfidus is fuit.ibid.B.

Lunæ aſſimilatur dignitas regalis. 117.1.D.

Lupercales ludi recentium Bachanalium initia.331.1.A

Lutherus palam combuſſit ius ciuile,& Pontificium, cū Diplomatibus Pontificum. 68.1.D.vide:Martinus Lutherus.

Lutheranorum diſſidium cum Caluiniſtis.353.1.D.Contra Romanam Eccleſiam cum iis conueniunt. 354.1.C Caluini de his iudicium. 355. 2. D. Luthern item 358.2.C. Nomine Chriſtiano ſunt indigni.356.2.D.

M.

Macchiauellus vide:Nicolaus Macchiauellus.

Macedonij hæreſis à quo damnata 300.2.C.

Magdeburgenſium calumniæ redarguuntur. 27.1.A.

Magiſter ſententiarum.vide: Petrus Lombardus.

Mahumetes Turcicæ Religionis author,qualis & quam late ſuos errores diffuderit. 354.1.D.

Mahumetes Turcarum Princeps Belgradum obſidet. 287.2.C. Cum maxima ſuorum iactura vincitur,& in oculo ſauciatus vix è prælio euadit ibid. Quam impatienter ferat hanc Chriſtianorum victoriam. ibid. D.Quæ ad ipſum Pius II. pro ſuſcipienda Religione Chriſtiana.291.2.A. & ſeq. Mornæi de his iudicium. ibid.D.

Malateſta Pandulphi filius in Senatorem cur à Romani receptus. 333.2.D.

Maleficium maleficio tollere non licet. 286.2.A.

Mali in Eccleſia tolerandi.59.2.B & ſeq.

Mancinellus quid in Alexandrum VI. & quam meritò punitus. 307.1.D.

Manfredus Friderici II. nothus patrem interficit,& cur. 137.2.C.Conradum item fratrem.155 2.B Alexander VI.ei bellum iuſtè infert.160.2.B. Quibus verbis ſolemnibus Ruſtandus Crucem Londini prædicet contra ipſum.161.1.B. Chriſtiani ſanguinis effuſio nō Pōtifici ſed ei imputanda.ibid.D Qui & quales,qui pro ipſo militabant ibid. Qua ſorte Pontificis exercitum contriuerit.161.1.A Vrbanus IV.in Concilio Romano decernit de ipſo expellendo.162 2.D. Carolus Comes Andegauenſis fundit eius exercitum, & ipſum interficit. 163.1.C.

Manfredus Vercellenſis Ord. Præd. Antichriſtum propinquum prædicat 282.1. B. Quid contra Martinum V moliţus.ibid C.Eius errores.ibid D,

Manichæi ſpurciſſimi caſtitatem ſimulant. 338.2 A.

Manti mentio inter Conſtitutiones de electione Pontificis non habetur. 80.2.C.

Mantuę conuentum habet Pius II.& cur.290.2.D.

Mantuanus vide: Baptiſta.

S.Marcellus Apamæorum Epiſcopus cur à Gentilibus combuſtus.263.2.D.Eius mortem vindicari cur Synodus prohibet ibid.

Marcionitarum Eccleſiæ quę. 334.2.D.

Marcionis impia præconia. 337.1.C.

Marcus Aurelius de Quadis quomodo victoriam reportarit. 295.2.C.

Marcus Barbus Legatus Sixti. IV. in Germania. 301.1.A.

Marcus Epiſcopus Epheſinus,qui ſolus definitioni Concilij Florentini ſubſcribere noluit, hæreticus ſuperbus.272.1.B. Ad perniciem Græcię natus.ibid. C.D. Ab Epiſcopo Coronenſi Conſtantinopoli diſputans ſuperatus, & prę triſtitia inde concepta defunctus. ibid. A

Marſilius Patauinus hęreticus ab Alberto Pighio refutatus. 205.1.D.

Martino Innocentij IV. Legato in Anglia quæ Pariſius affingit. 144.1.D.

Martinus IIII.Pont.aliàs Simon,cui ſuffectus 167.1.D. Carolo Sicilię Regi Senatoriam dignitatem reſtituit à Nicolao III ſublatam.ibid.2.A. cur Petrum Aragonię Regem excommunicarit ibid.168.1.B Mornæus ei imponit de concubina &c.167 2 C. an conſenſerit de ineundo duello inter Petrum Aragonium, & Carolum Regem Sicilię.ibid.D. quod reſponſum ad Oratores Panormitanorum dederit.168.1.C.quibus calumniis petitus à Nicolao de Biberach, & qualis fuerit.ibid. 2. B.miraculis clarus. ibid. Moritur. ibidem. C.

Martinus V.aliàs Ottho Columna, quando electus qualis & cur dictus Martinus.244 2.C.Eius expeditio Bohemica contra hęreticos infelix.266 1.C.Eccleſię reformationi ſtuduit.267.1.C. Quam iuſtas ob cauſſas in Italiam reuerſus ibid.2.A. Quam honorificè exceptus.ibid.B Benedicto XIII.ſe abdicante,ſolus Eccleſię clauum tenet.268.1.A Non permiſit,vt quis ſorori germanę nuberet. ibid. B.C. Baſileenſe Concilium indixit ibid.D.Eius obitus.ibid.2.B Contra eum quid molitus ſit Manfredus Vercellenſis Ord. Prædic.281 1.C.Cur legitimus Pontifex. 284.1.D.

Martinus Lutherus Mornęo Cygnus,nobis ſerpens.262.2.D.& ſeq.Cur à Papa ad futurum Concilium appellauerit,mox authoritati Concilii detraxerit 289.1.C, Non fuit Heros,qui reformationem incœperit 311 1. D.Quo ſpiritu à Mornęi Prophetis pręnunciatus, ibi. 2.A B 263.1.B.& ſeq. Quo ſenſu eius prædicatio diuinationem humanam ſuperarit.ibid C.D. Indulgētias à Leone X. conceſſas iniuſtè damnat.319 2.B. Quid ad Leonem X. ſcribat.ibid. D. Apoſtata, & errorū Antesignanus 333.1 C. Elias ironicè dictus.ibid. Preco Euāgelij falsò à Mornęo dictus.338.1.D.Nō aliter hęreticus ac veteres.337.1.A.Eius libri à Leone X. igni adiudicantur.340.2.C. Eius hęreſis de Chriſti ſatiſfactione pro nobis.351.1.B. Auguſtiniani nomine indignus 353.1.B.à Diabolo edoctus.ibid D. Quo ſpiritu locutus.ibid 2.B.Antichriſtus initio habitus ibid. Iſaiam ſe ſuperbè vocat.354.1.A.De ipſo Henrici VIII. & Caroli V.iudicium.ibid 2.A.Cur à Carolo V tamdiu toleratus.355.1.A. Cur ſe tot illi addixerint.ibid. D. Romanum Pontificem breui caſurum falsò ariolatus. ibid. 2. A. Superbiſſimus. ibid.C. 356.1. A.eius

A. Eius defectionis loco multæ Nationes ad Eccleſiá Rom. uenerunt. ibid D. Hęc eius defectio, opus diabolicum. ibid. 2. B. De Lutheranis ſuis quid ſenſerit. 358. 2. C.
Martyr qui ſit 89. 2. D. Qui in Eccleſia non eſt, talis eſſe non poteſt 262. 2. A. Non pœna ipſum facit, ſed cauſſa 66. 1. D. 228. 1. A. 25?. 2. D. 261. 2. B. 338. 2. C.
Martyres veri illatam ſibi mortem vindicari ab hominibus non optant 263. 2. C. D.
Matthildis Comitiſſa, Beatricis ex primo coniuge Bonifacio filia, num Conradi amore capta. 3. 1. C. & ſeq. Eius pietas & Zelus. 4. 1. B. Donationem à ſe factam Eccleſiæ Rom. nouo Diplomate renouat. 22. 2. D. Eccleſiam Rom. quorum fecerit hæredem. 23. 1. B. Eius obitus, & encomia. 23. 1. A. B.
Matthæus Paris Monachus Apoſtolicæ Sedi infenſus. 31. 1. C. 119. 1. B. Poſſeuini de eo iudicium. ibid. D. eſt ſuſpectæ fidei. 134. 1. D. 141. 1. C. Gregorij noni monita ſalutaria eſſe fatetur. 148. 1. D. Quid ſentiat de excommunicatione in Gregorium nonum lata à Patriarcha Antiocheno ibid 2. C. Innocentio IV. imponit. 146. 2. D. 139. 1. C. improbabilis eius narratio de Hugone Cardinali 153. 1. D. Figmentum de ira Innocentij IIII. dum Lincolnienſis literas accipit. 157. 1. C. iudicium de S. Petro Martyre. 159. 2. D.
Matthias Hungariæ Rex bellum Podebrachio indicit, in quo non eſt ingrati animi accuſandus 299. 2. A & ſeq. Mortuo Podebrachio, Rex Bohemiæ à Pontifice dicitur. ibid. D In Bohemos, & Polonos arma capit quo exitu. ibid.
Matthiæ Pariſienſis liber de Antichriſto. 238. 1. D.
Mauritius Braccarenſis Antipapa intruſus. 32. 1. C. Captus, & damnatus. 34. 1. A.
Maximianus Imperator Diocletiani cōſors in Imperio 332. 1. C. Iulio II. inuiſus. 313. 2. B. Conciliũ Piſanum, indicit, cui mox renunciat. 314. 2 A. An Conrado Celtes hæretico opem tulerit. 312. 2. C.
Mechlinenſis Decurio quid de Iuſtificatione ſenſerit. 309. 1. D.
Medici quomodo à Mantuano dicti. 331. 1. A.
Mediolanenſes Anſelmum Archiepiſcopum ſuum ſequentes, fauent Anacleto Antipapæ 42. 1 A. Pœnitẽtia ducti, authore Ribaldo Archiepiſcopo Innocentium verum Pontificem agnoſcunt ibid. Eidem reconciliantur ibid B.
Mediolanenſis Dux cur Baſileenſes Patres in Eugenium IV. ſolicitet. 268. 2. D.
Meinardus Comes Tyrolenſis iuſtè à Nicolao Pont. excommunicatus. 177. 1. A. A Cæleſtino V. ad quẽ prouocauerat, abſoluitur. ibid. 2. A.
Mendaces oportet eſſe memores. 359. 2. A.
Mendacium nunquam proferre licet, ſed veritatem occultare aliquando. 74. 2. A.
Mendicantes à Doctoribus quibuſdam coram Papa inſimulati. 173. 2. A.
Mendicantes Epiſcoporum officium nũquam ſibi vſurparunt. 173. 1. C. ijs fauet Alexander IV. contra detractores. ibid. 2. A. Eorum Ordines an cauſſa cladis Chriſtianorum in Aſia. 158. 2. B. In exordio multas vexationes paſi. ibi. C. 176. 1. C. Chriſtianam doctrinam illuſtrarunt. 159. 1. A. Cur multis priuilegijs à Pontificibus muniti. 176 1. C.
Meretrix Apocalyptica quid. 349 2. B. 352. 2. C.
Merita noſtra dona Dei ſunt. 225. 1. D. Chriſti meritis non detrahunt. 351. 2. D.
Michael de Ceſena inuiſus Ioanni XXII. 198. 1. D. Cur excommunicatus, & depoſitus. 209. 2. B An verè Papam eſſe Antichriſtum docuerit, & an inter Pauperes de Lugduno numerandus ibid. C.
Michael Paleologus Græcorum Imperator an Concilio Lugdunenſi ſub Gregorio X. interfuerit. 164. 2. B. An vnquam ſe Conſtantinopolim Romæ coniunctũrum promiſerit Gregorio X. ſi Caroli conatus ab ipſo auerteret. 165. 1 C. ab Epiſcopis Græcis morti proximus deponitur, & cur. 174 2. B. Mortuus, cur ab Andronico filio nè plebeiæ quidem ſepulturæ datus. 175. 1. A.
Miles qui Chriſti latus perfodit quomodo appellatus. 305. 1. A.
Milites in armis bellicis Deo placere poſſunt. 11. 2. B.
Miltzij ſententia inepta de tempore aduentus Antichriſti. 223. 2 D.
Miniſtris Chriſti ea per participationem tribuuntur, quæ ipſi per ſe primò conueniunt. 31. 2. C.
Minorum Religio rectè Paradiſo comparata. 193. 2. A.
Minoritas euertere an ſtuduerit Ioannes XXII. 198. 2. D. De eorundem paupertate ſententia eiuſdem Pōtificis ibid. Eos in Angliam mittit Gregorius IX. vt ad Crucem ſuſcipiendam hortentur. 143. 1. D. An in ijs Papatum perennare conatus ſit Nicolaus IV. 175. 2. C.
Mirandulanus. vide: Io. Franciſcus Picus.
Miſſæ ſacrificium quid ex Concil. Trid. 225. 1. D. Dominicæ paſſionis eſt memoriale. 351. 2. D. Vide: Euchariſtia.
in Miſſa Papæ cur Euangelium, & Epiſtola Græcè & Latinè Legantur. 344. 1. B.
in Miſſa, Sede vacante, cantata an aliquid repræhendendum. 344 2. A.
Mogũtina Comitia generalia quid ſtatuerint. 18. 1. A. B.
Moguntinum Concilium à quibus coactum, & eius Acta 9. 1. B.
Monachi Innocentio Pontificia communicãtes. 50. 1. C.
Monachi Aegyptij cur manibus laborarent. 192. 2. D.
Monachis fidem detrahit Mornæus. 98. 1. C. 127. 2. B. Eorum inſtituta quàm commendata. 193. 2. B. Monachi huius temporis, Papæ ſatellites à Mornæo appellati. 125. 2. C.
Monarchichum regimen quale, & à quo in Eccleſia inſtitutum. 293. 2. B. 341. 2 D.
Monarcham totius Orbis an ſe faciat Pontifex. 346. 2. D.
Monothelitarum hæreſis à quo damnata. 300. 2. D.
Mores hæreticorum. 66. 1. B.
Moyſis patientia erga obtrectatores ſuos. 353. 1. A.
Mulier Apocalyptica, an Papa 349. 1. B. 352. 2. C.
Myſterium iniquitatis Mornæi cui ſimile. 276. 2. B.

N

NAbuchodonoſor quid figuret. 345. 1. D.
Nathan Propheta adorauit Dauid. 344. 2. D.
Neapolitanum Regnum iurene Calixtus à Ferdinando repetierit. 288. 2. D. eidem à Pio II. reſtituitur. ibid. Cur. 291. 1. D.
Nero tyrannus Antichriſti typus. 338. 2. A.
Neſtorij hæreſis à quo damnata. 300. 2. C.
Neutrales qui dicti. 283. 2. D.
Nicolaus de Biberach quàm iniuſtè Martini V. famam dilacerarit. 168. 2. B.
Nicolaus Clemangis Baiocenſis Archidiaconus quæ de bubone tradit quoad Ioannem XXIII. fabuloſa sũt. 243. 1. B. C Factionis fuit Petri de Luna. ibid. Quid iudicandum de his, quæ ille in Eccleſiam Romanam effutijt. 254 2. B.
Nicolaus Cuſanus Cardinalis, qualis vir. 279. 2 D. Quid de Romana Sede ſentiat. 280. 1. D. Quid de Scripturarum authoritate. 275. 1. A. Quid illi à Bohemis obiectum, & quid ab eo reſponſum. 276. 1. A. Concilium ſupra Papam eſſe ſentit. 280. 2. C. Peritiorum iudicio ſe remittit. ibid. D. Legatus ad Regem Francorum Eugenij IV. authoritatem defendit. 281. 1. C.
Nicolaus Gallus Carmelita qualis, quidue ſcripſerit. 172. 1. B
Nicolaus Lucenſis Carmelita ob publicam Papę correptionem quomodo habitus. 258. 2. B.
Nicolaus Macchiauellus quis, cuiuſue authoritatis. 307. 2. C.
Nicolaus Oreſmus Pontificiam dignitatem non uituperat. 220. 2. D.
Nicolaus III. Pont. quando electus 166. 2. D. An ambitionis, & audaciæ plenus, & qualis. ibid. Vicarij Imperij nomen Carolo Sicilię Regi abrogat 167. 1. A. An author Veſperarum Sicularum. 167. 1. A. Author Decretalis de electione & electi poteſtate ibid B. Moritur ibid. D. An concubinam habuerit ibid. 2. C. An

Minorum

Digitized by Google

Minorum Regulam in Scholis publicè legi iuſſerit. 170.2.B.

Nicolaus IV. antea Hieronymus Aſculanus, quando electus; & qua in re commendatus: 175. 1. A. Quid fecerit pro Chriſtianis iuuandis contra ſaracenos. ibid. B. Cur conditiones pacis inter Carolum Siciliæ Regem, & Aragonium non probarit ibid 2 B. Quando obierit. ibid. An Papatum in Fratribus Minoribus perennare conatus ſit ibid. C. Cur concilia in Germania haberi iuſſerit. 176 2. C. Meinardum Tirolenſem excommunicarit. 177.1.A.

Nicolaus V. Antipapa. Vide Petrus de Corbaria.

Nicolaus V. Papa, aliàs Thomas Sarzanenſis, quando electus, & qualis 283.1.D. à Chriſtianitatis Oratoribus quàm veneratus. 284.1.A. Sextum iubilæum celebrat 284.2.B. Fridericum Imperatorem cum Leonora matrimonio iungit, & corona Imperiali donat. ibid.2.D Subſidium pecuniarum cur Græcis negarit 285. 2 C. Beſſarionem Patriarcham Conſtantinopolit qua lege crearit & cur. 286 1.C. Diſpenſatum ab eo fuiſſe, vt ſortilegium maleficio tolleretur, fabula eſt: ibid. D. Eius obitus. ibid. 2. B. Bonarum artium, & Linguarum peritos fouit. ibid. An Græcorum excidio Occaſionem dederit ibid. C.

Nilus Archiep. Theſſalon. hæreticus & ſchiſmaticus. 283.1.A Eius ſententia de Romano Pontifice. ibid. C. Similis Marco Epheſino. ibid. 2. B.

Norbertus Premonſtratenſis Ordinis author, qualis. 38. 2. A. Eius de Antichriſto opinio. ibid. B.

Nogaretus dux coniurationis in Bonifacium VIII. 182.1. C. Quid ei minatus, & ad quod eius reſponſum obmutuerit. 181. 1. D. Philippus Franciæ Rex eius, vt pote non inſontis, abſolutionem poſtulat à Bonifacij ſucceſſore. 188.1.C.D. Ipſe, ſe pœnitentiæ gratia contra Sarracenos iturum pollicetur. ibid. 2. A.

Nominis quæſtio futilis. 196.1.A.

Noſceradinus Templarijs in diuiſione hoſtilium ſpoliorum obtingit. 189 1.D. Qualis vir. ibid. Baptiſmi cupidus, & rudimenta Chriſtianę fidei edoctus, ab ijſdẽ venditur Aegyptijs ipſum ad mortem poſtulantibus. ibid. Quomodo ab his in Aegyptum deductus, & occiſus. ibid 2. A.

Nothi non ſuccedunt in feudis. 288.2.D.

Nouatores quo ſtudeant Pontificẽ Principibus inuiſum facere. 21.1.B. quid ſentiant de eodem. 280.1.D. peccandi facultatẽ tribuunt. 351.1.B. Eorũ Eccleſię quæ. 334.2.C.D Leuitas quanta. 343. 1. A. eorundem Eccleſia per Segor, vt dicunt, ſignificata non eſt vera Chriſti Eccleſia. 359.1 A.

Nubere germanæ ſorori an cuiquam permiſerit Martinus V. 268.1.B.

Nuceriam Vrbem iuſtè euertendam ſuadent Collaterales Alexandri IV. 160.2.C.

Nuptias ſacerdotibus reſtituendas, iocosè dixit Pius II. 292.1.D.

O

OBſidio Belgradi. 287.2.C.

Occidentis Imperium. Vide Imperium Occidentis.

Octauianus Romanus ex Tuſculanis Comitibus quomodo creatus Antipapa. 78. 2.C. A quibus conſecratus, vel potius execratus. 79.2. B. Ab Alexandro. I I. excommunicatur ibid D. Alexandrum ipſe pariter excommunicat. 79 2.A. Vide. Victor Antipapa.

Octauianus Innocentij IV. Legatus in Lombardia, cõuentum cogit Brixiæ, & quid in eo actum. 154.2. A.

Oeconomi Eccleſiaſticarum opum qui & quomodo eligerentur. 22.2 A. & ſeq.

Officialium culpæ à Mornæo impiè tranſlatæ in Romanam Eccleſiam. 110 1.D.

Officialium Romanæ Curiæ Collegia à quo inſtituta. 301.1.D.

Omnipotentia Dei quanta. 326.1 B.

Onera quomodo Eccleſijs à Pontifice imponenda. 351.1.B.

Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam Quomodo appellat Mornæus. 287.2.C.

Orbis noui inſulæ ab Alexandro VI. cur Ferdinando Neapolitano donatæ. 306.2.C.

Orbis totius Monarcham Papa ſe non facit. 346.2.D.

Ordines Mendicantium. Vide Mendicantium Ordines.

Orientales Præſules quàm honorificè ab Eugenio IV. excepti. 276.2.C.

Oſculandi Pontificis pedes mos quàm antiquus. 306.1.C.

Oſmundus inter Sanctos a Calixto III. relatus. 287.1.A. alius eſt ab Edmundo. ibid.B.

Ottho Cardinalis Gregorij IX Legatus cur in Angliam deſtinatus 143.2.B. Oblata munera recuſat. ibid.C.

Ottho Columna. vide Martinus V.

Otthonis Comitis Bruſuicenſis reuerentia in Vrbanũ VI. 229.2.B.

Ottho Dux Bauariæ qualis, quiſuè eius exitus. 149.1. C.

Ottho Dux Saxoniæ per contentionem Rex Romanorum electus. 112.2.D. Quinam eius partem ſequerentur. 113.1.A. Eius electionem Innocentius III approbat. ibid. Mortuo Philippo coronatur ibid B. Conditiones inter eum, & Philippum quales fuerint. ibid. 2.C. Cur ab eodem Innocentio excommunicatus, & depoſitus. 114. 1. D. De eo iudicium Philippi Regis Franciæ. ibid. D. Infelices eius pugnæ euentus vnde orti. ibid.

Ottho Imperator quomodo Ioannem XXIII. deiecerit 148.1.D. Legum Eccleſiaſticarum imperitus. ibid.

Ottho Oſtienſis Epiſcopus Pontificatu dignus exiſtimatus. 1.2.D. & 1.2.D. Pontifex electus, & vbi. 3.1.A.

Ottho Friſingenſis quid de Regalibus Eccleſiæ oblatis. 94.1.A. & ſeq.

Otthoni IIII. à quo Imperium ademptum. 137.2.A.

P

PAcis abrumpendæ inter Vladiſlaũ Regẽ, & Amuratẽ Turcarum Principem, quis author. 274.1.A.

Pactionibus priuatorum iuri publico derogari non debet. 6.2.B.

Pallium Archiepiſcoporum, honoris eſt & ſubiectionis argumentum 25. 2 B. Ab his accipi non poteſt, niſi preſtito Romano Pontifici fidelitatis iuramento. 86.2.C.

Pandectæ Iuſtiniani. & de eis iudicia. 68.2.D.

Panormitanorum Oratores ad Martinum IV. miſſi, quod reſponſum tulerint. 168.1.C.

Panormitanus Abbas. vide Abbas.

Papæ nomine quid intelligatur. 295.2.D.

Papatui renunciare licitum eſt. 177.2.C.

Paradiſus eſt Eccleſia Catholica. 337.2.C.

Paradiſo ſimilis Minorum Religio. 193 2.A.

Paraſiti Papæ, Baronius, & Bellarminus à Caſaubono iniuriosè dicti. 342 1.B.

Pariſienſis Senatus Decretum contra Annatarum & decimarum exactionem 150.1.D. Is abrogationi Pragmaticæ ſanctionis fruſtra reclamauit. 296 2.C. Quã ſubiectum ſe agnouerit Romano Pontifici ibid

Pariſienſis Vniuerſitatis doctrina, quæ. 256.2. D. hæreſes ſemper dãnauit. 157 1.A An ſe mendicantibus oppoſuerit. 173.1.B. Quomodo à Papa, & Pragmaticæ Sanctionis abrogatione ad futurum Concilium appellarit 334.1.A. & ſeq.

Pariſijs conſilium habitum ad tollendum ſchiſma. 250. 1 A.

Paſchalis II. Philippum Franciæ Regem excommunicat, & abſoluit. 6.1.D. Coactus priuilegium de inueſtituris Eccleſiarum Henrico cõcedit. 14. & 17.2.B. & ſeq 1.C. In Concilio Lateranenſi idem reuocat. 14.1. D. 18.2 D & ſeq. De Antipapis, & ſchiſmaticis triumphat. 15.2.D. Quomodo electus. 16.1.B. Concilium Romæ indixit, & quæ in eo acta 17.1.C. Henricum Imp. excommunicat. 17.2 A, eius zelus, & acta in hæreticos iam defunctos 18.1,B & ſeq. Florentinũ Epiſcopum temerè de Antichriſto prædicantem compeſcit. 19.1.D. Robertum Flandriæ Comitem in ſchiſmaticos hortatur. 20.1.C. Quid reſponderit Henrico

Digitized by Google

poſtulanti, vt cadauer in Eccleſia ſepeliri fineret. 21. 1.A. Conuentu ad Guardoſtallum habitos Rauenatis Eccleſię limites iuſtè coarctat. 23.1. D. Arnulphum Patriarcham Hieroſolymitanum à Legato ſuo depoſitum reſtituit. 23. 2. B. Daimbertum etiam pulſum ibid. B. Ebremarum deponit ibid. C. Quid Balduino Regi conceſſerit ibid. D. Quid Antiocheno Patriarchæ. 25. 1. A. Trecis Concilium celebrat, & quid in eo de Inueſtituris Laicorum conſtituat 24. 1. D. & ſeq. fidem Henrico IV. Imp. datam non ſoluit, quin is datam illi, quem & violenter captiuum facit. 26. 2. B. & ſeq. Magdeburgenſium in ipſum calumniæ redarguuntur. 27. 2. A. Iuramentum ſeruauit. 28. 2. C. Ludouico Craſſo quid conceſſerit. 30. 1. A. Henrico I. Anglorum Regi quomodo reſtiterit. 31. 1. A. Mornæi in ipſum calumnia. 31. 2. B. Eius obitus. 32. 1. A. Paſchalis Antipapa à quo confirmatus. 82. 1. C. Eius mors. 83 1. C.

Patrem æternum de facto incarnatum aſſerens, hæreticus eſt. 316. 2. C.

Patria poteſtate priuantur, qui filios exponūt, &c. 4. 1 D.

Patriarchæ Conſtantinopolitani quot à Romano Pontif. depoſiti. 24. 1. A.

S. Pauli iuriſdictio maior iuriſdictione Angelorum 201. 1. C. Eius, & Petri capita quando Romæ reperta 216. 1. D locus Epiſtolæ ad Theſal. de quo intelligendus. 338. 1. C. Quomodo item alius. 348 1. D.

Pauli Aemilij iudicium de literis Bonifacij Papæ, & Philippi Regis. 181. 2. D.

Paulus Langius an Catholicus. 312. 1. C.

Paulus II Pont. aliàs Petrus Barbus, Pij II. ſucceſſor, cur Platinę inuiſus. 192. 2. C. Qualis fuerit ibid. 193. 1. A. Crimina ei falsò impoſità ibid B. Eius epitaphium ibid D. Ipſe, & Pius II. ſe non deſtruxerunt 194. 1. A. Georgium Podebrachium excommunicat & Regno deponit. 299. 1. C. D. Matthiam Hungariæ Regem ad bellum contra eundem incitat. ibid. 2. A. Quot annos ſederit. 300. 1. A.

Pauperes de Lugduno approbationem ſui inſtituti à Rom. Pontifice quærunt: cur reiecti. 122. 2. B.

Paupertatem Chriſti, & Diſcipulorum talem fuiſſe aſſerens, vt nihil habuerint vel nullum ſaltem ius in eis quæ habuerunt, hæreticus eſt. 199. 1. A. Paupertatem duplicem Chriſtus inſtituit, & habuit ibid. C.

Peccandi facultatem tribuunt Nouatores. 351. 1. B.

Peccata Chriſtianorum Barbaros, fortiores reddunt. 274. 2. B. Quomodo in Eccleſia Rom. remittantur. 11. 1. D. Quomodo remittantur à Deo, Chriſto, & Papa. 344. 1. D. Eorum abſolutio vnde virtutem ſumat. 351. 1. C.

Pedes ſummi Pontificis quam antiquitus oſculis peti ſoliti. 306 1. C.

Pelagij hæreſis à quo damnata. 300. 2. D.

Perſonæ probantur ex fide, non econtra. 305 2. D.

Pertinaciæ & Peruicaciæ diſcrimen. 56. 2. C.

Petilani blaſphemia in Romanam ſedem. 98. 1. A. 278. 2. D. 305 2. D.

Petrarcha. vide: Franciſcus Petrarcha

S. Petrus quomodo ſit Eccleſiæ petra. 37. 1. D. eius poteſtas omnibus Romanis Pontificibus datur, non obſtante morum diſſimilitudine. 147. 1. A. Quo ſenſu aſſumptus à Chriſto in conſortium indiuiduæ vnitatis. 167 1. C. Ordinatus à Chriſto magiſter, & doctor totius Orbis 201. 1. C. Eius, & Pauli capita quando Romæ reperta. 216. 1. D. Eius fides numquam deficiet. 236. 1. A.

Petrus Abelardus hęreticus ad Apoſtolicam Sedem appellauit. 67. 2. B. Ab ipſa damnatus. ibid. Errores vbi abiurauerit, & obierit. 67. 2. C. D.

Petrus de Alliaco perperam à Mornęo oppoſitus. 277. 1. B Sex eius conſiderationes. ibid.

Petrus Ambianenſis Eremita expeditionem pro Terræ Sanctæ recuperatione procurat. 5. 1. A.

Petrus Aragonius cur à Martino IV. excommunicatus. 167. 2. A. 168. 2. B. An inter ipſum & Carolum Regem conuenerit de ineundo duello, & conſentiente Romano Pontifice. 167. 2. & ſeq.

Petrus Barbus vide: Paulus II.

Petri Bleſenſis loca perperam à Mornæo interpretata. 110. 1. D. Eius querela de Aduocatis. ibid. 111. 1. D. & ſeq. Papam vnicè ſummum, & ſingulariter generalē appellat. 111. 1. B. atē Villicum Chriſti, & Petri Vicarium. ibid. 2. C.

Petrus Bruis hæreticus, qualia ſparſerit dogmata, & à quo confutata. 64. 2. C. 95. 2. C. 97. 1. C. Eius mors. 65. 2. A. 66 2. A.

Petrus Cantor Traditiones legitimas non improbauit. 125. 1. C. An Lateranenſi Concilio adfuerit. ibid. D.

Petrus Cluniacenſis pro Ludouico iuniore apud Pontificem intercedit. 56. 1. A. & ſeq. Quid ſenſerit de Eugenio III. 63. 2. C.

Petrus de Corbaria in Antipapam electus à Ludouico Bauaro. 197. 2. D. 204. 2. à dictus Nicolaus V. ibid. D. Reſipiſcit, & Bauarum deteſtatur. ibid. Eius exitus qualis. 198. 1. A.

Petrus Cunerius propugnator regiæ iuriſdictionis in cōtentione Epiſcoporum Galliæ cum Prætoribus Regijs. 205. 2. D. Infamiæ notatur. 206. 1. A.

Petrus Diaconus mendacij conuictus à Baronio. 42. 1. B. Schiſmaticus, multa confingit. 45 1. A. Redarguitur. ibid. & ſeq. Fatetur Innocentium eſſe legitimū Pontificem. 46. 2. A. Immeritò ei fugam exprobrat. ibi. B.

Petrus Dreſdenſis Sectarius Vualdenſium, qualis. 258. 1. D.

Petri Ioannis hæretici errores 184. 1 B. An Frāciſcanus: quid ſcripſerit, & quo tempore vixerit ibid. 2. A. Mortuus exhumatur, & comburitur ibid B.

Petrus Lombardus, Magiſter ſententiarum dictus. 69. 1. A. Non fuit Gratiani frater. ibid. Commendatur. 313. 1. A.

Petrus de Luna vide: Benedictus XIII.

Petrus Luſitanus. vide: Ioannes. XX.

Petri martyris hæræſis de temporali dominio Papæ à Bellarmino refutata. 346. 2. D.

S. Petr⁹ Martyr ab Innocētio IV. Inquiſitor factus, quid effecerit. 159. 2. A. Mors ei à Scelestis intentatur. ibid. B Occiditur, & Carinus cædis author non innoxius capitur. ibid. B. C. Miraculis clarus merito, Matthæi etiam Pariſij iudicio, inter Sanctos relatus. ibid. C. D.

Petrus Philargus vide: Alexander. V.

Petrus Riarius à quo creatus Cardinalis, & qualis. 301. 1. C.

Petrus Rogerius. vide: Gregorius XI.

Petrus de Tarantaſia. vide: Innocentius V.

Petrus de Thomacellis. vide: Bonifacius IX.

Petrus de Vineis à ſecretis Friderici II. Cur excæcatus. 138. 1. B in Pontifices ſemper malè affectus. 141. 1. D.

Petrus de Vualdo, Vualdenſium author, idiota 95. 2. B.

Petrucciana coniuratio in Leonem X. 319. 1. B.

Philippus Decius qualis fuerit quodué de eius ſcriptis iudicium. 340. 2. C.

Philippus Dux Sueuiæ per mortem Henrici Imperatoris fratris in Regem Romanorum per contentionem electus. 112. 1. D. Quinam eius electioni fauerint. 113. 1. A. B. ab Otthone Comite Palatino interficitur. ibid. illum diuina diſpoſitione ſublatum cenſet Lubecēſis. ibid. 2. D. Conditiones in eum, & Otthonem quomodo ſe habuerit. ibid.

Philippus I Franciæ Rex, cur excommunicatus. 6. 1. C. In gratiam Pontificis receptus. ibid. D. Pontificis in ſe authoritatem agnouit ibid. 13. 2. A.

Philippus II. Franciæ Rex quid de Pontificis Romani authoritate ſentiret. 108. 1. B. Eius iudicium de Otthone contumaci Eccleſiæ. 114. 2. D. Otthonem iuſtè ab Innocentio excommunicatum agnoſcit. 115. 1. A. Quoad eius cum Rege Angliæ diſſenſionem, lex Innocentij conſentanea legi Chriſti. 115. 1. B. & ſeq.

Philippus III. S. Ludouici filius quando regnare cœperit. 150. 1. D.

Philippus Melancthon à Luthero Ieremias dictus. 354. 1. A.

Philippus Mornæus Mathildi iniquus. 3. 2. C. 10. 1. D. Quos argumentando imitetur. 10. 1. A. Ineptè interpretatur. 19. 2. D. 318. 1. C. Hiſtoria quondam de Lu-

douico Craſſo &c. extorquet. 29.2. A. Quibus occaſionibus ſecundum eum creuerit Pontificum poteſtas. 32.2.C. Iniquus in S. Bernardum. 40.1.B. Innocẽtium accuſat. 43.1.A Pietatis opera, ſuperſtitionis loco habet 47.2.D. Eius ſpiritus quoad Romanũ Pont, quantum differat à Spiritu S. Bernardi 48.1.B. Huius ſcripta perperam interpretatur, & detorquet. 58.1.A. Ex eiuſdem verbis falsò concludit. quam impudenter. 62.1.C. Quid ſentiat de Spiritu Sancti proceſſione 64 1.D. Quales viros opponat progreſſui Romanæ Eccleſiæ. 65.1.D Ex eius illatione, Iudas, & falſi prophetæ, bonæ conuerſationis fuerunt. 66 1. C. Quomodo affectus erga Ius Ciuile, & Pontificium 68.1.C. Cur Petro Lombardo, & Scholaſticis infenſus. 69.1.A. Vt quempiam laudet, quid ſufficiat. 75.1.C. Ioannis Sarberienſis verba fraudulenter mutat 77.1.C. Lapſus memoria de Sorbonæ Collegio. 86.1.D. Falſam cauſſam allegat Cur Thomas Cantuar. ſententia de ſubſcribendo reuocarit. 89 1.C. Sibi contradicit. 95.2 A. 145.1.D. 359.1.D. hoſtis gloriæ Martyrum, vt olim Vigilantius. 121.2.B. Ex conceſſis conuincitur. 131.1.D. 157.2.C. SS. Frãciſcum & Dominicum ſuggillat. 140. 2.A. Platinam perperam citat. 166.2.B. De Tranſubſtantiatione adoratione Euchariſtiæ, & Sacramentali confeſſione blaſphemat, 121.1.B. De Romana Sede. 278.2.D. Quid ſentiat de poteſtate Summi Pontificis. 280.2.D. Temerarius in Pium II. 289.2.C. myſterium iniquitatis illius, quid aliud potius. 302.1.D. Papam homuncionem vocat. 347.2. B. Sathanam item. 353. 1.A. Legis Corneliæ re° 212.2.D 313.2.C. Caluini Soboles. 266.1.A. Scorpio 345.1 A. Deluditur. 260.1.B.

Eius impoſturæ & calumniæ. in Vrbanum ſecundum 5.1.D.2.A. In Paſchalem II. 16.2.A. 31.2.B. In Calixtum II. 33.2.B. 34.1.B. In Ioannem Cremenſem Cardinalem. 34.2.B. In Innocẽtium II. 39.1.D. In Patres Lateranenſis Concilij 48.2.A. In Miſſæ ſacrificium. 50 2.B. In S. Bernardum. 56.1.B. 63.1.A. In Baronium. 59. 1.C. 56.2.A. In Eugenium III. 61.1.C. in Petrum Lombardum & Theologos. 69.1. A In Adrianum IV. 73. 2.A. In Gulielmum Tyrium. 78.1.B. In Alexandrum III. 83 1.B. 85.2.D. 87.1.A. In Cæleſtinum III 109. 2. B. In Petrum Bleſenſem. 111.2. B. In Innocentium III. 113.2.B. 123. 2.A. In SS. Franciſcum & Dominicum. 120.2.A. In Gregorium IX. 131 1. A. In Innocentium IV. 139.1.C. In Gloſſam. 141.1. A. In Martinum IV. 167.2.C. In Nicolaum Carmelitam. 172. 1. B. In Pontifices, ſiue Catholicos. 194.2.B. In Ioannem XXII. 198.1.D. 199.2.A. In Pontifices. 200.2.B 345.1. D. ibid. 2.A. 346.2.D. In Catholicos. 201.1.D 318.2.C. 344.2.D. In Canoniſtas. 201. 2.C. In conuentum Reginoburgi habitum. 203.2.B. In Ochamum 205. 1. A. In Michaelem de Ceſenna. ibid. 2. C. In Theologos Pariſienſes. 206.1. B. In Clementem VI. 211. 2. B. In Carolum Sapientem. 221.1.D. In S. Brigitam. 222.1. D. In Ioannem Vuiclefum. 225.1.B. In S Vincentium Ordinis Prædicatorum. 237. 2 C. In Eccleſiam Romanam. 238.2.B. In Zabarellam Cardinalem. 252. 2. C. In Gerſonem. 254.2.D. 256. 2.C. In Theodoricum Vrias. 258.1.B. In Aeneam Syluium. 258.1. D. In Patres Concilij Conſtantienſis. 263.1. D. In Cardinalẽ Iulianum. 266.1.D. In Eugeniu IV. 272.2. C. In Cardinalem Cuſanum. 275.2.A. 276.1. C. In Nicolaum V. 285.2. D. 286.2.C. In Beſſarionem. 287.1. A. In Piũ II. 293.1.B. In Iulium II. 306.1.A. In Baptiſtam Mantuanum. 330.1.B. 331.1.C.

Suppreſſiones eiuſdẽ ex Edicto Hẽrici Imp. cõtra Synodu Treceñſem, 26. B. Ex Ruperto Abbate. 37.1.C.D. Ex Petro Diacono 47. 2.D. Ex S. Bernardo. 25.2.B 61. 1.D. Ex Sigonio. 70.2.C Ex Adriani Epiſtola ad Henricũ Angliæ Regẽ. 72.2.D Ex literis Friderici Imp. ad omnes Imperij Ordines. 73.1. D. Ex Sermone primo Innocentij III. in feſto S. Syluestri. 136 1.A. Ex eiuſdẽ Sermone ſecundo in feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli. 116 3. D. Ex Epiſtola Roberti Lincolnieñſis ad Innocentium IV. 156.2.D. Ex Dante, de iudicio Decretalium, 194.1.D. Ex Tritemio de cauſſa excommunicationis Ludouici Bauari. 197.2. A. De Vdalrico Ludouici Cancellario. 204.2.D. Ex Epiſtola Thomæ Vuildenſis de Vuiclefo 227.1.A. Ex Reuelationibus S Birgittæ de Sede Romani Pontificis. 222.2.D. Ex Articulis Vuiclefi. 228.1.A. Ex Concilio Conſtantienſi. 246. 1.C. Conſenſus a Sigiſmundo Imperatore præſtiti ſtatuto Concilij de ſaluo conductu dato Ioanni Hus. 261.1.C. Ex reſponſione Cardinalis Cuſani ad Bohemos. 276.1.A. ex Conſiderationibus Petri de Alliaco. 277.1.D. liberalitatis Sixti IV. 301.2. A. Ex Mirandulano. vtra ſententia in re dubia præferatur Concilijne, an Pontificis. 327.1. D.

Mendacia de Innocentij Pontificatu. 50. 1. C. De Petri Abelardi Schola. 68.1.A 71.1.C. De de pecunijs Gregorij IX. nomine exactis in Gallia. 144. 2.B. De Ludouico ab Innocentio IIII. in Regem Anglorum concitato. 145. 2. D. De ſtatutis in Concilio Lugdunenſi. 165. 1.C. De condemnatione Actorum Ioannis XXII. per Theologos Pariſienſes, & Bononienſes. 203.1.D. Vuiclefi dogmatibus 225. 1. A. De ceſſione Regni Hungarici per Carolum Eliſabethæ facta 232. 2.B. De moneta à Ludouico XII. cuſa. 314. 2. D. De Agno Apocalypſis. 340. 2. A. De pactione pecuniaria Pontificum pro abſolutionibus, & diſpenſationibus concedendis. 350. 2. D.

Errores eiuſdem, in hiſtoria 49. 2.A. 51 1.C. De S Bernardo. 65.2.C. de Friderico Imp. & Paſchali Antipapa. 87. 1. D. De Pontifice cuius præcepto compilatæ ſint Epiſtolæ Decretales. 140. 2. C. De temporibus Eduardi V. 222. 1.D.

Philippi Pulchri contentio cum Bonifacio vnde orta. 181 1.A Concilium Pariſijs cogit ibid. 1.C. Pontifici Maximo in ſpiritualibus ſe ſubiectum fatetur 182.1. A. Diuina vltio in eundem ob iniuriam Bonifacio illatam. ibid. 2.A. Quam ingratus Bonifacio ibid. Contra cenſores fidei perperam querelas audit 183.1. C. Cur à Benedicto XI. anathemate abſolutus. 184. 1. D. Quibus nominibus eundem Pontificem compellet. ibi Clemens V. in ſua creatione fidẽ ei obſtringit. 188.1.C. Abſolutionis veniã ob læſam maieſtatẽ Põtificiam in perſona Bonifacij à Clemente petit. ibid.

Philippi Valeſij reſponſum pro iuribus Eccleſiarum in contentione Epiſcoporum Franciæ cum Prætoribus regijs. 205. 2 D. Inaudita poſtulat à Benedicto XII. 208. 1. A. Cur Benedictum Pontificem ab amicitia Bauari dehortatus. ibid. B. Quomodo ſe Papæ Vicarium generalem creari à Benedicto poſtularit ibid. D

Philoſophia Theologiæ ſubſeruit. 174.2 B. Quid doceat. 298 1.C.

Phocas Pontificem maximum declarauit Vniuerſalem Epiſcopum. 343.1.D.

Piccardus Adamitarum ſectæ author qualis, & eius errores. 265.1.D.

Piccardus Hemo cur combuſtus. 310.1.B.

Pilatus, & Caiphas paſſionis Chriſti inſtrumenta quare non colendi vt alia. 217.2.B.

Pileus rubeus cur, & quando Cardinalibus datus. 141.2.A.

Piſanum Concilium. vide Concilium.

Piſarum vrbis laudes. 43.2.B. & ſeq.

Pius II. aliàs Aeneas Syluius, pacem init cum Ferdinando, eiq; regnum Neapolitanum reddit. 288. 2 D. Calixti III. ſucceſſor, & qualis 289.1.B Bulla retractationis eiuſdem examinatur. ibid. 2.A. Cur Mantuę conuentum habuerit. 290. 2.D. Cur fine in eo intento fruſtratus. 291. 1. A. Cur Ludouico Francorum Regi infenſus. 291. 1. B. Quæ ad Mahumetem Turcarum Principem pro ſuſcipienda Fide Chriſtiana, & de his Mornæi iudicium. ibid. 2. A, & ſeq. ab ambitionis calumnia vindicatur. 292.1.A. Pacis ſtudioſus. 292 1 C. Publicã pompam inſtituit in feſto corporis Chriſti exhibendam. ibi. Catharinam Senenſem inter ſanctas refert. ibid Ioco nuptias Sacerdotibus reſtituendas, dixit. ibid. D. Quæ ambitio in eo. ibid. Quot annos ſederit ibid. 2. A. Eius Laudes. ibid Eius epitaphium. ibid. B. De Monarchico regimine quid ſenſerit. 293.2.B Cur excommunicarit Sigiſmundum, & eius Nuncium. 296. 1. C. à Ludouico XI. quàm honorificẽ habitus. ibid. D.

Pius III. aliàs Franciſcus Picolomineus. quando, quã

ſpe electus,& qualis.312.1.D.obit. 313.1.A.

Platina cur infenſus Paulo II.292.1.C.infenſus fuit eius perſonæ,non dignitati.293.1.C hortatu Sixti I V. Hiſtoriam compoſuit.ibid.D. Vitia miniſtrorum Eccleſiæ damnat,non miniſteria.299.1 A Præficitur Bibliothecæ Vaticanę à Sixto.I V.301.2.D.perperam à Mornæo citatur. 166 2.B.

Pœnitentiæ Sacramenti materia,& forma. 11.1.D.

Poetæ mali ſemper apud Reges in æſtimatione habiti. 125 2 A.

Poggij Florentini Epiſtola de morte Hieronymi de Praga an eius cauſſæ faueat. 261 2.C.

Poloniæ Dux qua conditione à Ioanne X X I I.in Regē promotus. 202.1.A.

Polonis cur regio honore Gregorius V I I. interdixerit. ibid.B An ij tum Romano imperio obnoxij.ibid.C.

Polychronius Hieroſolymitanus à Sixto depoſitus.24. 1.B.

Pompa Romanæ Curiæ tolerāda,nō affectāda. 61 2.D.

Pontifex Romanus Epiſcopos omnes conſecrat, & confirmat.7.2.B eius authoritas, quanta.ibid.C.non eſt auferibilis ab Eccleſia.8 2.B.Cur Baltheo ſuccinctus. 19.2.D.Claues & ſigilla ſeptem à baltheo pendentia, quid ſignificent 30.1.A. Antichriſtum habitu non refert.ibid.Quibus titulis inſignitus etiam à Schiſmaticis ibid.2.A Illi ſubeſſe eſt de neceſſitate ſalutis.21.1. C.179.2.C.Quomodo poſſit Principes dignitate priuare ibid D.multas ditiones obtinuit.23.1.B.vnire,& diuidere poteſt Epiſcopatus.ibidē.C.Quot Patriarchas Conſtantinopolitanos depoſuerit.24.1.A.in Epiſcopos Germaniæ ius exercet.26.1.A.vbique Concilia cogere poteſt ibid.B. Eius Decreta quomodo ab hominū factis diſtinguantur.19.1.A.Eius primatus, & iuriſdictio in omnes Eccleſias agnoſcitur.ibid.B. Eius electio vbi fieri debeat. 33. 1. D. quæ leges ſeruari.ibid. ius habet æquè in Orientis, atque Occidentis Eccleſias 35.2.C. Apoſtolicus appellatus.38.1.A. Omnes omnium hæreſes iudicauit.ibid. Eius dignitas apud omnes ſacroſancta.42.2. C. Moyſi,& Angelis præfertur.50 1 B.200.1 B.Quo ritu miſſam tùm priuatam,tū ſolemnem celebret.50 2.B.& ſeq. Eius dignitas qualis.60.2.D Quid illi competat, vt ſucceſſori Petri, & quid vt ſucceſſori Conſtantini.61.2.D.Quæ ad ipſum ſolum pertineant.63.1.A.Eius eſt iudicare hæreſes,& controuerſias fidei dirimere,& ſenſus ſcripturæ.67.2. C.293 2.D. Eius iugum ſuaue, miniſterium magis quam dominium.68.2.C. Vnde habuerit regalia.76. 1.B. Poteſtas eius in Patriarcham Hieroſolymitanū. 77.2.D.Vnicè ſummus,& ſingulariter generalis à Bleſenſi dictus.111.1.B.item villicus Chriſti, & Vicarius Petri ibid.2. C. Quomodo ei demandata animarum cura ibid.numquam ſæcularem poteſtatem ad ſe violenter contraxit.ibid. D. Cur regno,& mitra vtatur. 116 1.A. Omnes iudicat,& à nemine iudicatur ibid. 2.C.Quomodo ſit ſponſus Eccleſiæ.117.1.A.166.1.C. Eius authoritas Soli comparata.117.1 D. Eius ſolius eſt religioſos Ordines approbare, in quo errare nō poteſt 122.1.B.170.1.B. in canonizatione Sāctorum nec falli,nec fallere poteſt.140 1 B.Quomodo hæc ei conueniat.ibid C. Quo iure poſſit ſupra ius diſpenſare. ibid.2.D. Contra quatuor Euangelia diſpenſare non poteſt 141. 1. A. Contra ius diuinum non diſpenſat, ſed interpretatur.201.2. C.Non obſtante morum diſſimilitudine, eadem S. Petri poteſtas ei conceſſa eſt. 247.1.A.Duplex gladius ei cōuenit.165.1.A.247.2.C. 253.2.C.Quibus in rebus a Spirituſancto regatur.167 2.A Eius authoritatem Seuualus Eboracenſis Archiepiſcopus excommunicatus, moriens agnoſcit.171.2. C.Imperatoris nomen ſolus dat.187.1.B.Vacāte Imperio poteſt quidquid Imperator ibid C.Validè condit leges,etiamſi minus honeſtæ vitæ ſit.190.2.A.Nulli ſubeſt.192. 1. A. Varia eius Encomia ibid. Scopus eiuſdem in celebrandis Concilijs.ibid. Superior Imperatore 193.1.C.237.1.D.Solus dubia circa Regulā S Franciſci occurrentia ſoluit.194.1.A. Ius,& authoritas eiuſdem circa Imperatorem electum, 200.2. C. Data paritate vocum eligentium, fauere poteſt, cui vult.ibid.D.Catholicorum iudicio Vicarius Chriſti eſt ſolum in Eccleſia militante.200.1.A.Iuriſdictione ſuperior eſt Angelis.201.1.B.C.Hos tamen excommunicari ab eo poſſe,nullus noſtrum dicit.ibid.D.Ipſius eſt infideles ad fidem reuocare.206.2.B.Quibus honorificis titulis à Petrarcha appellatus.212.1.C.Cur Romæ reſidere non teneatur. 214.1. D. 215.1.B.à Deo inſtitutus, vt Eccleſias omnes in vnitate contineret. 221.2.B. Eius primatus ex ſacra Scriptura manifeſtus fit.222.1.A.Ei ſęculares Principes, vt oues ſubſūt.ibi. B.Contra illum portæ inferi non valent.226.2 C.eius dignitas, & authoritas manet, etiamſi flagitioſus ſit. 231.2.D. 254.2. B. 248.2.B. 305.2. C. Quomodo ei ſubnitatur Eccleſia.236.1.A Qua poteſtate præſit Eccleſiæ.236.1.D. An tyrannidis author eſſe poſſit.ibid. 2.A. Vt Pontifex errare non poteſt.ibid. D. 253.1. C.254.2.D.Eius electio cuius iuris ſit.236.2.D. Simoniam committere poteſt.237.1.A.An à Cardinalibus pro arbitrio deponi poſſit.241. 1.D. Schiſma tollere ad eum pertinet.248.1.A. Eius vitia ſunt perſonæ nō dignitatis ibid.2. B. 305. 2.C. Qualis eſſe debeat,& quando deponi poſſit.248.2.C.Malus venerandus nō imitandus.ibid. Eius authoritatē à Chriſto inſtitutā Carolus V I.agnoſcit.250.2. A. 252.2.A.Ab eius ore tota pendet Eccleſia.253. 1. C. poteſtatis plenitudinē quomodo habeat.254.2.D. & ſeq. abſque eo Eccleſia non ſubſiſtit 255.1.D.Vnus tantùm in Eccleſia eſſe debet.247.1.C.253. 1.A. à Chriſto eius auctoritas inſtituta.255.2.D.fidei noſtræ author an ſit.256.2.C. ab eo quando liceat appellare ibid.D.Ipſius eſt indulgentias concedere 257.1.D.Antichriſtus non eſt.259. 1.C.351.1.D. 352.2. C. Incōmoda eius abſentiæ ab Vrbe.267.1.B.Mos confirmandi decreta concilij,cui non interfuerit 269.1.C.Concilia abſquè eius authoritate rata non ſunt 272.1.B. Supra Concilium eſt. 272.2.D.Vnde illi infallibilitas adſit.273.1.B.an ad ſe omnem Conciliorum,& Eccleſiæ authoritatem reducat.276.2.B. Solus non facit Concilium.276.2. C. 281.2.C.Quomodo de ſenſu Scripturæ iudicet 278.2. D.De eius poteſtate quid ſentiant Nouatores, quiduè Catholici.280.2.D. Tāquā priuatus Doctor errare poteſt in fide.281. 2.B. Ab eo ad futurum Concilium appellare an liceat 289.2. A. Subiectus eſt germano ſenſui Scripturæ ſacrę.293.2.D. Epiſcopos deponere poteſt 296.2 B. Eius pedes Oſculandi mos,quam antiquus.306 1.C.an ab eo pendeat Imperium. 290.1.B. 307.1. C. Iuſtus Princeps tēporalis Romę, & aliarum ditionum.307.2 D. Fidei cuſtos,& magiſter omnium 308. .C Concilia cogere eius eſt.312.2. A 327. 1.C.148.1. A.An ei liceat abſque cauſa Principi bellum inferre.313 2.C.Principu obſeruantiam in eundē egrè ferunt hæretici 316.1. C. à Regibus qua adoratione colendus.317.2.A. Qualem in cælo, & in terra poteſtatem habeat ibid.C.Leo de Tribu Iuda,Saluator, & liberator cur dictus in Concilio Lateranenſi. 318.1.A.proſes regia.ibid D Verè princeps totius mundi, Deoque ſimillimus dictus. ibidem. 1.A. Caput viſibile Eccleſiæ.321.1.B.De poteſtate eius in animas Purgatorij error Almaini.347 1.C Eius ſententia in re dubia an authoritati Concilij præferatur.ibid.D Eius arbitrio ſe committere quid ſit. ibid. 2. A. Docenti aliquid contra Euangelium an credendum.ibid.B. Quid ſi pro hæretico habitus in ſententia Mirandulani. 328. 2.B.Eius eſt mores in Eccleſia reformare.329.1.D. an in Principes dominium temporale habeat. 333.2. B. Caput Regum in ſpiritualibus ibid. C.per Beſtiam Apocalypſis non accipiendus. 338.2. C. Abſolutam in Reges dominationem an ſibi arroget 341.1.C.Poteſtatis eius functiones enumerantur 342.1.A. Epiſcopos Chriſti exemplo vocat fratres.ibid.D.Cur aliquādo in eius Miſſa Euangelium & Epiſtola Græcè, & Latinè legantur.344.1.D. Quomodo remittat peccata. ibid D.Qualis ſit adoratio ei exhibita.ibid 2.D.Quæſtio de eius authoritate in ſcripta Apoſtolica cur in Scholis agitata 345.1.B.An tanquam Deus ſedeat in Eccleſia Romana.ibidem .D. Eius dogmata omnia Catholica. ibidem 2.B. An ſe totius orbis Monarcham faciat.346.2. D. Eius dignitas non repugnat Chriſti humilitati 347.1.C. Primas eſt omnium Sacerdotum,

Digitized by Google

dotum, & doctor vniuerſalis Eccleſiæ.ibid.D. Homo peccati non eſt.348.1.D.Eius Cathedræ dignitas à S. Petro 349. 1.B. Diſpenſationes, & abſolutiones ſine pretio concedit.350.2.D. Eius character qualis 351. 2.A.Quo equitet in Põtificalibus.352.1.D. Eius clemẽtia in hæreticos.355.1.A.Hæreticorũ vaticiniũ de Papatu ſubruendo ſtultiſſimũ. 357.2. A De primatu Rom.Pontificis ſententia Richardi Angliæ regis.108. 2.C.Concilij Lateranenſis ſub Leone X.317.1.A.Budæi.323.2.D. Pici Mirandulani 338.2.D Baptiſtæ Mãtuani 331.1.B Ioannis maioris 333.2.C. Panormitani.281.2.C Antonij Roſelli.197.1.C.S. Brigittæ.212.2. C. S.Catharinæ Senenſis. 223.1.C. Dantis. 194.1 C. Durandi ſpeculatoris.191.2.D. Petri de Alliaco.278. 1.A.Franciſci Petrarchæ.212.1. C. Gulielmi Occhami.205.1.B Ioannis Gerſonis.254.2.D. Hieronymi Sauonarolæ.310.1.D.Nicolai Cardinalis Cuſani.280.1. D Nili hæretici 283.1.C.

Pontifices Romanos ex teſtamento Chriſti dira paſſuros, quomodo intelligendum. 346. 2.A. eorum mores praui dignitati aut poteſtati pontificali non officiunt. 185.2.A.Eorum ſucceſſio per ſchiſmata nunquam interrupta. 249.1.C.

Populos exacuit Mornæus in ſuos Principes. 347.2 C.

Portugalliæ Rex regnum ſuum vectigal fecit Romanæ Eccleſiæ. 87.2.A.

Poteſtas ſpiritualis, & temporalis neceſſariæ ad regimẽ Chriſtianæ Reip.132.2.D.

Poteſtate iuſta, vel iniuſta velle vti diuerſũ eſt.122.2.D.

Prædicationem diuini verbi liberam cuiq; faciunt Vualdenſes. 99.1.D.

Prædicatores miſſi in Angliam à Gregorio IX. vt ad crucem ſuſcipiendam hortentur, quàm honorificè à populis habiti. 143.1.D.

Præiudicium alijs afferre non debet res inter alios acta. 260.2.B 262.1.C.

Præuaricator legis quis ſit. 28.2.C.

Prælatorum corripiendorum ratio quæ.213.1.D.258.2.C 307.1.

Pragmatica ſanctio S.Ludouici Regis vbi habeatur. & an genuina ipſius.171.1.C.quãdo abrogata 182.2.C. In Concilio Baſileenſi edita ibid.D.ei Cõcordata ſuccedunt ibid & 312.1.C.an Dietheri Moguntini inſtitutum.294.2.C.confirmata in Cõcilio Turonenſi.314 1.A.Cur inſtituta.295.1.D.abrogata, fruſtra reclamãte Senatu Pariſienſi 296.2.C. De abrogatione eiuſdẽ diſſenſio. 334.1.B.

Princeps an ſe defendens licitè terras Eccleſiæ inuadat. 313.2.C.

Principes ob immodicas exactiones nõ deſerendi. 332. 2.D.

Principum ſæcularium non eſt de ſchiſmate cognoſcere. 236.1.C.

Principum reuerentiam in Pontificem Romanum ægrè ferunt hæretici. 316.1.C.

Priuilegium inueſtituræ Eccleſiarum laicis per uim conceſſum, prauilegium eſt. 28.2.D.

Priuilegium Lucenſibus à Lucio III. Papa de cudenda pecunia conceſſum. 101.2.C.

Priuilegium Gallis conceſſum a S.Clemente ſuper electione Papæ pro ipſis examinatur. 135.2.C.

Probus Epiſcopus ord.minorum vbi,& quando excommunicatus. 172.2.C.

Prochetus Genuenſis Archiepiſcopus cur Bonifacio VIII. inuiſus. 178.2 B.

Promiſſum ſoluere aliquando eſt contra officium. 55.1.A.

Prophetæ veri à falſo nota. 109.1.C.

de Purgatorio doctrinam ſuſpectam per mendacium reddere conatur Mornæus 190.1.A.Bullas non nullas ea de re falsò confictas fuiſſe, oſtenditur.ibid.C.

Q

Querela Germanicæ nationis de Rom. Pontifice qualis. 294.2.D. 332.2.D.

R

Radulphus Antiochenus Patriarcha quomodo electus, & eius acta. 51.2.D.

Rainaldus Caſſinenſis Abbas cum ſuis Monachis Innocentium Papã agnoſcit. 42.1. C. 47.1. A. Magnificè à Lothario Imperatore ſuſceptus. 45. 1 D. Eius electio examinata. 47. 1. B. Cur, & à quibus depoſitus. ibid.D.

Raphael Volateranus.vide: Volateranus.

Rauennatis Eccleſiæ limites iure coarctati. 23.1.C.

B. Raymundus iuſſu Gregorij IX. decretales compilauit.140.2.C.

Recapitulatio blaſphemiarum, & impoſturarum Mornæi. 341.1.A.

Reformatio vniuerſæ Eccleſiæ à Romana tanquam à capite pendet. 193.2.A.

Reformationi Eccleſiæ ſtuduit Concilium Conſtantiẽſe.266.2.A & ſeq.

Reformationi morum & diſciplinæ ſemper in Eccleſia inuigilandum. 329.1.C.

Regalia licitè ab Eccleſia ſuſcepta.94.1.C.Horum poſſeſſioni non repugnat ſpiritualis proſperitas.94.2.A.

Regalis authoritas ſimilis Lunæ. 117.1.D.

Reges quidquid iuris habeant in cõceſſione Epiſcopatuum, quomodo habeant. 30.1.B.

Reges ob immodicas exactiones non contemnendi. 332.2.D.

Reges decem in Apocalypſi memorati, quinam. 338.2.C.

Reges pauci à mundi principio ſancti, ſecus in Pontificibus. 348.2.D.

Reges Franciæ Sedis Apoſtolicæ obſeruantiſſimi. 181.1. A. In electione Papæ nullum ius habent. 249.2.C.

Reginaldus Colonienſis Archiepiſcopus qualis in verũ Pontificem tempore ſchiſmatis. 82.2.C.

Reginoburgi conuentum habet Ludouicus Bauarus. 303. 1. D.

Reipublicæ ſalus Sacerdotũ precibus nititur. 343.2.D.

Religio ſimulata cui comparata. 95.2.A.

Religio Fratrum Minorum Paradiſo aſſimilata.193.2.A

Religionum inſtituta pulcherima, & cui rei aſſimilata. 193 2 B.

Religioſorum Ordinum approbatio ad Pontificem Romanum ſolum ſpectat. 170.1.B.

Reliquiæ ſacræ à Deo reuelatæ. 216.2.A.

Renunciare Papatui licitum eſſe decernitur. 177.2.C.

Reprobi omnes Diabolo conformes, & Antichriſto. 121.1.A.

Res inter alios acta præiudicium alijs afferre non debet.260.2.B.262.1 D.

Res iudicata quæ dicatur. 304.1.A.

Reuelationes: vide in verbo S. Brigita,& S. Catharina Senenſis.

Rhemenſe Concilium quando habitum, & eius acta. 50.1.A.

Richardus Albanus Epiſcopus in Gallia Romani Pontificis Legatus. 20.2.B.

Richardus Rex Angliæ quid legato Innocẽtij obiecerit. 108.2 B.Eius ſententia de Romana Eccleſia ibid C. à Leopoldo captus, & ad Henricum Imperatorem tranſmiſſus. 109 2. A. Pro eius liberatione Eleonora mater ad Sedem Apoſtolicam confugit. ibid. Cæleſtinus Papa effecit, vt dimitteretur.ibid. D. Cæleſtinum interpellat aduerſus Leopoldum.110.1. A. Item aduerſus Henricum.ibid.C.

Richardus Cornubiæ Comes cur prohibitus vela facere à legato Gregorij 9.apud Damiatam. 135. 1. C. Quando,& à quibus Imperator electus. 161. 2. A. Pontifice Alexandro IV minimè confirmatus.ibid.

Richardus Maſſilienſis Abbas cur excommunicatus. 2. 1. D.

Richerius Senonenſis Iuoni Carnotenſi infenſus. 13. 1. D.

Robertus Attrebas ob combuſtam in contemptum Põtificiam bullam à Deo punitur. 182.1.A.

Roberti Bellarmini doctrina de aſſueta Perſonas Sanctiſſimæ Trinitatis pingendi rõne defenditur.198.2.B

Robertus Bulgarus Dominicanus quomodo ſe contra

hæreticos habuerit. 152.2.B.
Robertus Flandriæ Comes in ſchiſmaticos arma conuertit 20.1 B.
Robertus Gallus Carmelita fruſtra à Mornæo ſuggellatus.153 1.A.Quid per idolum intellexerit.ibid.
Robertus Lincolnienſis bonis religioſorum ſuæ Diæceſis inhiat. 151.1. C. Ab omnibus acclamatus proteruus. ibid. 2. B. Cur ad Innocentium IV. tam inſolenter ſcripſerit.156.2 D. Quantum tamen Sedi Apoſtolicæ deferat. ibid. Prætextus eius improbabilis,cur literis Pontificijs non obediat.157 1.C.An ſanctiſſimus ibi. 2.D.An Innocentio IV.mortuus apparuerit.158.1.A.
Robertus Neapolitanus Rex cur ab Henrico VII.maieſtatis reus declaratus. 187.2.C.
Rodericus Borgia Sixti IV. Legatus in Hiſpania. 301. 1.A.Vide:Alexander VI.
Rodericus Sanchio quis,quidvè ſcripſerit. 297.2.D.
Rodolphus Agricola quis, quiduè ſcripſerit. 309.1.C.
Rodolphus Habſpurgi Comes quando, & quomodo in Imperatorem electus.164.1.D à.Gregorio X. confirmatus.ibid.Ab Adriano V. cur in Italiam accerſitus. 166.1.B Pecuniarum ſtudioſus.168.2. D Ab Honorio IV. cur Romam aduocatus.171.2.B. in eius gratiam quid exegerit Honorius IV.in Germania.ibid.D.
Rodolphus Treuirenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus electus periculum ſchiſmatis cum Volmaro fuit. 102.2. A. Ad Imperatorem confugit. ibid. Ad Romanum Pontificem eius cauſam defert Fridericus Imperator. 102.2.B.
Rogerius Actonus ſectarius comburitur. 259.1.B.
Rogerius Normannus Apuliæ,& Calabriæ Ducatu inueſtitus 35.2.B.Cur Anacleto adhæſerit 41. 1. C. Innocentium Pontificem per inſidias capit.48 2.D. Pacem, & concordiam ab eo poſtulat.49.1. A. Cum filio pedibus Pontificis aduolutus miſericordiam petit, & fidelitatem iurat.ibid.B.
Roma mare eſt ex Innocentio III. 116. 1. B. Quando bellua, & monſtrum.332.2 A.Antiqua nè,an noua à Mantuano carpatur. 331. 2. A. Nequaquam per Babylonem accipienda. 338. 2. A. 358. 1.B Olim Sedes Imperij modò Petri,341.1.D Antiqua quidem meretrix Apocalyptica.349 2.C.Eam obſidione cingit Fridericus II.133 2 A Diuina ope liberatur.ibid.B.
Romanus Clerus qualis eſſe debeat 61.1. C. 191.1.C. Eius delicta perſonarum ſunt non cathedræ.76. 2. D. Eius laudes 77.1.B.
Romanæ curiæ vitia repræhenduntur, non dignitas. 308.1 A. Officialium collegia a quo inſtituta 301. 1. D. à Petrarcha quomodo damnata. 212.1.B.
Romanę vrbis encomium ex D.Chryſoſtomo.210.2.C. Aliud ex Petrarcha. 213.1.A.
Romana Sedes,etiam ſchiſmate durante,pro Apoſtolica habita.257.1.D.Eam Petilianus impiè cathedram peſtilentiæ appellat 278.1.D. 305.2.D ſimiliter Mornæus.349.1 A.& 290.2.B à calumnijs vindicatur. ibi. ab ea fides Catholica prodijt. 300.2.B.
Romani ab Innocentio Pontifice cur defecerint 49.2.B. Anathemate ligati.ibid. D. Quid illis contigerit.50.1. A. Quid moliti 53.2.A. Innocentium Quartum Romam Peruſia aduocant 154.2.C. Brancaleonem Bononienſem cur Romam aduocarint, & quomodo ſe erga illum habuerint.161.1.D.Eorum qualitates. 36. 1.B.Sacrilegia.39 1.D. Diſſidium, & proteruia cum Lucio III. 101.2.D.
Roſæ aureæ Romani Pontificis,laus.192.1.A. Eius conſecrandę ritus. 217.2 D.
Roſarij prædicandi modum approbat Sixtus Quartus. 301.1.C.
Roſarium quot contineat.ibid.
Rupertus Abbas quomodo primatum Rom. Eccleſiæ profiteatur.37.2.D.Locus eiuſdem falſatus, ſed reſtitutus.ibid.1.C.
Ruſtandus Crucem prędicat Londini contra Manfredū Friderici II filium. 161.1.B.et quomodo Epiſcopi Anglię reſtiterint circa exactiones Pontificias. 171.2.A.
Ruinam Eccleſię qualem Gerſon timeret.257.2 A.qualem Theodoricus Minorita prędixerit. 258.1.D.

S.

SAcerdotalis dignitas ad quid inſtituta.6.2.D. Longè ſuperior quauis dignitate laicali.ibi. Regiæ pręſtat. 125.1.B.
Sacerdotes quādo iurare poſſint 46.2.D.Eorum peccata grauiter Eccleſiam lędunt.35.2. B. Eorum precibus ſalus Reipublicę innititur. 343.1.D.
Sacerdotiorum adminiſtratio ad Pontificem Maximū, armorum ad Cęſarem pertinet 26.1.D.
Sacramentum cuſtodire aliquando contra officium eſt. 55 1.A.
Salomon Chriſti typus. 317.2.A.
Salue regina à D Bernardo commēdatur.140 2.A. eam certis diuinę rei horis addi decreuit Gregorius IX. ibidem.
Salutationem Angelicam quomodo appellet Mornęus. 287.2.C.
Saluus conductus Hieronymo de Praga à Concilio Cōſtantienſi datus,& qualis. 260.2.D.
Saluus conductus Ioanni Hus à quo datus. 262.1.A.
Samaritanis multa cum Iudæis communia. 336.2.C.
Sanctus quis colendus. 287.1.C.
Sancti,qui lapſi reſipuerunt. 28.1.C.
Sancti in Eccleſia quoad adorationem, Chriſti locū nō inuaſerunt.238.2.A. quomodo à nobis inuocentur. ibid.B.
Sanctorum omniū vita conformis eſt Chriſto.120.2.D.
S Satyri pietas,& fides commendatur. 245.1.C.
Schiſma Anacleti grauiſſimum. 38.2.D.
Schiſma poſt mortem Gregorij XI. 228.1.C.
Schiſma inter Gregorium XII. & Benedictum XIII. 241.1.B.
Schiſmata vnde orta 8.1.C.Ea tollere ad Imperatorem non pertinet.248.1.A.Quorum ſit de ijs iudicare.236. 1 C. Succeſſionem Romanorum Pontificum non interrumpunt.249.1.C.etiam ante D. Auguſtinum non defuere.ibid.
Schiſmatis tollendi cauſa conuocatum Concilium Cōſtantienſe.266.2.D. tollitur tandem. 268.1 A.
Schiſmatis periculum ſub Lucio III.& Friderico Imperatore vnde extiterit. 102.2.A.
Schiſmatis inter Alexandrum III. & Victorem hiſtoria. 112.2 C.
Schiſmaticus quis ſit. 77.1.C.
Schiſmatici reuertentes,ſine Sacramento non ſunt recipiendi.46.2.D.ipſi etiā amici Chriſti dicuntur.58.1.D
Scoti ſenſus de verbis conſecrationis. 325.2.B.
Scriptura ſacra de eſſentia Eccleſiæ nō eſt.175.1.A.eius ſenſui germano ſubiectus eſt Papa.293.2. D.Loca de Chriſto intellecta ad eius miniſtros aptari poſſunt. 298.1.B.Vulgata editio authentica ex Trid 319.2. C. Quaenam interpretationes à Trid.prohibeātur. 343. 1.B.Verſiones vulgares cur damnatæ.245.2.B præter eam an aliud credendum ſit 274.2 D. Eius interpretationem non omnes ſibi vendicare debent. 99.1.C.
Sebaſtianus Brand hæreticus ab Erfordienſibus cur pulſus. 322.1. B.
Sedes Apoſtolica non transfertur quocumque Pontifex ierit.43.2.C.Eius iudicijs obuiare hæreticū eſt.7.2.A.
Segor Nouatorum Eccleſiam ſignificat. 359.1.A.
Sepelientes excommunicatos aut nominatim interdictos ſunt ipſo facto excommunicati. 22.1.C.
Sepultura Eccleſiaſtica,qui priuentur,& cur. 22.1 A.
Seuualus Archiepiſcopus Eboracenſis ab Alexandro IV.excommunicatus, pertinax moritur.171.2.B. Pontificis tamen authoritatem agnoſcit.ibid.C.
Siciliæ regnum,mortuo Gulielmo, Tancredo datū.105. 1.B.ad Eccleſiam ſpectat ibid.& 188.1.B. Quomodo ad illud aſpirauerit Henricus, Friderici filius. ibid.C. an Edmundo aliquando datum.161.1.A. Carolo Andegauenſi à Clemente IV.defertur. 163.1.B. & legitimè. 164.1.A.
Sigebertus Monachus Henrici IV. Imperatoris fautor, & eius liber prohibitus. 30 2.B.
Sigiſmundus Imperator Concilium Conſtantienſe non indixit.248.1. C. Saluum conductum Ioanni Hus cōceſſit.262.1. A. determinationi Concilij de ſaluocōductu

Digitized by Google

ductu Ioanni Hus dato acquieſcit. ibidem. C. Ziſcham ſibi humaniter conciliare ſtudet. 264 2. B. reformationis Eccleſiæ ſpem populis facit. 266.2.A. Cócilio Conſtantienſi intereſt. 267.1.D. Quid pro diſſoluendo Baſileenſi fecerit 268.2.D. Ferrariam venit ad Concilium ibi indictum. 170.2.A. honorificè ab Eugenio IV. excipitur. ibid. 1.C. Cur Concilium Baſileenſe efflagitarit 273. 1.C. Pariſijs militem creat, nec ideo Caroli regis authoritati detrahit. 312.2.C.

Simon Monfortius Dux contra Albigenſes qualis. 127. 1.C.

Simoniam miniſtris, non Eccleſiæ Romanæ obijcit Ricardus Rex Angliæ legato Innocentij.III. 108.2.B.

Simoniam Papa ipſe committere poteſt. 237.2.A.

Simoniæ crimen Pontificibus inuiſum. 350 2 B.

in Simoniacos conſtitutio Martini V. 266 1.B.

Simulata Sanctitas duplex iniquitas. 66.1.D.

Sinibaldus Fliſcus. vide: Innocentius IIII.

Sinoretus Caſſinenſis Abbas Anacleti Antipapæ fautor. 41.1.B & 2.D.

Sixtus IIII aliàs Franciſcus de Rouere. qualis, 300. 1.B. eius conſilia poſt coronationem quæ. ibid. D. Legatos ad concordiam Chriſtianorum Principum deſtinat. 301.1 A. Carnienſem Archiepiſcopum cur excommunicarit. ibid. Petrum Riarium Cardinalem creat. 301.C. Collegia officialium Curiæ inſtituit. ibid. D. Liberalis, & magnificus. ibid. 2.B. ædificia mul ta erigi. ibid. Iubilæum reducit ad annum vigeſimum quintũ. 305.2.D. à Cornelio Agrippa calumnijs impetitus. 302.1.B. Roſarij prædicandi modum approbat ibid. 2. C. moritur. 303.1.B.

Sodomam ſpiritualem Eccleſiam Romanam Mornæus appellat. 358.2.B.

Soldanus quid ad Innocentium I V. ſcripſerit. 138.2. A. Eius reuerentia erga Romanum Pontificem. ibid. C.

Soli comparata dignitas Pontificalis. 117.1.D.

Solonis lex de ciuibus nullam factionem ſequentibus. 87.2.D.

Somnij Viridarij author incertus, & qua de re diſſerat. 221.1.C.

Sorbonæ nomen à quo inditum Collegio Pariſienſi. 86. 1.D. In eo nunquam definitum cótrarium eius, quod Romana Eccleſia de S. Thoma Cantuarienſi definiſſet. 86.2.A.

Sortilegium maleficio tollere nefas eſt. 286.1.D.

de Spiritus Sancti proceſſione actum in Cócilio Lugdunenſi, ſub Gregorio X. 165.2.C.

Spiritus S. quibus in rebus Romanum Pontificem regat 167.2.A.

Spiritus Sanctus Summi Pontificis muneribus ſemper aſſiſtit ex promiſſione Chriſti. 185.2.C.

Spongia Dominica à Balduino Imperatore Venetis oppignorata. 305.2.D.

Sponſus Eccleſiæ quis ſit. 318.2. D. 117.1.A. & 166.1.C. vide etiam in verbo: Pontifex Rom.

S. Stanislai cæde regio honore Polonis à Gregorio VII. interdictum. 202.1.B.

Stephanus Bruliſer qualis. 298.2.C.

Stephanus Halberſtatenſis Epiſcopus Vualtrami Epiſtolæ reſpondit. 9.2.C.

Stigmatum D. Franciſci feſtum à quo inſtitutũ. 245.2.A.

Succeſſio Apoſtolorum. 265.2.D.

Succeſſio Romanorum Pontificum per ſchiſmata nunquam interrupta. 249.1.C.

Sultanus quomodo cum Friderico II. compoſuerit. 130. 2.C. An ad eum aliquid ſcripſerit Gregorius nonus contra Fridericum 131.1.A.

Syluester Papa Arij hæreſim damnat in Concilio Nicæno. 300.2.C.

T.

Tamerlanus qualis, & eius geſta. 264.2.D.

Tancredo regnum Siciliæ datum. 105.1.B.

Taxæ Cancellariæ Apoſtolicæ defenduntur. 350.1.A.

Templarii ab Adriano exempti à iuriſdictione Patriarchæ Hieroſolymitani. 77.2. C. vnde dicti, eorundẽ inſtituta, & ſcelera. 188.2.D. in Concilio Viennenſi extinguitur ipſorum ordo. 189.1.A. Eorum auaritia, & peccata in religionem. ibid. C. D. Noſcerandinum 60. millibus aureorum Aegyptijs vendunt ibid. D. Ludouico ſuſpecti proditionis ibid. 2.B. Chriſtianos in Liuonia ad purgationem per ferrum candens cogebãt. ibid. C. à varijs Summis Pontificibus multifariam arguuntur. ibid.

Teſtamentum Henrici VI Imperatoris quale. 106.2.A.

Teſtamento Chriſti Pontifices Romanos dira paſſuros quomodo intelligendum. 346.2.A.

Thadæus Friderici II. Legatus ad Concilium Lugdunenſe. 136.1.C.

Theobaldus Vicecomes. vide: Gregorius X.

Theodoricus Croaæ Epiſcopus quam ruinam Eccleſiæ prædixerit. 258.1.D.

Theodoricus à Nyem Vrbano V I. à ſecretis. 229.1.A. iuratus hoſtis Pót. 240.2.B. 249.1. C. Ei⁹ impoſtura de electione Adriani V. 242 1.B. Eius ſententia de Papa, & Romana Eccleſia. 247.2.B. eius locus de aduentu Antichriſti à Mornæo mutilatus. 249.1.A

Theodoricus Rex an ſibi iudicium de Romano Pont. arrogarit. 248.1.A.

Theodoricus Vrias fruſtra citatus à Mornæo. 258.1.A.

Theologi Scholaſtici vnde argumententur. 69.1.A.

Theologi & Canoniſtæ quid ſentiant de iuriſdictione Pontificis in Imperatorem. 73.2.B.

Theologi in rebus fidei conſulendi. 300.1. C. Cur quæſtiones aliquas agitent. 345.1 B.

à Theologis Pariſienſibus, uel Bononienſibus damnata fuiſſe Ioannis XXII. acta, Mornæi, & Auentini mendacium eſt. 203.1.D. Hi librũ Gulielmi de Sancto Amore nunquam approbarunt. 238. 2.D. Concilium ſupra Papam eſſe defendunt 273.1.A. Vindices alioqui poteſtatis Pontificiæ. 278.1.C. Fabrum vexant 323.1.C. Vide: Vniuerſitas.

Theologiæ philoſophia ſubſeruit. 174.1.B.

Theſaurus Eccleſiæ ex quibus conſtet 11.1. D. Qui eo frui poſſint. ibid. 2.A.

S. Thomas Aquinas ad Concilium Lugdunenſe à Gregorio. X vocatus, in itinere moritur. 164.2.D. Eius doctrina commendatur. 311.1.B.

Thomæ Brandeuardini ſententia de iuſtificatione. 214. 1.B. Quænam ſcripſerit. ibid. 2 A.

Thomas Cantuarienſis cur pronunciatus martyr. 86.1. B. Impiè à Mornæo tractatus. 111.2.A. Cur ab Henrico diſſentiret, & quomodo ſe geſſerit quoad ſubſcriptionem conſuetudinum Regis. 88.2.C. Cur ſe ipſum à Miſſæ celebratione ſuſpenderit 89.1 B. Abſolutionẽ à Pontif. poſtulauerit. 89.2.A. Cauſæ odij Regis in illũ. 89.2.B. A quodã Conciliabulo damnatus ad Romanu Pontif. appellauit. 90. 1. B. Conqueritur de corruptis miniſtris. 90.2. C. De quibus laudatus 91.1.C. & ſeq. falsò incuſatus à Mornæo, vt facinoroſus 91.2. D. & ſeq. S. Thomæ Apoſtolo comparatus. 93.1. B. Ab Alexandro III. in Diuos relatus. 93.1 C. Eius miracula in confirmationem Romanæ fidei edita. 93.2.A.

Thomas Maurocenus Patriarcha Conſtantinopolitanus quando creatus, & quomodo ſe geſſerit. 147.2.C.

Thomas Redonenſis Carmelita cur crematus. 282.1.A.

Thomas Sarzanenſis. vide: Nicolaus V.

Tirolenſis Comes. vide: Meinardus.

Titulus, ſeruus ſeruorum Dei à multis vſurpatus. 70.1.C

Tituli S. Crucis pars quando inuenta Romæ. 304.1 D.

Toloſani Chriſtianæ doctrinæ veritatem illibatum non ſeruarunt. 96.1.A & C. eos hortatur D. Bernardus vt Vualdenſes depellant. 97.1.C.

Transfigurationis feſtum à quo, & cur inſtitutũ. 288.1.D

Tranſubſtantiatio Diuinæ omnipotentiæ opus. 226.1.B. à Paulo Tubigenſi damnata. 309.1.D. venenum pani appoſitum eam non impedit. 187.1.A. eius dogma in Eccleſia ante Innocentium. III. contra Mornæum. 119.2.A. 122.1.B.

Trecenſe Conciliũ quando celebratum, à quibus, quiduè in eo actum. 25.1.D. 2.D. 26.1.A.

Tritenius. vide: Io. Tritenius.

Turcarum bellum contra Vladislaum à quo concitatũ. 274.1.A. Eorum ſcelera in res diuinas tempore cladis Conſtantinopolitanæ. 285.1.D. Cur ijs bellum à Calixto tertio illatum. 286.2.D. expeditio Calixti cótra

Digitized by Google

eos.287.1.D Victi ſunt.ibid.D. contra eos conuętum Mantuæ habet Pius I I.290.2. D. Conſilium Leonis X.contra eos. 317.1.A.

Tyrannus quis dicatur.236.1.D 310.1.D.

Tyranni præteriti, typi ſunt Antichriſti. 338.1.D.

V.

VAlentinianus ſenior cauſas Clericorum cur iudicare noluerit 343.3.C.

Valentiniano Dei nomen tribuit Caluinus. 346.1.A.

Vaticinium hæreticorum de ſubruendo Papatu ſtultiſſimum. 357.2.A

Vaticinia Ioannis Hus qualia. 262.2.D.

Vdalrici Ludouici Bauari Cancellarij temeritas & impietas.204 2. C. iniurioſas ad Pontificem literas dat. ibid.

Veſtigal denarij S Petri etiam ſub Eduardo III.Romano Pontifici perſolui ſolitum. 222.1.A.

Vectigalia moderata ab Eccleſia impoſita licita ſunt. 331.1.D.

Venenum pani immixtum transſubſtantiationem non impedit. 187.1.A.

Veneti à Clemente V.excommunicati per Franciſcum Dandulum abſolutionem impetrant.191.1.B. ijſdem partem Dominicæ crucis cum ſpongia, & Lancea Balduinus oppignorat. 305.1.D.

Verbi quæſtio futilis. 296.1.A.

Verbum Dei tanto dignius traditur, quanto remotius ab ogni ſcriptura. 275.1.A.

Veritatem quando occultare liceat. 74.2.A.

Veronenſes Vrbanum III. deprecantur pro Friderico Imperatore. 103.2.B.

Verſiones vulgares ſacræ ſcripturæ cur damnatæ. 145.2.B.vulgata authentica. 329.2.C.

Veſperarum Sicularum quis author fuerit. 167.1.A.

Vicarij Chriſti qui ſint. 58.2.A.

Vicecomitum Mediolanenſium tyrannidis fautor Ludouicus Bauarus, & propterea excommunicatus à Ioanne: XXII. 197.1 D.102.2. A. Iidem rebelles Eccleſiæ mox à Bauaro in carcerem coniecti ibid. D. Dominio Mediolanenſi ab eodem ſpoliati.ibid. 2. D. Galeacij Vicecomitis mors. 203.1.A.

Victor Antipapa a quibus creatus,& conſecratus.79.2. B Ab Alexandro III excommunicatur. ibid. D. Et ipſe pariter Alexandrum excommunicat. ibid. Citatus à Friderico ad Synodum,affuit.80.1. B. Receptus tanquam legitimus Papa.ibid 2.C.In conuentu regni Francię & Angliæ repudiatus.81.2.A. Eius mors. 82. 1.B.

Victor III. quomodo creatus. 2. 1. A. Eius mors.2.2.B. De ſucceſſore monet.ibid.D.

Victoria de Turcis ſub Calixto III. 287.2.D.

Vigilantius hoſtis gloriæ martyrum.111.2.B.

S. Vincentius Romanam hierarchiam nunquam damnauit 237,2.C.Qualis.ibid.D. à quo inter ſanctos relatus.287.1.A.Eius labores,& prædicationes ibid.C.

Vitæ clauſtralis,& actiuæ vrbanæ commoda,& incommoda ex Mantuano. 320.2.C.

Vitæ religioſæ ſimilitudo. 193.1.B.

Vitia Clericorum grauiter Eccleſiam lædunt. 235.2.B.

Vitia perſonarũ dignitatem non imminuunt 258 1. B.

Vladislaus Vngariæ Rex cur pacem cum Amurate fregerit.274.1.A. Ei Vualdenſes fidei profeſſionem offerunt. 335.1.A.

Vniuerſalis Epiſcopi nomen an Papæ à Phoca delatum 343 1.D.

Vniuerſitates an decretum Concilij Baſileenſis de depoſitione Eugenij,& electione Amadei approbarint, 294.1.B.

Volaterrani iudicium de Pio II. 292 1.D.

Volmarus Treuirenſi Eccleſiæ pręficitur, & à Rodulpho pariter electo moleſtiam patitur.101.2.A tãdem ab Vrbano III. conſecratur.ibid.C.

Vrbanus II. vbi,& à quibus electus.3 1. A Concilium Melphi conuocat ibid.B. Rogerium Apuliæ & Calabriæ ducem confirmat.ibid Aliquos excommunicat. ibid.C.Conradum Lombardiæ regem creat.3.2. D. Adeleidem Imperatricem ſuſcipit,& ſolatur.ibid.Monaſticam vitã illi ſuadet 4 1. A Mediolanenſem Eccleſiam Romanæ coniunxit 4 2. C Concilium apud Clarum montem conuocat. & quæ ibi acta. 4. 2. C. Cruciatæ expeditionem pro Terræ Sanctæ recuperatione decernit.ibid & 5.1 B. & 10. 2. B Quod ſtipendium,& teſſeram dederit.ibid Philippum Galliæ regem cur excommunicarit.6. 1 C Nolebat Sacerdotes Laicis ſubſeruire 6. 2.D Quomodo Iuonem Carnotenſem Epiſcopum fecerit.7.1.B.Hieroſolymitanæ expeditionis verus author.10.2 B Riderio commendat Iuonem 13.1.A. Legatum in Angliam mittit. 15. 1.B.Vtrum diploma Rogerio Siciliæ regi conceſſerit. 15.2. C.

Vrbanus III aliàs Lambertus Mediolanenſis quando electus. 102. 2. C Immeritò Turbanus dictus 103.1. D.Qualis in Fridericum Imper. ibid. Fridericum excommunicare volentem Veronenſes depræcantur. 103.2 B.Quando, & qua de cauſa mortuus.ibid.D.

Vrbanus IIII. quando electus, & qualis fuerit. 162. 2. C Solemnitatem Corporis Chriſti inſtituit ibid. Cur inſtituerit. 169. 2. B. Concilium Romæ habet vbi de expellendo Manfredo,& Icilino decernit,& cur. 162. 2.D.Carolum Andegauenſem in ſubſidiũ vocat.163. 1.A.Quando obierit. ibid.

Vrbanus V. antea Gulielmus Griſantus quando & quomodo electus.215.2.C.An Albornotum Legatum in Italiam miſerit. ibid. Albornotum per literas laudat.216 1. A. Quando Romam perfectus ſit.ibid. B. Carolum IV. accerſit,& cur. ibid. Aedes Pontificias in vrbe veteri. & Monteflaſcone conſtruit ibid. 2 C. Curiam Auenione Romam transferre cogitat. ibid. Obit.ibid

Vrbanus VI. alias Bartholomæus Neapolitanus Gregorij XI. ſucceſſor.228.1.C Legitimus Pontifex.ibid. 2.D.& 229.1. B.Crudelis,& ſanguinarius homo. 229. 1.B. à Vuiclefo legitimus Pontifex habitus. ibid. D. Quid in eo repræhendendum:ibid.2.A. Faſtus eiuſdẽ oſtenſus erga Otthonem Brunſuicenſem. ibid.B.Ioãnam Apuliæ regno ſpoliat,Caroloq; tradit.230. 1. A. 231.1.A.Geſta eiuſdem varia ibid Quid in Cardinalem Sangrum.ibid.C.Eiuſnè, an Clementis VII. electio legitima.ibid.2.A. Franciſcum Prægnanum nepotem à mortis ſententia liberat.231.2. A. Cardinalium conſpiratio contra illum.ibid. C. Iubileum ad trigeſimum tertium annum reducit. 231. 1. B. Obit. ibid.C.Caroli Dyrachini nomen exoſum habet.ibid. à Clemente Antipapa legitimus Pontifex cognitus. 233.1.B Moritur.ibid.C.

Vrbini Ducatu ſpoliatus Franciſcus Maria Feltrius à Leone X. 319.1.B.

Vrſinorum cum Columnenſibus diſſidium. 303.1.D.

Vrſpergenſis Innocentio III. infenſus.112 1. C. 114. 1. A.Quod Philippo aduerſatus ſit ipſum reprǽhendit, & quomodo.121.1.D Scriptorum iudicio,author dãnatus 129. 2. C. Nihil Romani Pontificis authoritati detrahit ibid.D.

Vtile per inutile non vitiandum. 101.2.D.

Vualdenſes cur ſectam ſuam ab Apoſtolica Sede confirmari poſtularent.38.2. C. Cur Romanam Eccleſiã oppugnauerint.94.1.D,Eorum origo 95.1.A.hæretici ab Eccleſia declarati.ibid B. Eorum author idiota. ibid.2. B.Quomodo hæreſis antiqua. 96 2. A. Meritò Manichęi dicti 98.1.B.Modo Ariani,modo Manichæi habiti.ibid.C.à Iacobo de Riberia hæretici prænunciantur.ibid.2. C.Quæ fides habenda illis, qui de ijs Scripſerunt.99. 1. A. Prædicationem verbi Dei cuiq; Chriſtiano liberam faciunt ibid D. Vnus ex eis, vt Catholicum ſua hæreſi inficiat, ſumma hyeme Ibin natans tranſit.99.2.A.Eorum errores.97. 2. D. Inter eos etiam aderant ſectatores Romanæ Eccleſiæ. 97. 1.A. Eorum confeſſio coram Vladislao Rege qualis. 99.1.B.Errores contra magiſtratus, & iuſiurandum. ibid 2. C. Cur ſortilegij, & promiſcui concubitus audirent. 100. 1. A. Cur citati ad Concilium non comparuerint.ibid 2.C. Sectę ſuæ confirmationem à Lucio III.poſtulant,quid is illis reſponderit.102. 2. D. Eos Mornæus defendere conatur.125.2 C.Ad eos per con-

Digitized by Google

cōuerſione Legatos mittit Innocentius III. 126.1.A. armis contra eos pugnatur,& vincitur. ibid.B. C. Minime membra Chriſti. 126 2. B. In Chriſtum, eiuſq; matrem impijſſime blaſphemant.ibid. Iudicio Regis Chriſtianiſſimi, hæretici habiti ibid D.Bellum cōtra eos ab Innocentio ſuſceptum, non inconſulto Rege Chriſtianiſſimo. 127.1.A.Tritemij teſtimonium de illis quale. ibid. 2. A. Eos ab Innocentio IV. defenſos fuiſſe,impoſtura eſt. 149.1.D Eorum Martyres quales 150.1.B.153.2.A Sub D.Ludouico conciderunt.151.2 D.Eorum Antipapa Bartholomæus qualis. 152.1.D. In valle Camonica decem ſcholas habuerunt. 153. 1.B Eorum Secta à Fraticellis diuerſa 595.2. A. Ab Vuiclefiſtis.227. 2. A à Caluiniſtis. 335.1. B. Meritò flammis in Saxonia damnati.259 2.A Eorum profeſſio Vladiſlao Hungariæ Regi quando oblata. 335. 1. A. Apud Ludouicum XII. Regem Franciæ accuſati. ibid. B. Quid inde. ibid. C. Teſtimonium Seyſſelij de eorum innocentia quanti habendum. 338.1.C.

Vualterus Archiepiſcopus Rauennas, qualis in Romanam Sedem.3 1.1.D.& ſeq.

Vualterus Mapez inſulſus Scriptor. 175.1.D.

Vualtrami Epiſtola ad Ludouicum Comitem cum reſponſione. 9.2.C.D.Eiuſdem reuocatio. 12.2 C.

Vuenceslai Imperatoris Epiſtola de Cardinalium origine,conficta.337.1.B.Catholicus fuit,licet parum aptus Imperio ibid. Cur Huſſitis Templa conceſſerit. 264 1.B.

Vueſſellus Ioannis de Vueſſalia alumnus,qualis 309. 1. A.Falſus Propheta 311 1.A.

Vuiclefus impius hæreſiarcha, qualis. 214. 1. B. à permultis eius errores damnati.ibid. D. Eccleſiæ Romanæ infenſiſſimus, & cur.ibid. 2. B. Quid in principio ſuæ hæreſis de Romano Pontifice ſenſerit ibid. C. Quot eius articulos damnarit Concilium Conſtantienſe ibid.2.D.Quinam contra eum ſcripſerint. 225. 1. A. Eius induſtria in decipiendis idiotis. 226. 1. C. Nihil contra Pontificem Romanum profecit. ibidem 2. B. De eius doctrina examē Thomæ Vualdenſis. ibidem D. Eduardum, eiuſq; Conſiliarios in ſuam trahit ſententiam. 227.1 B. Laguſtriæ Comitem protectorem habet. ibid. Anglia pulſus, an Bohemiam petierit.ibid.2 A.Mortuus,iuſſu Martini V. exhumatur ad comburendum.ibid.Eius Secta alia à Vualdenſibus.ibid. Diabolo à Deo obediendum docet. ibid. D.265.2.D.Articulus eiuſdem, Quod nullus poſt Vrbanum VI. in Papam accipiatur. 229. 1. D. Alius, Quod in peccato mortali nullus ſit Dominus, Prælatus.227.2.D.Vrbanum VI.pro legitimo Pontifice habuit. 229.1.D.Eius error de potentia Dei. 311.2.D.

Vuiclefiſtæ in Henricum V.conſpirant. 217.1.D.

X

XEnodochium S.Spiritus Romæ à quo ampliatum. 301.2.C.

Z

ZAbarellæ Tractatus de ſchiſmate examinatur. 251.1.B.

Ziſcha, vide: Io: Ziſcha.

Zizania vſque ad meſſem relinquenda. 59.2 C.

FINIS.

Errata Tomi primi ſic corrigito.

Prior numerus indicat paginam, ſecundus columnam, tertius lineam.

PAg.2.col.1.lin.vlt interceſſerint.6.1.10 murcidus.7.2. 5 iuſſu.9.2.22 iſtius.13.1 51.tutiſſimam arcem 14. 2.26. acceptam. 17. 1. 1 crederens. 18.2. 10.veniſſet Adrianus I. Pontifex.17.Ludouicus I I. 34 imitati 43. Apocalypticam.19. 2.57.vniuerſalis.58.videretur. 16. 2.44. facta à Magiſtratibus 2.9. obſtrinxerit.21. deuinciendos. 21.1.15. Quod ſi ... 41.retributionis.25.2.57.Cathedram.27.2.3 ... 11.conſiſtere.28.2.14.& ſchiſmatici.30.congruebat.9.1077.Moguntinenſ.31.2.12.multorum.33. ... 35 Illius.35. 2.57. altenißimam. 37.2. 17. vtrique credimus 60 viuerer. 41.2.15 Certè.45.1.30 eidem.46.2.46.Martyrum.47. 2.33.complere.34.habet 42.occidi.48.2.45. Papa. 50. 1.54.illam.51.2.6. quod in Petro Chriſtus 57. 1.6.curauerunt.60.1.5.Gregorius II.8.Gregorius III.9. Synodum 93. Epiſcoporum. 62.1.15. noua aliqua.2. 32 veſter.63.1.vlt.ſublatum.66 2.10 amputare.35. au uimus.67.1.36.erat ab illa.vlt.veſtra 70. 1. 3. ſubinde putat.71.1.53.verſarentur.1.52.creatura.73.2.16.nobis.81.2.44. adſcriberent. 86 1.22. Imperatorum. 45. cladibus.2.7.occuparant.87.1.60.Cletus. 88.1. 37 ornatam 2.45.noſtram. 90.1.2. idololatræ.91. 1.43.quæ eſt.2.39.ſint 93.1.48.erigunt.94. 1.14. cum eo Deum. 95.1.49.ſignificent.96.1.56.ſummoueret.98 1.25.Gregorius III.2.8.Iconoclaſtæ.99.2.37.iam Orthodoxas. 100.1.48.penes.2.47.ſua.101.1.3.prompiunt.102.1. 18. ariſque relictis 32.qui populus.40 ſeruatum velle Aeneam. in marg. Ιλιαδ. Υ.105. 1.57.Dij. 107.2.22.ſi ignoras;tui proditor. 108. 2.28 inſtitutis. 109. 1. 15 & cibabo.1.2.Odriſſe.110. 1 9. miniſtrorum. 2.5.depromamus vlt vnde.112. 2.vlt.in fumum abitura. 119.2. 12 ſubdolè.120.2.20. ſuperioritas. 34. vocatas.121.1. 55.curaret.2. 16. Paparum. 124 1.1.vt author.125.1. 14.fieri iuberet,quiue 126.1.1.abſcedendum.2.39. Pōti.127.1.51.recolerent.2.27.referta.28. probatiſſimæ. 130.2.10 necubi deſiderium. 15. officeret. Mornæus. 133.2.1.Turnebi, vt in editione Pamelij.Verū neſcio, cur eam Turnebo adſcribere debuerit,quæ eſt Morelij.Non.29 incipientem.134 2.42.domo 135.1.12. No uatiana.137 2.3. Pontificum.138.1.53.ſacræ.140.1.50. Epiſtola.145.1.2.κατηγόρησαν αὐτοῦ, eum.2.35.moniti.147.1.19. donarijs.148.1.45. Iſidorus 149 2.39. Ita quæ.151.1.4 ſecius.49.Pontificali.2 6 Vitum.153. 1.vlt.conſueuit.2.17.ipſe.155 1.51. Balſamoni, 2.37. ... 156.1.28 Anatolium.157 1.41.ſucceſſoribus.158. ... 15 certitudinem. 159.2.44.deditum.47.etiam.160.1.4. Chriſtianis ... 2.15 ordinabunt ... 61.1.22. etſi aliud maluiſſent.2. 59 etſi; 164.2.5.confeſſum 2.(inquiunt) 2.17. Antiſtitibus.165.2.23.Alexandrum Alexandriæ.2.26.cauſſa ... Canone 2.56.1.16 gerat.168.2.23.fraudulen... 1.2.54 Liberi.182.2.39.coniungantur.183.1.52. ... tus.184.2 49. Acacio.198.1.56 ſciſcitarer.1.13.ab ... quis.200.1.9 Principes.201.2.15. Epiſt.39. 202.1. Cataphractorum. 205.1 53. conſtat contra 206.1. 4. quonam modo.206.2.10.ferociores. 20. Mauritaniæ.25 verticem.210.1.6.Theſſalonicenſem.211.1.18. Interdixit.212.1.9 ſpurcitie.38. Quia 2.38.quia.213. 2.49 communione.215.1.14. Ex his.217.2.penu lt. cur cura.218.2.21.Iuxta 219.2.44.in Actis.220.1.61. iudicaturos.221.1.7.necne;non tamen.223.1.1.dicta.224. 2.47.hæreſim.225.1.1.in primis ex Auguſt. 227.2.10. iam olim.38.cap.15.229.1.56.Neſtorij.2.9.obortis.15. hæreſis.33.quæſtiones.231.1.2. mutuatus eſt. 233. 1. penult confeſſui.234.1.17.ſanctiſſimo.1.24 Cū Epheſum.235.1.46.permitteret.237.1.26.Syneſij. 27. ἱερωσύνη.18.ἀσύγκλωσθαι. 2. 2. atqi ea nere, quæ nendo. 29.vocati 41.præponatur. 238. 1.27. primitùs. 2. 57. vſurpauerat.239.1.4.propinet.240.2. 34. degentibus. 241.2.24.obſeruabat.247.1.1.Imperatores.2 49 Inſuper ex ſuffragijs.248.1.38.cōſilijs 2.55. θεομισεῖς 249. 2.25.indicare.36.Amabò.250. 1. 14. ordinatus. 2. 36. Qui verò.55.eo tempore.251.2.6. Laudanda. 252. 2. 4 alioqui viri. 38. ſuccidendos infelices Manichæorū pal-

palmites falcem.253.1.11.indicere.254.2. 8 capit. 2. 14.vel æquè.255 1.21.appellat.2.53. Tribunos.256 2. 36.præiuiſſent.258.1.14.Anatolius.2 55 ſubindicátur. 260.2.32 Aegyptij 262.2.60.Spondes ! 263.2. 11. Sedis in communionem 264.1.17.moneat 266.2.34.militans Deo.270.2.42.homicidia 271. 1. 52. curarat ſe eligi.273.1.55 direxit.280.1.36.lucrit.282.1.30.habétur.inſcribebant.283 1.50. rerum. 286. 2. 47. Chriſti 524.cum.288.1.18.an Nero ided.295.2.37.ſubijcere, & vnire.297.2.57.κοινῇ δὲ 299. 1.penult excuſaret. 301.2.penult.Vrbis à ſanctæ.302.2.1. fuiſſent 39.ſententia.307.2.20.annū 553. art.308.2.12.Epiſt. 217.D. Aug.36.ſancitos.309 1.18 faſtu.323.1.7.Londoniéſis. 325.1.10.iudicium.326.1.31.rigorem. 329. 1. 41. moliebatur 330 2.27.conſtat.332.2.21. induxerant. 340. 1.35 tacendum.354.2.2.coarctandum.366.2.35.Velitrenſi 370.1.26.Rege deſtructa,ſed.371. 2. 20 perpeſſus.374.1.penult. ſanctas ſex Synodos Oecumenicas. 376.1.54.ſtimulatus 380.2.1.anno 750.Et.383. 1. 47. Egynhartus.389.1.47.anno 1596.libellus.391. 1. 6.habere 393.2.35.Romanos.2.9.oculos 394.1. 3. miserabiliter 27 Epiſcopos, Archiepiſcopos.2.33. annū 799. Regino 395.1.4.indicat 397.1.51. cap. 287. Authoritas.398.2.29.ibidem 403.1.vlt.Francorum & D.1.52. 748.410.2.11.ad Imperatorem.423.1.23.refert in huc ipſum annum . cum ſediſſet. 424.1. 28. Gregorium IV 428.2.36.Iſta temporum. 430.2.35 ab ordinatoribus.432 1.40.Marcelli, opera.433.2.22.28.Eunuchos. 437.1.9.conuincant.441.2.35.conciliari.442.1. 5.iam in Antidoto contra ſuperiorem Oppoſitionem. 444. 2.penult.condebat.455.2.1 quidem eorum.458.2. 38. vt Ioannes.468.1.46 ſuam vicem.475.1. 48. inſignia. 477.1.8.Presbyteratu.487.2.31.cum aliquo. 490 2 6. alio.500 1.8.Bezelinus.503.2.53. tranſfigendo. 529. 1. 50.aut cum lege.

Tomi Secundi ſic:

PAg.1.col.1.lin.15. Malmesburienſis.3.1.51. Dodechinus 58.proſtituiſſet.2.27 pudente.5.1.54.impoſtoris.6.1.57.reſipuit.2.38.quia poſſibile 7 2. 25. Vrbanum.8.2.23.lib.13.de.11.2.19 nocendi.12 2.21.Mătitiæ.14 1.20.vel eius.15 2.penult.quem.16.1.12 eligĕdum.25.Hunc ob.2.44.illi.57.nouas 17.2.44.Epiſtolarum & 20.1.22.Leodium.21.2.41.diripiat.12.1.2. Romæ.29.tumulentur.61.cap.12.2 11. Calaritano. 23.2. 31.cum gratia 24.1.17.Alexandrinus.2 62 Bernardus. 25.2.41.dignitatum.26 2 51.expetebat.28.2.1.*& aquā cum diſceptatione à Domino poſtulare. Sic Doctor Gētium, qui in Synagogis*.38.Anno 1112.coacta.29.2.58.ex condicione.32.1.18.potito.21 tranſmiſſæ teſtantur. 2. 24. tutiſſimumque.33.2.39.indixit.35.1.23.obtulerat.Neque Abbates &c.vt in margine. 48. Vuilermus.2 16. ex peccatis ac.54.& Epiſcopos Orientis.36.2.10. quidam.11.euacuarit.2.22.cis Alpes.37..8.firmam. 38.1. 58.authores.2.20.exponere vellet.39 2.20 poſitus eſt. 37.§.8.12.& 41.2.49.Ciſtemblenſes.42.2.20. Sugerius. 29 frænum.36.proſcindit.52.2.14.vt obiectis. 30.cap. 20.Acceſſit.54.2 32.exfeſtucarent 55.2.12.gratiſſimū. 2.24.ac tandem.29.Theobaldum. 58.minuum iā. 56. 2.26.vexaſſet.57.1.54.corroborat.59 2.43 cōmunicare.64.1.5.exeritur.21.Henrici 65.1.3 vltus eſt.20.Moriuntur 2.11 ſcietis.18 verè.69.2.2.eruta.70.2.24 argumento 71.2.22.ex Actis.72.1.13.Imperatore.73. 2. 40. Aegyptiorum.75.1.6.obortis.48. Pontificum. 76 2.21. in pleratem.77.2.45.conductu.82.1.47. Lucenſi.83.1. 17.coniungeret.18. reſtitueret.84.1. 32.recepiſſet. 49. molliuit.2.40.Ponam te.57.ex equo.86.2 penult.quæ. 87.1.16 eidem 2.49.factionem. 88.1. 47.diebus.2.50. perſuaſus.89.2.37.homicidam.90.1.52. Dominum 1. 50 permiſere.60. ad annū 91.2.31.Idem epiſt 92.2 vlt.ferunt 93.1.25.nimis. vlt. ambulant.94 1.23. iudicet 95.1.6. Apocalypticam. 96 1.20. Manichæis. 30.afferit. 52.illibatā 2.43.Irenæus.97.1. 29. intus.41. conſulendi.98.2.52. Chriſtianiſſimorum ſtudio.99.2. 11.patrocinatur.100.1.10.præcipua 102.1.38.partam 105.1.4.hoſtis fuerit.28.redibat 106.1.10. intentabat. 11 ni mors eius interueniſſet. 32. demum licuit. 107. 2.36.interpretari.109.1.50.ille initio.112.2.46. non dubitabant.114.1.55.ob contumaciam. 118. 1. 36. vtra electio.119.2.58.ex ſenſu.120.1.40.forijs 2.35. cū voluptate.62.multis.63 conformes.123.2.5.Barones. 11. ac cætera.124 2. 24.illud Regnum pro ſe. 42. anno 1204.contra.128.1.41 vbi abſceſſit.130. 2. 30. Imperio.131.1.1.Anconitanam ingreſſus,pleraque.2. 8. ex perfida.133.2.31.effundit.134.2.35.Francici.136.2.58 & ſi verè. 37.1.11.Gregorius VII.138.1 18.mortem. 139.1.30 abſolutos.2.34 perſequebatur.146.2. 21. inſcio.143.2 44.ſuperficialibus 55.Antipapam. 50.1.30 legitur Philippi Galliarum.155.1.43.& hoc.156.1.11. accidiſſe.2.51.Hierarchia.161.1.42.creta. 163. 1. 59. interemit.166.1.61.potentiæ.2.13.Gregorio.31. ſpiritu. 169.1.4.Secta.173.2.26. liuore penult ſcripſerunt. 182.2.22.Martyrologium.193.2.51.Euangelica conſilia.209.1.24.à vero. 215. 2. 25. Quo anno. 215. 2. 36. translata 226.1.29.rana iſta.227. 1. 1. vanis hinc modificari, hinc.32,Oxonienſi 236 1.13.miratur. 238.2. 56.impudentiſſimi.12.eſſe ſemen illud.244.2. 17 Pontificiam.261.2.21.membrum vri.262. 2. 52. anſerem. 281 2.35.Epiſcopum. 2.2.ſubditos.291.1. 53. Antonium.304.2.52.ad eum mitteret.329.2. 18.& curarunt. 331.1.60.Ronſardus.346 2.41.§ 8.9.10.360. 1. multiplicat, honor & gloria: ſanctiſſimæ.

Digitized by Google